| — | 985 | — | 1187 | — | 1031 | — | 1258 | — | 84 | — | 1342 |
| — | 986 | — | 1189 | — | 1032 | — | 1260 | — | 85 | — | 1344 |
| — | 987 | — | 1190 | — | 1033 | — | 1261 | — | 86 | — | 1346 |
| — | 988 | — | 1192 | — | 1034 | — | 1263 | — | 87 | — | 1347 |
| — | 989 | ** | 1196 | — | 1035 | — | 1264 | — | 88 | — | 1648 |
| — | 990 | — | 1198 | — | 1036 | — | 1266 | — | 89 | — | 1349 |
| — | 991 | — | 1199 | — | 1037 | — | 1268 | — | 90 | — | 1351 |
| — | 992 | — | 1201 | — | 1038 | — | 1269 | — | 91 | — | 1352 |
| — | 993 | — | 1202 | — | 1039 | — | 1271 | — | 92 | — | 1354 |
| — | 994 | — | 1204 | — | 1040 | — | 1272 | — | 93 | — | 1354 |
| — | 995 | — | 1205 | — | 1041 | — | 1274 | — | 94 | — | 1355 |
| — | 996 | — | 1207 | — | | *** | 1275 | — | 95 | — | 1356 |
| — | 997 | — | 1208 | | | | | — | 96 | — | 1357 |
| — | 998 | — | 1209 | *Garnerii Auctarium.* | | | | — | 97 | — | 1359 |
| — | 999 | — | 1211 | Pag. | 51 | — | 1279 | — | 98 | — | 1362 |
| — | 1000 | — | 1212 | — | 52 | — | 1280 | — | 99 | — | 1363 |
| — | 1001 | — | 1214 | — | 54 | — | 1281 | | 101 sqq. | vid. | 1145 sqq. |
| — | 1002 | — | 1215 | — | 55 | — | 1282 | — | 106 | — | 1364 |

* In locum epistolæ hujus pag. 957 — 960, ea, quæ in Garnerii Auctario, pag. 101 — 106 exstat, substituta est.

** Pag. 1193 — 1196 editionis nostræ addita est S. Leonis Papæ epistola ad Theodoretum, quam Sirmondus, tomo IV Opp. Theodoreti subjecit.

*** Vide supra editionis Sirmondi Tomi IV, pag 703.

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

### ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

# ΕΡΑΝΙΣΤΗΣ ΗΤΟΙ ΠΟΛΥΜΟΡΦΟΣ.

# BEATI THEODORETI

### EPISCOPI CYRI

# ERANISTES SEU POLYMORPHUS.

## 1 PRÆFATIO.

Sunt nonnulli, qui cum ex genere, vel eruditione, vel rebus præclare gestis laude dignam claritatem non habeant, improbis studiis insignes evadere contendunt. Talis erat Alexander ille faber ærarius [1], **2** qui suspiciendum in se nihil habens, non generis nobilitatem, non dicendi facultatem, non regendi populi, aut ducendi exercitus scientiam, non bellicorum facinorum commendationem, sed illiberalem tantum exercens artem, ex sola adversus divinissimum Paulum insania notus exstitit. Semei quoque [2], homo plane obscurus, et ignobilis, propter suam adversus divinum Davidem insolentiam celebratur. Imo et Manichæorum hæreseos inventorem ferunt fuisse mancipium, et gloriæ cupiditate incensum exsecrandam illam superstitionem litteris consignasse. Hoc ipsum nonnulli nunc quoque faciunt : qui expetendam virtutis gloriam, propter labores ' qui illam præcedunt fugientes, turpissimam et miserrimam sibi famam peperere. Cum enim novorum dogmatum patroni esse cuperent, ex multis sectis impietatem emendicarunt, et hanc perniciosam hæresin conflarunt. Ego igitur paucis cum eis disserere conabor, tum ut ipsis aliquid remedii afferam, tum ut eos qui sani sunt præmuniam. Scripti autem nomen est *Eranistes* seu *Polymorphus* (hoc est *emendicator* (1) seu *forma multiplex*). A multis enim impiis hominibus detestanda sua dogmata emendicantes, varium hoc et multiforme commentum proferunt. Quod enim C Deum solum Christum Dominum nominent, id Simonis et Cerdonis, **3** et Marcionis, et aliorum est, qui exsecrandæ huic sententiæ sunt affines. Quod

## A ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Εἰσί τινες, οἳ τὴν ἐκ γένους, ἢ παιδεύσεως, ἢ κατορθωμάτων ἀξιέπαινον οὐκ ἔχοντες περιφάνειαν, ἐκ πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπίσημοι γενέσθαι φιλονεικοῦσι. Τοιοῦτος ἦν ἐκεῖνος Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς, οὐδὲν ἔχων περίβλεπτον, οὐ λαμπρότητα γένους, οὐ δεινότητα λόγων, οὐ δημαγωγίαν, οὐ στρατηγίαν, οὐ τὰς ἐν πολέμοις ἀνδραγαθίας, μόνον δὲ βάναυσον τέχνην μεταχειρίζων, ἐκ μόνης τῆς κατὰ τοῦ θειοτάτου Παύλου μανίας ἐγένετο γνώριμος. Καὶ Σεμεεὶ δὲ πάλιν, ἀφανὴς ἄνθρωπος πάμπαν, καὶ ἀνδραποδώδης, ἐκ τῆς κατὰ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ θρασύτητος ὀνομαστότατος γέγονε. Φασὶ δὲ καὶ τὸν τῆς Μανιχαϊκῆς αἱρέσεως εὑρέτην, μαστιγίαν οἰκέτην γενέσθαι, καὶ φιλοτιμίας ἔρωτι τὴν μυσαρὰν ἐκείνην συγγράψασθαι θρησκείαν. B Τοῦτο καὶ νῦν δρῶσί τινες, καὶ τὸ ἀξιέραστον τῆς ἀρετῆς κλέος, διὰ τοὺς ταύτης ἡγουμένους ἀποδράσαντες πόνους, τὴν δυσκλεεστάτην καὶ τρισαθλίαν σφίσιν αὐτοῖς ἐπορίσαντο περιφάνειαν. Καινῶν γὰρ δογμάτων προστάται γενέσθαι ποθήσαντες, ἐκ πολλῶν αἱρέσεων ἠρανίσαντο τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν ὀλέθριον ταύτην συνέθηκαν αἵρεσιν. Ἐγὼ δὲ αὐτοῖς βραχέα διαλεχθῆναι πειράσομαι, καὶ τῆς αὐτῶν χάριν θεραπείας, καὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων ἕνεκα προμηθείας. Ὄνομα δὲ συγγράμματι (2), *Ἐρανιστὴς*, ἢ *Πολύμορφος*. Ἐκ πολλῶν γὰρ ἀνοσίων ἀνθρώπων ἐρανισάμενοι τὰ δύστηνα δόγματα, τὸ ποικίλον τοῦτο καὶ πολύμορφον προφέρουσι φρόνημα. Τὸ μὲν γὰρ Θεὸν μόνον ὀνομάζειν τὸν Δεσπότην Χριστὸν, Σίμωνός C ἐστι, καὶ Κέρδωνος, καὶ Μαρκίωνος, καὶ ἄλλων, ὅσοι τοῦ μυσαροῦ τούτου μετέχουσι γειτονήματος. Τὸ δὲ τὴν ἐκ Παρθένου μὲν γέννησιν ὁμολογεῖν, παροδικὴν δὲ ταύτην γενέσθαι λέγειν, καὶ μηδὲν ἐκ

[1] II Tim. IV, 14. [2] II Reg. XVI, 5 seqq.

(1) *Emendicator*. Ita Hervetus vocem Ἐρανιστής recte interpretatus est. Ambigua est vox *Sodalis*, quæ aliis placuit. Vid. Photii *Biblioth.*, p. 34, edit. Rothomag.

(2) συγγρ. In editione mere Græca, quæ Romæ ann. 1547, in-4, prodiit, nec non in Lipsiensi, quæ a. 1591, in 8, excusa est, præmittitur τῷ.

Digitized by Google

τῆς Παρθένου τὸν Θεὸν Λόγον λαβεῖν, ἐκ τῆς Βαλεντίνου, καὶ Βαρδησάνου (3), καὶ τῶν τούτοις ἀγχιθύρων τερατολογίας ἐσύλησαν. Τὸ δέ γε μίαν φύσιν ἀποκαλεῖν τὴν θεότητα τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, ἐκ τῶν Ἀπολιναρίου φληνάφων ὑφείλοντο. Πάλιν δ' αὖ, τὸ τῇ θεότητι τοῦ Χριστοῦ προσάπτειν τὸ πάθος, ἐκ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου βλασφημίας κεκλόφασιν· ὡς ἐοικέναι τήνδε τὴν ἀρχὴν (4) ἀτεχνῶς τοῖς ὑπὸ τῶν προσαιτῶν ἐκ διαφόρων ῥακίων συναπτομένοις ἐσθήμασιν. Οὗ δὴ χάριν, *Ἐρανιστήν*, ἢ *Πολύμορφον*, τόδε προσαγορεύω τὸ σύγγραμμα. Διαλογικῶς (5) μέντοι ὁ λόγος προβήσεται, ἐρωτήσεις ἔχων καὶ ἀποκρίσεις, καὶ προτάσεις, καὶ λύσεις, καὶ ἀντιθέσεις, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοῦ διαλογικοῦ ἴδια χαρακτῆρος. Τὰ δέ γε τῶν ἐρωτώντων καὶ ἀποκρινομένων ὀνόματα, οὐ τῷ σώματι τοῦ λόγου συντάξω, καθάπερ οἱ πάλαι τῶν Ἑλλήνων σοφοί, ἀλλ' ἔξωθεν παραγράψω ταῖς τῶν στίχων ἀρχαῖς. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τοῖς διὰ παντοδαπῆς ἠγμένοις παιδείας, καὶ οἷς βίος ὁ λόγος, προσέφερον τὰ συγγράμματα· ἐγὼ δὲ καὶ τοῖς λόγων ἀμυήτοις εὐσύνοπτον εἶναι βούλομαι τὴν ἀνάγνωσιν, καὶ τῆς ὠφελείας τὴν εὕρεσιν. Ἔσται δὲ τοῦτο, δήλων γινομένων τῶν διαλεγομένων προσώπων ἐκ τῶν παραγεγραμμένων ἔξωθεν ὀνομάτων. Καὶ τῷ μὲν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν ἀγωνιζομένῳ δογμάτων, *Ὀρθόδοξος* ὄνομα· ὁ δὲ ἕτερος, *Ἐρανιστὴς* ὀνομάζεται. Ὥσπερ γὰρ τὸν παρὰ πολλῶν ἐλέῳ τρεφόμενον προσαίτην ὀνομάζειν εἰώθαμεν, καὶ χρηματιστὴν τὸν συλλέγειν ἐπιστάμενον χρήματα· οὕτω δὴ καὶ τούτου τήνδε τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων τεθείκαμεν. Ἀξιῶ δὲ τοὺς ἐντευξομένους, πάσης προλήψεως δίχα ποιήσασθαι τῆς ἀληθείας τὴν βάσανον. Καὶ γὰρ ἡμεῖς σαφηνείας φροντίζοντες, εἰς τρεῖς διαλόγους διελοῦμεν τὸ σύγγραμμα. Καὶ ὁ μὲν πρῶτος περὶ τοῦ ἄτρεπτον εἶναι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τὴν θεότητα δέξεται τὸν ἀγῶνα· ὁ δὲ δεύτερος ἀσύγχυτον, σὺν Θεῷ φάναι, δείξει γεγενημένην τὴν ἕνωσιν τῆς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. Ὁ δέ γε τρίτος περὶ τῆς ἀπαθείας τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀγωνιεῖται θεότητος. Μετὰ μέντοι τοὺς τρεῖς ἀγῶνας, οἷον ἐπαγωνίσματα, ἄλλ' ἄττα προσθήσομεν, ἑκάστῳ κεφαλαίῳ συλλογισμὸν προσαρμόζοντες, καὶ δεικνύντες ἄντικρυς παρ' ἡμῖν φυλαττόμενον τῶν ἀποστόλων τὸ κήρυγμα.

A vero ex Virgine nativitatem confiteantur quidem, sed eam trajectitiam fuisse dicant, nec Deum Verbum quidquam ex Virgine sumpsisse, ex Valentini et Bardesanis, et his adhærentium prodigiosis dictis hauserunt. Quod autem Christi Domini divinitatem et humanitatem unam naturam vocent, ex Apollinarii nugis furati sunt. Quod denique Christi divinitati passionem tribuant, ex Arii et Eunomii blasphemia compilarunt, ut jure videatur hoc eorum inventum mendicorum vestibus, quas ex diversis pannis consuunt, non dissimile. Qua de causa *Eranisten*, ut dixi, seu *Polymorphum*, hunc librum appello. More autem dialogi procedet oratio, ut quæ interrogationes et responsiones, propositiones et solutiones, objectionesque et cætera dialogorum B formæ propria contineat. Interrogantium vero et respondentium nomina corpori dialogorum non inseram, sicut veteres Græcorum sapientes fecerunt: sed versuum initiis ascribam. Illi enim omni genere doctrinæ excultis, et quorum vita in litterarum studiis consumebatur, sua scripta offerebant. Ego vero etiam iis qui bonarum artium mysteriis initiati non sunt, facilem et expeditam esse volo lectionem, et utilitatis inventionem. Planior autem res erit, si personæ disserentium ex ascriptis in margine nominibus manifestæ fiant. Atque illi quidem, qui pro apostolicis dogmatibus decertat, *Orthodoxi* nomen est: alter *Eranistes* appellatur. Quemadmodum enim eum * qui a multis per misericordiam alitur, C appellare mendicum solemus, et negotiatorem eum qui scit pecunias colligere: ita etiam huic ex ejus studiis et instituto nomen imposuimus. Rogo autem lectores, ut sine præoccupata opinione veritatem examinent. Nos enim perspicuitatis causa librum in tres dialogos dividemus. Et primus quidem immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem contendet; secundus autem inconfusam, Deo bene juvante, Christi Domini divinitatis et humanitatis unionem fuisse ostendet: tertius denique impatibilem fuisse Salvatoris nostri divinitatem demonstrabit. His tribus certaminibus quædam alia velut certaminum additamenta adjiciemus, unicuique capiti brevem summam adjungentes, et aperte ostendentes id a nobis servari, quod ab apostolis D prædicatum est.

(3) Ed. Rom. et Lips. Βαρδισάνου.
(4) ἀρχήν. Suspecta quidem est hæc lectio, exstat tamen in utraque edit. Græca jam commemorata.
(5) Διαλ. Ed. prior habebat διαλογικός.

# ΑΤΡΕΠΤΟΣ.

## ΔΙΑΛΟΓΟΣ Α'.

### ΟΡΘΟΔΟΞΟΣ ΚΑΙ ΕΡΑΝΙΣΤΗΣ.

—

# IMMUTABILIS.

## DIALOGUS I.

### ORTHODOXUS ET ERANISTES.

—

5 ORTHODOXUS. Melius quidem esset nos consentire, et doctrinam apostolicam integram conservare. Sed quia, nescio quam ob causam, soluta concordia, nobis nova dogmata nunc proponitis, absque ulla, si placet, contentione veritatem communi opera quæramus.

ERAN. Nos inquisitione non egemus : veritatem enim explorate perceptam tenemus.

ORTH. Hoc hæretici omnes sibi persuasum habent : quinetiam Judæi et Græci verorum dogmatum propugnatores se putant : nec ii modo qui Platonis * et Pythagoræ placita sequuntur, sed Epicuri quoque discipuli, et qui athei sunt prorsus, et nihil opinantes. Non convenit autem præoccupatæ opinioni servire, sed in veram doctrinam inquirere.

ERAN. Admonitioni tuæ pareo, et in monitis acquiesco.

ORTH. Quoniam igitur priorem adhortationem facile admisisti, rogo etiam, ut humanis rationibus veritatis 6 inquisitionem non subjicias, sed apostolorum et prophetarum, et sanctorum qui hos secuti sunt, vestigia quæras. Hoc enim facere viatores solent, ut cum a via regia deflexerint, semitas considerent, si quorumdam abeuntium aut venientium vestigia adsint, vel hominum, vel equorum, vel asinorum, vel mulorum : et postquam invenerint, canum more illa persequuntur, nec ante desistunt, quam in rectam viam redierint.

ERAN. Sic faciamus. Tu itaque præi, ut qui sermonem inchoasti.

ORTH. De divinis ergo nominibus, substantia, inquam, et hypostasibus, personisque et proprietatibus, priore loco disseramus, et quomodo inter se differant cognoscamus et definiamus : tum cætera deinceps aggrediamur.

ERAN. Pulcherrimum et convenientissimum sermoni nostro exordium dedisti. His enim perspicue explicatis, facilius procedet nostra disputatio.

ORTH. Quoniam igitur hæc ita fieri oportere

A ΟΡΘΟΔΟΞΟΣ. Ἄμεινον μὲν ἦν συμφωνεῖν ἡμᾶς, καὶ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν φυλάττειν ἀκήρατον. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου τὴν ὁμόνοιαν διαλύσαντες, καινὰ νῦν ἡμῖν προβάλλεσθε δόγματα, δίχα τινὸς ἔριδος, εἰ δοκεῖ, κοινῇ ζητήσωμεν τὴν ἀλήθειαν.

ΕΡΑΝ. Ἡμεῖς ζητήσεως οὐ δεόμεθα· ἀκριβῶς γὰρ τῆς ἀληθείας ἐχόμεθα.

ΟΡΘ. Τοῦτο καὶ τῶν αἱρετικῶν ὑπείληφεν ἕκαστος· καὶ μέντοι καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Ἕλληνες, τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων προστατεύειν νομίζουσιν· καὶ οὐ μόνοι γε οἱ τὰ Πλάτωνος καὶ Πυθαγόρου θρησκεύοντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς Ἐπικούρου συμμορίας, καὶ οἱ πάμπαν ἄθεοι καὶ ἀδόξαστοι. Προσήκει δὲ μὴ προλήψει δουλεύειν, ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ γνῶσιν ἐπιζη-
B τεῖν.

ΕΡΑΝ. Πείθομαι τῇ παραινέσει, καὶ δέχομαι τὴν εἰσήγησιν.

ΟΡΘ. Ἐπειδὴ τοίνυν τὴν προτέραν εὐπειθῶς ἐδέξω παράκλησιν, ἀξιῶ σε πάλιν, μὴ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἐπιτρέψαι τῆς ἀληθείας τὴν ἔρευναν, ἀλλὰ τῶν ἀποστόλων, καὶ προφητῶν, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους ἁγίων ἐπιζητῆσαι τὰ ἴχνη. Τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς ὁδοιπόροις φίλον ποιεῖν, ὅταν ἐκτραπῶσι τῆς λεωφόρου, καὶ τὰς ἀτραποὺς διασκοπεῖν, εἴ τινων ἀπιόντων ἢ ἐρχομένων ἔχουσι τύπους ποδῶν, ἢ ἀνθρώπων, ἢ ἵππων, ἢ ὄνων, ἢ ἡμιόνων· καὶ ἐπειδὰν εὕρωσι, κατὰ τοὺς κύνας ἰχνηλατοῦσι, καὶ οὐ πρότερον ἀφιᾶσιν, ἕως ἂν τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἀπολάβωσιν.

C ΕΡΑΝ. Οὕτω ποιῶμεν. Ἡγοῦ τοίνυν αὐτὸς, ἅτε δὴ ἄρξας τοῦ λόγου.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν περὶ τῶν θείων ὀνομάτων, οὐσίας φημὶ, καὶ ὑποστάσεων, καὶ προσώπων, καὶ ἰδιοτήτων, διευκρινησώμεθα πρότερον, καὶ γνῶμεν καὶ ὁρισώμεθα τίνα ἔχε. πρὸς ἄλληλα διαφοράν· εἶθ' οὕτω λοιπὸν ἁψώμεθα τῶν ἑξῆς.

ΕΡΑΝ. Κάλλιστον καὶ ἀναγκαιότατον ἔδωκας τῷ λόγῳ τὸ προοίμιον. Τούτων γὰρ εὐκρινῶν γενομένων, ῥᾷον προβήσεται ἡ διάλεξις.

ΟΡΘ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἄρα καὶ συνεψηφισάμεθα

Digitized by Google

ταῦθ' οὕτω χρῆναι γενέσθαι, ἀπόκριναι, ὦ φιλότης. A Τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ, καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος, μίαν οὐσίαν φαμὲν, ὡς παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ἐδιδάχθημεν παλαιᾶς τε καὶ νέας, καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων Πατέρων, ἢ ταῖς Ἀρείου βλασφημίαις ἀκολουθοῦμεν (6);

ΕΡΑΝ. Μίαν ὁμολογοῦμεν τῆς ἁγίας Τριάδος οὐσίαν.

ΟΡΘ. Τὴν δὲ ὑπόστασιν, ἄλλο τι παρὰ τὴν οὐσίαν σημαίνειν νομίζομεν, ἢ τῆς οὐσίας ἕτερον ὑπειλήφαμεν ὄνομα;

ΕΡΑΝ. Ἔχει τινὰ διαφορὰν ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν;

ΟΡΘ. Κατὰ μὲν τὴν θύραθεν σοφίαν, οὐκ ἔχει. Ἥ τε γὰρ *οὐσία* τὸ ὂν σημαίνει, καὶ τὸ ὑφεστὸς ἡ *ὑπόστασις*. Κατὰ δέ γε τὴν τῶν Πατέρων διδασκαλίαν, B ἣν ἔχει διαφορὰν τὸ κοινὸν ὑπὲρ τὸ ἴδιον, ἢ τὸ γένος ὑπὲρ τὸ εἶδος ἢ τὸ ἄτομον, ταύτην ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν ἔχει.

ΕΡΑΝ. Σαφέστερον τὰ περὶ τοῦ γένους καὶ εἴδους (7) καὶ τοῦ ἀτόμου εἰπέ.

ΟΡΘ. Γένος καλοῦμεν τὸ ζῶον· πολλὰ γὰρ σημαίνει κατὰ ταὐτόν. Δηλοῖ γὰρ καὶ τὸ λογικὸν, καὶ τὸ ἄλογον· καὶ αὖ πάλιν τῶν ἀλόγων εἴδη πολλὰ, τὰ μὲν πτηνὰ, τὰ δὲ ἀμφίβια, τὰ δὲ πεζὰ, τὰ δὲ νηκτά. Καὶ τούτων δὲ ἕκαστον εἰς πολλὰ διαιρεῖται. Τῶν γὰρ πεζῶν ἄλλο μὲν ἐστι λέων, ἄλλο δὲ πάρδαλις, ἄλλο δὲ ταῦρος, καὶ μυρία ἕτερα. Οὕτω καὶ τῶν πτηνῶν, καὶ τῶν ἄλλων εἴδη πολλά· ἀλλ' ὅμως τού- C των ἁπάντων γένος ἐστὶ τὸ ζῶον, εἴδη δὲ τὰ προλελεγμένα. Οὕτω τὸ ἄνθρωπος ὄνομα κοινόν ἐστι ταύτησὶ τῆς φύσεως ὄνομα. Σημαίνει γὰρ καὶ τὸν Ῥωμαῖον, καὶ τὸν Ἀθηναῖον, καὶ τὸν Πέρσην, καὶ τὸν Σαυρομάτην, καὶ τὸν Αἰγύπτιον, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, ἅπαντας ὅσοι ταύτης κοινωνοῦσι τῆς φύσεως. Τὸ δέ γε Παῦλος ἢ Πέτρος ὄνομα οὐκέτι τὸ κοινὸν σημαίνει τῆς φύσεως, ἀλλὰ τόν τινα (8) ἄνθρωπον. Οὐδεὶς γὰρ τὸν Παῦλον ἀκούσας, εἰς τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Ἰακὼβ ἀνέδραμε τῷ λογισμῷ, ἀλλὰ τοῦτον μόνον ἐνόησεν, οὗ καὶ τῆς προσηγορίας κατήκουσε. Τὸν μέντοι ἄνθρωπον ἁπλῶς ἀκούσας, οὐκ εἰς τὸ ἄτομον ἀπερείδει τὸν νοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰνδὸν, καὶ τὸν Σκύθην, καὶ τὸν Μασσαγέτην, καὶ ἀπαξαπλῶς πᾶν γένος ἀνθρώπων λογίζεται. D Καὶ τοῦτο ἡμᾶς οὐχ ἡ φύσις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ θεία διδάσκει Γραφή. Εἶπε γὰρ ὁ Θεὸς, φησὶν, « Ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασα ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. » Τοῦτο δὲ περὶ παμπόλλων εἴρηκε μυριάδων. Πλειόνων (8*) γὰρ ἢ δισχιλίων καὶ διακοσίων μετὰ τὸν Ἀδὰμ διεληλυθότων ἐτῶν, τὴν διὰ τοῦ κατακλυσμοῦ πανωλεθρίαν τοῖς ἀνθρώποις ἐπήνεγκεν. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος λέγει Δαβίδ· « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν, » οὐ τοῦ δεῖνος, ἢ τοῦ δεῖνος, ἀλλὰ

censuimus, responde, o amice. Dei Patris, et unigeniti Filii, et sanctissimi Spiritus, num unam substantiam dicimus, sicut a divina Scriptura vetere et nova, et a Patribus Nicææ congregatis edocti sumus, an Arii blasphemiam sequimur?

ERAN. Unam confitemur sanctæ Trinitatis substantiam.

ORTH. Hypostasin autem, an aliud quam substantiam significare putamus, an substantiæ aliud esse nomen existimamus?

7 ERAN. Estne aliqua differentia inter substantiam et hypostasin?

ORTH. Secundum exterorum quidem sapientiam nulla est : nam *substantia* (seu *essentia*) id quod est significat, et id quod subsistit est *hypostasis*. At secundum Patrum doctrinam, sicut differunt commune et proprium, vel genus et species ac individuum, ita differunt substantia et hypostasis.

ERAN. Dic paulo clarius de genere, specie, et individuo.

ORTH. Genus appellamus animal : multa enim simul significat. Nam et ratione præditum et rationis expers complectitur : et rationis expertium rursus multæ sunt species. Alia enim sunt volatilia, alia amphibia : quædam pedibus gradiuntur, alia natant. Unumquodque porro istorum in multa dividitur. Pedestrium quippe aliud est leo, aliud pardus, aliud taurus, et mille alia. Sic etiam et volucrum, et reliquorum multæ sunt species; sed horum tamen omnium genus est animal, species autem, quas recensui. Sic hominis appellatio naturæ hujus commune nomen est. Significat enim et Romanum, et Atheniensem, et Persam, et Sauromatam, et Ægyptium, et, ut semel dicam, quotquot sunt hujus naturæ participes. Pauli vero et Petri nomen non communem naturam designat, sed quempiam hominem. Nemo enim Paulum audiens, ad Adamum, vel Abrahamum, vel Jacobum cogitationem convertit, sed eum solum cogitat, cujus appellationem audivit. At, si hominem simpliciter audivit, non in aliquod individuum cogitationem defigit, sed et Indum, et Scytham, 8 et Massagetam, et universum humanum genus animo comprehendit. Hoc porro nos non natura solum, sed divina etiam Scriptura docet. Dixit enim Deus, inquit : « Delebo hominem, quem formavi a facie terræ [a]. » Hoc vero dixit de hominibus numero infinitis. Cum enim anni post Adamum præteriissent plures quam bis mille ac ducenti, hominibus per inundationem exitium attulit. Eodemque modo beatus David loquitur : « Homo cum in honore esset, non intellexit [b], » non hunc vel illum, sed universe omnes homines accusans. Talia qui-

[a] Gen. VI, 7. [b] Psal. XLVIII, 21.

(6) Ed. Rom. et Lips. ἀκολουθοῦντες.
(7) κ. εἴδ. Ex edit. Rom. et Lips. insertum.
(8) τινά. Ita Rom. et Lips. Mallem δεῖνα.

(8*) πλειόνων — ἐπήνεγκεν. Ita fere calculum ducit Noster, quæst. 47 *in Gen.* Vid. t. I, p. 60. Sed repugnat *Chronologia sacra*.

Digitized by Google

dem innumerabilia sunt, sed producere sermonem nihil est opus.

ERAN. Communis et proprii discrimen aperte ostensum est : sed ad substantiam et hypostasin redeamus.

ORTH. Sicut ergo nomen *Homo* commune est toti huic naturæ : ita divinæ substantiæ nomen sanctam Trinitatem significare accepimus, * hypostasin vero personam aliquam designare, nempe vel Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti. Nam hypostasin, et personam, et proprietatem idem significare dicimus, sanctorum Patrum doctrinam sequentes.

ERAN. Hæc ita se habere confitemur.

ORTH. Quæcunque ergo de natura divina dicuntur, communia sunt Patris et Filii et Spiritus sancti, ut Deus, Dominus, conditor, omnipotens, et quæ his similia.

9 ERAN. Hæc citra controversiam Trinitatis sunt communia.

ORTH. Quæ autem hypostases seu personas designant, ea sanctæ Trinitati communia non sunt, sed illius sunt personæ, cujus sunt propria : ut nomen Pater, et Ingenitus, propria sunt Patris : nomen quoque Filius, et Unigenitus, et Deus Verbum, non Patrem significant, nec Spiritum sanctum, sed Filium. Spiritus vero sanctus, et Paracletus, Spiritus personam designant.

ERAN. An non igitur Spiritum vocat sacra Scriptura etiam Patrem et Filium?

ORTH. Spiritum vocavit et Patrem et Filium, ut significet divinam naturam esse incorpoream, et circumscribi non posse : Spiritum autem sanctum solam Spiritus personam appellat.

ERAN. Hoc quoque extra controversiam est positum.

ORTH. Quoniam ergo aliqua diximus esse sanctæ Trinitatis communia, aliqua vero cujusque hypostaseos propria, nomen immutabile substantiæne commune dicimus esse, an alicujus personæ proprium?

ERAN. Commune est Trinitatis immutabile. Nec enim fieri potest, ut substantiæ aliud sit mutabile, aliud immutabile.

ORTH. Præclare dixisti. Sicut enim mortale commune est hominum, ita sanctæ Trinitatis commune est immutabile, et alterationis expers. Immutabilis igitur etiam unigenitus Filius, sicut et Pater qui ipsum genuit, et Spiritus sanctus.

ERAN. Immutabilis.

10 ORTH. Quomodo igitur evangelicum illud dictum « Verbum caro factum est [5] » proferentes, mutationem immutabili naturæ tribuitis?

A κοινῇ πάντων ἀνθρώπων κατηγορῶν. Καὶ μυρία τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλ' οὐ χρὴ μηκύνειν.

ΕΡΑΝ. Δέδεικται σαφῶς ἡ διαφορὰ τοῦ κοινοῦ πρὸς τὸ ἴδιον· ἀλλ' εἰς τὸν περὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὑποστάσεως ἐπανέλθωμεν λόγον.

ΟΡΘ. Ὥσπερ τοίνυν τὸ *ἄνθρωπος* ὄνομα κοινόν ἐστι ταύτης τῆς φύσεως ὄνομα, οὕτω τὴν θείαν οὐσίαν τὴν ἁγίαν Τριάδα σημαίνειν εἰλήφαμεν· τὴν δέ γε ὑπόστασιν, προσώπου τινὸς εἶναι δηλωτικήν, οἷον, ἢ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τὴν γὰρ ὑπόστασιν, καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὴν ἰδιότητα, ταὐτὸν σημαίνειν φαμὲν τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ὅροις ἀκολουθοῦντες.

ΕΡΑΝ. Συνομολογοῦμεν οὕτω ταῦτ' ἔχειν.

ΟΡΘ. Ὅσα τοίνυν περὶ τῆς θείας λέγεται φύσεως, B κοινὰ ταῦτά ἐστι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οἷον, τὸ Θεὸς, τὸ Κύριος, τὸ δημιουργὸς, τὸ παντοκράτωρ, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια.

ΕΡΑΝ. Ἀναμφισβητήτως κοινὰ τῆς Τριάδος ἐστίν.

ΟΡΘ. Ὅσα δ' αὖ τῶν ὑποστάσεων ὑπάρχει δηλωτικὰ, οὐκέτι ταῦτα τῆς ἁγίας Τριάδος κοινὰ, ἀλλ' ἐκείνης ἐστὶ τῆς ὑποστάσεως, ἧς ἐστιν ἴδιον. Οἷον τὸ Πατὴρ ὄνομα, καὶ τὸ Ἀγέννητος, τοῦ Πατρός ἐστιν ἴδια, καὶ αὖ πάλιν, τὸ Υἱός ὄνομα, καὶ τὸ Μονογενὴς, καὶ τὸ Θεὸς Λόγος, οὐ τὸν Πατέρα δηλοῖ, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ τὸν Υἱόν. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, καὶ ὁ Παράκλητος, τῆς τοῦ Πνεύματος C ὑποστάσεως ὑπάρχει δηλωτικά.

ΕΡΑΝ. Οὐ καλεῖ τοίνυν ἡ θεία Γραφὴ Πνεῦμα καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν;

ΟΡΘ. Πνεῦμα κέκληκε καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, τὸ ἀσώματον καὶ ἀπερίγραφον τῆς θείας φύσεως διὰ τούτου σημαίνουσα· Πνεῦμα δὲ ἅγιον μόνην τοῦ Πνεύματος τὴν ὑπόστασιν ὀνομάζει.

ΕΡΑΝ. Ἀναμφίλεκτόν ἐστι καὶ τοῦτο.

ΟΡΘ. Ἐπειδὴ τοίνυν τινὰ μὲν ἔφαμεν τῆς ἁγίας Τριάδος κοινὰ, τινὰ δὲ ἑκάστης ὑποστάσεως ἴδια, τὸ ἄτρεπτον ὄνομα κοινὸν εἶναι τῆς οὐσίας φαμὲν, ἤ τινος ὑποστάσεως ἴδιον;

ΕΡΑΝ. Κοινόν ἐστι τῆς Τριάδος τὸ ἄτρεπτον. D Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε, τὸ μὲν εἶναι τῆς οὐσίας τρεπτὸν, τὸ δὲ ἄτρεπτον.

ΟΡΘ. Ἄριστα εἴρηκας. Ὥσπερ γὰρ τῶν ἀνθρώπων κοινόν ἐστι τὸ θνητὸν, οὕτω τῆς ἁγίας Τριάδος κοινὸν τὸ ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον. Ἄτρεπτος τοιγαροῦν καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς, καθὰ καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατὴρ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

ΕΡΑΝ. Ἄτρεπτος.

ΟΡΘ. Πῶς τοίνυν τὸ εὐαγγελικὸν ἐκεῖνο ῥητὸν παράγοντες, τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » τροπὴν (9) τῇ ἀτρέπτῳ προσάπτετε φύσει;

[5] Joan. I, 14.

(9) τρ. Ex ed. Rom. et Lips. insertum.

Digitized by Google

ΕΡΑΝ. Οὐ κατὰ τροπὴν αὐτὸν λέγομεν γεγενῆσθαι σάρκα, ἀλλ' ὡς οἶδεν αὐτός.

ΟΡΘ. Εἰ μὴ σάρκα λαβὼν λέγεται γεγενῆσθαι σὰρξ, δυοῖν θάτερον ἀνάγκη λέγειν, ἢ τὴν εἰς σάρκα τροπὴν αὐτὸν ὑπομεμενηκέναι, ἢ δοκήσει τοιοῦτον ὀφθῆναι, κατὰ δὲ τὸν ἀληθῆ λόγον ἄσαρκον εἶναι Θεόν.

ΕΡΑΝ. Βαλεντινιανῶν αὕτη, καὶ Μαρκιωνιστῶν, καὶ Μανιχαίων ἡ δόξα. Ἡμεῖς δὲ ὁμολογουμένως ἐδιδάχθημεν σαρκωθῆναι τὸν Θεὸν Λόγον.

ΟΡΘ. Τὸ σαρκωθῆναι τί νοοῦντες; τὸ σάρκα λαβεῖν, ἢ τὸ εἰς σάρκα τραπῆναι;

ΕΡΑΝ. Ἃ ἡμεῖς ἀκηκόαμεν τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. »

ΟΡΘ. Τὸ δὲ *Ἐγένετο* πῶς νοεῖτε;

ΕΡΑΝ. Ὁ τὴν εἰς σάρκα τροπὴν ὑπομείνας ἐγένετο σάρξ, καὶ ἤδη ἔφην, ὡς οἶδεν. Ἡμεῖς δὲ ἴσμεν ὅτι ἅπαντα αὐτῷ δυνατά. Καὶ γὰρ τὸ Νειλῷον ὕδωρ εἰς αἷμα μετέβαλε, καὶ τὴν ἡμέραν εἰς νύκτα, καὶ τὴν θάλατταν ἤπειρον ἔδειξε, καὶ τὴν ἄνυδρον ἔρημον ὑδάτων ἐπλήρωσεν. Ἀκούομεν δὲ καὶ τοῦ Προφήτου λέγοντος· « Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ. »

ΟΡΘ. Τὴν κτίσιν ὁ Ποιητὴς ὡς ἂν ἐθέλῃ μετασκευάζει· τρεπτὴ γάρ ἐστι, καὶ τοῖς τοῦ δημιουργήσαντος ἀκολουθεῖ νεύμασιν. Αὐτὸς δὲ ἄτρεπτον ἔχει τὴν φύσιν καὶ ἀναλλοίωτον. Τούτου δὴ χάριν, περὶ μὲν τῆς κτίσεως ὁ προφήτης φησίν· « Ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων· » περὶ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου ὁ μέγας λέγει Δαβίδ· « Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Θεὸς περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. »

ΕΡΑΝ. Τὰ κεκρυμμένα οὐ δεῖ ζητεῖν.

ΟΡΘ. Οὐδὲ τὰ δεδηλωμένα παντελῶς ἀγνοεῖν.

ΕΡΑΝ. Ἐμὲ λανθάνει ὁ τῆς σαρκώσεως τρόπος· ἤκουσα δὲ ὅτι ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.

ΟΡΘ. Εἰ τραπεὶς ἐγένετο σάρξ, οὐ μεμένηκεν ὅπερ πρότερον ἦν· καὶ τοῦτο ἐκ πολλῶν εἰκόνων καταμαθεῖν εὐπετές. Καὶ γὰρ ἡ τοιάδε ἄμμος προσομιλοῦσα πυρὶ, πρῶτον μὲν ῥοώδης γίνεται, εἶτα εἰς ὕαλον μεταπήγνυται, καὶ ἅμα τῇ τροπῇ τὴν προσηγορίαν ἀμείβει. Οὐκ (10) ἔτι γὰρ ψάμμος, ἀλλ' ὕαλος ὀνομάζεται.

ΕΡΑΝ. Οὕτως ἔχει.

ΟΡΘ. Καὶ τῆς ἀμπέλου τὸν καρπὸν σταφυλὴν ὀνομάζοντες, ὅταν ἀποθλίψωμεν, οὐ σταφυλὴν, ἀλλὰ οἶνον προσαγορεύομεν.

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Αὐτὸν δὲ τὸν οἶνον, ἐκτροπίαν γενόμενον, οὐκέτι οἶνον, ἀλλ' ὄξος ὀνομάζειν εἰώθαμεν.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Οὕτω τὸν λίθον ἕψοντές τε καὶ διαλύοντες,

A ERAN. Non per mutationem ipsum * carnem factum esse dicimus, sed quomodo ipse novit.

ORTH. Si non carne assumpta caro factus dicitur, duorum alterum affirmari necesse est, vel ipsum in carnem mutatum esse, vel opinione tantum talem visum esse, revera autem carnis expertem esse Deum.

ERAN. Hæc Valentinianorum, et Marcionistarum et Manichæorum est opinio. Nos vero sine controversia incarnatum esse Deum Verbum didicimus.

ORTH. Incarnatum esse quomodo intelligitis? carnemne assumpsisse, an in carnem conversum esse?

ERAN. Quæ nos evangelistam dicentem audivi-
B mus, « Verbum caro factum est [6]. »

ORTH. *Factum est* autem quomodo intelligitis?

ERAN. Qui mutationem in carnem sustinuit, caro factus est, et jam dixi, quomodo ipse novit. Nos autem scimus omnia ipsi possibilia esse. Nam et Nili aquam in sanguinem convertit, et diem in noctem, et mare terram continentem effecit, et solitudinem aquis carentem aquis replevit. Audimus etiam Prophetam dicentem : « Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo et in terra [7]. »

ORTH. Creaturam Conditor transformat ut vult : est enim mutabilis, et fabricatoris nutum sequitur. Ipse autem naturam immutabilem et alterationis expertem habet. Ideo **11** de creatura dicit pro-
C pheta : « Qui facit omnia, et transformat [8]; » de Deo autem Verbo dicit magnus David : « Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient [9]. » Et rursus Deus ipse de seipso : « Ego sum, et non mutor [10]. »

ERAN. Quæ abdita sunt exquiri non debent.

ORTH. Nec quæ patefacta penitus ignorari.

ERAN. Incarnationis modum ignoro : audivi autem quod Verbum caro factum sit.

ORTH. Si mutatione caro factum est, non mansit quod prius erat : quod quidem ex multis similitudinibus intelligi facile potest. Nam arena quædam igni admota primum fluida efficitur, deinde in vitrum concrescit, et una cum mutatione nomen
D commutat : non enim amplius arena, sed vitrum nominatur.

* ERAN. Ita est.

ORTH. Vitis quoque fructum cum uvam appellemus, postquam expressa est, non uvam, sed vinum dicimus.

ERAN. Omnino.

ORTH. Ipsum vero vinum, cum mutatum fuerit, non amplius vinum, sed acetum solemus appellare.

ERAN. Verum est.

ORTH. Sic lapidem coctum et resolutum, non

[6] Joan. i, 14. [7] Psal. cxxxiv, 6. [8] Jerem. x, 16. [9] Psal. ci, 28. [10] Malach. iii, 6.

(10) ἔτι. Rom. et Lips. ἐστι.

Digitized by Google

amplius lapidem, sed calcem appellamus. Innumera quoque ejus generis reperire licet, quæ una cum mutatione nomen commutant.

ERAN. In confesso est.

ORTH. Si ergo Deum Verbum in carnem mutatum dicitis, **12** cur Deum et non carnem potius ipsum appellatis? Congruit enim naturæ mutationi nominis mutatio. Nam si, ubi ea quæ mutantur aliquam retinent cum iis quæ prius erant cognationem (habet enim acetum cum vino aliquam propinquitatem, et vinum cum fructu vitis, et vitrum cum arena), post mutationem alia nomina sortiuntur: ubi infinita est differentia, et tanta, quanta culicis ad universam creaturam, visibilem et invisibilem (tantum enim est ac longe majus discrimen inter naturam carnis et divinitatis), quomodo fieri potest ut post mutationem prior maneat appellatio?

ERAN. Sæpe dixi quod non per mutationem (Verbum) factum sit caro: sed manens quod erat factum sit quod non erat.

ORTH. Sed illud *factum est*, nisi declaretur, mutationem innuit et alterationem. Nisi enim carne assumpta caro factum est, mutationem subeundo factum est caro.

ERAN. *Assumere* istud inventum vestrum est. Evangelista enim dicit: « Verbum caro factum est [11]. »

ORTH. Videris aut divinam Scripturam ignorare, aut sciens improbe agere. Ego vero te vel ignarum docebo, vel improbum convincam. Responde ergo, divini Pauli doctrinam faterisne spiritualem?

ERAN. Omnino.

ORTH. Eumdem Spiritum per evangelistas et apostolos operatum esse dicis?

ERAN. Sic existimo. Ita enim me docuit Scriptura apostolica: « Divisiones enim, inquit, donorum gratiæ **13** sunt, idem autem Spiritus [12]. » Et rursus: « Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens privatim unicuique sicut vult [13]. » Et rursus: « Habentes autem eumdem Spiritum fidei [14]. »

ORTH. Opportune apostolica citasti testimonia. Si ergo ejusdem Spiritus esse dicimus evangelistarum et apostolorum doctrinam, audi Apostolum Evangelii verba interpretantem. Nam ad Hebræos scribens sic ait: « Non enim angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit [15]. » Dic igitur, quid intelligis per *semen Abrahæ?* An non id quod habuit Abraham secundum naturam, habuit etiam semen Abrahæ?

ERAN. Non omnia. Christus enim peccatum non fecit.

ORTH. Peccatum non est naturæ, sed malæ voluntatis. Ideo non indefinite dixi: quod habuit

A οὐκέτι λίθον, ἀλλ' ἄσβεστον ἢ τίτανον καλοῦμεν· καὶ μυρία δὲ τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν, ἃ σὺν τῇ τροπῇ μεταβάλλει τὴν κλῆσιν.

ΕΡΑΝ. Συνωμολόγηται.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν τὴν εἰς σάρκα τροπὴν τὸν Θεὸν Λόγον ὑπομεμενηκέναι φατὲ, τί δήποτε Θεὸν αὐτὸν ἀλλὰ μὴ σάρκα προσαγορεύετε; Ἁρμόττει γὰρ τῇ ἀλλοιώσει τῆς φύσεως ἡ τῆς προσηγορίας ἐναλλαγή. Εἰ γὰρ ἔνθα τὰ μεταβαλλόμενα ἔχει τινὰ πρὸς ἃ πρότερον ἦν συγγένειαν (πελάζει γάρ πως καὶ τὸ ὄξος τῷ οἴνῳ, καὶ ὁ οἶνος τῷ τῆς ἀμπέλου καρπῷ, καὶ τῇ ψάμμῳ ἡ ὕαλος), ἑτέρας ταῦτα μετὰ τὴν ἀλλοίωσιν μεταλαγχάνει προσηγορίας· ὅπου τὸ διάφορον ἄπειρον, καὶ τοσοῦτον ὅσον ἐμπίδος πρὸς τὴν κτίσιν ἅπασαν τὴν ὁρατὴν καὶ ἀόρατον (τοσοῦτον γὰρ, B μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον, τὸ μέσον φύσεως σαρκὸς καὶ θεότητος)· πῶς οἷόν τε μετὰ τὴν τροπὴν τὴν προτέραν μεῖναι προσηγορίαν;

ΕΡΑΝ. Πολλάκις ἔφην, ὅτι οὐ κατὰ τροπὴν ἐγένετο σάρξ, ἀλλὰ μένων ὃ ἦν, γέγονεν ὃ οὐκ ἦν.

ΟΡΘ. Ἀλλὰ τοῦτο τὸ *γέγονεν*, εἰ μὴ σαφὲς γένοιτο, τροπὴν αἰνίττεται καὶ ἀλλοίωσιν. Εἰ μὴ γὰρ σάρκα λαβὼν ἐγένετο σὰρξ, τραπεὶς ἐγένετο σάρξ.

ΕΡΑΝ. Τοῦτο τὸ *Ἔλαβεν* ὑμέτερόν ἐστιν εὕρημα. Ὁ γὰρ εὐαγγελιστὴς, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » λέγει.

ΟΡΘ. Ἔοικας ἢ τὴν θείαν Γραφὴν ἀγνοεῖν, ἢ ἐπιστάμενος κακουργεῖν. Ἐγὼ δέ σε, ἢ ἀγνοοῦντα διδάξω, ἢ κακουργοῦντα ἐλέγξω. Ἀπόκριναι τοίνυν, C τοῦ θείου Παύλου πνευματικὴν τὴν διδασκαλίαν ὁμολογεῖς;

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διά τε τῶν εὐαγγελιστῶν, διά τε τῶν ἀποστόλων ἐνεργῆσαι λέγεις;

ΕΡΑΝ. Οὕτω φημί· οὕτω γὰρ παρὰ τῆς ἀποστολικῆς ἐδιδάχθην Γραφῆς· « Διαιρέσεις γὰρ, φησὶ, χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. » Καὶ πάλιν· « Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Καὶ αὖθις· « Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τῆς πίστεως. »

ΟΡΘ. Εἰς καιρὸν τὰς ἀποστολικὰς παρήγαγες D μαρτυρίας. Εἰ τοίνυν τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος εἶναί φαμεν τά τε τῶν εὐαγγελιστῶν, τά τε τῶν ἀποστόλων παιδεύματα, ἄκουσον τοῦ Ἀποστόλου τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν ἑρμηνεύοντος. Ἑβραίοις γὰρ ἐπιστέλλων οὕτως ἔφη· « Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. » Ἀπόκριναι τοίνυν, τί νοεῖς τὸ *σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ*; οὐκοῦν ὅπερ εἶχε κατὰ φύσιν Ἀβραὰμ, εἶχε καὶ τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ;

ΕΡΑΝ. Οὐ πάντα. Ἁμαρτίαν γὰρ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐποίησεν.

ΟΡΘ. Ἡ ἁμαρτία οὐκ ἔστι τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῆς κακῆς προαιρέσεως. Τούτου δὴ χάριν, οὐκ ἀορίστως

[11] Joan. I, 14. [12] I Cor. XII, 4. [13] Ibid. 11. [14] II Cor. IV, 13. [15] Hebr. II, 16.

ἴσχεν, ὅπερ εἶχεν Ἀβραάμ, ἀλλ' ὅπερ εἶχε κατὰ φύσιν, τουτέστι σῶμα καὶ ψυχὴν λογικήν. Εἰπὲ τοίνυν σαφῶς, εἰ συνομολογεῖς τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ καὶ σῶμα εἶναι καὶ ψυχὴν λογικήν. Εἴπερ ἄρα μή, καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς Ἀπολιναρίου συμφέρῃ ληρήμασιν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἑτέρωθέν σε τοῦτο συνομολογῆσαι καταναγκάσω. Εἰπὲ τοίνυν, οἱ Ἰουδαῖοι σῶμα ἔχουσι καὶ ψυχὴν λογικήν; A

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὡς ἔχουσιν.

ΟΡΘ. Ὅταν τοίνυν ἀκούσωμεν τοῦ προφήτου λέγοντος, « Σὺ δέ, Ἰσραὴλ ὁ παῖς μου, Ἰακὼβ ὃν ἐξελεξάμην, σπέρμα Ἀβραάμ, ὃν ἠγάπησα, » μὴ μόνον σάρκας τοὺς Ἰουδαίους νοοῦμεν, οὐ νοοῦμεν ἀνθρώπους ἐκ σωμάτων καὶ ψυχῶν συνεστῶτας;

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Καὶ τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ, οὐκ ἄψυχον, οὐδὲ ἄνουν, ἀλλὰ πάντα ἔχον, ὁπόσα τὴν φύσιν χαρακτηρίζει τοῦ Ἀβραάμ; B

ΕΡΑΝ. Ὁ ταῦτα λέγων δύο πρεσβεύει υἱούς.

ΟΡΘ. Ὁ δὲ τὸν Θεὸν Λόγον εἰς σάρκα τετράφθαι λέγων, οὐδὲ ἕνα λέγει Υἱόν. Σὰρξ γὰρ αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐχ Υἱός. Ἡμεῖς δὲ ἕνα Υἱὸν ὁμολογοῦμεν, σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβανόμενον κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευσάμενον σωτηρίαν. Εἰ δὲ μὴ στέργεις τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, ἄντικρυς ὁμολόγησον.

ΕΡΑΝ. Ἐναντία τοίνυν φαμὲν εἰρηκέναι τοὺς ἀποστόλους. Ἐναντίον γὰρ εἶναί πως δοκεῖ τό, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » τῷ, « Σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλάβετο. »

ΟΡΘ. Σοὶ τῷ μὴ νοοῦντι, ἢ μάτην φιλονεικοῦντι, ἐναντία δοκεῖ τὰ σύμφωνα. Τοῖς γὰρ σώφρονι λογισμῷ κεχρημένοις οὐ φαίνεται. Διδάσκει γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὡς οὐ τραπεὶς ὁ Θεὸς Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαβόμενος. Κατὰ ταὐτὸν δέ, καὶ τῆς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ γεγενημένης ἐπαγγελίας ἀναμιμνήσκει. Ἢ οὐ μέμνησαι τῶν τῷ πατριάρχῃ παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων δοθεισῶν ὑποσχέσεων; C

ΕΡΑΝ. Ποίων;

ΟΡΘ. Ἡνίκα αὐτὸν ἐκ τῆς πατρῴας ἐξήγαγεν οἰκίας, καὶ εἰς τὴν Παλαιστίνην ἐλθεῖν παρηγγύησεν, οὐκ ἔφη πρὸς αὐτόν, « Εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς; » D

ΕΡΑΝ. Μέμνημαι τῶνδε τῶν ὑποσχέσεων.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἀναμνήσθητι καὶ τῶν πρὸς Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ γεγενημένων παρὰ τοῦ Θεοῦ συνθηκῶν. Τὰς αὐτὰς γὰρ καὶ τούτοις δέδωκεν ὑποσχέσεις, βεβαιῶν τοῖς δευτέροις καὶ τρίτοις τὰ πρότερα.

ΕΡΑΝ. Μέμνημαι καὶ τούτων.

ΟΡΘ. Ταύτας δὲ τὰς συνθήκας ἑρμηνεύων ὁ θεῖος Ἀπόστολος, οὕτως ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας φησί· « Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐῤῥήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Οὐ λέγει, Καὶ τοῖς σπέρμασιν αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ πολλοῖς, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, ὅς ἐστι Χριστός·

[16] Isa. XLI, 8. [17] Hebr. II, 16. [18] Joan. I, 14. [19] ...

Abraham, sed, quod habuit secundum naturam, hoc est corpus et animam ratione præditam. Dic ergo aperte, utrum semen Abrahæ fatearis esse corpus et animam ratione præditam? Sin minus enim, in hoc etiam Apollinarii deliria sectaris. Verum hoc ego te alia etiam ratione fateri compellam. Dic ergo: Habentne Judæi corpus et animam ratione præditam?

ERAN. Clarum est eos habere.

ORTH. Quando ergo prophetam audierimus dicentem, « Et tu, Israel serve mi, Jacob quem elegi, semen Abrahæ amici mei [16], » num carnes solum Judæos arbitramur, an homines ex corporibus animisque conflatos?

**14** ERAN. Vera dicis.

ORTH. Et semen Abrahæ, non animæ nec mentis expers, sed omnia habens quæ Abrahæ naturam exprimunt?

ERAN. Qui hæc dicit, duos inducit filios.

ORTH. At qui Deum Verbum in carnem conversum esse dicit, nullum dicit Filium. Caro enim ipsa per se non est Filius. Nos autem unum Filium confitemur qui semen Abrahæ assumpsit, ut divinus ait Apostolus [17], et qui hominum salutem procuravit. Quod si tibi non placet doctrina apostolica, aperte profitere.

ERAN. Pugnantia ergo locutos dicimus apostolos. Contrarium enim quodammodo videtur, « Verbum caro factum est [18], » ei quod est, « Semen Abrahæ apprehendit [19]. »

ORTH. Tibi fortasse non intelligenti vel temere contendenti, pugnare videntur quæ omnino consentiunt. Iis enim qui sana mente præditi sunt non videntur. Docet enim divinus Apostolus, non per mutationem Deum Verbum carnem factum esse, sed semine Abrahæ apprehenso. Simul etiam datam Abrahæ promissionem in memoriam revocat. An vero non meministi promissionum quas Deus universorum patriarchæ dedit?

ERAN. Quarumnam?

ORTH. Quando ex paterna ipsum domo eduxit et in Palæstinam venire jussit, nonne dixit ei: « Benedicentibus tibi benedicam, et maledicentibus tibi maledicam, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ [20]? »

**15** ERAN. Memoria teneo has promissiones.

ORTH. Recordare igitur etiam fœderum quæ a Deo cum Isaaco et Jacobo facta sunt. Nam easdem promissiones his quoque dedit, secundis et tertiis priores confirmans.

ERAN. Harum etiam memini.

ORTH. Hæc autem fœdera enarrans divinus Apostolus, sic in Epistola ad Galatas dicit: « Abrahæ autem dictæ sunt promissiones et semini ejus. Non dicit, Et seminibus ejus, tanquam de multis, sed tanquam de uno, qui est Christus [21]: apertissime

[19] Hebr. II, 16. [20] Gen. XII, 3. [21] Galat. III, 16.



Digitized by Google

ostendens humanitatem Christi ex semine Abrahæ germinasse, et Abrahæ factam promissionem implevisse.

ERAN. Dicta sunt hæc ab Apostolo.

ORTH. Poterant hæc quidem satis esse ad tollendam omnem controversiam quæ hac de re agitatur. Ego tamen aliam quoque prædictionem tibi in memoriam revocabo. Jacob patriarcha benedictionem hanc sibi et patri et avo datam soli Judæ filio dedit, dicens : « Non deficiet princeps de Juda, et dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium [22]. » An prædictionem istam non admittis tanquam de Christo Salvatore prænuntiatam?

ERAN. Judæi tales prophetias perperam interpretantur; ego vero Christianus sum, divinis credens Scripturis, et (probatas) de Salvatore nostro prophetias sine ulla dubitatione recipio.

ORTH. Quoniam ergo fateris te credere prophetiis, et quæ prædicta **16** sunt de Salvatore nostro edita esse dicis, hinc verborum Apostoli scopum considera. Patriarchis enim factas promissiones ad exitum perductas fuisse ostendens, admirabilem illam vocem emisit : « Non enim angelos utique assumit [23-24]. » Quasi diceret: Vera est promissio, imposuit Dominus promissionibus finem, apertus est gentibus benedictionis fons, Deus semen Abrahæ assumpsit, per hoc promissam salutem præstat, per hoc gentium exspectationem confirmat.

ERAN. Præclare cum apostolicis prophetica connexa sunt.

ORTH. Idem rursus divinus Apostolus, de Judæ benedictione nos admonens et huic quoque respondisse eventum ostendens, exclamat : « Manifestum est enim, ex Juda ortum esse Dominum [25]. » Hoc ipsum et propheta Michæas, et Matthæus evangelista fecerunt. Ille enim vaticinium edidit, hic vero historiæ propheticum testimonium adjunxit. Et quod admiratione dignum est, manifestos veritatis hostes Herodi aperte dixisse ait, fore ut Christus in Bethleem nasceretur. « Scriptum enim est, inquit : Et tu, Bethleem terra Judæ, nequaquam minima es in principibus Judæ. Ex te enim mihi prodibit dux, qui reget populum meum Israel [26]. » Nos autem id quoque adjungamus quod Judæi maligne omiserunt, dum imperfectum proferunt testimonium. Cum enim dixisset propheta : « Ex te egredietur mihi dux, » adjecit : « Et egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis. »

**17** ERAN. Optime fecisti totum prophetæ proferens testimonium; ostendit enim Deum esse, qui in Bethleem natus est.

ORTH. Non Deum modo, verum etiam hominem.

A ἐναργέστατα δεικνὺς τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ ἐκ σπέρματος βλαστήσασαν Ἀβραάμ, καὶ τὴν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ γεγενημένην ἐπαγγελίαν πληρώσασαν.

ΕΡΑΝ. Εἴρηται ταῦτα τῷ Ἀποστόλῳ.

ΟΡΘ. Ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα πᾶσαν τὴν περὶ τούτου κινουμένην ἀμφισϐήτησιν λῦσαι. Ἐγὼ δὲ ὅμως καὶ ἑτέρας σε προῤῥήσεως ἀναμνήσω. Ἰακὼϐ ὁ πατριάρχης τήνδε τὴν εὐλογίαν αὐτῷ καὶ τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ πάππῳ δοθεῖσαν, Ἰούδᾳ τῷ παιδὶ δέδωκε μόνῳ. Ἔφη δὲ οὕτως· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Ἢ οὐ δέχῃ τήνδε τὴν πρόῤῥησιν, ὡς περὶ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένην Χριστοῦ;

B ΕΡΑΝ. Ἰουδαῖοι τὰς τοιαύτας παρερμηνεύουσι προφητείας· ἐγὼ δὲ Χριστιανός εἰμι, τοῖς θείοις πιστεύων λόγοις; καὶ τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφητείας ἀνενδοιάστως δέχομαι.

ΟΡΘ. Ἐπειδὴ τοίνυν πιστεύειν ταῖς προφητείαις ὁμολογεῖς, καὶ τὰ προῤῥηθέντα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τεθεσπίσθαι λέγεις, νόησον (11) ἐντεῦθεν τῶν ἀποστολικῶν ῥητῶν τὸν σκοπόν. Τὰς γὰρ πρὸς τοὺς πατριάρχας γεγενημένας ἐπαγγελίας πεπερασμένας ἐπιδεικνὺς, τὴν θαυμασίαν ἐκείνην ἀφῆκε φωνήν· « Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμϐάνεται· » μονονουχὶ λέγων, Ἀψευδὴς ἡ ὑπόσχεσις, ἐπέθηκε ταῖς ἐπαγγελίαις ὁ Δεσπότης πέρας, ἀνέῳγε τοῖς ἔθνεσιν ἡ τῆς εὐλογίας πηγὴ, τοῦ Ἀϐραμιαίου σπέρ-

C ματος ὁ Θεὸς ἐπείληπται, διὰ τούτου τὴν ἄνωθεν ἐπηγγελμένην πραγματεύεται σωτηρίαν, διὰ τούτου τὴν τῶν ἐθνῶν ἐμπεδοῖ προσδοκίαν.

ΕΡΑΝ. Ἄριστα τοῖς ἀποστολικοῖς τὰ προφητικὰ συνηρμόσθη.

ΟΡΘ. Οὕτω πάλιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος τῆς τοῦ Ἰούδα ἡμᾶς ἀναμιμνήσκων εὐεργεσίας, καὶ δεικνὺς καὶ ταύτην δεξαμένην τὸ πέρας, βοᾷ· « Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος. » Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Μιχαίας, καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος πεποίηκεν. Ὁ μὲν γὰρ εἶπε τὴν πρόῤῥησιν, ὁ δὲ τῇ ἱστορίᾳ τὴν μαρτυρίαν συνέταξε. Καὶ τὸ παράδοξον, ὅτι τοὺς προδηλοτάτους τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς ἔφη τῷ Ἡρώδῃ σαφῶς εἰπεῖν, ὡς ἐν τῇ Βηθλεὲμ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. « Γέγραπται γὰρ,

D φησὶ, Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. » Ἐπαγάγωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς καὶ ὅπερ Ἰουδαῖοι κακοήθως παρέλιπον, ἀτελῆ προσενεγκόντες τὴν μαρτυρίαν. Εἰρηκὼς γὰρ ὁ προφήτης, « Ἐκ σοῦ ἐξελεύσεταί μοι ἡγούμενος, » ἐπήγαγε· « Καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος. »

ΕΡΑΝ. Ἄριστα πεποίηκας, πᾶσαν τεθεικὼς τοῦ προφήτου τὴν μαρτυρίαν. Δείκνυσι γὰρ τὸν ἐν Βηθλεὲμ τεχθέντα Θεόν.

ΟΡΘ. Οὐ Θεὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπον. Ἀν-

[22] Gen. XLIX, 10. [23-24] Hebr. II, 16. [25] Hebr. VII, 14. [26] Matth. II, 5, 6; coll. Mich. V, 2.

(11) Ed. Rom. et Lips. νόησαι.

Digitized by Google

θρωπον μὲν, ὡς ἐξ Ἰούδα κατὰ σάρκα βλαστήσαντα, A καὶ ἐν Βηθλεὲμ γεννηθέντα· Θεὸν δὲ, ὡς πρὸ αἰώνων ὑπάρχοντα. Τὸ γὰρ, «Ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος,» τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τὴν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν γεγενημένην δηλοῖ· τὸ δὲ, «Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος,» τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν κηρύττει σαφῶς. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ, τῆς παλαιᾶς Ἰουδαίων εὐκληρίας ὀλοφυρόμενος τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν, καὶ τῆς θείας ἐπαγγελίας καὶ νομοθεσίας μνημονεύσας, καὶ ταῦτα προστέθεικεν· «Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.» Καὶ κατὰ ταὐτὸν, καὶ τῶν ἁπάντων Δημιουργὸν, καὶ Δεσπότην, καὶ πρύτανιν ὡς Θεὸν, καὶ ἐξ Ἰουδαίων βεβλαστηκότα ὡς ἄνθρωπον ἔδειξεν. B

ΕΡΑΝ. Ἰδοὺ ταῦτα ἡρμήνευσας· πρὸς τὴν Ἱερεμίου προφητείαν τί ἂν εἴποις; Ἐκείνη γὰρ αὐτὸν Θεὸν μόνον κηρύττει.

ΟΡΘ. Ποίαν λέγεις προφητείαν;

ΕΡΑΝ. «Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.» Ἐν τούτοις ὁ προφήτης οὔτε περὶ σαρκὸς, οὔτε περὶ ἀνθρωπότητος, οὔτε περὶ ἀνθρώπου, ἀλλὰ περὶ μόνου Θεοῦ προηγόρευσεν.

ΟΡΘ. Ποῦ τοίνυν χρεία συλλογισμῶν; Τὴν θείαν C φύσιν ἀόρατον εἶναί φαμεν, ἢ οὐ πειθόμεθα τῷ Ἀποστόλῳ λέγοντι, «Ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ Θεῷ;»

ΕΡΑΝ. Ἀναμφιλέκτως ἡ θεία φύσις ἀόρατος.

ΟΡΘ. Πῶς τοίνυν οἷόν τε ἦν ὀφθῆναι δίχα σώματος τὴν ἀόρατον φύσιν; Ἢ οὐ μέμνησαι τῶν ἀποστολικῶν ἐκείνων ῥητῶν, ἃ διδάσκει σαφῶς τῆς θείας φύσεως τὸ ἀθέατον; Λέγει δὲ οὕτως· «Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὔτε ἰδεῖν δύναται.» Εἰ τοίνυν ἀδύνατος ἀνθρώποις, ἐγὼ δέ φημι καὶ ἀγγέλοις, ἡ τῆς θείας φύσεως θεωρία, εἰπὲ πῶς ἐπὶ τῆς γῆς ὁ ἀθέατος καὶ ἀόρατος ὤφθη.

ΕΡΑΝ. Ὁ προφήτης εἶπεν, ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς D ὤφθη.

ΟΡΘ. Καὶ ὁ Ἀπόστολος εἶπεν, «Ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ Θεῷ·» καὶ, «Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὔτε ἰδεῖν δύναται.»

ΕΡΑΝ. Τί οὖν; ψεύδεται ὁ προφήτης;

ΟΡΘ. Μὴ γένοιτο! τοῦ θείου γὰρ Πνεύματος καὶ ταῦτα κἀκεῖνα τὰ ῥήματα.

ΕΡΑΝ. Ζητήσωμεν (12) τοίνυν πῶς ὁ ἀόρατος ὤφθη.

ΟΡΘ. Μή μοι λογισμοὺς καὶ συλλογισμοὺς (13)

Hominem quidem, tanquam ex Juda secundum carnem propagatum et in Bethleem natum: Deum vero, tanquam ante sæcula exsistentem. Hoc enim: «Ex te mihi egredietur dux,» nativitatem secundum carnem, quæ in novissimis diebus facta est, ostendit: illud vero: «Egressus ejus ab initio *, a diebus æternitatis,» eum ante sæcula exstitisse aperte declarat. Sic etiam divinus Apostolus in Epistola ad Romanos, veterem Judæorum felicitatem in deterius mutatam deflens, divinamque promissionem et legem eis datam commemorans, hoc tandem subjecit: «Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen [27].» Iisdemque verbis et omnium Conditorem, Dominum, ac gubernatorem esse ostendit ut Deum, et ex Judæis ortum ut hominem.

ERAN. Ecce ista interpretatus es: ad Jeremiæ prophetiam quid dices? Illa enim eum solum Deum esse prædicat.

ORTH. Quam dicis prophetiam?

ERAN. «Hic Deus noster, non reputabitur alius præter ipsum. Invenit omnem viam scientiæ, et dedit eam Jacobo filio suo, et Israeli dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [28].» In his propheta nec de carne, nec de humanitate, **18** nec de homine, sed de solo Deo vaticinatus est.

ORTH. Ubinam ergo ratiocinationis est usus? Divinam naturam invisibilem esse dicimus, aut Apostolo non assentimur dicenti: «Immortali, invisibili, soli Deo [29]?»

ERAN. Citra controversiam divina natura invisibilis est.

ORTH. Quomodo ergo sine corpore cerni poterat invisibilis natura? An illorum verborum Apostoli non meministi, quæ perspicue docent divinam naturam conspici non posse? Sic enim dicit: «Quem nullus hominum vidit, imo ne videre quidem potest [30].» Si ergo nec ab hominibus, dico ego nec ab angelis, conspici potest divina natura, dic quomodo in terra is visus est qui cerni et conspici non potest.

ERAN. Propheta dixit, quod in terra visus sit [31].

ORTH. Et Apostolus dixit, «Immortali, invisibili, soli Deo;» et: «Quem nullus hominum vidit, imo non videre potest.»

ERAN. Quid ergo? falsumne dicit propheta?

ORTH. Absit! divini enim Spiritus et hæc et illa sunt verba.

ERAN. Quæramus igitur, quo pacto invisibilis visus sit.

ORTH. Ne mihi cogitationes et ratiocinationes

[27] Rom. IX, 5. [28] Baruch III, 35-37. [29] I Tim. I, 17. [30] I Tim. VI, 16. [31] Baruch III, 38.

(12) Sequimur edit. Rom. et Lips. quæ hæc Eranistæ, proxima autem Μή μοι — γραφῇ Orthodoxo recte tribuunt, et quæ deinceps sequuntur, Μηδένα — μαρτυρίῳ, proximis Ἐάν μοι, κ. τ. λ. adjungunt. Inversum ordinem tenuit Sirmondus.

(13) κ. συλλ. Ex edit. Rom. et Lips. insertum.

Digitized by Google

humanas adduxeris. Ego enim in sola divina Scri- A ptura acquiesco.

19 ERAN. Nullam rationem admittes, quæ divinæ Scripturæ testimonio non confirmetur. Si mihi ex divina Scriptura dubitationis solutionem attuleris, admittam et minime contradicam.

ORTH. Scis quod paulo ante dictum evangelicum per Apostoli testimonium declaraverimus, nobisque exposuit divinus Apostolus quomodo Verbum caro factum sit, diserte dicens : « Non enim angelos utique assumit, sed semen Abrahæ assumit [32]. » Idem igitur et nunc docebit nos magister quomodo Deus Verbum in terra visus sit et cum hominibus conversatus.

ERAN. Ego et apostolicis et propheticis assentior sermonibus. Profer igitur quam pollicitus es B prophetiæ interpretationem.

ORTH. Ad Timotheum scribens divinus Apostolus hæc etiam adjecit : « Manifeste magnum est pietatis mysterium; Deus manifestatus est in carne, justificatus in spiritu, visus angelis, prædicatus gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria [33]. » Manifestum est ergo, quod invisibilis quidem sit divina natura, visibilis autem caro, et quod per hanc visibilem invisibilis illa conspecta sit, per eam edens miracula et suam revelans potentiam. Nam oculorum sensum manu fabricavit, et cæcum a nativitate sanavit, et surdo auditum restituit, et linguam 20 vinctam solvit, digitorum utens instrumento, et tanquam salutare quoddam pharmacum C adhibens sputum. Ita rursus in mari ambulans divinitatis omnipotentiam patefecit. Apte ergo divinus dixit Apostolus : « Deus manifestatus est in carne. » Siquidem per hanc apparuit natura, quæ cerni non poterat : per hanc illam quoque viderunt angelorum turmæ : « Visus est enim, inquit, angelis. » Nobiscum igitur hujus doni particeps facta est etiam incorporea natura.

ERAN. Angeli ergo ante Salvatoris adventum Deum non videbant?

ORTH. Apostolus dixit, quod manifestatus in carne angelis visus sit.

ERAN. Atqui Dominus dixit : « Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis minimis : dico enim D vobis, quod angeli eorum semper videant faciem Patris nostri qui in cœlis est [34]. »

ORTH. Sed Dominus rursus dixit : « Non quod Patrem quis viderit, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem [35]. » Ideo etiam Evangelista aperte clamat : « Deum nemo vidit unquam, » et confirmat quod a Domino dictum est : « Unigenitus enim, inquit, Fi-

A ἀνθρωπίνους προσενέγκῃς. Ἐγὼ γὰρ μόνῃ πείθομαι τῇ θείᾳ Γραφῇ.

ΕΡΑΝ. Μηδένα δέξῃ λόγον (14), ἥκιστα βεβαιούμενον Γραφικῇ μαρτυρίᾳ. Ἐάν μοι τῆς ἀμφιβολίας τὴν λύσιν ἐκ τῆς θείας προσενέγκῃς Γραφῆς, δέξομαι καὶ οὐκ ἀντιφθέγξομαι.

ΟΡΘ. Οἶσθ' ὅτι καὶ πρὸ βραχέος τὴν εὐαγγελικὴν ῥῆσιν διὰ τῆς ἀποστολικῆς μαρτυρίας σαφῆ πεποιήκαμεν, καὶ δεδήλωκεν ἡμῖν (15) ὁ θεῖος Ἀπόστολος, πῶς ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, διαῤῥήδην εἰπών, « Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. » Ὁ αὐτὸς τοίνυν καὶ νῦν (16) ἡμᾶς διδάξει διδάσκαλος πῶς ὁ Θεὸς Λόγος ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.

ΕΡΑΝ. Ἐγὼ καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς καὶ τοῖς προ- B φητικοῖς πείθομαι λόγοις. Δεῖξον τοίνυν, κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, τῆς προφητείας τὴν ἑρμηνείαν.

ΟΡΘ. Ἤρκει μὲν καὶ μόνος ὁ μέγας Πέτρος τῇ ἀληθείᾳ συμμαρτυρῶν· καὶ γὰρ ὁ Δεσπότης παρὰ (35) τούτου μόνου τὴν τῆς ἀληθείας (36) ὁμολογίαν δεξάμενος, ἐβεβαίωσε ταύτην τῷ ἀοιδίμῳ μακαρισμῷ. Ἐπειδὴ δὲ (37) ἑτέρων τοῦτο κηρυττόντων ἀκοῦσαι ποθεῖς, ἄκουσον ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Πισιδίας Παύλου καὶ Βαρνάβα δημηγορούντων. Οὗτοι γὰρ, τοῦ Δαβὶδ μνημονεύσαντες, ταῦτα ἐπήγαγον· « Τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ Σωτῆρα Ἰησοῦν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ Τιμοθέῳ δὲ ἐπιστέλλων ὁ θεσπέσιος Παῦλος καὶ ταῦτα τέθεικε· « Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου. » Καὶ Ῥωμαίοις γράφων εὐθὺς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς Δαυϊτικῆς ἐμνημόνευσε συγγενείας. Ἔφη δὲ οὕτως· « Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, » καὶ τὰ ἑξῆς.

ΕΡΑΝ. Συχναὶ μὲν αἱ ἀποδείξεις καὶ ἀληθεῖς. Εἰπὲ δέ μοι, τί δήποτε τὰ ἑξῆς τῆς μαρτυρίας παρέλιπες;

ΟΡΘ. Ὅτι περὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλ' οὐ περὶ τῆς θεότητος ἀμφιβάλλεις. Εἰ δέ γε περὶ τῆς θεότητος ἠμφισβήτεις, περὶ ταύτης ἄν σοι τὰς ἀποδείξεις προσήνεγκα. Πλὴν ἀρκεῖ τὸ φάναι « κατὰ σάρκα, » παραδηλῶσαι τὴν σεσιγημένην θεότητα. Κοινοῦ γὰρ ἀνθρώπου διδάσκων συγγένειαν, οὐ λέγω, Τοῦ δεῖνος ὁ δεῖνα κατὰ σάρκα υἱὸς, ἀλλ' ἁπλῶς, υἱός. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς τὴν γενεαλογίαν ἔγραψεν· « Ἀβραὰμ γὰρ, φησὶν, ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, » καὶ οὐ προστέθεικε *κατὰ σάρκα*· μόνον γὰρ ἄνθρωπος ὑπῆρχεν ὁ Ἰσαάκ. Παραπλησίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐμνημόνευσεν· ἄνθρωποι γὰρ ἦσαν, οὐδὲν ἔξω τῆς φύσεως ἔχοντες. Περὶ μέντοι τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ διαλεγόμενοι τῆς ἀληθείας οἱ κήρυκες, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐπιδεικνύντες τὴν κάτω συγγένειαν, τὸ *κατὰ σάρκα* συνάπτουσι, ταύτῃ σημαίνοντες τὴν θεότητα, καὶ διδάσκοντες ὡς οὐκ ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ καὶ (38) Θεὸς προαιώνιος ὁ Δεσπότης Χριστός.

ΕΡΑΝ. Πολλὰς μὲν καὶ ἀποστολικὰς καὶ προφητικὰς παρήγαγες μαρτυρίας· ἐγὼ δὲ τῷ Εὐαγγελιστῇ πείθομαι λέγοντι· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. »

ΟΡΘ. Κἀγὼ πείθομαι τῇ θείᾳ ταύτῃ διδασκαλίᾳ, νοῶ δὲ αὐτὴν εὐσεβῶς ὅτι σάρκα λαβὼν καὶ ψυχὴν λογικὴν, λέγεται γεγενῆσθαι σάρξ. Εἰ δὲ μηδὲν ἐκ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἔλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος, οὐκ ἀληθεῖς μὲν αἱ πρὸς τοὺς πατριάρχας παρὰ τοῦ Θεοῦ

A carnem germinasse Christum Dominum, cumque non solum carnem, sed etiam animam habuisse.

ERAN. Quis reliquorum apostolorum eadem prædicavit?

ORTH. Satis quidem foret solius magni Petri testimonium ad confirmandam veritatem: nam et Dominus ab hoc solo editam veritatis confessionem recipiens insigni hanc approbatione ornavit. Sed quoniam alios hac de re testificantes audire cupis, audi Paulum et Barnabam in Antiochia Pisidiæ concionantes. Hi enim, cum Davidis mentionem fecissent, hæc addiderunt: « Hujus Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israeli Salvatorem Jesum [29], » et quæ sequuntur. Et ad Timotheum scribens divinus Apostolus hæc inter B cætera posuit: « Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Davidis secundum Evangelium meum [30]. » Et ad Romanos scribens statim in principio meminit Davidicæ cognationis. Sic enim dicit: « Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus ad Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui natus est ex semine Davidis secundum carnem [31], » et quæ sequuntur.

**39** ERAN. Confertæ quidem sunt hæ ac veræ demonstrationes. Dic mihi autem, cur reliquam testimonii partem omiseris?

ORTH. Quia de humana natura, non de divina C ambigis. Quod si de divinitate dubitares, de ea tibi demonstrationes protulissem. Sufficit tamen dicere, « secundum carnem, » ad declarandam divinitatem quæ non exprimitur. De communis enim hominis cognatione verba faciens non dico: Hic illius secundum carnem filius, sed simpliciter dico: filius. Sic et divinus evangelista genealogiam describens: « Abraham enim, inquit, genuit Isaacum [32], » et non adjecit *secundum carnem*, quia Isaac homo tantum erat. Eodemque modo alios etiam commemorat: homines enim erant, nec quidquam habebant præter (humanam) naturam. At de Christo Domino disserentes veritatis præcones, et ignaris cognationem cum inferiore natura ostendentes, addunt D *secundum carnem*, hac ratione divinitatem indicantes, et docentes non hominem solum, sed etiam Deum æternum esse Christum Dominum.

ERAN. Multa sane et apostolica et prophetica protulisti testimonia: ego vero Evangelistæ credo dicenti: « Verbum caro factum est [33]. »

ORTH. Ego quoque assentior huic divinæ doctrinæ, sed pie illam intelligo, quod carnem assumens, et animam rationalem, caro factum esse dicitur. Quod si nihil ex nostra natura assumpsit Deus Verbum, veræ non sunt patriarchis a Deo universo-

[29] Act. xiii, 23. [30] II Tim. ii, 8. [31] Rom. i, 1-3. [32] Matth. i, 2. [33] Joan. i, 14.

(35) Ed. Rom. et Lips. περί.
(36) ἀλ. Utraque editio habet εὐσεβείας.
(37) δέ. Locis cit. sequitur καί.
(38) καί. Ex ed. Rom. et Lips. suppletum.

Digitized by Google

rum jurejurando sancitæ promissiones, inutilis autem **40** Judæ benedictio, et falsa quæ Davidi facta est promissio. Supervacanea vero etiam Virgo, quæ Deo incarnato nihil naturæ nostræ contulit. Prophetarum quoque prædictiones finem non habent. Quare inanis quoque est prædicatio nostra, inanis fides nostra, vana quoque spes resurrectionis. Mentitur enim, ut videtur, Apostolus dicens : « Una resuscitavit et sedere nos fecit in cœlestibus cum Christo Jesu [95]. » Si enim nostræ naturæ Christus Dominus nihil habuit, falso primitiæ nostræ appellatus est : corporis porro natura ex mortuis excitata non est, neque in cœlo sedem a dexteris consecuta. Quod si vero nihil horum obtinuit, quomodo nos Deus una resuscitavit et cum Christo sedere fecit, qui nihil ad eum secundum naturam attinemus? Sed impium est hæc dicere. Nam divinus Apostolus, licet nondum facta sit communis resurrectio, nec regnum cœlorum credentibus exhibitum, clamat tamen : « Una resuscitavit et sedere nos fecit in cœlestibus cum Christo Jesu, » docens, cum primitiæ nostræ resurrexerint, et ad dexteram consederint, nos quoque resurrectionem omnino consecuturos esse; et primitiarum gloriæ participes esse futuros qui naturam participant, fidemque susceperunt.

ERAN. Et multa et vera enarrasti : sed ego dicti evangelici sententiam scire velim.

ORTH. Interpretatione peregrina tibi non est opus : Evangelista enim seipsum interpretatur. Cum enim dixisset : « Verbum caro factum est, » subjunxit : « Et habitavit in nobis [95-96]; » hoc est, **41** fixo in nobis tabernaculo carneque ex nobis assumpta quasi templo quodam utens, caro factum dicitur. Et docens eum immutabilem mansisse adjecit : « Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis [97]. » Etenim carne amictus paternam nobilitatem præ se ferebat, divinitatisque radios spargebat, et Dominicæ potestatis fulgorem evibrabat, latentem naturam miraculis patefaciens. His similia sunt quæ ad Philippenses scripsit divinus Apostolus : « Hoc sentite in vobis quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi assumens, ad similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [98]. » Vide prædicationis consonantiam. Evangelista dixit : « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; » Apostolus : « Servi formam accipiens. » Rursus dixit Evangelista : « Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre; » Apostolus : « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. » Et, ut paucis dicam, ambo docent, eum,

A τῶν ὅλων μεθ' ὅρκων γεγενημέναι συνθῆκαι, ἀνόνητος δὲ τοῦ Ἰούδα ἡ εὐλογία, ψευδὴς δὲ ἡ πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐπαγγελία, περιττὴ δὲ καὶ ἡ Παρθένος, οὐδὲν τῆς ἡμετέρας φύσεως τῷ σαρκωθέντι προσενεγκοῦσα Θεῷ. Αἱ δὲ τῶν προφητῶν προῤῥήσεις τὸ πέρας οὐκ ἔχουσι. Κενὸν οὖν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν, ματαία δὲ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἡ ἐλπίς. Ψεύδεται γάρ, ὡς ἔοικεν, ὁ Ἀπόστολος λέγων· « Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Εἰ γὰρ μηδὲν τῆς ἡμετέρας φύσεως εἶχεν ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ψευδῶς μὲν ἡμῶν ἀπαρχὴ προσηγόρευται· σώματος δὲ φύσις ἐκ νεκρῶν οὐκ ἐγήγερται, οὔτε μὴν ἐν οὐρανῷ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας τετύχηκεν. Εἰ δὲ μηδὲν τούτων τετύχηκε, πῶς ἡμᾶς ὁ Θεὸς συνήγειρέ τε καὶ συνεκάθισε τῷ Χριστῷ, τοὺς μηδὲν αὐτῷ κατὰ φύσιν B προσήκοντας; Ἀλλὰ δυσσεβὲς τὸ ταῦτα λέγειν. Ὁ γὰρ θεῖος Ἀπόστολος, μηδέπω μηδὲ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως γενομένης, μήτε τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας τοῖς πεπιστευκόσι παρασχεθείσης, βοᾷ· « Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, » διδάσκων ὡς τῆς ἀπαρχῆς τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν γενομένης καθέδρας, τευξόμεθα καὶ ἡμεῖς πάντως τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῇ ἀπαρχῇ κοινωνοῦσι τῆς δόξης οἱ κοινωνοῦντες τῆς φύσεως καὶ μετειληφότες τῆς πίστεως.

ΕΡΑΝ. Καὶ πολλοὺς καὶ ἀληθεῖς διεξελήλυθας λόγους· ἀλλ' ἐβουλόμην γνῶναι τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ τὴν διάνοιαν.

C ΟΡΘ. Οὐ δεῖ σοι ξένης ἑρμηνείας· αὐτὸς γὰρ ὁ Εὐαγγελιστὴς ἑαυτὸν ἑρμηνεύει. Εἰπὼν γάρ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ἐπήγαγε· « Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· » τοῦτ' ἔστιν, ἐν ἡμῖν σκηνώσας, καὶ οἷόν τινι ναῷ χρησάμενος τῇ ἐξ ἡμῶν ληφθείσῃ σαρκὶ, λέγεται γεγενῆσθαι σάρξ. Καὶ διδάσκων ὡς ἀναλλοίωτος ἔμεινεν, ἐπήγαγε· « Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Καὶ σάρκα γὰρ περιβεβλημένος, ἐδείκνυ τὴν πατρῴαν εὐγένειαν, καὶ τῆς θεότητος τὰς ἀκτῖνας ἐξέπεμπε, καὶ τῆς Δεσποτικῆς ἐξουσίας ἠφίει τὴν αἴγλην, ταῖς θαυματουργίαις ἀποκαλύπτων τὴν λανθάνουσαν φύσιν. Τούτοις ἔοικεν ἃ Φιλιππησίοις ἔγραψεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν D μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. » Βλέπε τὴν τῶν κηρυγμάτων συγγένειαν. Ὁ Εὐαγγελιστὴς εἶπεν· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· » ὁ Ἀπόστολος· « Μορφὴν δούλου λαβών. » Ὁ Εὐαγγελιστὴς πάλιν ἔφη· « Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός· » ὁ Ἀπόστολος· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. » Καὶ,

[94] Ephes. II, 6. [95-96] Joan. I, 14. [97] Ibid. [98] Philipp. II, 5-8.

συλλήβδην εἰπεῖν, ἀμφότεροι διδάσκουσιν ὅτι Θεὸς A ὢν, καὶ Θεοῦ Υἱὸς, καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς περικείμενος δόξαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχων φύσιν καὶ δύναμιν τῷ γεννήτορι, ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὢν, καὶ Θεὸς ὢν, καὶ τὴν κτίσιν δημιουργήσας, μορφὴν ἔλαβε δούλου. Καὶ ἐδόκει μὲν τοῦτο μόνον εἶναι ὃ ἑωρᾶτο· ἦν δὲ Θεὸς, ἀνθρωπείαν περικείμενος φύσιν, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευόμενος σωτηρίαν. Τοῦτο δηλοῖ τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » καὶ τὸ, « Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. » Τοῦτο γὰρ μόνον ἔβλεπον οἱ Ἰουδαῖοι, διὸ καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγον· « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. » Καὶ πάλιν· « Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἀπὸ Θεοῦ, ὅτι τὸ Σάββατον οὐ τηρεῖ. » B

ΕΡΑΝ. Ἰουδαῖοι διὰ τὴν σφετέραν ἐτύφλωττον ἀπιστίαν, καὶ τούτου χάριν τούτοις ἐχρῶντο τοῖς λόγοις.

ΟΡΘ. Εἰ δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους εὕροις πρὸ τῆς ἀναστάσεως ταῦτα λέγοντας, δέχῃ τὴν ἑρμηνείαν; Ἀκούω (39) τοίνυν αὐτῶν ἐν τῷ πλοίῳ, μετὰ τὴν μεγίστην τῆς γαλήνης θαυματουργίαν, λεγόντων· « Ποταπός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὅτι καὶ ἡ θάλασσα καὶ οἱ ἄνεμοι ὑπακούουσιν αὐτῷ; »

ΕΡΑΝ. Τοῦτο μὲν ἀποδέδεικται· ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ· ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν ὁμοιώματι αὐτὸν ἀνθρώπου γεγενῆσθαι λέγει.

ΟΡΘ. Τὸ ληφθὲν, οὐχ ὁμοίωμα ἀνθρώπου, ἀλλὰ φύσις ἀνθρώπου. Μορφὴ γὰρ δούλου [φύσις δούλου (40)], C καθάπερ καὶ ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ φύσις νοεῖται Θεοῦ. Αὐτὸς μέντοι ὁ ταύτην λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου ἐγένετο, καὶ ἐν σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος. Θεὸς γὰρ ὢν, ἐδόκει ἄνθρωπος εἶναι δι' ἣν ἀνείληφε φύσιν. Ὁ μέντοι εὐαγγελιστὴς, τὸ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενέσθαι, σάρκα ἔφη γενέσθαι. Ἵνα δὲ γνῷς ὅτι τοῦ ἐναντίου πνεύματός εἰσι μαθηταὶ οἱ τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, ἄκουσον τοῦ μεγάλου Ἰωάννου ἐν τῇ Καθολικῇ λέγοντος· « Πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι· καὶ πᾶν πνεῦμα, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ Ἀντιχρίστου. »

ΕΡΑΝ. Πιθανῶς μὲν ἡρμήνευσας. Ἐγὼ δὲ μαθεῖν D ἐβουλόμην, ὅπως οἱ παλαιοὶ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » νενοήκασιν.

ΟΡΘ. Ἔδει μέν σε πεισθῆναι ταῖς ἀποστολικαῖς καὶ προφητικαῖς ἀποδείξεσιν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων ἑρμηνείας ἐπιζητεῖς, ἐγώ σοι καὶ ταύτην, σὺν Θεῷ φάναι, προσοίσω τὴν θεραπείαν.

ΕΡΑΝ. Μή μοι παραγάγῃς ἄνδρας ἀσήμους ἢ ἀμφιβόλους· τῶν γὰρ τοιούτων τὴν ἑρμηνείαν οὐ δέξομαι.

cum Deus esset Deique Filius, et Patris gloria ornatus, eamdemque haberet cum Genitore naturam et potentiam, et cum esset in principio, et esset apud Deum, et Deus esset, creaturasque esset fabricatus, servi formam assumpsisse. Et videbatur quidem hoc solum esse quod cernebatur; erat autem Deus humana natura indutus, et hominum **42** reparans salutem. Hoc significat illud : « Verbum caro factum est, » et illud, « Ad similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. » Hoc enim solum videbant Judæi, et ideo dicebant illi : « Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, quod, cum sis homo, facias te ipsum Deum [**]. » Et rursus : « Hic homo non est ex Deo, quia Sabbatum non servat [1]. »

ERAN. Judæi propter infidelitatem suam cæcutiebant, et hanc ob causam his verbis utebantur.

ORTH. At si etiam apostolos ante resurrectionem talia dixisse inveneris, recipisne interpretationem? Audio itaque illos in navi, post redditam ingenti miraculo tranquillitatem dicentes : « Qualis est hic homo, siquidem et mare et venti obediunt ei [2]? »

ERAN. Hoc quidem demonstratum est : illud vero explica mihi, quomodo divinus Apostolus eum ad similitudinem hominis factum dicat.

ORTH. Id quod assumpsit non similitudo hominis est, sed hominis natura. Nam forma servi [natura servi], sicut et forma Dei natura Dei intelligitur. Ipse vero hac assumpta ad similitudinem hominis factus est, et habitu inventus ut homo. Cum enim Deus esset, homo esse videbatur propter assumptam naturam. Evangelista autem illud, ad similitudinem hominis factum esse, dicit carnem factum esse. Ut autem agnoscas **43** contrarii spiritus discipulos esse, qui Salvatoris nostri carnem negant, audi magnum Joannem in Catholica dicentem : « Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; et omnis spiritus qui non confitetur Jesum in carne venisse, ex Deo non est, et hic est spiritus Antichristi [4]. »

ERAN. Probabiliter hoc enarrasti. Ego autem scire velim, quomodo antiqui Ecclesiæ doctores illud, « Verbum caro factum est [5], » intellexerint.

ORTH. Decebat quidem te in apostolicis et propheticis probationibus acquiescere. Quia vero etiam sanctorum Patrum interpretationes requiris, ego hanc quoque tibi, Deo juvante, adhibebo medicinam.

ERAN. Ne mihi obscuros viros vel ambiguos adduxeris. Talium enim interpretationes non recipiam.

[**] Joan. x, 33. [1] Joan. ix, 16. [2] Matth. viii, 27. [3] Philipp. ii, 7. [4] I Joan. iv, 2, 3. [5] Joan. i, 14.

(39) ἀκούω — ὑπακ. αὐτῷ. Hæc una cum seq. Τοῦτο — λέγει Eranistæ tribuuntur in edit. Rom. et Lips.

(40) φύσ. δ. Desid. ll. cc. Abest etiam a versione Lat. Strigelii.



Digitized by Google

ORTH. Videturne tibi fide dignus celeberrimus ille Athanasius, clarissimum lumen Ecclesiæ Alexandrinæ?

ERAN. Omnino, ut qui veritatis ' doctrinam ærumnis quas perpessus est confirmavit.

ORTH. Audi ergo ipsum scribentem ad Epictetum. Sic autem dicit: « Id quod a Joanne dicitur: *Verbum caro factum est*, hanc habet sententiam, quatenus ex simili exemplo elici potest. Pauli enim verba sunt: *Christus factus est pro nobis maledictio* [6]. **44** Quemadmodum non quod ipse maledictio factus sit, sed quod pro nobis maledictionem suscepit, factus dicitur maledictio: ita non quod conversus sit in carnem, sed quod pro nobis carnem assumpsit, dicitur factus caro. » Hæc quidem divinissimus Athanasius. Gregorius vero (Nazianzenus), cujus apud omnes illustre nomen est, qui olim regiam urbem in Bospori ostio sitam rexit, et postea Nazianzum incoluit, contra Apollinaris præstigias sic ad Cledonium scripsit.

ERAN Clarus vir, et veritatis propugnator fuit.

ORTH. Audi ergo ipsum dicentem: « Hoc igitur, *Verbum caro factum est*, simile videtur illi, quod et peccatum factus esse dicitur, et maledictio: non quod Dominus in hæc mutatus sit, (qui enim id fieri posset?) sed quia per id quod hæc suscepit, iniquitates nostras sustulit, et morbos portavit [7-8].

ERAN. Congruit utriusque interpretatio.

ORTH. Quoniam ergo tibi australium et borealium partium pastores consentire ostendimus, age ad celeberrimos quoque occidentis episcopos te velut hospitem deducamus, qui alia quidem lingua, sed non alia sententia, enarrationem conscripserunt.

**45** ERAN. Audio Ambrosium, qui Mediolani episcopalem sedem ornavit, et contra omnes hæreses præclare decertasse, et pulcherrima apostolorumque doctrinæ congruentia scripsisse.

ORTH. Ejus tibi interpretationem proferam. Hæc autem dicit in libro *De fide* (41): « Scriptum est, inquiunt, quia *Verbum caro factum est*. Scriptum est, non nego. Considera quid sequatur. Se-

ΟΡΘ. Ἀξιόχρεως εἶναί σοι δοκεῖ Ἀθανάσιος ἐκεῖνος ὁ πολυθρύλλητος, ὁ φανότατος τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας φωστήρ;

ΕΡΑΝ. Πάνυγε· τοῖς γὰρ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παθήμασι τὴν διδασκαλίαν ἐκύρωσεν (42).

ΟΡΘ. Ἄκουε τοίνυν αὐτοῦ πρὸς Ἐπίκτητον γεγραφότος· λέγει δὲ οὕτως· « Τὸ γὰρ (43) παρὰ τῷ Ἰωάννῃ λεγόμενον, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν, καθὼς καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου τούτῳ (44) δυνατὸν εὑρεῖν. Γέγραπται γὰρ παρὰ τῷ Παύλῳ· *Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε κατάρα*. Ὥσπερ (45) οὐχ ὅτι αὐτὸς γέγονε κατάρα, ἀλλ' ὅτι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἐδέξατο κατάραν, κατάρα (46) εἴρηται γεγονέναι, οὕτως οὐχ ὅτι τραπεὶς εἰς σάρκα, ἀλλ' ὅτι σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβε, λέγεται σὰρξ γεγονέναι. » Ταῦτα μὲν ὁ θειότατος Ἀθανάσιος. Γρηγόριος δὲ, ᾧ κλέος παρὰ πᾶσι πολὺ, ὁ πάλαι μὲν τὴν βασιλεύουσαν πόλιν τὴν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Βοσπόρου κειμένην ἰθύνας, ὕστερον δὲ τὴν Ναζιανζὸν οἰκήσας, κατὰ τῆς Ἀπολιναρίου τερθρείας ὧδε πρὸς Κληδόνιον ἔγραψεν.

ΕΡΑΝ. Περιφανὴς ὁ ἀνὴρ, καὶ πρόμαχος τῆς εὐσεβείας γεγένηται.

ΟΡΘ. Ἄκουε τοίνυν αὐτοῦ λέγοντος· Τὸ οὖν (47) *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, ἴσον μοι δοκεῖ γίνεσθαι (48) τῷ καὶ ἁμαρτίαν αὐτὸν γεγονέναι λέγεσθαι καὶ κατάραν, οὐκ εἰς (49) ταῦτα τοῦ Κυρίου μεταποιηθέντος, (πῶς γάρ;) ἀλλ' ὡς διὰ τοῦ ταῦτα δέξασθαι τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀναλαβόντος, καὶ τὰς νόσους βαστάσαντος.

ΕΡΑΝ. Σύμφωνος ἀμφοτέρων ἡ ἑρμηνεία.

ΟΡΘ. Ἐπειδή σοι τοὺς τὰ νότια καὶ βόρεια ποιμάναντας συμφωνοῦντας ἐδείξαμεν, δεῦρο δή σε καὶ πρὸς τοὺς ἀοιδίμους τῆς ἑσπερίας ξεναγήσωμεν διδασκάλους, οἱ γλώττῃ μὲν ἑτέρᾳ, διανοίᾳ δὲ οὐχ ἑτέρᾳ, τὴν ἑρμηνείαν συνέγραψαν.

ΕΡΑΝ. Ἀμβρόσιον ἀκούω, τὸν τῆς Μεδιολάνων (50) τὸν ἀρχιερατικὸν διακοσμήσαντα θρόνον, ἠριστευκέναι μὲν κατὰ πάσης αἱρέσεως, συγγεγραφέναι δὲ κάλλιστα καὶ τῇ τῶν ἀποστόλων διδασκαλίᾳ συμβαίνοντα.

ΟΡΘ. Αὐτοῦ σοι τὴν ἑρμηνείαν προσοίσω. Λέγει δὲ ταῦτα ἐν τῷ *Περὶ πίστεως* λόγῳ· « Ἀλλὰ, φησὶ, γέγραπται ὅτι *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο* (51). Τὸ γραφὲν οὐκ ἀρνοῦμαι. Ἀλλὰ θεάσασθε τὸ λεγόμενον.

[6] Galat. III, 13. [7-8] Isa. LIII, 4.

(41) De incarnationis Dominicæ sacramento, c. 6, t. II edit. Benedict. p. 716 seq.

(42) τοῖς — ἐκύρωσεν. Hæc in ed. Rom. et Lips. cohærent cum sequentibus Ἄκουε κ. τ. λ.

(43) Τὸ γὰρ κ. τ. λ. Locus iste exstat in edit. Bened. tom. I, p. II, p. 907.

(44) τούτῳ. Loco cit. leg. τοῦτο.

(45) ὥσπερ — σὰρξ γεγονέναι. Editio Bened. ita habet: Καὶ ὥσπερ οὐκ αὐτὸς γέγονε κατάρα, ἀλλ' ὅτι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο κατάραν, εἴρηται κατάρα γεγονέναι οὕτω καὶ σὰρξ γέγονεν, οὐ τραπεὶς εἰς σάρκα, ἀλλ' ὅτι σάρκα ζῶσαν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος.

(46) κατάρα. Des. in edit. Rom. et Lips.

(47) τὸ οὖν κ. τ. λ. Exstat hic locus in epist. prima ad Cledonium, t. I edit. Paris. p. 744.

(48) ἴσ. μ. δ. γίν. Loc. cit. leg. ἴσον δοκεῖ μοι δύνασθαι.

(49) οὐκ εἰς — βαστάσαντος. In edit. Rom. et Lips. exstant tantum hæc pauca, ἕως καὶ τὰς νόσους ἡμῶν βαστάσαντος. Strig., sicut et infirmitates nostras portavit. Sed editio Paris. consentit cum nostra lectione.

(50) Ed. Rom. et Lips. Μεδιολάνου.

(51) ἀλλὰ — ἐγένετο. Hæc Eranistæ tribuuntur in ed. Rom. et Lips., sed perperam, cum sint verba Ambrosii. Interpretatio Græca non consentit quidem cum Latinis; noluimus tamen textum Ambrosii mutare.

Digitized by Google

Ἕπεται γάρ· *Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*, τοῦτ' ἔστιν, ἐν σαρκὶ ἐσκήνωσεν ἀνθρωπείᾳ. Θαυμάζεις οὖν ἐφ' οἷς γέγραπται, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, τῆς σαρκὸς ἀναληφθείσης παρὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ὁπότε καὶ περὶ ἁμαρτίας, ἣν μὴ ἔσχεν, εἴρηται ὅτι γενόμενος ἁμαρτία. Τοῦτ' ἔστιν, οὐ φύσις καὶ ἐνέργεια ἁμαρτίας ἐγένετο, ἀλλ' ἵνα τὴν ἡμετέραν ἁμαρτίαν σταυρώσῃ σαρκί. Ἀπόσχωνται οὖν λέγειν τὴν τοῦ Λόγου φύσιν ἠμεῖφθαι, μετειλῆφθαι. Ἄλλος γάρ ἐστιν ὁ ἀναλαβὼν, καὶ ἄλλο τὸ ἀναληφθέν. » Μετὰ τούτους προσήκει τῶν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα διδασκάλων ἀκοῦσαι· τοῦτο γὰρ ἡμῖν μόνον τῆς οἰκουμένης ὑπολέλειπται τμῆμα. Καὶ ἔδει μὲν τούτους πρώτους μαρτυρῆσαι τῇ ἀληθείᾳ· πρῶτοι γὰρ μετέσχον τῶν ἀποστολικῶν κηρυγμάτων. Ἐπειδὴ δὲ κατὰ τῶν πρωτοτόκων τῆς εὐσεβείας παίδων τὰς ὑμετέρας ἠκονήσατε γλώσσας, τῇ τοῦ ψεύδους αὐτὰς παραθήξαντες θηγάνῃ, τὴν ἐσχάτην αὐτοῖς ἀπενείμαμεν χώραν, ἵνα τῶν ἄλλων ἐπακούσαντες πρῶτον, εἶτα τοῖς ἐκείνων παραθέντες τὰ τούτων, θαυμάσητε μὲν τὴν συμφωνίαν, παύσησθε δὲ τῆς γλωσσαλγίας. Ἀκούσατε τοίνυν Φλαβιανοῦ, ὃς τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας ἐπὶ πλεῖστον σοφῶς ἐκίνησε τὰ πηδάλια, καὶ τοῦ Ἀρειανικοῦ κλύδωνος κρείττους ἀπέφηνεν ἃς ἐκυβέρνησεν Ἐκκλησίας, τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν ἑρμηνεύοντος. « *Ὁ Λόγος*, φησὶ, *σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*. Οὐκ εἰς σάρκα μεταβέβληται, οὐδὲ ἀπέστη τοῦ εἶναι Θεὸς, ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἦν ἀϊδίως, τοῦτο δὲ γέγονεν οἰκονομικῶς, αὐτὸς οἰκοδομήσας τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, καὶ ἐνοικήσας τῷ παθητῷ γεννήματι (52). » Εἰ δὲ καὶ τῶν παλαιῶν Παλαιστινῶν ἀκοῦσαι ποθεῖς, ὑπόσχες Γελασίῳ τῷ θαυμασίῳ τὰς ἀκοὰς, ὃς τὴν Καισαρέων ἐπιμελῶς ἐγεώργησε. Λέγει δὲ καὶ ταῦτα εἰς τὴν τῆς Δεσποτικῆς ἐπιφανείας πανήγυριν· « Μάθε τὴν ἀλήθειαν παρὰ Ἰωάννου τοῦ ἁλιέως λέγοντος, *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, οὐκ αὐτὸς μεταβληθεὶς, ἀλλ' ἐν ἡμῖν σκηνώσας. Ἕτερον σκηνὴ, καὶ ἕτερον ὁ Λόγος· ἕτερον ὁ ναὸς, καὶ ἕτερον ὁ ἐνοικῶν αὐτῷ Θεός. »

ΕΡΑΝ. Θαυμάζω λίαν τὴν συμφωνίαν.

ΟΡΘ. Ἰωάννην δὲ, τὸν μέγαν τῆς οἰκουμένης λαμπτῆρα, ὃς πρῶτον μὲν τὴν Ἀντιοχέων φιλοτίμως ἤρδευσεν Ἐκκλησίαν, εἶτα τὴν βασιλεύουσαν σοφῶς ἐγεώργησεν, οὐχ ἡγῇ τὸν ἀποστολικὸν τῆς πίστεως τετηρηκέναι κανόνα;

ΕΡΑΝ. Πάνυγε ἀξιάγαστον τοῦτον ὑπείληφα τὸν διδάσκαλον.

ΟΡΘ. Οὗτος ὁ πάντα ἄριστος τόδε τὸ εὐαγγελικὸν ἡρμήνευσε χωρίον, ὧδε δέ φησιν· « Ὥστε (53) ὅταν

A quitur enim : *Et habitavit in nobis*, hoc est, in carne inhabitavit humana (54). Miraris ergo quia scriptum est : *Verbum caro factum est*, cum caro assumpta sit a Deo Verbo, quando et de peccato quod non habuit, scriptum est quia peccatum factus est. Hoc est, non peccati natura et opertio effectus est, sed ut peccatum nostrum in carne crucifigeret. Desinant ergo dicere, Verbi naturam mutatam esse, quod caro assumpta sit. Aliud est enim qui assumpsit, et aliud quod assumptum est (55). » Post hos convenit doctores orientales audire : hæc enim nobis sola pars restat ex orbe terrarum. **46** Et decebat hos primos testimonium perhibere veritati, qui doctrinam apostolicam primi sunt amplexi. Sed quoniam adversus primogenitos pietatis filios

B linguas vestras acuistis, mendacii cotem adhibentes, ultimum eis locum dedimus, ut cum alios prius audiveritis, horum deinde dicta cum illorum dictis comparantes, concordiam omnium admiremini, et linguæ petulantiam comprimatis. Audite igitur Flavianum, qui Antiochenæ Ecclesiæ clavum longissimo tempore sapienter tenuit, Arianæque tempestatis victrices effecit Ecclesias quas gubernabat, evangelicum dictum explanantem. « *Verbum*, inquit, *caro factum est, et habitavit in nobis*. Non in carnem mutatum est, neque Deus esse desiit : sed illud quidem erat ab æternitate, hoc vero factum est ex dispensatione, ipse sibi templum ædificans, et habitans in passibili creatura. » Si autem etiam veteres Palæ-

C stinos vis audire, præbe aures admirando imprimis Gelasio, qui Cæsareensem Ecclesiam diligenter excoluit. Hæc autem ejus sunt verba in concione de apparitione Dominica : « Disce veritatem a Joanne piscatore dicente : *Verbum caro factum est*, non ipsum mutatum, sed in nobis tanquam in tabernaculo habitans. Aliud est tabernaculum, aliud Verbum : aliud templum, et aliud in ipso habitans Deus. »

ERAN. Valde miror consonantiam.

ORTH. Joannem vero (Chrysostomum), magnum orbis lumen, qui primum quidem **47** Antiochenam magna cum laude irrigavit Ecclesiam, deinde regiam urbem sapienter coluit, annon putas aposto-

D licam fidei regulam tenuisse?

ERAN. Admiratione dignissimum hunc doctorem existimo.

ORTH. Hic igitur longe præstantissimus evangelicum hunc locum interpretatus est. Sic autem libros. legimus : « Hoc est non natura operationeque peccati, utpote in similitudinem carnis peccati factus, sed ut peccatum nostrum in sua carne crucifigeret, susceptionem pro nobis infirmitatum obnoxii jam corporis peccati carnalis assumpsit. Desinant ergo dicere naturam Verbi in corporis naturam esse mutatam ; ne pari interpretatione videatur natura Verbi in contagium mutata peccati. Aliud est enim quod assumpsit, et aliud quod assumptum est.

(52) Ed. Rom. et Lips. πάθει τῷ γενήματι.

(53) ὥστε κ. τ. λ. Integrum locum vide t. II Operum Chrys. Edit. Savilii, p. 598.

(54) *hoc est—humana*. Ita legimus apud Ambros. l. c. « Hoc est istud Verbum quod carnem suscepit, hoc habitavit in nobis, hoc est, in carne habitavit humana. » Desunt hoc loco quæ apud Ambros. sequuntur, « et ideo Emmanuel — qui pendet in ligno. »

(55) *hoc est — assumptum est*. Hæc ita apud Am-

quitur : « Quare quando audis, *Verbum caro factum est*, ne turberis, nec animum dejicias. Non enim substantia in carnem mutata est (hoc enim extremæ impietatis est), sed id quod erat manens, sic servi formam accepit. Quemadmodum enim, quando dicit : *Christus nos redemit a maledictione legis, factus pro nobis maledictio* [10-11], non hoc dicit, quod ejus substantia propriam gloriam exuens in maledictionis substantiam conversa sit (hoc enim nec dæmones ipsi cogitarint, neque qui valde amentes, et communi sensu naturali orbati fuerint : tantam res habet cum impietate conjunctam insaniam) : non hoc ergo dicit, sed quod nostram in se transferens maledictionem, non permittit nos esse deinceps maledictos : ita etiam hic carnem dicit ipsum factum esse, non mutata in carnem substantia, sed hanc assumendo, illa manente integra. » Quod si **48** tibi cordi est etiam Severianum Gabalorum audire pastorem, ejus quoque interpretationem tibi proponam, tu aurem adhibe. « Illud, *Verbum caro factum est*, non ipsum a sua natura excidisse, sed nostram naturam suscepisse significat. Si enim *factum est* de mutatione intelligis, si audieris Paulum dicentem : *Christus nos redemit a maledictione legis, factus pro nobis maledictio*, an de natura et in maledictionem mutatione accipies? Sicut ergo *factus maledictio*, nihil aliud significat, quam quod maledictionem nostram in se susceperit : sic etiam *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, nihil aliud quam carnis assumptionem significat. »

ERAN. Admiror virorum istorum concordiam et consensum. Omnes enim dicta evangelica sic interpretati sunt, ac si unum in locum convenientes opinionem suam simul una conscripsissent.

ORTH. Maximo quidem illos intervallo et montes et maria distinguunt, sed eorum consensioni distantia nihil obstitit : omnes enim eadem spirituali gratia afflati sunt. Proferrem etiam tibi fortissimorum veritatis propugnatorum Diodori et Theodori enarrationes, nisi viderem vos infenso in hos animo esse, Apollinarisque in eos odio et malevolentiæ successisse. Vidisses enim hos etiam cæteris consonantia scripsisse, et ex divino fonte fluenta hausisse, rivosque et ipsos quoque Spiritus exstitisse. **49** Sed hos quidem prætermittam, quia implacabile bellum adversus eos suscepistis. Ostendam vero tibi celeberrimum Ecclesiæ doctorem, et illius de divina incarnatione sententiam, ut cognoscas de suscepta natura quid senserit. Audivisti enim pror-

A ἀκούσῃς, Ὁ *Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, μὴ θορυβηθῇς, μηδὲ καταπέσῃς. Οὐ γὰρ ἡ οὐσία μετέπεσεν εἰς σάρκα· τοῦτο γὰρ τῆς ἐσχάτης (56) ἀσεβείας ἐστίν· ἀλλὰ μένουσα ὅπερ ἐστὶν, οὕτω τοῦ δούλου τὴν μορφὴν ἔλαβεν (57). Ὥσπερ γὰρ, ὅταν λέγῃ, *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα*, οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι ἡ οὐσία αὐτοῦ τῆς οἰκείας ἀποστᾶσα δόξης εἰς κατάραν οὐσιώθη (τοῦτο γὰρ οὐδὲ οἱ δαίμονες ἂν ἐννοήσαιεν, οὐδ' οἱ σφόδρα ἀνόητοι, καὶ τῶν κατὰ φύσιν ἀπεστερημένοι φρενῶν· τοσαύτην ἔχει μετὰ τῆς ἀσεβείας καὶ τὴν παράνοιαν), οὐ τοῦτο (58) οὖν λέγει, ἀλλ' ὅτι τὴν καθ' ἡμῶν κατάραν δεξάμενος, οὐκ ἀφίησιν ἡμᾶς ἐπαράτους εἶναι λοιπόν· οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα σάρκα φησὶν αὐτὸν γεγενῆσθαι (59), B οὐ μεταβαλόντα εἰς σάρκα τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἀναλαβόντα αὐτὴν, ἀνεπάφου μενούσης ἐκείνης. » Εἰ δέ σοι φίλον καὶ Σευηριανοῦ τοῦ Γαβάλων ἐπακοῦσαι ποιμένος, ἐγὼ καὶ τούτου σοι προσοίσω τὴν ἑρμηνείαν, αὐτὸς δὲ παράσχες τὴν ἀκοήν. « Τὸ γὰρ, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, οὐ μετάπτωσιν τῆς φύσεως σημαίνει, ἀλλὰ τὴν ἀνάληψιν τῆς ἡμετέρας φύσεως. Εἰ γὰρ τὸ, *Ἐγένετο*, μεταβολὴν νομίζεις, ἐὰν ἀκούσῃς Παύλου λέγοντος, *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα*, εἰς φύσιν καὶ μετατροπὴν κατάρας ἐκλαμβάνεις τὴν λέξιν; Ὥσπερ οὖν τὸ *γενόμενος κατάρα* οὐδὲν ἕτερον σημαίνει, ἢ ὅτι κατάραν τὴν καθ' ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν ἔλαβεν, οὕτω καὶ τὸ, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*, οὐδὲν ἄλλο παρ-
C ίστησιν ἢ τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάληψιν.

ΕΡΑΝ. Ἄγαμαι (60) τῆς συμφωνίας τοὺς ἄνδρας. Ἅπαντες γὰρ τὴν αὐτὴν ἑρμηνείαν τῶν εὐαγγελικῶν ῥητῶν ἐποιήσαντο, ὥσπερ εἰς ταὐτὸν συνελθόντες, καὶ τὸ κοινῇ δόξαν συγγράψαντες.

ΟΡΘ. Μέγιστα μὲν αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων καὶ ὄρη καὶ πελάγη διίστησιν, ἀλλὰ τὴν συμφωνίαν οὐκ ἐπήμανεν ἡ διάστασις· ὑπὸ μιᾶς γὰρ ἅπαντες πνευματικῆς ἐνηχήθησαν χάριτος. Προσήνεγκα ἂν σοι καὶ τῶν νικηφόρων τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστῶν Διοδώρου καὶ Θεοδώρου τὰς ἑρμηνείας, εἰ μὴ δυσμενῶς ὑμᾶς ἑώρων περὶ τοὺς ἄνδρας διακειμένους, καὶ τῆς Ἀπολιναρίου, περὶ αὐτοὺς ἀπεχθείας κληρονόμους γεγενημένους. Ἐθεάσω δ' ἂν καὶ τούτους συνῳδὰ γεγραφότας, καὶ ἐκ τῆς θείας πηγῆς ἀρυσαμένους D τὰ νάματα, καὶ κρουνοὺς καὶ αὐτοὺς γεγενημένους τοῦ Πνεύματος. Ἀλλὰ τούτους μὲν παραλείψω· ἄσπονδον γὰρ κατ' αὐτῶν ἀνεδέξασθε πόλεμον. Ἐπιδείξω δέ σοι τὸν πανεύφημον τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλον, καὶ τὸ ἐκείνου περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπή-

[10-11] Galat. III, 13.

(56) ἐσχ. Des. l. c. ubi sic leg. τοῦτο γὰρ τῆς ἀσεβείας ἐστὶν καὶ ἐννοῆσαι.

(57) Ἔλ. Loco cit. leg. ἀνέλαβε. Quæ h. l. desunt, ita se habent : Τίνος οὖν ἕνεκεν τῷ, ἐγένετο, κέχρηται ῥήματι; τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐμφράττων στόματα. Ἐπειδὴ γάρ εἰσιν οἱ λέγοντες, ὅτι φαντασία τις ἦν, καὶ ὑπόκρισις, καὶ ὑπόνοια τὰ τῆς οἰκονομίας ἅπαντα, ἄνωθεν αὐτῶν προαναιρῶν τὴν βλασφημίαν, τὸ ἐγένετο τέθεικεν, οὐ μεταβολὴν οὐσίας, ἄπαγε, ἀλλὰ σαρκὸς ἀληθινῆς ἀνάληψιν παραστῆσαι βουλόμενος

(58) τοῦτο. Loco cit. præm. δή.

(59) γεγ. Ed. Savil. γενέσθαι.

(60) Ἄγαμαι κ. τ. λ. Tantus omnino est utriusque loci consensus, ut prioris quasi epitome sit posterior. Exstant etiam nonnulla inter Chrysostomi scripta, quæ ab aliis Severiano tribuuntur.

Digitized by Google

σεως φρόνημα, ἵνα γνῷς τίνα περὶ τῆς ληφθείσης A ἐδόξασε φύσεως. Ἀκήκοας δὲ πάντως Ἰγνάτιον ἐκεῖνον ὃς, διὰ τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου δεξιᾶς, τῆς ἀρχιερωσύνης τὴν χάριν ἐδέξατο, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἰθύνας, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο· καὶ Εἰρηναῖον, ὃς τῆς Πολυκάρπου διδασκαλίας ἀπήλαυσεν, ἐγεγόνει δὲ φωστὴρ Γαλατῶν τῶν ἑσπερίων, καὶ Ἱππόλυτον, καὶ Μεθόδιον, τοὺς ἀρχιερέας καὶ μάρτυρας, καὶ τοὺς ἄλλους, ὧν ταῖς διδασκαλίαις τὰς προσηγορίας συνάψω.

**ΕΡΑΝ.** Ποθοῦντί μοι καὶ τάσδε προσοίσεις τὰς μαρτυρίας.

**ΟΡΘ.** Ἄκουσον τῶν ἀνδρῶν τὴν ἀποστολικὴν προφερόντων διδασκαλίαν.

*Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ μάρτυρος.*

B *Ἐκ τῆς πρὸς Σμυρναίους* (61) *ἐπιστολῆς.* Πεπληροφορημένους (62) ἀληθῶς (63) εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν, ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, Υἱὸν Θεοῦ κατὰ θεότητα καὶ δύναμιν (64), γεγεννημένον (65) ἀληθῶς ἐκ Παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί. — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.* Τί γὰρ ὠφελεῖ, εἴπερ με ἐπαινεῖ τις, τὸν δὲ Κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται ὢν νεκροφόρος (66). — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.* Εἰ γὰρ τῷ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι. Τί δὲ καὶ ἐμαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα C τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; Ἀλλ' ὁ ἐγγὺς μαχαίρας, ἐγγὺς Θεοῦ (67). Μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ πάντα ὑπομένω, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος, τοῦ τελείου ἀνθρώπου (68), ὃν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται. — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς.* Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, ἐκ (69) Πνεύματος δὲ ἁγίου, ὃς ἐγεννήθη, καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαρισθῇ (70). — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.* Εἴ τι (71) οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν τῇ χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει, καὶ ἐνὶ (72) Ἰησοῦ Χριστῷ, κατὰ (73) σάρκα ἐκ γένους Δαβὶδ, τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου καὶ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς* D

sus Ignatium illum, qui de Petri dextera pontificatus gratiam suscepit, et post administratam Ecclesiam Antiochenam martyrii coronam adeptus est; et Irenæum, qui Polycarpi auditor et discipulus fuit, lumenque occidentalium Gallorum, et Hippolytum ac Methodium pontifices et martyres, et alios, quorum placitis nomina quoque adjungam.

**ERAN.** Valde cupienti mihi etiam hæc testimonia propones.

**ORTH.** Audi ergo viros apostolicam doctrinam sonantes.

*Sancti Ignatii episcopi Antiocheni et martyris.*

*Ex epistola ad Smyrnæos.* Plane cumulateque persuasos de Domino nostro, qui est ex genere Davidis secundum carnem, et Filius Dei secundum divinitatem et potentiam : qui **50** vere natus est ex Virgine, et baptizatus a Joanne, ut omnis ab ipso justitia impleretur : vere sub Pontio Pilato et Herode tetrarcha pro nobis crucifixus in carne. — *Ejusdem, ex eadem epistola.* Quid enim prodest, si quis me laudet, Dominum autem meum blasphemet, non confitens eum carnem gestare? Quod qui non profitetur, plane ipsum negat, cadaver portans. — *Ejusdem, ex eadem epistola.* Si enim opinione tantum hæc a Domino nostro gesta sunt, ego quoque opinione vinctus sum. Cur autem meipsum morti tradidi, ad ignem, ad gladium, ad bestias? Verum qui vicinus gladio, vicinus et Deo. Solum in nomine Jesu Christi, ut passionum ejus socius fiam, omnia sustineo, ipso me corroborante, homine perfecto, quem aliqui ignorantes negant. — *Ejusdem, ex epistola ad Ephesios.* Deus enim noster Jesus Christus in Mariæ utero gestatus est secundum Dei dispensationem, ex semine quidem Davidis, sed ex Spiritu sancto : qui natus est, et baptizatus, ut mortalitas nostra purgetur. — *Ejusdem, ex eadem epistola.* Si quidem singuli omnes universe in gratia nominatim convenitis in una fide, et in uno Jesu Christo, secundum carnem ex genere Davidis, Filio hominis et Filio Dei. — **51** *Ejusdem, ex eadem epistola.* Unus est medicus carnalis et spiritualis, genitus et ingenitus, in homine Deus, in morte vita æterna, et ex Maria

(61) Σμυρν. Ita legendum esse dudum Usserius, Pearsonus aliique viderunt. Nec dubitationi locus esse potest, cum eadem hæc sit epistola, quæ in dialogo 2 et 3, recte ἡ πρὸς Σμυρναίους audit. Deserenda itaque fuit lectio Sirm., Ῥωμαίους, etsi ed. Rom. et Lips. istam tueri videantur.

(62) Πεπλ. κ. τ. λ. Pertinent ista ad initium epistolæ, cohærent autem cum verbis quæ præcedunt, ἐνόησα ὑμᾶς et quæ sequuntur. Propius ad codicem Mediceum quam ad vulgatum Græcum accedunt loca ex Ignatianis epistolis a Nostro allata. Conf. Christoph. Beyeri Diss. altera de Ignatio veritatis confessore et martyre, pag. 39 seq.

(63) ἀληθ. Alii ponunt post τὸν Κύριον ἡμῶν.

(64) κατὰ θ. κ. δύν. Cod. Medic. κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν Θεοῦ. Vid. Pearson. ad h. l.

(65) γεγ. Ed. prior habebat γεγενημένον.

(66) Τί—νεκροφ. Cod. Medic. : Τί γάρ με ὠφελεῖ τις, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸν — σαρκοφόρον. Ὁ δὲ — ἀπήρνηται ὢν νεκροφόρος. Ex his ultimis verbis emendanda fuit lectio Sirm. ὡς νεκροφόρον. Vid. Pearson. ad h. l.

(67) Θεοῦ. Cod. Medic. addit μεταξὺ θηρίων, μεταξὺ Θεοῦ.

(68) ἀνθρ. Ibid. sequitur γενομένου.

(69) ἐκ. Abest a cod. Medic.

(70) Cod. Medic. ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ. Vid. Thom. Smith ad h. l.

(71) Εἴ τι. Cod. Medic. ὅτι.

(72) ἐνί. Ibid. ἐν.

(73) κατά. Ib. præm. τῷ.

Digitized by Google

et ex Deo, primo quidem passibilis tunc vero impassibilis, Jesus Christus Dominus noster. — *Ejusdem*, *ex epistola ad Trallianos*. Obturate itaque aures vestras, quando vobis loquitur quispiam sine Jesu Christo, qui est ex genere Davidis, qui est ex Maria, qui vere natus est, vere comedit et bibit, qui sub Pontio Pilato persecutiones subiit, crucifixus et mortuus est, videntibus terrestribus, cœlestibus, et inferis.

A αὐτῆς ἐπιστολῆς. Εἷς ἰατρός ἐστι σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος (74), ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς (75), ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινὴ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ, πρῶτον παθητὸς, καὶ τότε ἀπαθὴς, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν.— *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Τραλλιανοὺς ἐπιστολῆς*. Κωφώθητε οὖν, ὅταν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑμῖν (76) λαλῇ τις, τοῦ ἐκ γένους Δαβὶδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέ τε καὶ ἔπιεν ἀληθῶς, ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἐσταυρώθη (77), καὶ ἀπέθανε, βλεπόντων τῶν ἐπιγείων (78) καὶ ἐπουρανίων καὶ καταχθονίων.

*Irenæi episcopi Lugdunensis, ex tertio libro* Contra hæreses [12].

Quorsum autem hæc verba *in civitate David* addiderunt [13], nisi ut promissionem quæ Davidi a Deo facta erat [14], fore ut ex ventris ipsius fructu rex sempiternus exsisteret, expletam annuntiarent, quam videlicet universitatis hujus conditor fecerat? **52** — *Ejusdem ex eodem libro* [15]. Et cum diceret: « Audite domus Davidis [16], » significabat, sempiternum illum regem, quem Deus Davidi de ventris ipsius fructu excitaturum se promiserat, hunc ipsum esse, qui ex Davidica Virgine natus est. — *Ejusdem, ex eodem libro* [17]. Proinde si primus Adam patrem hominem habuisset, atque ex semine procreatus fuisset, non abs re dicere quis posset, secundum quoque Adamum ex Josepho ortum esse. At vero, cum ille ex terra sumptus, atque a Deo formatus sit, oportet utique eum qui hominem a Deo effictum in seipso instauraret, eamdem cum illo generationis similitudinem habere. Quid igitur causæ est, quamobrem Deus limum rursus non sumpserit, sed operam dederit, ut ex Maria formatio fieret? Nimirum ne alia esset effictio, aut aliud esset quod salvaretur, sed ille ipsemet instauraretur servata similitudine. Valde igitur errant, qui dicunt, eum nihil assumpsisse ex Virgine, ut rejiciant carnis hæreditatem, et similitudinem repudient. — *Ejusdem, ex eodem libro* [18]. Quandoquidem ipsius quoque in Mariam descensus supervacaneus fuit. Ecquid enim in eam descendebat, si nihil ab ea sumpturus erat? Ad

*Εἰρηναίου ἐπισκόπου Λουγδούνου ἐκ τοῦ τρίτου λόγου τῶν* Εἰς τὰς αἱρέσεις.

Εἰς τί (79) δὲ καὶ τὸ Ἐν *πόλει Δαβὶδ* προσέθηκαν, εἰ μὴ ἵνα τὴν ὑπὸ Θεοῦ γεγενημένην τῷ Δαβὶδ B ὑπόσχεσιν, ὅτι ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ αἰώνιός ἐστι βασιλεὺς, πεπληρωμένην εὐαγγελίσωνται (80), ἣν (81) ὁ δημιουργὸς τοῦδε τοῦ παντὸς πεποίητο ἐπαγγελίαν; — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου*. Καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν, « Ἀκούσατε (82) δὴ, οἶκος Δαβὶδ, » σημαίνοντος ἦν, ὅτι ὃν (83) ἐπηγγείλατο τῷ Δαβὶδ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ αἰώνιον ἀναστήσειν βασιλέα, οὗτός ἐστιν ἐκ (84) τῆς Δαβὶδ Παρθένου γενόμενος. — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου*. Εἰ τοίνυν ὁ πρῶτος Ἀδὰμ ἔσχε πατέρα ἄνθρωπον, καὶ ἐκ σπέρματος (85) ἐγεννήθη, εἰκὸς ἦν καὶ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ λέγειν αὐτὸν (86) ἐξ Ἰωσὴφ γεγενῆσθαι. Εἰ δὲ ἐκεῖνος ἐκ γῆς ἐλήφθη, πλάστης δὲ αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ἔδει καὶ τὸν ἀνακεφαλαιούμενον εἰς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεπλασμένον ἄνθρωπον, τὴν αὐτὴν C ἐκείνῳ τῆς γεννήσεως ἔχειν ὁμοιότητα. Εἰς τί οὖν πάλιν οὐκ ἔλαβε χοῦν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐκ Μαρίας ἐνήργησε τὴν πλάσιν γενέσθαι; Ἵνα μὴ ἄλλη πλάσις γένηται, μηδὲ ἄλλο τὸ σωζόμενον (87), ἀλλ' αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνακεφαλαιωθῇ, τηρουμένης τῆς ὁμοιότητος. Ἄγαν οὖν πίπτουσι καὶ οἱ λέγοντες αὐτὸν μηδὲν εἰληφέναι ἐκ τῆς Παρθένου, ἵν' ἐκβάλωσι τὴν τῆς σαρκὸς κληρονομίαν, καὶ ἀποβάλωνται τὴν ὁμοιότητα. — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου*. Ἐπεὶ περισσὴ (88) καὶ ἡ εἰς τὴν Μαρίαν αὐτοῦ κάθοδος. Τί γὰρ καὶ εἰς αὐτὴν κατῄει, εἰ μηδὲν ἔμελλε

[12] Cap. 2. [13] Luc. II, 4. [14] Psal. CXXXI, 2. [15] Cap. 27. [16] Isa. VII. 13. [17] Cap. 31. [18] Cap. 32.

(74) γενν. καὶ ἀγένν. Sirm. γεννητὸς ἐξ ἀγεννήτου, quæ lectio jam Petavio corrupta visa est. De vera hujus loci lectione adhuc dubitari posse videtur. Nos sequimur lectionem cod. Medic. secundum Vulg. interpretem, et Athanasii in libro *De synodis Arimini et Seleuc.* Gelasius autem in libro *De duabus Christi naturis* secutus est lectionem γεννητὸς καὶ ἀγένητος *factus et non factus*. Vid. Smith l. c. et Beyer l. c. p. 47.

(75) ἐν ἀνθρ. Θεός. Cod. Medic. ἐν σαρκὶ γενόμενος Θεός. Quæ ibid. sequuntur, ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ, in mendo cubant.

(76) ὑμ. Edit. Rom. et Lips. ἡμῖν, sed cum nostra lectione consentit codex Medic. Eamdem exprimit Strigelii interpretatio.

(77) ἐσταυρ. Cod. Medic. præm. ἀληθῶς.

(78) Cod. Medic. τῶν ἐπουρανίων, ἐπιγείων καὶ ὑποχθονίων.

(79) Εἰς τί κ. τ. λ. Hoc et sequentibus fragmentis usus est Grabius, ut lacunas textus Græci ex- D pleret in edit. sua Irenæi.

(80) εὐαγγ. Ed. Rom. et Lips. addunt τῷ Δαβὶδ ὑπόσχεσιν.

(81) ἥν. Aliam lectionem habuit vetus interpres. Vid. Grab. ad h. l.

(82) Ἀκ. Ed. Rom. et Lips. ἀκούσατε. Ita quoque Grabius legit.

(83) ὅν. Inserenda fuit hæc vox, ut bene monuit Grabius.

(84) ἐκ. Edit. Rom. et Lips. præm. ὁ.

(85) σπέρμ. Grab. inseri jubet ἀνδρός, sed sine auctoritate Mss. aut editionum antiquiorum. Romana et Lips. ed. nihil addunt.

(86) αὐτόν. Abundat, judice Grabio.

(87) σωζ. κ. τ. λ. Aliam lectionem habuit vetus interpres ab Herveto jam emendatus. Vid. Grab. ad h. l.

(88) Ἐπεὶ περισσή. Edit. Rom. et Lips. ἐπείπερ ἴση. Minus bene.

Digitized by Google

λήψεσθαι παρ' αὐτῆς; Ἔτι τε εἰ μηδὲν εἰλήφει A παρὰ τῆς Μαρίας, οὐκ ἂν τὰς (89) ἀπὸ γῆς εἰλημμένας προσίετο τροφὰς, δι' ὧν τὸ ἀπὸ γῆς ληφθὲν τρέφεται σῶμα· οὐδ' ἂν εἰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ὁμοίως ὡς Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας νηστεύσας ἐπείνησε, τοῦ σώματος ἐπιζητοῦντος τὴν ἰδίαν τροφήν· οὐδ' ἂν Ἰωάννης ὁ μαθητὴς αὐτοῦ περὶ αὐτοῦ γράφων εἰρήκει· « Ὁ δὲ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο· » οὐδ' ἂν ὁ Δαβὶδ προαναπεφωνήκει περὶ αὐτοῦ· « Καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν· » οὐδ' ἂν ἐδάκρυσεν ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, οὐδ' ἂν ἴδρωσε θρόμβους αἵματος· οὐδ' ἂν εἰρήκει, ὅτι « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου· » οὐδ' ἂν νυγείσης αὐτοῦ τῆς πλευρᾶς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. Ταῦτα γὰρ πάντα σύμβολα σαρκὸς τῆς ἀπὸ γῆς εἰλημμένης, ἣν εἰς αὐτὸν ἀνεκεφαλαιώσατο τὸ ἴδιον B πλάσμα σώζων. — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου τοῦ πρώτως ἐκ γῆς ἀνεργάστου πεπλασμένου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, καὶ ἀπέβαλον τὴν ζωήν· οὕτως ἔδει καὶ δι' ὑπακοῆς ἑνὸς ἀνθρώπου, τοῦ πρώτως ἐκ παρθένου γεγενημένου, δικαιωθῆναι πολλοὺς, καὶ ἀπολαβεῖν τὴν σωτηρίαν. — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Ἐγὼ εἶπα· « Υἱοὶ (90) Ὑψίστου ἐστὲ πάντες καὶ θεοὶ, ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε. » Ταῦτα λέγει (91) πρὸς τοὺς μὴ δεξαμένους τὴν δωρεὰν τῆς υἱοθεσίας, ἀλλ' ἀτιμάζοντας τὴν σάρκωσιν τῆς καθαρᾶς γεννήσεως τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀποστεροῦντας τὸν ἄνθρωπον τῆς εἰς Θεὸν ἀνόδου, καὶ ἀχαριστοῦντας τῷ ὑπὲρ αὐτῶν C σαρκωθέντι Λόγῳ τοῦ Θεοῦ. Εἰς τοῦτο γὰρ ὁ Λόγος (92) ἄνθρωπος, ἵνα ὁ ἄνθρωπος χωρήσας τὸν Λόγον (93), καὶ τὴν υἱοθεσίαν λαβὼν, υἱὸς γένηται Θεοῦ. — *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Τοῦ Πνεύματος οὖν κατελθόντος διὰ τὴν προωρισμένην οἰκονομίαν, καὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ μονογενοῦς, ὃς καὶ Λόγος ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, ἐλθόντος τοῦ πληρώματος τοῦ χρόνου, σαρκωθέντος ἐν ἀνθρώπῳ (94), καὶ πᾶσαν τὴν κατ' ἄνθρωπον οἰκονομίαν ἐκπληρώσαντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ (95), ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ὄντος, ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος μαρτυρεῖ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ὁμολογοῦσι, καὶ οἱ προφῆται κηρύττουσι, ψευδεῖς ἀπεδείχθησαν πᾶσαι αἱ διδασκαλίαι τῶν τὰς ὀγδοάδας, καὶ τετράδας, καὶ δοκήσεις παρεξευρηκότων. D

*Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος.*

Ἐκ (96) *τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ,* « Κύριος ποιμαίνει με. » Καὶ κιβωτὸς δὲ ἐκ ξύλων ἀσήπτων αὐτὸς ἦν

hæc si nihil a Maria sumpsisset, non utique cibos 53 eos qui e terra sumpti sunt, et quibus corpus e terra sumptum alitur, admisisset, nec cum quadraginta dies, sicut Moses et Elias, jejunasset, in famem incidisset, corpore videlicet alimentum suum exposcente. Nec præterea Joannes ipsius discipulus de ipso scribens dixisset : « Jesus autem fatigatus ex itinere sedebat [19]. » Nec item David de eo prædixisset : « Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt [20]. » Nec Lazari causa lacrymas fudisset, nec sanguinis guttas sudoris instar emisisset; nec dixisset : « Tristis est anima mea [21]; » nec denique icto ipsius latere sanguis una cum aqua exiisset. Hæc enim cuncta carnis e terra sumptæ argumenta sunt, quam in se instauravit, ut figmento suo salutem afferret. — *Ejusdem, ex eodem libro* [22] Quemadmodum enim per unius hominis ex rudi terra ficti inobedientiam peccatores multi constituti sunt [23], vitamque amiserunt : ita etiam conveniebat, ut per unius hominis primum ex Virgine procreati obedientiam multi justitiam consequerentur, ac salutem recuperarent. — *Ejusdem, ex eodem libro* [24]. « Ego dixi : Filii Altissimi estis omnes, et dii : vos autem ut homines moriemini [25]. » Hæc illis dicit, qui adoptionis munus non acceperunt, sed puræ Verbi Dei generationis incarnationem aspernantur, hominique ascensum ad Deum eripiunt, ac Dei Verbo ipsorum causa incarnato ingratos se præbent. Propterea 54 enim Verbum (97) (Dei) est homo, ut homo Verbum capiens, adoptionemque consecutus, filius Dei efficiatur. — *Ejusdem, ex eodem libro* [26]. Cum itaque Spiritus præfinitæ dispensationis causa descenderit, atque unigenitus Dei Filius, qui etiam Patris Verbum est, veniente temporis plenitudine (98) (hominis causa) in homine incarnatus sit, et Dominus noster Jesus Christus, qui unus et idem est, humanam omnem administrationem expleverit, quemadmodum et ipse Dominus testatur, et apostoli confitentur, et prophetæ prædicant, falsas eorum doctrinas esse constat, qui ogdoadas, et quaterniones, et apparentes species commenti sunt.

*Sancti Hippolyti episcopi et martyris.*

*Ex oratione in illud,* « Dominus pascit me [27]. » Porro autem arca ex lignis quæ putrescere non

[19] Joan. IV, 6. [20] Psal. LXVIII, 26. [21] Matth. XXVI, 28. [22] Cap. 20. [23] Rom. V, 19. [24] Cap. 21. [25] Ps. LXXXI, 6, 7. [26] Cap. 19. [27] Psal. XXII. 1.

(89) ἂν τάς. Ed. Grab. αὐτάς.

(90) υἱοὶ — θεοί. Inverso ordine hæc allegantur.

(91) λέγει. Excidisse videtur particula. Nam vetus interpres habet. « *Ad eos indubitate dicit.* »

(92) ὁ Λόγος. Juxta interpretem veterem legendum est ὁ Λόγος Θεοῦ, ἄνθρωπος, καὶ ὁ Υἱὸς Θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου ἐγεννήθη.

(93) χωρ. τ. Λόγ. Ed. Grabii, τὸν Λόγ. χωρήσας. Vetus interpres habet, *commistus Verbo Dei.* Sed non sine causa a phrasi illa abstinuit Noster, etsi fuerint quibus etiam vox χωρήσας displiceret. Vid. Grab. ad h. l.

(94) ἐν ἀνθρ. Vetus interpres legit ἐν ἀνθρώπῳ δι' ἄνθρωπον.

(95) Χρ. Des. in edit. Grabii.

(96) Alia etiam Hippolyti fragmenta in dial. 2 occurrunt.

(97) *Dei* abest ab interpretatione Lat. Strigelii.

(98) *hom. causa.* Abest ab interpretatione Strigelii.

Digitized by Google

poterant, erat ipse Salvator. Per hanc enim putredinis et corruptionis expers ejus tabernaculum significabatur, quod nullam peccati putredinem genuit. Nam qui peccavit, confitetur et dicit: « Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ ob insipientiam meam [28]. » Dominus autem a peccato alienus erat, et ex lignis putrefactioni non obnoxiis secundum hominem, hoc est, ex Virgine et **55** Spiritu sancto, intus et foris tanquam purissimo Verbi Dei auro circumtectus. — *Ejusdem, ex sermone in Helcanam et Annam.* Duc mihi, o Samuel, in Bethleem juvencam, ut regem ex Davide natum, et hunc a Patre regem et sacerdotem unctum ostendas. — *Ejusdem, ex eodem sermone.* Dic mihi, o beata Maria, quid erat a te in utero conceptum, et quid a te in virginali utero gestabatur? B Verbum enim erat Dei primogenitum, de cœlis ad te descendens, et homo primogenitus in utero formatus, ut primogenitum Verbum Dei homini primogenito unitum ostenderetur. — *Ejusdem, ex eodem sermone.* Secundam per prophetas, ut per Samuelem, revocans et liberans populum a servitute alienigenarum. Tertiam autem, quando incarnatus aderat homine ex Virgine assumpto, qui et civitatem conspicatus flevit super ipsam. — *Ejusdem, ex sermone in principium Isaiæ.* Ægypto quidem mundum comparavit [29], manufactis vero idololatriam, terræ motui ' denique interitum et eversionem ipsius. Dominum porro, Verbum (dicit): nubem levem, purissimum ejus tabernaculum, in quo con- C sidens Dominus noster Jesus Christus in vitam ingressus est ad convellendum errorem.

(5) ποῖ. Ita ed. Rom. et Lips. Recte. Sirmondus πῇ.



Digitized by Google

ORTH. Carnem autem quid intelligimus? solum corpus, ut Ario et Eunomio visum est, an corpus et animam?

ERAN. Corpus et animam.

ORTH. Qualem animam? rationalem, an eam quæ a nonnullis vegetativa, seu vitalis appellatur? Cogunt enim nos non necessaria quærere scriptorum Apolinarii fabulosa deliria.

ERAN. Adeone Apolinarius discrimen statuit animarum?

ORTH. Ex tribus dicit compositum esse hominem, ex corpore, et anima vitali, et ex rationali rursus, quam mentem appellat. Divina vero Scriptura unam agnoscit, non duas animas: quod aperte nos docet primi hominis formatio. « Sumpsit enim, inquit, Deus pulverem terræ, et formavit hominem, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo anima vivens [62-63]. » Dominus quoque in Evangelio sanctis discipulis dicit: « Ne timeatis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: magis autem timete eum, qui corpus et animam potest perdere in gehenna [64]. » Et divinissimus Moses, recensito numero eorum qui in Ægyptum descenderant, et cum quibus singuli principes familiarum ingressi essent, addidit: « Omnes animæ, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, septuaginta quinque [65], » unam cujusque ingressorum numerans animam. Et divinus Apostolus Troade, **74** cum omnes Eutychum esse mortuum putarent, dixit: « Nolite turbari, anima enim ejus in ipso est [66]. »

ERAN. Evidenter demonstratum est, unumquemque hominem unicam animam habere.

ORTH. Sed Apollinarius duas dicit, et eam quæ expers est rationis a Deo Verbo assumptam; pro ea autem quæ rationalis est, ipsum in carne fuisse. Ideo interrogavi, ecquam dicas animam cum corpore assumptam fuisse.

ERAN. Rationalem ego dico: divinam enim sequor Scripturam.

ORTH. Perfectam ergo dicimus a Deo Verbo assumptam servi formam?

ERAN. Perfectam.

ORTH. Et merito quidem. Cum enim primus homo totus esset sub peccato, divinæque imaginis characteres amisisset, et generis principem secutum genus esset, necesse fuit ut Creator, obscuratam renovare imaginem volens, totam naturam assumendo, characteres prioribus longe meliores exprimeret.

ERAN. Hæc quidem vera sunt. Peto autem primum nobis diligenter explicari nominum signi-

A ΟΡΘ. Τὴν δὲ σάρκα τί νοοῦμεν; σῶμα μόνον, ὡς Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ δοκεῖ, ἢ σῶμα καὶ ψυχήν;

ΕΡΑΝ. Σῶμα καὶ ψυχήν.

ΟΡΘ. Ποίαν ψυχήν; τὴν λογικήν, ἢ τὴν παρά τινων φυτικὴν ἤγουν ζωτικὴν (6) καλουμένην; Ἀναγκάζει γὰρ ἡμᾶς ἐρωτᾷν ἃ μὴ δεῖ τῶν Ἀπολιναρίου συγγραμμάτων ἡ μυθώδης τερθρεία.

ΕΡΑΝ. Ἀπολινάριος γὰρ διαφορὰν λέγει ψυχῶν;

ΟΡΘ. Ἐκ τριῶν συγκεῖσθαι λέγει τὸν ἄνθρωπον, ἐκ σώματος, καὶ ψυχῆς τῆς ζωτικῆς, καὶ αὖ πάλιν ἐκ τῆς λογικῆς, ἣν νοῦν προσαγορεύει. Ἡ δὲ θεία Γραφὴ μίαν οἶδεν, οὐ δύο ψυχάς· καὶ τοῦτο διδάσκει σαφῶς ἡμᾶς ἡ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου διάπλασις.
B « Ἔλαβε γάρ, φησίν, ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. » Καὶ μέντοι καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος τοῖς ἁγίοις εἴρηκε μαθηταῖς· « Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἀπολέσαι δυνάμενον ἐν γεέννῃ. » Καὶ ὁ θειότατος Μωϋσῆς, τὸν ἀριθμὸν τεθεικὼς τῶν κατεληλυθότων εἰς Αἴγυπτον, καὶ εἰρηκὼς μεθ' ὧν ἕκαστος εἰσελήλυθε φύλαρχος, ἐπήγαγε· « Πᾶσαι αἱ ψυχαὶ αἱ εἰσελθοῦσαι εἰς Αἴγυπτον ἑβδομήκοντα πέντε (7), » μίαν ἑκάστου τῶν εἰσεληλυθότων ἀριθμήσας ψυχήν. Καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος
C ἐν Τρωάδι, πάντων ὑπειληφότων τεθνάναι τὸν Εὔτυχον, ἔφη· « Μὴ θορυβεῖσθε, ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστι. »

ΕΡΑΝ. Δέδεικται σαφῶς, ὡς μίαν ἕκαστος ἄνθρωπος ἔχει ψυχήν.

ΟΡΘ. Ἀλλ' Ἀπολινάριος δύο λέγει, καὶ τὴν μὲν ἄλογον ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον· ἀντὶ δὲ τῆς λογικῆς, αὐτὸν ἐν σαρκὶ γεγενῆσθαι. Τούτου χάριν ἠρόμην, ποίαν φῂς μετὰ τοῦ σώματος ἀνειλῆφθαι ψυχήν.

ΕΡΑΝ. Τὴν λογικὴν ἐγώ φημι· τῇ Γραφῇ γὰρ ἕπομαι τῇ θείᾳ.

ΟΡΘ. Τελείαν τοίνυν ἀναληφθῆναί φαμεν ὑπὸ Θεοῦ Λόγου τὴν τοῦ δούλου μορφήν;

ΕΡΑΝ. Τελείαν.

D ΟΡΘ. Καὶ μάλα εἰκότως. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὅλος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένετο, καὶ τοὺς τῆς θείας εἰκόνος ἀπώλεσε χαρακτῆρας, ἠκολούθησε δὲ τῷ γενεάρχῃ τὸ γένος· ἀναγκαίως ὁ Δημιουργὸς καινουργῆσαι τὴν ἀμαυρωθεῖσαν εἰκόνα θελήσας, ὅλην τὴν φύσιν ἀναλαβών, πολλῷ τῶν προτέρων ἀμείνους ἐνετύπωσε χαρακτῆρας.

ΕΡΑΝ. Ταῦτα μὲν ἀληθῆ. Ἀξιῶ δὲ πρῶτον ἡμῖν εὐκρινεῖς (8) γενέσθαι τῶν ὀνομάτων τὰς σημασίας·

[62-63] Gen. II, 7. [64] Luc. XII, 4, 5; coll. Matth. x, 28. [65] Gen. XLVI, 26 [66] Act. xx, 10.

(6) ἤγ. ζωτ. Ex ed. Rom. et Lips. suppletum.

(7) ἑβδ. πέντε. Scilicet secundum computum τῶν LXX, quos sequitur Stephanus Act. VII, 14. Secundum alias autem computandi rationes vel 66 animas numerat Moses, ut Gen. XLVI, 26 juxta Hebr., vel 70, ut l. c. vers. 27, et Deut. x, 22.

(8) Ed. Rom. et Lips. εὐκρινῶς. Minus recte.

Digitized by Google

ἵν' ἡ διάλεξις ἀκωλύτως προβαίνῃ, καὶ μηδὲν τῶν A ἀμφιβαλλομένων μεταξὺ ζητούμενον διακόπτῃ τὸν λόγον.

ΟΡΘ. Ἄριστα εἴρηκας· ἐροῦ τοίνυν περὶ οὗ ἂν ἐθέλῃς.

ΕΡΑΝ. Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τί χρὴ καλεῖν; ἄνθρωπον;

ΟΡΘ. Οὐδέτερον δίχα θατέρου, ἀλλ' ἑκάτερον. Ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος ἐνανθρωπήσας Ἰησοῦς Χριστὸς ὠνομάσθη. «Καλέσεις γάρ, φησὶ, τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ.» Καὶ, «Σήμερον τίκτεται ὑμῖν Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαβίδ.» Ἀγγέλων δὲ αὗται φωναί. Πρὸ δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως, Θεὸς, καὶ Θεοῦ Υἱὸς, καὶ Μονογενὴς, καὶ Κύριος, καὶ Θεὸς Λόγος, καὶ Ποιητὴς ὠνομάζετο. «Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν, φησὶν, B ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος·» καὶ, «Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο·» καὶ, «Ζωὴ ἦν·» καὶ, «Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον·» καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια, καὶ τῆς φύσεως τῆς θείας δηλωτικά. Μετὰ δέ γε τὴν ἀνθρώπησιν (9), Ἰησοῦς καὶ Χριστὸς ὠνομάσθη.

ΕΡΑΝ. Οὐκοῦν Θεὸς μόνον Ἰησοῦς ὁ Κύριος.

ΟΡΘ. Ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν Λόγον ἀκούεις, καὶ Θεὸν μόνον ἀποκαλεῖς;

ΕΡΑΝ. Ἐπειδὴ μὴ τραπεὶς ἐνηνθρώπησεν, ἀλλὰ μεμένηκεν ὅπερ ἦν, χρὴ καλεῖν αὐτὸν ὅπερ ἦν.

ΟΡΘ. Ἄτρεπτος μὲν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἦν, καὶ ἔστι, C καὶ ἔσται· ἀνθρωπείαν δὲ φύσιν λαβὼν ἐνηνθρώπησε. Προσήκει τοίνυν ἡμᾶς ἑκατέραν φύσιν ὁμολογεῖν, καὶ τὴν λαβοῦσαν καὶ τὴν ληφθεῖσαν.

ΕΡΑΝ. Ἀπὸ τῆς κρείττονος ὀνομάζειν χρή.

ΟΡΘ. Ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, τὸ ζῶον λέγω, ἁπλοῦς ἐστιν, ἢ σύνθετος;

ΕΡΑΝ. Σύνθετος.

ΟΡΘ. Ἐκ τίνων συγκείμενος;

ΕΡΑΝ. Ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς.

ΟΡΘ. Τῶν δὲ φύσεων τούτων ποτέρα κρείττων;

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὡς ἡ ψυχή· λογική τε γάρ ἐστι, καὶ ἀθάνατος, καὶ τοῦ ζώου τὴν ἡγεμονίαν πεπίστευται. Τὸ δὲ σῶμα θνητόν ἐστι καὶ ἐπίκηρον, καὶ τῆς ψυχῆς χωριζόμενον ἄλογόν ἐστι καὶ νεκρόν. D

ΟΡΘ. Ἔδει τοιγαροῦν τὴν θείαν Γραφὴν ἐκ τῆς ἀμείνονος φύσεως ὀνομάζειν τὸ ζῶον.

ΕΡΑΝ. Οὕτως ὀνομάζει. Τοὺς γὰρ εἰσεληλυθότας εἰς Αἴγυπτον ψυχὰς προσηγόρευσεν. Ἐν ἑβδομήκοντα γὰρ καὶ πέντε, φησὶ, ψυχαῖς κατέβη Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον.

ΟΡΘ. Ἀπὸ δὲ σώματος οὐδένα κέκληκεν ἡ θεία Γραφή;

ΕΡΑΝ. Τοὺς τῇ σαρκὶ δεδουλευκότας προσηγό-

A fectiones : ut disputatio sine impedimento procedat, et nullius ambiguitatis interjecta quæstio sermonem abrumpat.

ORTH. Optime dixisti. Interroga ergo quod voles.

ERAN. Jesum Christum quo nomine appellabimus? an hominem?

ORTH. Neutrum sine altero, sed utrumque. Nam Deus Verbum homo factus Jesus Christus **75** appellatus est. « Vocabis enim, inquit, nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum [67-68]. » Et : « Hodie vobis nascitur Christus Dominus in civitate Davidis [69]. » Hæ quidem voces sunt angelorum. Ante incarnationem vero, Deus, et Dei Filius, et Unigenitus, et Dominus, et Deus Verbum, et Creator nominabatur. Dicit enim : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [70]; » et : « Omnia per ipsum facta sunt [71]; » et : « Vita erat [72]; » et : « Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [73]; » et quæcunque sunt his similia, divinam naturam declarantia. Post incarnationem vero, Jesus et Christus appellatus est.

ERAN. Est igitur Deus solum Jesus Dominus.

ORTH. Incarnatum Deum Verbum audis, et Deum solum vocas?

ERAN. Quia sine mutatione factus est homo, sed mansit quod erat, appellandus est quod erat.

ORTH. Immutabilis quidem Deus Verbum et erat, et est, et erit : humana vero assumpta natura homo factus est. Decet igitur nos utramque naturam confiteri, et assumentem, et assumptam.

ERAN. A meliore parte facienda est nuncupatio.

ORTH. Homo ille, animal dico, simplexne est, an compositus?

ERAN. Compositus

ORTH. Ex quibus compositus?

**76** ERAN. Ex corpore et anima.

ORTH. Harum vero naturarum utra est melior?

ERAN Manifestum est animam præstantiorem esse : est enim ratione prædita, et immortalis, et regendo animali præposita. Corpus vero mortale est et caducum, et ab anima separatum expers rationis est et cadaver.

ORTH. Decebat ergo divinam Scripturam ex præstantiori parte animal nuncupare.

ERAN. Sic nuncupat. Ingressos enim in Ægyptum animas appellavit [74]. Cum septuaginta enim quinque animabus descendit Israel in Ægyptum.

ORTH. A corpore vero neminemne appellavit divina Scriptura?

ERAN. Carni servientes carnes appellat. « Dixit

[67-68] Matth. I, 21. [69] Luc. II, 11. [70] Joan. I, 1. [71] Ibid. 3. [72] Ibid. 4. [73] Ibid. 9. [74] Gen. XLVI, 26.

(9) ἀνθρ. Ed Rom. et Lips. ἐνανθρώπησιν.

Digitized by Google

enim Deus, inquit : Non permanebit Spiritus meus in hominibus hisce, quia caro sunt [75]. »

ORTH. Sine accusatione autem neminem appellavit carnem?

ERAN. Non memini.

ORTH. Ego igitur te commonefaciam, et docebo quod etiam valde sanctos carnes appellarit. Responde ergo : Apostolos quo nomine vocas? spirituales, an carnales?

ERAN. Spirituales, et spiritualium coryphæos et doctores.

ORTH. Audi ergo divinum Paulum dicentem : Quando autem placuit ei, qui me ex utero matris meæ segregavit, et vocavit per gratiam suam, revelare Filium suum in me, ut ipsum annuntiarem in B gentibus, statim non acquievi carni et sanguini, nec **77** ascendi ad eos qui ante me fuerant, apostolos [76]. » An apostolos accusans sic ipsos appellavit?

ERAN. Sane non.

ORTH. Sed a natura oculis objecta nominans, et comparans cum cœlesti vocatione humanam vocationem?

ERAN. Verum est.

ORTH. Itaque audi etiam hymnorum scriptorem Davidem, laudes Dei canentem, et dicentem : « Ad te omnis caro veniet [77]; » et Isaiam prophetam vaticinantem : « Videbit omnis caro salutem Dei nostri [78]. »

ERAN. Aperte ostensum est, quod etiam sine ac- C cusatione carnis nomen divina Scriptura tribuat humanæ naturæ.

ORTH. Ego vero tibi aliud quoque demonstrabo.

ERAN. Quodnam aliud?

ORTH. Quod etiam aliquos accusans Scriptura divina solius animæ appellatione utatur.

ERAN. Ubinam hoc invenies in divina Scriptura?

ORTH. Audi Dominum Deum per Ezechielem prophetam dicentem : « Anima quæ peccaverit, ipsa morietur [79]. » Et per magnum Mosen ait : « Anima quæ peccaverit [80]; » et rursus : « Et erit, omnis anima quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur [81]. » Et alia multa hujusmodi reperire D licet.

ERAN. Hæc demonstrata sunt.

ORTH. Si igitur, ubi naturalis quædam est unio, et rerum creatarum, unaque famulantium, et tempore æqualium conjunctio, non a sola præstantiore natura nominare hoc animal solet **78** divina Scriptura, sed a minore pariter et a majore : quare nos reprehenditis quod, Christum Dominum Deum esse confitentes, hominem etiam appellemus, præsertim cum multa hoc nos facere cogant?

A ρευσε σάρκας. « Εἶπε γάρ, φησίν, ὁ Θεός· Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. »

ΟΡΘ. Δίχα δὲ κατηγορίας οὐδένα προσηγόρευσε σάρκα;

ΕΡΑΝ. Οὐ μέμνημαι.

ΟΡΘ. Ἐγώ σε τοιγαροῦν ἀναμνήσω καὶ διδάξω, ὡς τοὺς ἄγαν ἁγίους σάρκας προσηγόρευσεν. Ἀπόκριναι τοίνυν· Τοὺς ἀποστόλους τί ἂν καλέσῃς; πνευματικούς, ἢ σαρκικούς;

ΕΡΑΝ. Πνευματικούς, καὶ τῶν πνευματικῶν κορυφαίους καὶ διδασκάλους.

ΟΡΘ. Ἄκουσον τοίνυν τοῦ θεσπεσίου Παύλου λέγοντος· « Ὅτε δὲ ηὐδόκησεν ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί, ἵνα αὐτὸν εὐαγγελίζωμαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, οὐδὲ ἀνῆλθον (10) πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους. » Μὴ κατηγορῶν τῶν ἀποστόλων οὕτω τε αὐτοὺς προσηγόρευσεν;

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ἀπὸ τῆς ὁρωμένης φύσεως ὀνομάζων, καὶ συγκρίνων τῇ οὐρανόθεν κλήσει τὴν δι' ἀνθρώπων κλῆσιν;

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Τοιγάρτοι καὶ τοῦ ὑμνοποιοῦ Δαβὶδ ἄκουσον, ᾄδοντος τῷ Θεῷ, καὶ λέγοντος· « Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει· » καὶ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου θεσπίζοντος, ὅτι « Ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. »

ΕΡΑΝ. Ἀποδέδεικται σαφῶς, ὡς καὶ δίχα κατηγορίας ἁπάσης ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἡ θεία Γραφὴ τὴν ἀνθρωπείαν ὀνομάζει φύσιν.

ΟΡΘ. Ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸ ἕτερον ἐπιδείξω.

ΕΡΑΝ. Ποῖον ἕτερον;

ΟΡΘ. Ὅτι καὶ κατηγοροῦσά τινων ἡ θεία Γραφή, ἀπὸ τῆς ψυχῆς ὀνομάζει μόνης.

ΕΡΑΝ. Καὶ ποῦ τοῦτο εὑρήσεις παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ;

ΟΡΘ. Ἄκουσον τοῦ Δεσπότου Θεοῦ διὰ Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου λέγοντος· « Ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται. » Καὶ μέντοι καὶ διὰ Μωϋσέως τοῦ μεγάλου φησί· « Ψυχὴ ἣ ἂν ἁμάρτῃ· » καὶ πάλιν· « Καὶ ἔσται πᾶσα ψυχή, ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. » Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν.

ΕΡΑΝ. Ἀποδέδεικται ταῦτα.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν ἔνθα φυσική τίς ἐστιν ἕνωσις, καὶ κτιστῶν, καὶ ὁμοδούλων, καὶ ὁμοχρόνων συνάφεια, οὐκ ἀπὸ μόνης τῆς κρείττονος φύσεως τόδε τὸ ζῶον ὀνομάζειν ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἥττονός τε καὶ μείζονος· πῶς ἡμῖν ἐγκαλεῖτε τὸν Δεσπότην Χριστὸν μετὰ τοῦ Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ ἄνθρωπον ὀνομάζουσι, καὶ ταῦτα πολλῶν ἄγειν τοῦτο ποιεῖν ἀναγκαζόντων;

[75] Gen. vi, 3. [76] Galat. i, 15-17. [77] Psal. lxiv, 2. [78] Isa. lii, 10. [79] Ezech. xviii, 4, 20. [80] Levit. v, 1. [81] Deut. xviii, 19.

(10) ἀνῆλθ. Omissum, quod l. c. v. 17, sequitur, εἰς Ἱεροσόλυμα.

Digitized by Google

ΕΡΑΝ. Καὶ τί τὸ ἀναγκάζον ὑμᾶς, ἄνθρωπον ὀνομάζειν τὸν Σωτῆρα Χριστόν; A

ΟΡΘ. Τὰ διάφορα καὶ παντάπασιν ἐναντία τῶν αἱρετικῶν δογμάτων.

ΕΡΑΝ. Καὶ τίνα τίσιν ἐναντία δόγματα;

ΟΡΘ. Τὸ Ἀρείου τῷ (11) Σαβελλίου. Ὁ μὲν διαιρεῖ τὰς οὐσίας, ὁ δὲ τὰς ὑποστάσεις συγχέει. Ὁ μὲν Ἄρειος τρεῖς οὐσίας εἰσφέρει· ὁ δὲ Σαβέλλιος μίαν ὑπόστασιν ἀντὶ τῶν τριῶν λέγει. Εἰπὲ τοίνυν, πῶς δεῖ νόσον ἑκατέραν ἰάσασθαι· ἓν ἀμφοτέροις προσενεγκεῖν τοῖς παθήμασι φάρμακον, ἢ ἑκατέρῳ τὸ πρόσφορον;

ΕΡΑΝ. Ἑκατέρῳ τὸ πρόσφορον.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν τὸν μὲν Ἄρειον πειρασόμεθα (12) μὲν πεῖσαι τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν οὐσίαν ὁμολογεῖν, καὶ τούτου τὰς ἀποδείξεις προσοίσομεν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς. B

ΕΡΑΝ. Οὕτω ποιητέον.

ΟΡΘ. Τῷ δέ γε Σαβελλίῳ διαλεγόμενοι, τοὐναντίον πράξομεν (13). Περὶ μὲν γὰρ τῆς οὐσίας οὐδένα προσοίσομεν λόγον· μίαν γὰρ κἀκεῖνος ὁμολογεῖ.

ΕΡΑΝ. Σαφές.

ΟΡΘ. Τὸ δέ γε νοσοῦν τῆς δόξης θεραπεῦσαι σπουδάσομεν (14).

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Ποίαν δὲ νοσεῖν αὐτὸν εἰρήκαμεν νόσον;

ΕΡΑΝ. Περὶ τὰς ὑποστάσεις φαμὲν αὐτὸν χωλεύειν.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ μίαν ἐκεῖνος εἶναι λέγει τῆς Τριάδος ὑπόστασιν, ἐπιδείξομεν (15) αὐτῷ τὴν θείαν Γραφὴν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις κηρύττουσαν. C

ΕΡΑΝ. Τοῦτο μὲν οὕτω πρακτέον· τὸν δὲ προκείμενον καταλελοίπαμεν λόγον.

ΟΡΘ. Οὐδαμῶς. Αὐτοῦ γὰρ πέρι τὰς ἀποδείξεις συλλέγομεν, καὶ τοῦτο παραυτίκα μαθήσῃ. Εἰπὲ οὖν μοι, πάσας τὰς αἱρέσεις, τὰς ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένας, ὁμολογεῖν ὑπείληφας καὶ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα;

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Ἀλλὰ τινὰς μὲν τὴν θεότητα μόνην, τινὰς δὲ μόνην τὴν ἀνθρωπότητα;

ΕΡΑΝ. Ναί.

ΟΡΘ. Ἄλλας δέ γε μέρος τῆς ἀνθρωπότητος;

ΕΡΑΝ. Οὕτως οἶμαι. Προσήκει δὲ ἡμῖν (16) δηλῶσαι, πῶς μὲν οἱ ταῦτα φρονοῦντες, πῶς δὲ οἱ ἐκεῖνα, προσαγορεύονται, ἵνα σαφέστερον τὸ ζητούμενον γένηται. D

ΟΡΘ. Ἐγὼ τοῦτο ἐρῶ. Σίμων, καὶ Μένανδρος, καὶ Μαρκίων, καὶ Βαλεντῖνος, καὶ Βασιλείδης, καὶ Βαρδησάνης (17), καὶ Κέρδων, καὶ Μάνης, ἠρνήθησαν ἄντικρυς τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ. Ἀρτέμων δὲ, καὶ Θεόδοτος, καὶ Σαβέλλιος, καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ Μάρκελλος, καὶ Φωτεινὸς, εἰς τὴν ἐναντίαν ἐκ διαμέτρου βλασφημίαν κατέπεσον.

ERAN. Quid vero cogit vos, ut Servatorem Christum hominem appelletis?

ORTH. Diversa, et penitus contraria hæreticorum dogmata.

ERAN. Quænam, quibus contraria dogmata?

ORTH. Arianum Sabelliano. Ille enim substantias dividit, hic personas confundit. Et Arius quidem tres substantias inducit: Sabellius vero pro tribus personis unicam statuit. Dic igitur, qua ratione morbus uterque curandus est, unumne utrique malo adhibendum remedium, an cuique conveniens?

ERAN. Cuique conveniens.

ORTH. Itaque Ario quidem persuadere conabimur, ut sanctæ Trinitatis substantiam (unam) confiteatur, ejusque rei demonstrationes proferemus ex divina Scriptura.

ERAN. Sic faciendum est.

ORTH. Cum Sabellio vero disserentes contrarium faciemus. De substantia enim nullum inferemus sermonem, cum is quoque unam fateatur.

ERAN. Manifestum est.

ORTH. Opinionem autem, qua parte laborat, sanare studebimus.

ERAN. Omnino.

ORTH. Quonam autem morbo illum laborare diximus?

79 ERAN. Circa personas claudicare dicimus.

ORTH. Quoniam ergo unam ille dicit esse Trinitatis personam, divinam Scripturam ipsi ostendemus tres personas prædicantem.

ERAN. Hoc quidem ita faciendum est. Sed nos institutum sermonem reliquimus.

ORTH. Nequaquam. De hoc enim demonstrationes colligimus: id quod mox intelliges. Dic ergo mihi: Putasne hæreses omnes, quæ a Christo nato exstiterunt, et divinitatem Christi et humanitatem confiteri?

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Sed alias quidem solam divinitatem, alias solam humanitatem?

ERAN. Ita se res habet.

ORTH. Alias vero partem humanitatis?

ERAN. Sic opinor. Oportet autem nobis declarare, quomodo hæc aut illa sentientes appellentur, ut apertius fiat quod est in quæstione.

ORTH. Ego hoc explicabo. Simon, et Menander, et Marcion, et Valentinus, et Basilides, et Bardesanes, et Cerdo, et Manes aperte negaverunt humanitatem Christi. Artemon vero, et Theodotus, et Sabellius, et Paulus Samosatenus, et Marcellus, et Photinus in oppositam ex diametro blasphemiam inciderunt. Hominem enim duntaxat prædicant

(11) τῷ. Ed. Rom. et Lips. τό. Minus bene

(12) πειρ. Utraque ed. πειρασώμεθα.

(13) Utraque, πράξωμεν.

(14) σπ. Ed. Rom. σπουδάσωμεν, Lips. σπουδάζωμεν.

(15) ἐπιδ. Utraque editio, ἐπιδείξωμεν.

(16) Ed. Rom. et Lips. ἡμῶν.

(17) Utraque, Βαρδισάνης.

Digitized by Google

Christum, æternam vero ejus divinitatem negant. A Arius autem, et Eunomius, creatam vocant Unigeniti divinitatem, et solum corpus illum **80** assumpsisse dicunt. Apolinarius porro animatum quidem corpus assumptum fatetur, sed rationalem animam et honore et salute in libris suis privat. Hæc igitur est perversorum dogmatum differentia. Tu vero, si veritatem amas, dic nobis, cum hisne disputationem aliquam habere conveniat, an in præceps ruentes despicere et valere jubere.

ERAN. Immanitatis est eos qui * ægrotant negligere.

ORTH. Convenit ergo his condolere, et pro viribus mederi.

B ERAN. Omnino.

ORTH. Si igitur corporibus mederi didicisses, multique a te circumstantes ut medereris flagitarent, diversos morbos ostendentes, verbi gratia, oculorum suffusiones, et aurium ulcera, et dolores dentium, et hi quidem nervorum intensionem, alii vero solutionem, et hic rursus flavæ bilis redundantiam, ille vero pituitæ, quæso te, quid faceres? unumne omnibus remedium parares, an singulis morbis conveniens?

ERAN. Unicuique conveniens, et pellendo morbo idoneum.

ORTH. Itaque calidas affectiones refrigerans, et frigidas calefaciens, et intensa relaxans, soluta firmioribus medicamentis corroborans, et humentia desiccans, C sicca humectans, morbos hac ratione expelleres, et ab his expulsam sanitatem reduceres?

ERAN. Sic medendum esse artis medicæ lex præcipit. Contraria enim, inquiunt, contrariorum sunt remedia.

**81** ORTH. Si vero plantator esses, omnibusne plantis eamdem culturam adhiberes, an vero malo punico convenientem, et ficui propriam, et piro ac malo similiter, et viti domesticæ congruentes, plantæ denique, ut semel dicam, unicuique accommodatam?

ERAN. Manifestum est, plantas singulas propriam culturam desiderare.

ORTH. Si vero fabricandarum navium artem exerceres, et malum videres refici oportere, huicne D operam clavo congruentem impenderes, an eam quæ malo convenit?

ERAN. Sunt et ista extra controversiam. Singula enim curationem suam desiderant, et plantæ, et corporis membra, et instrumenta, et partes navis.

ORTH. Quomodo ergo absurdum non sit, corpori quidem, et rebus inanimatis, convenientes curationes adhibere, in animabus vero hanc medicinæ regulam non servare?

ERANT. Omnino injustissimum est, nec solum injustitiæ, sed etiam amentiæ * plenum. Qui enim aliter faciunt, medicæ artis sunt imperiti.

(18) θερ. Ed. Rom. et Lips. ἰατρεύειν.

Ἄνθρωπον γὰρ μόνον κηρύττουσι τὸν Χριστὸν, τὴν δὲ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχουσαν ἀρνοῦνται θεότητα. Ἄρειος δὲ καὶ Εὐνόμιος, κτιστὴν καλοῦσι τοῦ Μονογενοῦς τὴν θεότητα, σῶμα δὲ μόνον αὐτὸν ἀνειληφέναι φασίν. Ἀπολινάριος δὲ ἔμψυχον μὲν ὁμολογεῖ τὸ ληφθὲν σῶμα, τὴν δὲ λογικὴν ψυχὴν καὶ τῆς τιμῆς καὶ τῆς σωτηρίας ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις ἀποστερεῖ. Αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν διεφθαρμένων δογμάτων διαφορά. Αὐτὸς δὲ ἡμῖν φιλαλήθως εἰπὲ, χρή τινα πρὸς τούτους ποιεῖσθαι διάλεξιν, ἢ δεῖ κατὰ κρημνῶν φερομένους περιορᾷν καὶ οἰμώζειν ἐᾷν;

ΕΡΑΝ. Μισανθρωπίας ἔργον ἡ τῶν καμνόντων ὑπεροψία.

ΟΡΘ. Προσήκει τοίνυν καὶ συναλγεῖν, καὶ θεραπεύειν εἰς δύναμιν.

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν σώματα θεραπεύειν ἠπίστασο, πολλοὶ δέ γε περιστάντες θεραπεύειν (18) ἠξίουν, διάφορα ἐπιδεικνύντες παθήματα, οἷον ὀφθαλμῶν ἐπιῤῥοίας, καὶ ἀκοῶν τραύματα, καὶ ὀδόντων ὀδύνας, καὶ οἱ μὲν νεύρων τάσιν, οἱ δὲ λύσιν, καὶ ὁ μὲν πλημμύραν χολῆς, ὁ δὲ φλέγματος, τί ἂν ἔδρασας, εἰπέ μοι; ἓν ἅπασι κατεσκεύαζες φάρμακον, ἢ ἑκάστῳ πάθει τὸ πρόσφορον;

ΕΡΑΝ. Τὸ ἑκάστῳ δηλονότι κατάλληλόν τε καὶ ἀλεξίκακον.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν τὰ μὲν θερμὰ τῶν παθῶν καταψύχων, τὰ δὲ ψυχρὰ διαθερμαίνων, καὶ τὰ μὲν τεταμένα χαλῶν, τὰ δέ γε λελυμένα τονωτικοῖς φαρμάκοις ῥωννύς, καὶ τὰ μὲν πλαδῶντα ξηραίνων, ὑγραίνων δὲ τὰ ξηρὰ, ἐξήλαυνες μὲν τὰς νόσους, ἐπανῆγες δὲ τὴν ὑγείαν ὑπὸ τούτων ἐκδεδλημένην;

ΕΡΑΝ. Οὕτω θεραπεύειν ὁ τῆς ἰατρικῆς παρακελεύεται νόμος· τὰ ἐναντία γὰρ, φασὶ, τῶν ἐναντίων ἰάματα.

ΟΡΘ. Εἰ δὲ φυτουργὸς ἦσθα, πᾶσιν αὐτοῖς φυτοῖς τὴν αὐτὴν προσήνεγκας ἐπιμέλειαν, ἢ τῇ μὲν ῥοιᾷ τὴν προσήκουσαν, τῇ δὲ συκῇ τὴν οἰκείαν, καὶ τῇ ὄχνῃ ὡσαύτως, καὶ τῇ μηλέᾳ, καὶ ταῖς ἡμερίσι τὰς καταλλήλους· καὶ ἁπαξαπλῶς ἑκάστῳ γε φυτῷ τὸ πρόσφορον;

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὡς ἕκαστον φυτὸν τῆς οἰκείας ἐπιμελείας προσδεῖται.

ΟΡΘ. Εἰ δὲ ναυπηγικὴν μετεχείριζες τέχνην, ἐθεάσω δὲ τὴν ἱστοδόκην νεουργίας δεομένην, τὴν τοῖς πηδαλίοις διαφέρουσαν ἐπιμέλειαν προσήνεγκας ἂν αὐτῇ, ἢ τὴν τῇ ἱστοδόκῃ προσήκουσαν;

ΕΡΑΝ. Ἀναμφίλεκτα καὶ ταῦτ' ἐστιν. Ἕκαστον γὰρ τὴν οἰκείαν θεραπείαν ἐπιζητεῖ, καὶ φυτὸν, καὶ σώματος μόριον, καὶ σκεύη, καὶ μέρη νηός.

ΟΡΘ. Πῶς οὖν οὐ σχέτλιον, σώματι μὲν καὶ τοῖς ἀψύχοις καταλλήλους θεραπείας προσφέρειν, ἐπὶ δὲ τῶν ψυχῶν τὸν θεραπευτικὸν τούτων (19) μὴ φυλάττειν κανόνα·

ΕΡΑΝ. Λίαν ἐστὶν ἀδικώτατον, καὶ οὐ μόνον ἀδικίας, ἀλλὰ καὶ ἀνοίας μεστόν. Οἱ γὰρ ἄλλως ποιοῦντες, αὐτῆς εἰσι τῆς θεραπείας ἀνεπιστήμονες.

(19) Utraque editio, τούτων.

Digitized by Google

ΟΡΘ. Οὐκοῦν πρὸς αἵρεσιν ἑκάστην διαλεγόμενοι, A ταύτῃ πρόσφορον προσοίσομεν φάρμακον;

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Πρόσφορος δὲ θεραπεία, τὸ προστιθέναι μὲν τὸ ἐλλεῖπον, ἀφαιρεῖν δὲ τὸ πλεονάζον;

ΕΡΑΝ. Ναί.

ΟΡΘ. Φωτεινὸν τοίνυν, καὶ Μάρκελλον, καὶ τοὺς ἐκείνων ἀγχιθύρους θεραπεύειν πειρώμενοι, τί ἂν προσθέντες τὸν θεραπευτικὸν κανόνα πληρώσαιμεν;

ΕΡΑΝ. Τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος τὴν ὁμολογίαν· αὕτη γὰρ αὐτοῖς ἐλλείπει.

ΟΡΘ. Περὶ δέ γε τῆς ἀνθρωπότητος οὐδὲν πρὸς αὐτοὺς ἐροῦμεν. Ὁμολογοῦσι γὰρ ἄνθρωπον τὸν Δεσπότην Χριστόν.

ΕΡΑΝ. Ὀρθῶς λέγεις.

ΟΡΘ. Ἀρείῳ δὲ καὶ Εὐνομίῳ περὶ τῆς τοῦ Μο- B νογενοῦς ἐνανθρωπήσεως διαλεγόμενοι, τί ἂν προσθεῖναι πείσαιμεν αὐτοὺς τῇ σφετέρᾳ ὁμολογίᾳ;

ΕΡΑΝ. Τῆς ψυχῆς τὴν ἀνάληψιν· σῶμα γὰρ τὸν Θεὸν Λόγον μόνον ἀνειληφέναι φασίν.

ΟΡΘ. Ἀπολιναρίῳ δὲ τί ἐλλείπει, ὥστε αὐτὸν ἀκριβοῦν τὸν περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγον;

ΕΡΑΝ. Τὸ μὴ διιστάναι τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ὁμολογεῖν τὴν λογικὴν ψυχὴν μετὰ τοῦ σώματος ἀνειλῆφθαι

ΟΡΘ. Οὐκοῦν καὶ τούτῳ (20) περὶ τούτου διαλεξόμεθα (21);

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Μαρκίωνα δὲ, καὶ Βαλεντῖνον, καὶ Μάνητα, καὶ ὅσοι γειτονεύουσι τούτοις, τί μὲν ἔφαμεν ὁμολογεῖν κατὰ τόδε τὸ μέρος, τί δὲ πάμπαν ἀρνεῖσθαι; C

ΕΡΑΝ. Ὅτι πιστεύειν μὲν ἔφασαν εἰς τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ· τὸν δὲ περὶ τῆς ἀνθρωπότητος οὐ προσίενται λόγον.

ΟΡΘ. Τοιγάρτοι πεῖσαι τούτους σπουδάσομεν, στέρξαι καὶ τὸν περὶ τῆς ἀνθρωπότητος λόγον, καὶ μὴ φαντασίαν τὴν θείαν οἰκονομίαν καλεῖν.

ΕΡΑΝ. Οὕτω προσήκει ποιεῖν.

ΟΡΘ. Ἐροῦμεν τοίνυν αὐτοῖς, ὡς οὐ χρὴ μόνον Θεὸν, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπον ἀποκαλεῖν τὸν Χριστόν.

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Καὶ πῶς οἷόν τε παραιτουμένους ἡμᾶς τὸ καὶ ἄνθρωπον ἀποκαλεῖν τὸν Χριστὸν, ἄλλοις τοῦτο παρεγγυᾷν; οὐ γὰρ εἴξουσι παραινοῦσιν ἡμῖν, ἀλλὰ D ταὐτὰ φρονοῦντας ἐλέγξουσι.

ΕΡΑΝ. Καὶ πῶς ἡμεῖς τὰ αὐτὰ φρονοῦμεν ἐκείνοις, καὶ σάρκα ὁμολογοῦντες καὶ ψυχὴν λογικὴν ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον;

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν τὰ πράγματα ὁμολογοῦμεν, τί δήποτε φεύγομεν τὰ ὀνόματα;

ΕΡΑΝ. Ἀπὸ τῶν τιμιωτέρων χρὴ τὸν Χριστὸν καλεῖν.

ΟΡΘ. Φύλαξον τοιγαροῦν τὸν κανόνα, καὶ μὴ καλέσῃς ἐσταυρωμένον, μηδὲ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένον, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια.

ERAN. Cum unaquaque igitur hæresi disputantes, congruens huic remedium afferemus?

ERAN. Omnino.

ORTH. An congruens est medicina, partim id addere quod deest, partim tollere quod redundat?

ERAN. Sane.

ORTH. Photinum ergo, et Marcellum, eorumque affines sanare si conemur, quid addendo medicorum regulæ obtemperabimus?

82 ERAN. Divinitatis Christi confessionem: hæc enim ipsis deest.

ORTH. De humanitate vero nihil eis dicemus; fatentur enim Christum Dominum esse hominem.

ERAN. Recte dicis.

ORTH. Cum Ario vero et Eunomio de Unigeniti incarnatione disserentes, quid eis suadebimus ut confessioni suæ adjiciant?

ERAN. Animæ assumptionem. Solum enim corpus a Deo Verbo assumptum esse dicunt.

ORTH. Apolinario vero quid deest, quominus perfecta sit ipsius de incarnatione sententia?

ERAN. Non separare mentem ab anima, sed confiteri rationalem animam una cum corpore assumptam esse.

ORTH. De hoc igitur cum eo disseremus?

ERAN. Omnino.

ORTH. Marcionem vero, et Valentinum, et Manetem, et qui ad eos accedunt, quid confiteri hac in parte diximus, quid prorsus negare?

ERAN. Quod in divinitatem Christi se credere dicant, humanitatem vero illius non admittant.

ORTH. Illis ergo persuadere studebimus, ut humanitatis quoque mentionem amplectantur, et ne phantasiam appellent divinam dispensationem.

ERAN. Sic facere convenit.

ORTH. Eis ergo dicemus, quod Christus non tantum Deus, sed etiam homo appellandus sit.

ERAN. Omnino.

83 ORTH. Qua autem ratione fieri potest, ut nos qui Christum hominem appellare abnuimus, hoc aliis præcipiamus? Neque enim suasionibus nostris cedent, sed nos ita sentientes refutabunt.

ERAN. Et quomodo nos idem cum illis sentimus, qui et carnem et animam rationalem assumpsisse Deum Verbum confitemur?

ORTH. Si igitur res confitemur, cur nomina fugimus?

ERAN. A præstantioribus Christum appellare convenit.

ORTH. Serva igitur hanc regulam, et ne crucifixum appelles, neque a mortis excitatum, et quæ sunt hujusmodi.

(20) τούτῳ. Ita legendum esse puto. Sirmondi lectio τοῦτο consentit cum ed. Rom. et Lips.
(21) διαλ. Utraque editio, διαλεξώμεθα.

Digitized by Google

ERAN. Sed hæc sunt salutarium passionum nomina : passiones autem negare, salutem est e medio tollere.

ORTH. Nomen *homo* naturæ nomen est, et hoc reticere idem est ac naturam negare : naturam autem qui negat, passiones e medio tollit, quibus sublatis irrita fit salus.

ERAN. Scire quidem assumptam esse naturam, necessarium esse duco. Hominem vero appellare orbis terrarum Servatorem, idem est quam de Domini gloria aliquid detrahere.

ORTH. Te igitur et Petro et Paulo, atque ipso Servatore plus sapere existimas? Nam Dominus dixit Judæis : « Quid me quæritis interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a **84** Patre meo [82]? » Sæpe etiam Filium hominis se ipsum appellavit. Petrus autem, omni laude et prædicatione dignus, populum Judaicum alloquens : « Audite, inquit, viri Israelitæ, verba hæc : Jesum Nazarenum virum a Deo approbatum in vobis [83]. » Et beatus Paulus, in Areopago salutem optimatibus prædicans, inter alia multa hæc quoque dixit : « Et tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus ut omnes ubique pœnitentiam agant ; eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem in æquitate per virum quem constituit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis [84]. » Qui ergo nomen a Domino et apostolis usurpatum et celebratum repudiat, is se et magnis doctoribus et ipso sapientissimorum fonte sapientiorem existimat.

ERAN. Infidelibus illi hanc doctrinam proponebant : nunc autem totius orbis pars maxima fidem amplexa est.

ORTH. Imo sunt adhuc Judæi, et gentiles, et hæreticorum catervæ innumerabiles, et horum unicuique conveniens doctrina exhibenda est. Quin etsi eadem omnes sentiremus, dic quid incommodi haberet Deum et hominem Christum confiteri. Annon divinitatem in eo perfectam, et humanitatem similiter cui nihil deest, consideramus?

ERAN. Hæc sæpe confessi sumus.

ORTH. Cur ergo nunc tollimus quæ sæpius confessi sumus?

**85** ERAN. Hominem appellare Christum supervacaneum existimo, præsertim si fidelis cum fideli colloquatur.

ORTH. Divinum Apostolum an fidelem arbitraris?

ERAN. Fidelium omnium doctorem.

ORTH. Timotheum autem hac appellatione dignum existimas?

A ΕΡΑΝ. Ἀλλὰ ταῦτα τῶν παθημάτων ἐστὶ τῶν σωτηρίων ὀνόματα· ἡ δὲ τῶν παθημάτων ἄρνησις, τῆς σωτηρίας ἀναίρεσις.

ΟΡΘ. Τὸ δὲ *ἄνθρωπος* ὄνομα φύσεως ὄνομά ἐστιν· ἡ δὲ τούτου σιωπὴ, φύσεως ἄρνησις· ἡ δὲ τῆς φύσεως ἄρνησις, τῶν παθημάτων ἀναίρεσις· ἡ δέ γε τούτων ἀναίρεσις φροῦδον τὴν σωτηρίαν ποιεῖ.

ΕΡΑΝ. Τὸ μὲν εἰδέναι τὴν ληφθεῖσαν φύσιν προὔργου (21*) τίθεμαι· τὸ δέ γε ἄνθρωπον ἀποκαλεῖν τῆς οἰκουμένης τὸν Σωτῆρα, σμικρύνειν ἐστὶ τοῦ Δεσπότου τὴν δόξαν.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν σοφώτερον σεαυτὴν (22) καὶ Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ αὐτοῦ γε Σωτῆρος (23) ἡγῇ; Ὁ μὲν γὰρ Κύριος πρὸς Ἰουδαίους ἔφη· « Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν
B λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου; » Καὶ πολλαχοῦ δὲ Υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν προσηγόρευεν (24). Ὁ δὲ πανεύφημος Πέτρος πρὸς τὸν Ἰουδαϊκὸν διαλεγόμενος δῆμον· « Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς. » Καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, τοῦ Ἀρειουπάγου τοῖς προεστῶσι προσφέρων τὸ σωτήριον κήρυγμα, πρὸς πολλοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα ἔφη· « Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τὰ νῦν παραγγέλλει πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν· καθότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. » Ὁ τοίνυν τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων τεθέν τε καὶ κηρυχθὲν ὄνομα
C παραιτούμενος, σοφώτερον ἑαυτὸν καὶ τῶν μεγάλων διδασκάλων ὑπείληφε, καὶ μέντοι καὶ αὐτῆς τῆς τῶν σοφωτάτων διδασκάλων πηγῆς.

ΕΡΑΝ. Τοῖς ἀπίστοις ἐκεῖνοι τήνδε τὴν διδασκαλίαν προσήνεγκαν· νῦν δὲ τῆς οἰκουμένης τὸ πλεῖστον ἐπίστευσεν.

ΟΡΘ. Μάλιστα μέν εἰσιν ἔτι καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Ἕλληνες, καὶ αἱρετικῶν μυρία συστήματα, καὶ χρὴ τούτων ἑκάστῳ κατάλληλον διδασκαλίαν προσφέρειν. Εἰ δὲ καὶ πάντες ἦμεν ὁμόφρονες, εἰπὲ, τί λωβᾶται τὸ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ὁμολογεῖν τὸν Χριστόν; Ἢ οὐ θεότητα τελείαν ἐν αὐτῷ καὶ ἀνθρωπότητα ὡσαύτως ἀνελλιπῆ θεωροῦμεν;

ΕΡΑΝ. Ταῦτα πολλάκις ὡμολογήσαμεν.

D ΟΡΘ. Τί δήποτε τοίνυν ἀναιροῦμεν ἅπερ πολλάκις ὡμολογήσαμεν;

ΕΡΑΝ. Τὸ ἄνθρωπον καλεῖν τὸν Χριστὸν ὑπείληφα περιττὸν, μάλιστα πιστόν τινα πιστῷ προσδιαλεγόμενον.

ΟΡΘ. Τὸν θεῖον Ἀπόστολον πιστὸν εἶναι νομίζεις;

ΕΡΑΝ. Πιστῶν μενοῦν ἁπάντων διδάσκαλον.

ΟΡΘ. Τὸν δὲ Τιμόθεον τῆσδε τῆς προσηγορίας ὑπείληφας ἄξιον·

[82] Joan. viii, 40. [83] Act. ii, 22. [84] Act. xvii, 30, 31.

(21*) πρ. Ed. Rom. et Lips. προὔργον.
(22) σεαυτ. Sirm. ἑαυτόν.

(23) Σωτ. Ed. Rom. et Lips. præm. τοῦ.
(24) πρ. Edit. Rom. προηγόρευεν.

Digitized by Google

ΕΡΑΝ. Ὡς ἐκείνου γε μαθητὴν, καὶ τῶν ἄλλων A διδάσκαλον.

ΟΡΘ. Ἄκουσον τοίνυν τοῦ διδασκάλου τῶν διδασκάλων τῷ τελειοτάτῳ γράφοντος μαθητῇ· « Εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς αὑτὸν λύτρον ἀντὶ πάντων· » καὶ παῦσαι μάτην ἀδολεσχῶν, καὶ νόμους ἡμῖν περὶ θείων ὀνομάτων τιθείς. Καὶ αὐτὸ δέ γε τοῦ μεσίτου τὸ ὄνομα θεότητος ἐνταῦθα καὶ ἀνθρωπότητος ὑπάρχει δηλωτικόν. Οὐ γὰρ μόνον ὑπάρχων Θεὸς ἐκλήθη μεσίτης· πῶς γὰρ ἂν ἐμεσίτευσεν ἡμῖν καὶ Θεῷ μηδὲν ἔχων ἡμέτερον; Ἐπεὶ δὲ ὡς Θεὸς συνῆπται τῷ Πατρὶ τὴν αὐτὴν ἔχων οὐσίαν (25), ὡς δὲ ἄνθρωπος ἡμῖν, ἐξ ἡμῶν γὰρ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, εἰκότως μεσίτης ὠνόμασται, συνάπτων ἐν B ἑαυτῷ τὰ διεστῶτα τῇ ἑνώσει τῶν φύσεων, θεότητος λέγω καὶ ἀνθρωπότητος.

ΕΡΑΝ. Μωϋσῆς οὖν οὐκ ὠνομάσθη μεσίτης, ἄνθρωπος ὢν μόνον;

ΟΡΘ. Τύπος ἦν ἐκεῖνος τῆς ἀληθείας· ὁ δὲ τύπος οὐκ ἔχει πάντα ὅσα περ ἡ ἀλήθεια. Οὗ δὴ χάριν ἐκεῖνος οὐκ ἦν μὲν φύσει Θεὸς, ὠνομάσθη δὲ ὅμως θεὸς, ἵνα πληρώσῃ τὸν τύπον. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, τέθεικά σε θεὸν τῷ Φαραῷ (26)· » αὐτίκα τοίνυν ὡς Θεῷ καὶ προφήτην ἀφώρισεν. « Ἀαρὼν γὰρ, φησὶν, ὁ ἀδελφός σου, ἔσται (27) σοι προφήτης. » Ἡ δὲ ἀλήθεια, καὶ Θεὸς φύσει, καὶ ἄνθρωπος φύσει.

ΕΡΑΝ. Καὶ τίς ἂν καλέσαι τύπον τὸν οὐκ ἐναργεῖς ἔχοντα τοῦ ἀρχετύπου τοὺς χαρακτῆ- C ρας;

ΟΡΘ. Ὡς ἔοικε, τὰς βασιλικὰς εἰκόνας οὐ καλεῖς βασιλέως εἰκόνας;

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Καὶ μὴν οὐ πάντα ἔχουσιν, ὅσα περ τὸ ἀρχέτυπον ἔχει. Πρῶτον μὲν γὰρ εἰσιν ἄψυχοί τε καὶ ἄλογοι· εἶτα τῶν ἐντὸς μορίων ἐστέρηνται, καρδίας, φημὶ, καὶ κοιλίας, καὶ ἥπατος, καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσα τούτοις συνέζευκται. Ἔπειτα τὸ μὲν τῶν αἰσθήσεων ἔχουσιν εἶδος, τὰς δὲ τούτων ἐνεργείας οὐκέτι. Οὔτε γὰρ ἐπαΐουσιν, οὔτε φθέγγονται, οὔτε ὁρῶσιν· οὐ γράφουσιν, οὐ βαδίζουσιν, οὐκ ἄλλο τι δρῶσι τῶν ἀνθρωπίνων· ἀλλ' ὅμως εἰκόνες καλοῦνται βασιλικαί. Οὕτω καὶ Μωϋσῆς μεσίτης, καὶ ὁ Χριστὸς μεσίτης· ἀλλ' ὁ μὲν, ὡς εἰκὼν καὶ τύπος· ὁ δὲ, ὡς D ἀλήθεια. Ἵνα δέ σοι καὶ ἑτέρωθεν αὐτὸ σαφέστερον ἐπιδείξω, ἀνάμνησον μὲν (28) τῶν περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ εἰρημένων ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ.

ΕΡΑΝ. Ποίων;

ΟΡΘ. Ἐκείνων, ἔνθα παρεξετάζων ὁ θεῖος Ἀπόστολος τὴν Λευϊτικὴν ἱερωσύνην τῇ τοῦ Χριστοῦ, ἀπείκασε μὲν ἐν τοῖς ἄλλοις τὸν Μελχισεδὲκ τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ· τὴν δέ γε ἱερωσύνην ἔχειν ἔφη τὸν Κύριον κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

ΕΡΑΝ. Οἶμαι οὕτω λέγειν τὸν θεῖον Ἀπόστολον·

ERAN. Tanquam illius discipulum, et aliorum magistrum.

ORTH. Audi ergo doctorem doctorum perfectissimo scribentem discipulo : « Unus Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, qui dedit seipsum redemptionem pro omnibus [85]; » et desine incassum nugari, et leges nobis de divinis nominibus imponere. Quinetiam nomen ipsum mediatoris et divinitatem hoc loco et humanitatem significat. Neque enim, si Deus solum esset, vocaretur mediator. Quomodo enim inter nos et Deum mediatoris munus exsequeretur, si nostri nihil haberet? Sed quia ut Deus cohæret Patri, eamdem habens substantiam, et ut homo nobis copulatur, quia ex nobis servi formam accepit, recte mediator nuncupatur, ea quæ disjuncta erant in seipso conjungens unione naturarum, divinitatis, inquam, et humanitatis.

ERAN. Annon Moses appellatus est mediator, cum esset tantum homo?

ORTH. Typus erat ille veritatis : typus autem non habet omnia quæ habet veritas. Quamobrem non erat quidem ille natura Deus, et tamen appellatus est deus, ut typum impleret. « Ecce enim, inquit, constitui te deum **86** Pharaoni [86]; » et illico tanquam Deo prophetam adjunxit. « Aaron enim, inquit, frater tuus erit tibi propheta [87]. » Veritas autem, et Deus est natura, et natura homo.

ERAN. Et quis typum appellet eum, qui evidentes archetypi characteres non habet?

ORTH. Regias imagines, ut apparet, regis imagines non vocas?

ERAN. Omnino.

ORTH. Et tamen omnia non habent quæ habet archetypum. Primum enim inanimatæ sunt, et rationis expertes; deinde interioribus membris carent, corde, inquam, et ventre, et jecore, et cæteris quæ his conjuncta sunt. Ad hæc sensuum quidem speciem præ se ferunt, sed eorum actiones non exercent. Non enim audiunt, nec loquuntur, nec vident : non scribunt, nec incedunt, nec quidquam aliud humanum agunt. Et tamen imagines regiæ nuncupantur. Sic et Moses mediator est, et Christus mediator : sed ille quidem, ut imago et typus; hic autem, ut veritas. Ut autem hoc etiam alio exemplo manifestius tibi declarem, repete memoria quæ dicta sunt de Melchisedeco in Epistola ad Hebræos.

ERAN. Quænam?

ORTH. Illa, in quibus divinus Apostolus, conferens Leviticum sacerdotium cum sacerdotio Christi, Melchisedecum in aliis rebus cum Christo Domino comparavit : tum vero sacerdotium habere illum dixit secundum ordinem Melchisedeci [88].

**87** ERAN. Arbitror sic dicere divinum Aposto-

[85] I Tim. II, 5, 6. [86] Exod. VII, 1. [87] ibid. [88] Hebr. VI, 20.

(25) οὐσ. Sirm. ἐξουσίαν.
(26) τῷ Φαρ. Conf. t. I, p. 131, schol. 1; et p. 1408, schol. 8.
(27) Ed. Rom. et Lips. ἔστι.
(28) ἀνάμν. μέν. Sirm. ἀνάμνησόν μου.

Digitized by Google

lum : « Hic enim Melchisedec, rex Salem, sacerdos A Dei summi, qui obviam venit Abrahamo regresso a cæde regum, et benedixit ei; cui et decimas omnium distribuit Abraham; qui primum quidem exponitur rex justitiæ, deinde et rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens : assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum [84]. » De his puto te verbis dixisse.

ORTH. De his dixi. Laudo etiam, quod locum non mutilum, sed integrum recitaveris. Dic igitur: Congruuntne horum singula Melchisedeco secundum naturam et veritatem?

ERAN. Quis auderet disjungere quæ divinus B Apostolus conjunxit?

ORTH. Dicis igitur Melchisedeco secundum naturam hæc congruere?

ERAN. Dico.

ORTH. Hominem illum esse dicis, an aliam assumpsisse naturam?

ERAN. Hominem.

ORTH. Genitum, an ingenitum?

ERAN. Quæstiones valde absurdas proponis.

ORTH. Tu harum causa es, qui aperte repugnas veritati. Responde igitur.

ERAN. Unus est solus ingenitus, Deus et Pater.

ORTH. Genitum igitur Melchisedecum esse dici- C mus?

ERAN. Genitum.

88 ORTH. Sed quod de illo dictum est, contraria docet. Recordare enim illorum quæ modo recitasti : « Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens. » Quomodo igitur ei convenit, illud « sine patre, et sine matre? » quomodo et illud, « nec initium ortus sui cepisse, nec finem habiturum? » Humanam enim hæc superant naturam.

ERAN. Excedunt hæc prorsus naturæ humanæ mensuram.

ORTH. Quid ergo? an falsa dixisse dicemus Apostolum?

ERAN. Absit! D

ORTH. Qua igitur ratione fieri queat, ut et Apostolo veritatis laudem afferamus, et Melchisedeco quæ supra naturam sunt adaptemus?

ERAN. Valde obscurus est hic locus, et qui accuratam explicationem desiderat.

ORTH. Iis qui attendere velint verborum sententiam assequi difficile non erit. Cum enim dixisset divinus Apostolus, « sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, » addidit, « Assimilatus Filio Dei manet sacerdos in perpetuum. » Et aperte nos docet, Melchise-

« Οὗτος γὰρ Μελχισεδὲκ, βασιλεὺς Σαλὴμ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας τῷ (28') Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, καὶ εὐλογήσας αὐτόν· ᾧ καὶ δεκάτην ἐμέρισεν ἀπὸ πάντων Ἀβραάμ· πρῶτον ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλὴμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος· μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων· ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. » Περὶ τούτων οἶμαί σε τῶν ῥητῶν εἰρηκέναι.

ΟΡΘ. Περὶ τούτων ἔφην, καὶ ἐπαινῶ δέ γε ὅτι τὸ χωρίον οὐ διέκοψας, ἀλλ' ὅλον τέθεικας. Εἰπὲ τοίνυν, ἁρμόττει τούτων ἕκαστον τῷ Μελχισεδὲκ φύσει καὶ ἀληθείᾳ;

ΕΡΑΝ. Καὶ τίς οὕτω θρασὺς ἀφαρμόσαι ἅπερ ἥρμοσεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος;

ΟΡΘ. Λέγεις τοίνυν τῷ Μελχισεδὲκ ταῦτα κατὰ φύσιν ἁρμόττειν;

ΕΡΑΝ. Λέγω.

ΟΡΘ. Ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι λέγεις, ἤ τινα ἄλλην εἰληφέναι φύσιν;

ΕΡΑΝ. Ἄνθρωπον.

ΟΡΘ. Γεννητὸν ἢ ἀγέννητον;

ΕΡΑΝ. Ἀτόπους ἄγαν ἐρωτήσεις προσφέρεις.

ΟΡΘ. Σὺ τούτων αἴτιος, προφανῶς τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος· ἀπόκριναι τοίνυν.

ΕΡΑΝ. Εἷς ἐστι μόνος ἀγέννητος, ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ.

ΟΡΘ. Γεννητὸν οὖν ἄρα τὸν Μελχισεδὲκ εἶναί φαμεν;

ΕΡΑΝ. Γεννητόν.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος τἀναντία διδάσκει. Ἀναμνήσθητι γὰρ ὧν ἀρτίως ἀπεμνημόνευσας· « Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. » Πῶς τοίνυν αὐτῷ τὸ « ἀπάτωρ ἁρμόττει, καὶ τὸ ἀμήτωρ; » πῶς δὲ καὶ τὸ, « μηδὲ ἀρχὴν εἰληφέναι τοῦ εἶναι, μήτε λήψεσθαι τέλος; » Ὑπὲρ ἀνθρωπείαν γὰρ ταῦτά γε φύσιν.

ΕΡΑΝ. Ὑπερβαίνει τῷ ὄντι ταῦτα τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπείας τὰ μέτρα.

ΟΡΘ. Τί οὖν, ψευδῆ τὸν Ἀπόστολον εἰρηκέναι φήσομεν;

ΕΡΑΝ. Μὴ γένοιτο!

ΟΡΘ. Πῶς οὖν οἷόν τε καὶ τῷ Ἀποστόλῳ προσμαρτυρῆσαι ἀλήθειαν, καὶ τῷ Μελχισεδὲκ προσαρμόσαι τὰ ὑπὲρ φύσιν,

ΕΡΑΝ. Ἄγαν ἀσαφὲς τὸ χωρίον, καὶ πολλῆς ὅτι μάλιστα δεόμενον ἀναπτύξεως.

ΟΡΘ. Τοῖς προσέχειν ἐθέλουσιν ἐφικτὴ τῆς τῶν ῥητῶν διανοίας ἡ κατανόησις. Εἰρηκὼς γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, « Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, » ἐπήγαγεν, « Ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. » Καὶ σαφῶς ἡμᾶς διδάσκει,

[84] Hebr. VII, 1-3.

(28') τῷ. Des. in ed. Rom. et Lips

Digitized by Google

ὡς τοῦ Μελχισεδὲκ ἐν (29) τοῖς ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀρχέτυπόν ἐστιν ὁ Δεσπότης Χριστός· τὸν δέ γε Μελχισεδὲκ εἶπεν ἀφωμοιωμένον τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Σκοπήσωμεν δὲ οὕτως· εἰ λέγεις ἐσχηκέναι τὸν Κύριον κατὰ σάρκα πατέρα;

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Διατί;

ΕΡΑΝ. Ἐκ μόνης γὰρ ἁγίας ἐγεννήθη Παρθένου.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν εἰκότως ἀπάτωρ ὠνόμασται;

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Λέγεις αὐτὸν κατὰ τὴν θείαν φύσιν ἐσχηκέναι μητέρα;

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

ΟΡΘ. Ἐκ μόνου γὰρ πρὸ τῶν αἰώνων ἐγεννήθη Πατρός.

ΕΡΑΝ. Συνωμολόγηται.

ΟΡΘ. Τοιγάρτοι καὶ ἀγενεαλόγητος, ὡς ἄῤῥητον ἔχων τὴν ἐκ Πατρὸς γέννησιν, προσηγόρευται. « Τὴν γενεὰν γὰρ αὐτοῦ, φησὶν ὁ προφήτης, τίς διηγήσεται; »

ΕΡΑΝ. Ὀρθῶς λέγεις.

ΟΡΘ. Οὕτω αὐτῷ προσήκει τὸ μήτε ἡμερῶν ἀρχὴν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχειν· ἄναρχος γάρ, καὶ ἀνώλεθρος, καὶ συντόμως, ἀΐδιος, καὶ τῷ Πατρὶ συναΐδιος.

ΕΡΑΝ. Ταῦτα μὲν οὕτω κἀμοὶ συνδοκεῖ. Χρὴ δὲ σκοπῆσαι λοιπὸν, πῶς ἁρμόττει ταῦτα καὶ τῷ θαυμασίῳ Μελχισεδέκ.

ΟΡΘ. Ὡς εἰκόνι καὶ τύπῳ· ἡ δὲ εἰκὼν ὡς καὶ πρόσθεν εἰρήκαμεν, οὐ πάντα ἔχει ὅσα τὸ ἀρχέτυπον ἔχει. Τῷ μὲν οὖν Σωτῆρι προσήκει ταῦτα φύσει καὶ ἀληθείᾳ· τῷ δέ γε Μελχισεδὲκ ἡ τῆς ἀρχαιογονίας ἱστορία προσήρμοσε ταῦτα. Διδάξασα γὰρ ἡμᾶς τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ τὸν πατέρα, τοῦ δὲ Ἰσαὰκ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοῦ Ἰακὼβ ὡσαύτως, καὶ τῶν τούτου παίδων, καὶ μέντοι καὶ τῶν πρόπαλαι γενομένων τὴν γενεαλογίαν ἐπιδείξασα, τοῦ Μελχισεδὲκ οὔτε τὸν πατέρα εἴρηκεν, οὔτε τὴν μητέρα, οὔτε μὴν ἔκ τινος τῶν Νῶε παίδων κατάγειν τὸ γένος ἐδίδαξεν, ἵνα γένηται τοῦ ἀληθῶς ἀμήτορος καὶ ἀπάτορος τύπος. Τοῦτο δὲ νοεῖν ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ χωρίῳ καὶ ταῦτα προστέθεικεν· « Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, τὸν Ἀβραὰμ ἀποδεδεκάτωκε, καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας ηὐλόγηκεν. »

ΕΡΑΝ. Καὶ ἐπειδὴ τῶν γεγεννηκότων αὐτὸν οὐκ ἐμνημόνευσεν ἡ θεία Γραφὴ, ἀπάτωρ δύναται καὶ ἀμήτωρ καλεῖσθαι;

ΟΡΘ. Εἰ ἀληθῶς ἀπάτωρ ἦν καὶ ἀμήτωρ, οὐκ ἂν ἦν εἰκὼν, ἀλλ' ἀλήθεια. Ἐπειδὴ δὲ οὐ φύσει ταῦτ' ἔχει, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς θείας Γραφῆς οἰκονομίαν, δείκνυσι τῆς ἀληθείας τὸν τύπον.

ΕΡΑΝ. Χρὴ τὴν εἰκόνα ἔχειν τοῦ ἀρχετύπου τοὺς χαρακτῆρας.

ΟΡΘ. Ὁ ἄνθρωπος εἰκὼν καλεῖται Θεοῦ;

[88] Isa. LIII, 8. [89] Hebr. VII, 6.

(29) ἐν. Des. in ed. Rom. et Lips.

A deci in iis quæ humanam naturam superant archetypum esse Christum Dominum. Melchisedecum vero dixit assimilatum esse Filio Dei. Sic autem consideremus: Dicisne Dominum habuisse patrem secundum carnem?

ERAN. Nullo modo.

ORTH. Cur?

* ERAN. Ex sola enim sancta natus est Virgine.

**89** ORTH. Recte igitur qui sine patre esset, nominatus est?

ERAN. Vere.

ORTH. Dicisne ipsum habuisse matrem secundum divinam naturam?

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Ex solo enim ante sæcula genitus est B Patre.

ERAN. In confesso est.

ORTH. Itaque etiam sine genealogia eum esse dictum est propter ineffabilem ejus ex Patre generationem. « Generationem enim ejus, ait propheta, quis enarrabit [88]? »

ERAN. Recte dicis.

ORTH. Sic ipsi convenit, nec dierum initium, nec finem vitæ habere. Caret enim principio et fine, et, ut breviter dicam, æternus est, et Patri coæternus.

ERAN. Hæc mihi quoque ita videntur. Deinceps vero considerandum est, quomodo conveniant hæc etiam admirando Melchisedeco.

C ORTH. Tanquam imagini et typo. Imago vero, sicut ante diximus, non omnia habet, quæcunque habet archetypum. Itaque Salvatori quidem conveniunt hæc natura et veritate; Melchisedeco vero antiquæ genealogiæ historia hæc attribuit. Cum enim patriarchæ Abrahami patrem nos docuisset, Isaaci vero patrem ac matrem, et Jacobi similiter, atque hujus filiorum, imo etiam priscorum patrum seriem exposuisset, Melchisedeci patrem et matrem non nominavit, neque illum ab aliquo ex Noachi posteris genus ducere docuit, ut esset typus illius, qui vere est sine patre et sine matre. Quod ita nos intelligere docuit divinus Apostolus. **90** Eodem enim loco hæc quoque adjecit: « Cujus autem generatio non annuntiatur ex eis, decimas sumpsit ab D Abrahamo, et huic qui habebat promissiones, benedixit [89]. »

ERAN. Et quoniam parentum ejus nullam mentionem fecit divina Scriptura, dici potest, eum sine patre esse et sine matre?

ORTH. Si vere sine patre esset, et sine matre, non esset imago, sed veritas. Quia vero non natura hæc habet, sed secundum divinæ Scripturæ * dispensationem, veritatis typum ostendit.

ERAN. Imaginem expressos archetypi characteres habere oportet.

ORTH. Annon homo imago Dei appellatur?

Digitized by Google

ERAN. Non est imago Dei, sed ad Dei imaginem A factus est.

ORTH. Audi ergo Apostolum dicentem : « Vir quidem non debet velare caput, cum sit imago et gloria Dei [91] »

ERAN. Sit sane imago Dei.

ORTH. Oportebat ergo, ut ipse affirmas, servare ipsum evidentes archetypi characteres, et neque creatum esse, nec compositum, nec circumscriptum. Oportebat etiam ipsum ex nihilo aliquid creare; oportebat verbo et sine labore omnia fabricare; denique non ægrotare, nec dolere, nec irasci, nec peccare : sed immortalem esse et incorruptibilem, et omnia habere quæ habet archetypum.

B ERAN. Non est in omnibus homo imago Dei.

ORTH. Verum in quibuscunque dederis ipsum imaginem esse, maximo intervallo **91** abesse a veritate prorsus reperies.

ERAN. In confesso est.

ORTH. Hoc insuper considera, quod divinus Apostolus Filium appellaverit imaginem Patris. Dicit enim : « Qui est imago Dei invisibilis [92]. »

ERAN. Quid ergo? annon habet omnia Filius quæ Pater ?

ORTH. Pater non est, nec causa plane caret, nec ingenitus est.

ERAN. Si hæc haberet, non esset Filius.

C ORTH. Verum est igitur quod dixi, non habere imaginem omnia quæ archetypum habet?

ERAN Verum.

ORTH. Sic igitur et Melchisedecum dixit divinus Apostolus assimilatum esse Filio Dei.

ERAN. Concedamus sane sine patre, et sine matre, et sine genealogia sic esse, ut dixisti : quod nec initium dierum, nec vitæ finem habeat, quomodo intelligemus?

ORTH. Antiquam genealogiam conscribens divinus Moses, docuit nos Adamum, cum tot esset annorum, genuisse Sethum, et [92*] cum tot vixisset annos, vitæ finem accepisse. Sic etiam de Setho, et Enoso, et reliquis dixit. Melchisedeci vero et ortus principium et vitæ finem silentio præteriit. Quare D secundum historiam, nec initium dierum, nec vitæ finem habet : at secundum veritatem, unigenitus Dei Filius nec cœpit esse, nec finem habiturus est

ERAN. Omnes consentiunt.

ORTH. In iis ergo quæ Deo conveniunt, et quæ vere divina sunt, Melchisedec typus **92** erat Christi Domini : in sacerdotio autem, quod hominibus magis quam Deo convenit, Christus Dominus pontifex fuit secundum ordinem Melchisedeci [93]. Nam et ille sacerdos fuit gentium, et Christus Dominus pro

ΕΡΑΝ. Οὐκ ἔστιν εἰκὼν Θεοῦ, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐγένετο.

ΟΡΘ. Ἄκουσον οὖν τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων. »

ΕΡΑΝ. Ἔστω εἰκὼν Θεοῦ.

ΟΡΘ. Ἐχρῆν τοίνυν, κατὰ τὸν σὸν λόγον, σώζειν αὐτὸν ἐναργεῖς τοῦ ἀρχετύπου τοὺς χαρακτῆρας, καὶ μήτε κτιστὸν εἶναι, μήτε σύνθετον, μήτε περιγεγράφθαι. Ἔδει παραπλησίως αὐτὸν ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖν· ἔδει λόγῳ καὶ δίχα πόνου πάντα τεκταίνειν· καὶ πρὸς τούτοις, μὴ νοσεῖν, μὴ ἀθυμεῖν, μὴ θυμοῦσθαι, μὴ ἁμαρτάνειν, ἀλλ' ἀθάνατον εἶναι, καὶ ἄφθαρτον, καὶ πάντα ἔχειν, ὅσα τὸ ἀρχέτυπον ἔχει

B ΕΡΑΝ. Οὐ κατὰ πάντα ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος εἰκὼν τοῦ Θεοῦ.

ΟΡΘ. Ἀληθὲς ἐν οἷσπερ ἂν αὐτὸν δῷς εἰκόνα εἶναι, παμπόλλῳ (30) τινὶ μέτρῳ τῆς ἀληθείας ἀποδέοντα πάντως εὑρήσεις.

ΕΡΑΝ. Ὡμολόγηται.

ΟΡΘ. Σκόπησον δὲ καὶ τόδε τὸ νῦν· ὁ θεῖος Ἀπόστολος εἰκόνα προσηγόρευσε τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρός· ἔφη γάρ· « Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. »

ΕΡΑΝ. Τί οὖν; οὐ πάντα ἔχει ὁ Υἱὸς ὅσαπερ ὁ Πατήρ;

ΟΡΘ. Πατὴρ οὐκ ἔστιν, οὔτε ἀναίτιος, οὔτε ἀγέννητος.

ΕΡΑΝ. Εἰ ταῦτα εἶχεν, οὐκ ἂν ἦν Υἱός.

C ΟΡΘ. Ἀληθὴς ἄρα ὁ λόγος ὃν εἴρηκα ἐγὼ, ὡς ἡ εἰκὼν οὐ πάντα ἔχει ὅσα τὸ ἀρχέτυπον ἔχει;

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Οὕτω τοίνυν καὶ τὸν Μελχισεδὲκ εἶπεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἀφωμοιῶσθαι μὲν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ.

ΕΡΑΝ. Δῶμεν τὸ ἀπάτωρ, καὶ ἀμήτωρ, καὶ ἀγενεαλόγητος, οὕτως εἶναι ὡς εἴρηκας· τὸ μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, πῶς νοήσομεν;

ΟΡΘ. Τὴν παλαιὰν γενεαλογίαν συγγράφων ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς, ἐδίδαξεν ἡμᾶς, ὡς Ἀδὰμ ἐτῶν τοσῶνδε γενόμενος, ἐγέννησε τὸν Σὴθ, καὶ ἐπιζήσας ἔτη τοσάδε, τοῦ βίου τὸ τέρμα κατέλαβεν. Οὕτω καὶ περὶ τοῦ Σὴθ, καὶ τοῦ Ἐνὼς, καὶ τῶν ἄλλων εἴρηκε. Τοῦ μέντοι Μελχισεδὲκ, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, καὶ D τῆς ζωῆς τὸ τέλος ἐσίγησεν. Οὐκοῦν, κατὰ τὴν ἱστορίαν, οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε ζωῆς τέλος ἔχει· κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, οὔτε ἤρξατο τοῦ εἶναι, οὔτε λήψεται τέλος.

ΕΡΑΝ. Ὡμολόγηται.

ΟΡΘ. Κατὰ μὲν οὖν τὰ θεοπρεπῆ ταῦτα καὶ ὄντως θεῖα, τύπος ὁ Μελχισεδὲκ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· κατὰ δέ γε τὴν ἀρχιερωσύνην, ἥτις ἀνθρώποις μᾶλλον ἢ Θεῷ προσήκει, ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἀρχιερεὺς γέγονε κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐθνῶν ὑπῆρχεν ἀρχιερεύς· καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς

[91] I Cor. II, 7. [92] Coloss. I, 15. [92*] Gen. IV, 25. [93] Hebr. VI, 20; Psal. CIX, 4.

(30) παμπ. Sirm. habebat παμπόλλων.

Digitized by Google

ὑπὲρ ἁπάντων ἀνθρώπων τὴν παναγίαν καὶ σωτήριον θυσίαν προσήνεγκεν.

ΕΡΑΝ. Πολλοὺς περὶ τούτου κατηναλώσαμεν λόγους.

ΟΡΘ. Ἐδεῖτο καὶ πλειόνων, ὡς οἶσθα· δυσνόητον γὰρ ἔφησθα τὸ χωρίον.

ΕΡΑΝ. Ἐπὶ τὸν προκείμενον ἐπανέλθωμεν λόγον.

ΟΡΘ. Τί δὲ ἦν ἡμῖν ζητούμενον (31);

ΕΡΑΝ. Ἐμοῦ λέγοντος, μὴ χρῆναι καλεῖν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ μόνον Θεὸν, πολλάς γε ἄλλας αὐτὸς μαρτυρίας παρήγαγες, καὶ δὴ καὶ τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν ἐκείνην, ἣν Τιμοθέῳ γράφων τέθεικεν· «Εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ἀντὶ πάντων.»

ΟΡΘ. Ἀνεμνήσθην πόθεν εἰς τήνδε τὴν παρέκβασιν ἐξεκλίναμεν. Ἐμοῦ γὰρ εἰρηκότος ὡς καὶ αὐτὸ τοῦ μεσίτου ὄνομα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὰς δύο φύσεις παραδηλοῖ, αὐτὸς ἔφησθα καὶ Μωϋσέα κεκλῆσθαι μεσίτην, ἄνθρωπος δὲ μόνον ἐκεῖνος ἐτύγχανεν ὤν, οὐ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Τούτου δὴ χάριν ἠναγκάσθην ταῦτα διεξελθεῖν, ἵνα δείξω τὸν τύπον οὐ πάντα ἔχοντα ὅσα τὸ ἀρχέτυπον ἔχει. Εἰπὲ τοίνυν, εἰ συνομολογεῖς χρῆναι καὶ ἄνθρωπον ὀνομάζεσθαι τὸν Σωτῆρα Χριστόν;

ΕΡΑΝ. Ἐγὼ Θεὸν αὐτὸν καλῶ· Θεοῦ γάρ ἐστιν Υἱός.

ΟΡΘ. Εἰ Θεὸν αὐτὸν καλεῖς, ἐπειδὴ Θεοῦ αὐτὸν ἐδιδάχθης Υἱὸν, κάλει καὶ ἄνθρωπον· Υἱὸν γὰρ ἀνθρώπου πολλάκις ἑαυτὸν προσηγόρευσεν.

ΕΡΑΝ. Οὐχ ἁρμόττει αὐτῷ τὸ ἄνθρωπος ὄνομα, ὡς τὸ Θεὸς ὄνομα.

ΟΡΘ. Ὡς οὐκ ὂν ἀληθὲς, ἢ δι' ἑτέραν αἰτίαν;

ΕΡΑΝ. Τὸ Θεὸς ὄνομα τῆς φύσεως ὄνομα· τὸ δὲ ἄνθρωπος τῆς οἰκονομίας πρόσρημα.

ΟΡΘ. Τὴν δὲ οἰκονομίαν ἀληθῆ φαμεν, ἢ φαντασιώδη τινὰ καὶ ψευδῆ;

ΕΡΑΝ. Ἀληθῆ.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν ἀληθὴς τῆς οἰκονομίας ἡ χάρις, τὴν ἐνανθρώπησιν δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου καλοῦμεν οἰκονομίαν, ἀληθὲς ἄρα καὶ τὸ ἄνθρωπος ὄνομα· φύσιν γὰρ ἀνθρωπείαν ἀναλαβὼν, ἐχρημάτισεν ἄνθρωπος.

ΕΡΑΝ. Πρὸ τοῦ πάθους ἐκαλεῖτο ἄνθρωπος· μετὰ δὲ τὸ πάθος οὐκ ἔτι.

ΟΡΘ. Καὶ μὴν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἔγραψε Τιμοθέῳ τὴν Ἐπιστολὴν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἐν ᾗ τὸν Σωτῆρα Χριστὸν προσηγόρευσεν ἄνθρωπον (32). Μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν, Κορινθίοις γράφων (33) βοᾷ· «Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις τῶν νεκρῶν.» Καὶ διδάσκων σαφέστερον περὶ τίνος λέγει, ἐπήγαγεν· «Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν,

A omnibus hominibus sanctissimum et salutare sacrificium obtulit.

ERAN. Multos in hac re sermones consumpsimus.

ORTH. Et pluribus opus erat, ut nosti : dixisti enim locum esse intellectu difficilem.

ERAN. Ad institutam disputationem redeamus.

ORTH. Quid autem erat quod a nobis quærebatur?

ERAN. Cum dicerem, Christum non debere vocari hominem, sed Deum duntaxat, et tu alia multa testimonia protulisti, et apostolicum illud dictum imprimis, quod est in Epistola ad Timotheum : « Unus Deus, et unus mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, qui dedit seipsum redemptio-

B nem pro omnibus [34]. »

ORTH. Memini, qua occasione in hanc digressionem deflexerimus. Nam cum ego dixissem, mediatoris nomen duas Salvatoris nostri naturas significare, tu subjecisti, Mosen quoque mediatorem appellatum, quamvis ille homo tantum fuerit, non Deus et homo. Ideo coactus sum hæc persequi, ut ostenderem typum non omnia habere quæ habet archetypum. Dic igitur, an confiteare Servatorem Christum etiam hominem appellari debere

**93** ERAN. Ego Deum ipsum appello. Dei enim Filius est.

ORTH. Si Deum ipsum vocas, quia didicisti Fi-

C lium Dei esse, voca etiam hominem : Filium enim hominis sæpe se ipsum appellavit.

ERAN. Non congruit ei hominis nomen, sicut nomen Dei.

ORTH. An quod verum non sit, an aliam ob causam?

ERAN. Nomen Dei nomen est naturæ : homo autem, nomen dispensationis.

ORTH. Dispensationem autem veramne dicimus, an imaginariam aliquam et falsam?

ERAN. Veram.

ORTH. Si igitur vera est dispensationis gratia, incarnationem vero Dei Verbi appellamus dispensationem, verum est igitur et hominis nomen. Humana enim assumpta natura homo appellatus

D est.

ERAN. Ante passionem appellatus est homo : post passionem vero nequaquam.

ORTH. Profecto post passionem et post resurrectionem, scripsit Timotheo Epistolam divinus Apostolus, in qua Christum Salvatorem appellavit hominem. Post passionem et resurrectionem, ad Corinthios scribens clamat : « Quoniam enim per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum [35]. » Et clarius docens de quo loquatur, subjunxit : « Sicut enim in Adamo omnes moriuntur,

[34] I Tim. ii, 5, 6. [35] I Cor. xv, 21.

(31) ζητ. Ed. Lips. præm. τό.
(32) ἀνθρ. Ad hanc vocem in ed. Rom. et Lips. ponitur comma, ad ἀνάστασιν vero punctum.
(33) γρ. Utraque edit. præm. γάρ.

Digitized by Google

ita etiam in Christo omnes vivificabuntur [96]. » Post passionem et resurrectionem, divinus Petrus Judæos alloquens, virum **94** ipsum appellavit [97]. Post ejus in cœlos ascensionem Stephanus martyr, cum lapidibus obrueretur, dixit Judæis : « Ecce video cœlos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei [98]. » Ne itaque nos sapientiores existimemus magnis præconibus veritatis.

ERAN. Non sapientiorem me sanctis doctoribus existimo, sed nominis usum non reperio.

ORTH. Eos igitur, qui Domini humanitatem negant, Marcionistas, inquam, et Manichæos, et alios qui eodem morbo laborant, quo pacto adducas, ut veritatis doctrinam amplectantur? annon ista et similia testimonia proferens, quibus doceas non Deum tantum, sed etiam hominem esse Christum Dominum?

ERAN. His fortasse proferri necesse est.

ORTH. Fideles autem cur dogmatis veritatem non doceas? Oblitusne es legis apostolicæ, quæ præcipit nos semper paratos esse ad respondendum [99]? Consideremus hoc exemplum. Optimus militum magister solusne cum hostibus confligit, et in eos sagittas mittit et jaculatur, eorumque ordines perrumpit, an suos etiam milites armat, et disponit, et ad fortiter præliandum eorum animos excitat?

ERAN. Hoc illi præcipue præstandum est.

ORTH. Magistri enim militum partes non sunt, ut ipse quidem pericula adeat, stetque in acie, milites vero in utramque aurem dormire sinat : sed ut hos etiam hortetur, ut stent in acie, et ordines servent.

ERAN. Verum est.

**95** ORTH. Hoc idem facit et divinus Paulus. Ad eos enim qui crediderant scribens : « Accipite, inquit, armaturam Dei, ut possitis resistere insidiis diaboli [1]. » Et rursus : « State ergo succincti quoad lumbos vestros in veritate [2], » et quæ sequuntur. Memineris etiam eorum quæ supra diximus : quod et medicus naturæ adjiciat qualitatem quæ illi deest. Si enim deprehenderit redundare frigidam, calidam adjicit, et alias similiter. Hoc etiam Dominus fecit.

ERAN. Et ubinam ostendes hoc fecisse Dominum?

ORTH. In divinis Evangeliis.

ERAN. Ostende igitur, et imple promissum.

ORTH. Quid Salvatorem Christum putabant esse Judæi?

ERAN. Hominem.

ORTH. Quod vero etiam Deus esset, penitus ignorabant?

οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν, ὁ θεῖος Πέτρος, Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, ἄνδρα αὐτὸν προσηγόρευσε. Μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ὁ καλλίνικος Στέφανος λιθολευστούμενος ἔφη τοῖς Ἰουδαίοις· « Ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. » Μὴ τοίνυν ἡμᾶς αὐτοὺς σοφωτέρους ὑπονοήσωμεν τῶν μεγάλων κηρύκων τῆς ἀληθείας.

ΕΡΑΝ. Οὐ σοφώτερον ἐμαυτὸν τῶν ἁγίων διδασκάλων ὑπείληφα, ἀλλ' οὐχ εὑρίσκω τὴν τοῦ ὀνόματος χρείαν.

ΟΡΘ. Τοὺς οὖν ἀρνουμένους τοῦ Κυρίου τὴν ἀνθρωπότητα, Μαρκιωνιστάς, φημὶ, καὶ Μανιχαίους, καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι ταύτην νοσοῦσι τὴν νόσον, πῶς ἂν πείσαιο ὁμολογῆσαι τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα; οὐ ταύτας καὶ τὰς τοιαύτας μαρτυρίας προσφέρων, ὡς οὐκ ἔστι Θεὸς μόνον διδάσκων, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ὁ Δεσπότης Χριστός;

ΕΡΑΝ. Ἴσως τούτοις ἀνάγκη προσφέρειν.

ΟΡΘ. Τοὺς δὲ πιστοὺς τί δήποτε μὴ διδάσκῃς τοῦ δόγματος τὴν ἀλήθειαν; ἢ ἐπιλέλησαι τῆς ἀποστολικῆς νομοθεσίας, ἕτοιμον εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παρεγγυώσης; Σκοπήσωμεν δὲ οὕτως. Ὁ ἄριστος στρατηγὸς μόνος (34) τοῖς πολεμίοις συμπλέκεται, καὶ τοξεύει, καὶ ἀκοντίζει, καὶ φάλαγγα ῥήγνυσιν, ἢ καὶ τοὺς στρατιώτας καθοπλίζει, καὶ τάττει, καὶ εἰς ἀνδρείαν τὰ τούτων παραθήγει φρονήματα;

ΕΡΑΝ. Τοῦτο μᾶλλον ποιητέον αὐτῷ.

ΟΡΘ. Οὐ γὰρ ἴδιον μὲν στρατηγοῦ, τὸ αὐτὸν μὲν προκινδυνεύειν, καὶ παρατάττεσθαι, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐπ' ἄμφω καθεύδειν ἐᾶν, ἀλλὰ καὶ τούτους διεγείρειν εἰς τὴν παράταξιν.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Παῦλος. Τοῖς γὰρ πεπιστευκόσιν ἐπιστέλλων ἔλεγεν· « Ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. » Καὶ πάλιν· « Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὰς ὀσφύας ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀναμνήσθητι δὲ ἃ καὶ ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, ὅτι καὶ ἰατρὸς προστίθησι τὴν ἐλλείπουσαν τῇ φύσει ποιότητα. Εἰ γὰρ εὕροι πλεονάζουσαν τὴν ψυχρὰν, προστίθησι τὴν θερμὴν, καὶ ὡσαύτως τὰς ἄλλας· τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐποίησεν.

ΕΡΑΝ. Καὶ ποῦ τοῦτο δείξεις πεποιηκότα τὸν Κύριον;

ΟΡΘ. Ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις.

ΕΡΑΝ. Δεῖξον οὖν, καὶ πλήρωσον τὴν (35) ὑπόσχεσιν.

ΟΡΘ. Τί τὸν Σωτῆρα Χριστὸν ἐνόμιζον Ἰουδαῖοι;

ΕΡΑΝ. Ἄνθρωπον.

ΟΡΘ. Ὅτι δὲ καὶ Θεὸς ἦν, παντάπασιν ἠγνόουν;

[96] 1 Cor. xv, 22. [97] Act. ii, 22. [98] Act. vii, 56. [99] I Petr. iii, 15. [1] Eph. vi, 13. [2] ibid. 14.

(34) μόνος. Ita legendum. Sirm. μόνοις.

(35) τὴν. Ex ed. Rom. et Lips. insertum.

Digitized by Google

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Τοιγάρτοι οὔτε μαθεῖν τοὺς ἀγνοοῦντας ἐχρῆν;

ΕΡΑΝ. Ὡμολόγηται.

ΟΡΘ. Ἄκουσον τοίνυν αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς λέγοντος· « Πολλὰ ἔργα (36) ὑπέδειξα ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρός μου, διὰ ποῖον αὐτῶν λιθάζετέ με; » Τῶν δὲ εἰρηκότων, « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν, » ἐπήγαγεν· « Ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν γέγραπται· Ἐγὼ εἶπον· Θεοί ἐστε· εἰ ἐκείνους εἶπε θεούς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ Γραφή· ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον Υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἶναι; Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί μου, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν. »

ΕΡΑΝ. Ἐν οἷς ἀνέγνως ἀρτίως, ἔδειξας τὸν Κύριον τοῖς Ἰουδαίοις Θεὸν ἑαυτόν, οὐκ ἄνθρωπον δείξαντα.

ΟΡΘ. Οὐδὲ γὰρ ἐδέοντο μαθεῖν ὅπερ ᾔδεισαν. Ὅτι γὰρ ἄνθρωπος ἦν, ᾔδεισαν· ὅτι δὲ καὶ Θεὸς ὑπῆρχεν, οὐκ ᾔδεισαν. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν Φαρισαίων πεποίηκεν. Ὡς γὰρ ἀνθρώπῳ κοινῷ προσιόντας ἰδών, ἤρετο αὐτοὺς οὕτως· « Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος ἐστὶν υἱός; » Ἐκείνων δὲ εἰρηκότων, « Τοῦ Δαβίδ, » αὐτὸς ἐπήγαγε· « Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ; Εἶπε γάρ, φησίν, ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Εἶτα συλλογίζεται· « Εἰ οὖν Κύριος αὐτοῦ ἐστι, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; »

ΕΡΑΝ. Κατὰ σαυτοῦ τὴν μαρτυρίαν παρήγαγες. Ἀναφανδὸν γὰρ ὁ Κύριος τοὺς Φαρισαίους ἐδίδαξε μὴ καλεῖν αὐτὸν υἱὸν Δαβίδ, ἀλλὰ Κύριον Δαβίδ. Διὰ δὲ τούτων πέφανται Θεὸς καλεῖσθαι βουλόμενος, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωπος.

ΟΡΘ. Οὐ προσέσχες, ὡς ἔοικε, τῇ θείᾳ διδασκαλίᾳ. Οὐ γὰρ ἀνείλετο καλεῖσθαι υἱὸς Δαβίδ, ἀλλὰ προστέθεικε τὸ χρῆναι πιστεύεσθαι καὶ Κύριος εἶναι τοῦ Δαβίδ. Τοῦτο γὰρ διδάσκει σαφῶς τό· « Εἰ οὖν Κύριος αὐτοῦ ἐστι, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; » Οὐ γὰρ εἶπεν, Εἰ Κύριός ἐστιν, υἱὸς οὐκ ἔστιν· ἀλλά· « Πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; » ἀντὶ τοῦ, κατά τι Κύριος, καὶ κατά τι υἱός. Ταῦτα δὲ ἄντικρυς καὶ τὴν θεότητα δείκνυσι, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα.

ΕΡΑΝ. Οὐ χρεία συλλογισμῶν. Ἄντικρυς γὰρ ὁ Κύριος ἐδίδαξεν, ὡς οὐ βούλεται καλεῖσθαι υἱὸς Δαβίδ.

ΟΡΘ. Ἔδει τοίνυν καὶ τοὺς τυφλούς, καὶ τὴν Χαναναίαν, καὶ μέντοι καὶ τοὺς ὄχλους διδάξαι, μὴ καλεῖν αὐτὸν υἱὸν Δαβίδ. Καὶ γὰρ οἱ τυφλοὶ ἐβόων· « Υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησον ἡμᾶς. » Καὶ ἡ Χαναναία· « Υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησόν με, ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται· » καὶ τὸ πλῆθος· « Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐ-

A ERAN. Verum est.

ORTH. Cum ergo ignorarent, nonne eos discere oportuit?

ERAN. In confesso est.

ORTH. Audi ergo illis dicentem: « Multa (bona) opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum me lapidatis [3]? » Et cum dixissent: « Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, quod cum homo sis, facias teipsum Deum [4], » subjunxit: In lege vestra scriptum est: Ego dixi: Dii estis. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura; illi quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis: Blasphemas, quia dixi me esse Filium **96** Dei? Si non facio opera Patris mei, non creditis mihi.
B Nam et ego in Patre meo, et Pater in me est [5]. »

ERAN. Ex his quæ modo recitasti, ostendisti Dominum Judæis Deum seipsum, non hominem demonstrasse.

ORTH. Neque enim opus illis erat id discere quod noverant. Hominem enim esse noverant, Deum vero etiam esse illum non noverant. Idem ipsum quoque erga Pharisæos præstitit. Videns enim illos ad se tanquam ad communem hominem accedentes, eos sic interrogavit: « Quid vobis videtur de Christo? Cujusnam est filius [6]? » et cum respondissent, « Davidis, » ipse addidit: « Quomodo ergo David in Spiritu Dominum ipsum vocat? Dixit enim, » inquit, « Dominus
C Domino meo: Sede a dexteris meis [7]. » Deinde ratiocinatur: « Si ergo est ejus Dominus, quomodo est ejus filius [8]? »

ERAN. Contra te ipsum allegasti testimonium. Dominus enim Pharisæos aperte docuit, ne eum vocarent filium Davidis, sed Dominum Davidis. Ex quibus perspicuum est, quod Deus appellari velit, non homo.

ORTH. Ad divinam doctrinam parum, ut videtur, attendisti. Non enim prohibuit se vocari filium Davidis, sed adjecit, oportere etiam credi ipsum esse Dominum Davidis. Hoc enim aperte docet illud: « Si igitur Dominus ejus est, quomodo filius ejus est? » Non enim dixit: Si Dominus est, filius non est: sed, « quomodo filius ejus est? » quasi
D diceret, alio respectu est Dominus, alio autem est filius. Hæc vero manifeste divinitatem indicant et humanitatem.

**97** ERAN. Non opus est ratiocinationibus. Dominus enim aperte docuit nolle se vocari filium Davidis.

ORTH. Oportebat ergo et cæcos, et Chananæam, et turbas docere, ne appellarent illum filium Davidis. Nam et cæci clamabant: « Fili Davidis, miserere nostri [9]; » et Chananæa: « Fili Davidis, miserere mei, filia mea male a dæmonio vexatur [10]: » et populus: « Hosanna filio Davidis, benedictus

[3] Joan. x, 32. [4] ibid. 33. [5] ibid. 34-38. [6] Matth. xxii, 42. [7] ibid. 43. [8] ibid. 44, 45. [9] Luc. xviii, 38, 39. [10] Matth. xv, 22.

(36) ἔργα. Omissum est καλά.

Digitized by Google

qui venit in nomine Domini [11]. » Et non modo non ægre tulit, sed fidem etiam laudavit. Nam cæcos longissima nocte liberavit, et videndi facultatem eis donavit. Chananææ vero filiam furiis agitatam et de mente deturbatam sanavit, et nocentissimum expulit dæmonem. Cum autem principes sacerdotum et Pharisæi offenderentur his qui clamabant, « Hosanna filio Davidis, » non modo non repressit clamantes, sed etiam faustam illam acclamationem confirmavit. « Amen, inquit, dico vobis, etiamsi hi tacuerint, lapides clamabunt [12]. »

ERAN. Has appellationes ante resurrectionem toleravit, accommodans se infirmitati eorum qui nondum perfecte crediderant : post resurrectionem vero supervacanea sunt hæc nomina.

ORTH. Beatum ergo Paulum quo ordine statuemus? inter perfectos, an imperfectos?

ERAN. In rebus seriis non est ludendum.

ORTH. Nec contemnenda est divinorum oraculorum lectio.

ERAN. Quis est adeo infelix, ut propriam negligat salutem?

**98** ORTH. Ad interrogationem responde, et agnosces ignorantiam tuam.

ERAN. Quam interrogationem?

ORTH. Quo loco ponimus divinum Apostolum?

ERAN. Clarum quod inter perfectissimos sit, et perfectus magister.

ORTH. Quo vero tempore inchoavit prædicationem?

ERAN. Post Salvatoris ascensionem, et Spiritus adventum, et Stephani martyris lapidationem.

ORTH. Is cum sub vitæ finem ultimam epistolam scriberet ad discipulum Timotheum, eique veluti paternam quamdam hæreditatem testamento traderet, hæc etiam adjecit : « Memento, Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Davidis secundum Evangelium meum [13]. » Commemoravit etiam ea quæ Evangelii causa passus est, Evangelii veritatem ex eo confirmans. « In quo laboro, inquit, usque ad vincula, quasi maleficus [14]. » Multa hujusmodi alia testimonia facile mihi erat proferre, sed supervacaneum existimavi.

ERAN. Pollicitus te ostensurum, Dominum doctrinam, quæ desit, egentibus proponere, quod Pharisæos quidem et reliquos Judæos divinitatem suam docuerit, dixisti : quod vero etiam de carne sua disseruerit, non ostendisti.

ORTH. Omnium maxime supervacaneum erat de carne, quam videbant, disserere. Evidenter enim illa et comedens, et bibens, et laborans, et dormiens cernebatur. **99** Attamen, ut multa ea et varia omittam, quæ passionem præcesserunt, post resurrectionem incredulis apostolis non divinitatem, sed humanitatem ostendit. « Videte enim, inquit, ma-

A λογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. » Καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐδυσχέρανεν, ἀλλὰ καὶ τὴν πίστιν ἐπῄνεσε. Τοὺς μὲν γὰρ τυφλοὺς τῆς μακροτάτης νυκτὸς ἠλευθέρωσε, καὶ τὴν ὀπτικὴν αὐτοῖς ἐνέργειαν ἐδωρήσατο. Τῆς δὲ Χαναναίας τὴν θυγατέρα κορυβαντιῶσαν καὶ μεμηνυῖαν ἰάσατο, καὶ τὸν παμπόνηρον ἐξήλασε δαίμονα. Τῶν δέ γε ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων χαλεπαινόντων τοῖς βοῶσιν, « Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, » οὐ μόνον οὐκ ἐκώλυσε τοὺς βοῶντας, ἀλλὰ καὶ ἐβεβαίωσε τὴν εὐφημίαν. « Ἀμὴν γὰρ, ἔφη, λέγω ὑμῖν, κἂν οὗτοι σιγήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. »

ΕΡΑΝ. Τούτων πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἠνείχετο τῶν προσρημάτων, συγκατιὼν τῇ ἀσθενείᾳ τῶν μηδέποτε γνησίως πεπιστευκότων· μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, περιττὰ ταυτὶ τὰ ὀνόματα.

B ΟΡΘ. Τὸν οὖν μακάριον Παῦλον ποῦ τάξομεν, ἐν τοῖς τελείοις, ἢ ἐν τοῖς ἀτελέσιν;

ΕΡΑΝ. Οὐ χρὴ παίζειν ἐν τοῖς σπουδαίοις.

ΟΡΘ. Οὐ χρὴ τῆς τῶν θείων λογίων ὀλιγωρεῖν ἀναγνώσεως.

ΕΡΑΝ. Καὶ τίς οὕτω τρισάθλιος, ὡς τῆς οἰκείας ἀμελεῖν σωτηρίας;

ΟΡΘ. Ἀπόκριναι πρὸς τὴν ἐρώτησιν, καὶ μαθήσῃ τὴν ἄγνοιαν.

ΕΡΑΝ. Ποίαν ἐρώτησιν;

ΟΡΘ. Ποῦ τάττομεν τὸν θεῖον Ἀπόστολον;

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὡς ἐν τοῖς τελειοτάτοις, καὶ τῶν τελείων διδασκάλων.

ΟΡΘ. Πότε δὲ τοῦ κηρύγματος ἤρξατο,

C ΕΡΑΝ. Μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησιν, καὶ τὴν Στεφάνου τοῦ νικηφόρου κατάλευσιν.

ΟΡΘ. Οὗτος παρ' αὐτὸ τοῦ βίου τὸ τέλος ἐσχάτην γράφων ἐπιστολὴν Τιμοθέῳ τῷ μαθητῇ, καὶ οἷόν τινα κλῆρον αὐτῷ πατρῷον κατὰ διαθήκας παραδιδοὺς, καὶ ταῦτα τέθεικε· « Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου. » Ὑπέδειξε δὲ καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου παθήματα, καὶ ταύτῃ δεικνὺς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀλήθειαν. « Ἐν ᾧ γὰρ, ἔφη, κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν ὡς κακοῦργος. » Πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας τοιάσδε μαρτυρίας ῥᾴδιον ἦν μοι παραγαγεῖν, ἀλλὰ παρέλκον τοῦτο νενόμικα.

D ΕΡΑΝ. Ὑποσχόμενος δείξειν, τὸν Κύριον τὴν ἐλλείπουσαν διδασκαλίαν προστιθέντα τοῖς δεομένοις, ὅτι μὲν τοῖς Φαρισαίοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰουδαίοις, περὶ τῆς οἰκείας διελέχθη θεότητος, εἴρηκας· ὅτι δέ γε καὶ τὴν περὶ τῆς σαρκὸς διδασκαλίαν προσήνεγκεν, οὐκ ἀπέδειξας.

ΟΡΘ. Μάλιστα μὲν περιττὸν ἦν περὶ τῆς ὁρωμένης διαλεχθῆναι σαρκός· ἐναργῶς γὰρ ἑωρᾶτο, καὶ ἐσθίουσα καὶ πίνουσα, καὶ κοπιῶσα, καὶ καθεύδουσα. Πλὴν ὅμως, ἵνα τὰ πρὸ του πάθους παρῶ, πολλά γε ὄντα καὶ διάφορα, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀπιστοῦσι τοῖς ἀποστόλοις, οὐ τὴν θεότητα, ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπότητα ἔδειξε· « Βλέπετε γὰρ, φησὶ, τὰς χεῖράς μου

[11] Matth. xxi, 9. [12] Luc. xix, 40. [13] II Tim. ii, 8. [14] ibid. 9.

Digitized by Google

καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. » Ἰδού σοι πεπληρώκαμεν τὴν ὑπόσχεσιν· ἐδείξαμεν γὰρ τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι τὴν θεότητα, τὴν περὶ ταύτης προσενεχθεῖσαν διδασκαλίαν· τοῖς δὲ ἀπιστοῦσι τῇ τῆς σαρκὸς ἀναστάσει, ταύτην ἐπιδειχθεῖσαν· παῦσαι τοίνυν φιλονεικῶν, καὶ τὰς δύο τοῦ Σωτῆρος ὁμολόγησαι φύσεις.

ΕΡΑΝ. Δύο πρὸ τῆς ἑνώσεως ἦσαν· συνελθοῦσαι δὲ μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν.

ΟΡΘ. Πότε δὲ φὴς γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν;

ΕΡΑΝ. Εὐθὺς ἐγὼ λέγω παρὰ τὴν σύλληψιν.

ΟΡΘ. Τὸν δὲ Θεὸν Λόγον οὐ προϋπάρχειν τῆς συλλήψεως λέγεις;

ΕΡΑΝ. Πρὸ τῶν αἰώνων εἶναί φημι.

ΟΡΘ. Τὴν δὲ σάρκα συνυπάρχειν αὐτῷ;

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου μετὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου διαπλασθῆναι πρόῤῥησιν;

ΕΡΑΝ. Οὕτως φημί.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν οὐ δύο ἦσαν πρὸ τῆς ἑνώσεως φύσεις, ἀλλὰ μία μόνη. Εἰ γὰρ προϋπάρχει μὲν ἡ θεότης, ἡ δέ γε ἀνθρωπότης οὐ συνυπάρχει· διεπλάσθη γὰρ μετὰ τὸν ἀγγελικὸν ἀσπασμόν, συνῆπται δὲ τῇ διαπλάσει ἡ ἕνωσις· μία ἄρα φύσις πρὸ τῆς ἑνώσεως ἦν, ἡ ἀεὶ οὖσα, καὶ πρὸ τῶν αἰώνων οὖσα. Ἀλλὰ γὰρ καὶ αὖθις αὐτὸ τοῦτο σκοπήσωμεν. Τὴν σάρκωσιν, ἤγουν ἐνανθρώπησιν, ἄλλο τι νομίζεις παρὰ τὴν ἕνωσιν;

ΕΡΑΝ. Οὐχί.

ΟΡΘ. Σάρκα γὰρ προσλαβὼν ἐσαρκώθη.

ΕΡΑΝ. Φαίνεται.

ΟΡΘ. Συνῆπται δὲ τῇ προσλήψει ἡ ἕνωσις;

ΕΡΑΝ. Οὕτω λέγω.

ΟΡΘ. Μία οὖν φύσις πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἦν. Εἰ γὰρ ταὐτὸν ἕνωσίς τε καὶ ἐνανθρώπησις, ἐνηνθρώπησε δὲ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν λαβών, ἔλαβε δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ τὴν τοῦ δούλου μορφήν, μία ἄρα φύσις ἡ θεία πρὸ τῆς ἑνώσεως ἦν.

ΕΡΑΝ. Καὶ πῶς ταὐτὸν ἕνωσίς τε καὶ ἐνανθρώπησις;

ΟΡΘ. Συνωμολόγησας ἀρτίως μὴ διαφέρειν ταυτὶ τὰ ὀνόματα.

ΕΡΑΝ. Τοῖς σοῖς με παρεκρούσω συλλογισμοῖς.

ΟΡΘ. Τὸν αὐτὸν οὖν, εἰ δοκεῖ, πάλιν ἀναλάβωμεν λόγον.

ΕΡΑΝ. Τοῦτο ποιητέον.

ΟΡΘ. Ἡ σάρκωσις πρὸς τὴν ἕνωσιν ἔχει διαφορὰν κατὰ τὴν (37) τοῦ πράγματος φύσιν;

ΕΡΑΝ. Πλείστην μὲν οὖν.

ΟΡΘ. Δίδαξον τὰ εἴδη ταύτης ἀφθόνως.

ΕΡΑΝ. Καὶ αὐτὸς τῶν ὀνομάτων ὁ νοῦς δηλοῖ τὸ διάφορον. Ἡ μὲν γὰρ σάρκωσις τῆς σαρκὸς δηλοῖ τὴν ἀνάληψιν· ἡ δέ γε ἕνωσις, τὴν τῶν διεστώτων συνάφειαν.

A nus meas et pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate me, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere [33]. » Ecce implevimus quod polliciti sumus. Ostendimus iis quidem qui divinitatem ignorabant, traditam de ea doctrinam; iis vero qui carnis resurrectionem non credebant, hanc expositam. Cessa igitur contendere, et duas Servatoris naturas confitere.

ERAN. Duæ erant ante unionem, copulatæ vero unam effecerunt naturam.

ORTH. Quando autem dicis factam esse unionem?

ERAN. Statim in ipsa dico conceptione.

ORTH. Deum autem Verbum dicisne ante conceptionem non fuisse?

ERAN. Ante sæcula esse dico.

B ORTH. Carnem vero semper cum illo una fuisse?

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Sed a Spiritu sancto post angeli salutationem formatam esse?

ERAN. Sic sentio.

ORTH. Non ergo duæ naturæ fuerunt ante unionem, sed tantum una. Si enim prius fuit divinitas, humanitas autem non simul fuit (formata enim est post salutationem angelicam, cohæret autem formationi unio), una igitur natura ante unionem fuit, quæ semper est, et ante sæcula exsistit. Verumtamen **100** hoc ipsum denuo consideremus: Incarnationem, seu naturæ humanæ susceptionem, aliudne putas esse quam unionem?

C ERAN. Non.

ORTH. Carnem enim assumendo incarnatus est.

ERAN. Videtur.

ORTH. Cohæretne autem assumptioni unio?

ERAN. Ita dico.

ORTH. Una ergo natura ante incarnationem fuit. Nam si unum sunt incarnatio et unio, incarnatus autem est naturam humanam assumens, assumpsitque Dei forma servi formam, una igitur divina natura ante unionem fuit.

ERAN. Et quomodo idem sunt unio et incarnatio?

ORTH. Paulo ante confessus es, hæc nomina non differre.

ERAN. Tu me tuis ratiocinationibus decepisti.

D ORTH. Eumdem igitur, si placet, repetamus sermonem.

ERAN. Sic faciendum.

ORTH. Differtne incarnatio ab unione secundum rei naturam?

ERAN. Plurimum differt.

ORTH. Explica fusius hanc differentiam.

ERAN. Ipsa nominum intelligentia discrimen ostendit. Incarnatio enim carnis assumptionem significat; unio vero, rerum disjunctarum conjunctionem.

[33] Luc. xxiv, 39.

(37) Τήν. Ed. Rom. et Lips. præm. ταύτην.



Digitized by Google

ORTH. Antiquiorem vero unione incarnationem A dicis?

ERAN. Minime.

**101** ORTH. Sed in conceptione factam esse unionem?

ERAN. Sic existimo.

ORTH. Si ergo ne punctum quidem temporis interjectum fuit inter assumptionem carnis et unionem, et assumpta natura non fuit ante assumptionem et unionem (eamdem enim rem significant incarnatio et unio), una igitur natura ante unionem seu incarnationem fuit, post unionem vero duas dicere convenit, assumentem et assumptam.

ERAN. Ex duabus naturis dico Christum, duas vero naturas non dico.

ORTH. Declara nobis, quomodo ex duabus naturis dicas, an ut argentum auro illitum, ut electri compositionem, ut collam ex plumbo et stanno conflatam?

ERAN. Nulli horum similem esse dico hanc unionem. Verbo enim explicari non potest, et omnem superat intelligentiam.

ORTH. Fateor et ego comprehendi non posse unionis modum. Quod autem utraque natura etiam post unionem integra manserit, ex divina Scriptura didici.

ERAN. Ubinam hoc docuit divina Scriptura?

ORTH. Tota hac doctrina plena est.

ERAN. Affer eorum quæ dicis probationes.

ORTH. Nempe tu naturæ utriusque propria non fateris?

ERAN. Post unionem haudquaquam.

ORTH. Hoc igitur ipsum ex sacra Scriptura discamus.

**102** ERAN. Ego divinæ credo Scripturæ.

ORTH. Cum igitur divinum Joannem audieris clamantem: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [16]; » et: « Omnia per ipsum facta sunt [17], » et alia hujusmodi, carnemne dicis in principio apud Deum fuisse, et natura Deum esse, et omnia fecisse, an Deum Verbum ante sæcula ex Patre genitum?

ERAN. Hæc quidem Deo Verbo congruere dico: ipsum autem ab unita carne non separo.

ORTH. Nec carnem a Deo Verbo separamus, nec confusionem facimus unionem.

ERAN. Ego unam novi naturam post unionem.

ORTH. Evangelistæ quando Evangelia scripserunt? ante unionem, an longo tempore post unionem?

ERAN. Manifestum est quod post unionem, et post nativitatem, et miracula, et passionem, et resurrectionem, et ascensionem in cœlos, et adventum Spiritus sancti.

[16] Joan. I, 1. [17] Ibid. 3.

ΟΡΘ. Πρεσβυτέραν δὲ τὴν σάρκωσιν τῆς ἑνώσεως λέγεις;

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ἐν τῇ συλλήψει γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν;

ΕΡΑΝ. Οὕτω φημί.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν εἰ μηδὲ τὸ ἀκαριαῖον τοῦ χρόνου τῆς λήψεως τῆς σαρκὸς καὶ τῆς ἑνώσεως γεγένηται μέσον, ἡ δὲ ληφθεῖσα φύσις οὐ προϋπῆρχε τῆς λήψεως καὶ ἑνώσεως· ταὐτὸ μὲν πρᾶγμα σημαίνουσι σάρκωσίς τε καὶ ἕνωσις· μία δὲ ἄρα φύσις πρὸ τῆς ἑνώσεως ἤγουν σαρκώσεως ἦν, μετὰ δέ γε τὴν ἕνωσιν, δύο λέγειν προσήκει, τήν τε λαβοῦσαν, καὶ τὴν ληφθεῖσαν.

ΕΡΑΝ. Ἐκ δύο φύσεων λέγω τὸν Χριστὸν, δύο δὲ B φύσεις οὐ λέγω.

ΟΡΘ. Ἑρμήνευσον ἡμῖν, πῶς τὸ ἐκ δύο φύσεων λέγεις, ὡς τὸν χρυσόπαστον ἄργυρον, ὡς τὴν τοῦ ἠλέκτρου κατασκευὴν, ὡς τὴν κόλλην τὴν ἐκ μολίβδου καὶ κασσιτέρου κεραννυμένην;

ΕΡΑΝ. Οὐδενὶ τούτων ἐοικέναι τήνδε τὴν ἕνωσιν λέγω· ἄρρητός τε γάρ ἐστι, καὶ ἄφραστος, καὶ πάντα νοῦν ὑπερβαίνουσα.

ΟΡΘ. Ὁμολογῶ κἀγὼ μὴ ἐφικτὸν εἶναι τὸν τῆς ἑνώσεως λόγον. Ὅτι δέ γε φύσις ἑκατέρα καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν μεμένηκεν ἀκραιφνὴς, παρὰ τῆς θείας ἐδιδάχθην Γραφῆς.

ΕΡΑΝ. Καὶ ποῦ τοῦτο ἐδίδαξεν ἡ θεία Γραφή;

ΟΡΘ. Πᾶσα ταύτης ἐστὶ τῆς διδασκαλίας ἀνάπλεως.

C ΕΡΑΝ. Δὸς ὧν λέγεις τὰς ἀποδείξεις.

ΟΡΘ. Σὺ γὰρ οὐχ ὁμολογεῖς φύσεως ἑκατέρας τὰ ἴδια;

ΕΡΑΝ. Μετὰ τὴν ἕνωσιν οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Τοῦτο τοίνυν αὐτὸ παρὰ τῆς θείας διδαχθῶμεν Γραφῆς.

ΕΡΑΝ. Ἐγὼ πείθομαι τῇ θείᾳ Γραφῇ.

ΟΡΘ. Ὅταν τοίνυν ἀκούσῃς Ἰωάννου τοῦ θεσπεσίου βοῶντος· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· » καί· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα· τὴν σάρκα λέγεις ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν εἶναι, καὶ φύσει Θεὸν εἶναι, καὶ πάντα πεποιηκέναι, ἢ τὸν Θεὸν Λόγον τὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον;

D ΕΡΑΝ. Τῷ μὲν Θεῷ Λόγῳ ταῦτα προσήκειν φημί· οὐ χωρίζω δὲ αὐτὸν τῆς ἡνωμένης σαρκός.

ΟΡΘ. Οὔτε χωρίζομεν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν σάρκα, οὔτε σύγχυσιν ποιοῦμεν τὴν ἕνωσιν.

ΕΡΑΝ. Ἐγὼ μίαν οἶδα μετὰ τὴν ἕνωσιν φύσιν.

ΟΡΘ. Οἱ εὐαγγελισταὶ τὰ Εὐαγγέλια πηνίκα συνέγραψαν; πρὸ τῆς ἑνώσεως, ἢ μετὰ πλεῖστον τῆς ἑνώσεως χρόνον;

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν γέννησιν, καὶ τὰ θαύματα, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησιν.

Digitized by Google

ΟΡΘ. Ἄκουσον τοίνυν τοῦ μὲν Ἰωάννου λέγοντος· A « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, » καὶ τὰ ἑξῆς· τοῦ δὲ Ματθαίου· « Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ Λουκᾶς δὲ αὐτὸν Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ἐγενεαλόγησε. Προσάρμοσον τοίνυν ταῦτα κἀκεῖνα φύσει μιᾷ. Ἀλλ' οὐκ ἂν δύναιο· ἐναντίον γὰρ τῷ ἐν ἀρχῇ εἶναι, τὸ ἐξ Ἀβραὰμ εἶναι, καὶ τῷ πάντα πεποιηκέναι, τὸ κτιστὸν πρόγονον ἐσχηκέναι.

ΕΡΑΝ. Ταῦτα λέγων εἰς δύο πρόσωπα τὸν μονογενῆ μερίζεις Υἱόν.

ΟΡΘ. Ἕνα μὲν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ οἶδα καὶ προσκυνῶ, B τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· τῆς δὲ θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τὴν διαφορὰν ἐδιδάχθην. Σὺ δέ γε ὁ μίαν λέγων μετὰ τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι φύσιν, προσάρμοσον ταύτῃ τὰ τῶν Εὐαγγελίων προοίμια.

ΕΡΑΝ. Ὡς ἔοικεν, ἰσχυρὰν ἄγαν καὶ ἴσως ἀμήχανον ὑπολαμβάνεις τὴν πρότασιν· ἔστω σοι ῥᾳδία καὶ εὐπετής, μόνον ἡμῖν τὸ ζητούμενον λῦσον.

ΟΡΘ. Ἀμφότερα τῷ Δεσπότῃ προσήκει Χριστῷ, καὶ τὸ (38) ἐν ἀρχῇ εἶναι, καὶ τὸ ἐξ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ κατὰ σάρκα βλαστῆσαι.

ΕΡΑΝ. Μίαν μετὰ τὴν ἕνωσιν οὐ χρῆναι λέγειν ἐνομοθέτησας φύσιν· τὸν οἰκεῖον τοίνυν μὴ παραβῇς νόμον, μεμνημένος σαρκός.

ΟΡΘ. Καὶ δίχα τοῦ μνημονεῦσαι σαρκὸς λῦσαι C τὴν πρότασιν εὐπετές· ἀμφότερα γὰρ τῷ Σωτῆρι προσαρμόττω Χριστῷ.

ΕΡΑΝ. Κἀγὼ ταῦτα κἀκεῖνα προσήκειν φημὶ τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ.

ΟΡΘ. Ἀλλὰ δύο φύσεις ἐν αὐτῷ θεωρῶν, καὶ ἑκατέρᾳ προσνέμων τὰ πρόσφορα. Εἰ δὲ μία φύσις ἐστὶν ὁ Χριστός, πῶς οἷόν τε αὐτῇ προσαρμόσαι τὰ ἐναντία; Ἐναντίον γὰρ τῷ ἐν ἀρχῇ εἶναι τὸ ἐξ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι, μᾶλλον δὲ πολλοστῇ γενεᾷ μετὰ τὸν Δαβὶδ γεννηθῆναι. Ἐναντίον δὲ πάλιν, καὶ τῷ πάντα πεποιηκέναι, τὸ ἐκ πεποιημένων βλαστῆσαι καὶ τῷ ἐκ Θεοῦ εἶναι, τὸ ἀνθρώπους ἐσχηκέναι πατέρας. Ἐναντίον δὲ καὶ τῷ αἰωνίῳ τὸ πρόσφατον. Καὶ δῆτα σκοπήσωμεν οὕτως· εἰ τῶν ἁπάντων φαμὲν τὸν Θεὸν Λόγον δημιουργόν; D

ΕΡΑΝ. Οὕτω πιστεύειν παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ἐδιδάχθημεν.

ΟΡΘ. Πόστῃ δὲ μεμαθήκαμεν ἡμέρᾳ τὸν Ἀδὰμ διαπλασθῆναι μετὰ τὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς δημιουργίαν;

ΕΡΑΝ. Ἕκτῃ.

ΟΡΘ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι τοῦ Ἀβραὰμ πόσαι διεληλύθασι γενεαί;

ΕΡΑΝ. Εἴκοσι ταύτας ὑπείληφα.

ΟΡΘ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ μέχρι τοῦ Σωτῆρος

ORTH. Audi ergo Joannem dicentem : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [18], » et quæ sequuntur ; et Matthæum : « Liber generationis Jesu Christi, filii Davidis, filii Abrahami [19], » et cætera. Lucas etiam ejusdem Abrahæ et Davidis genealogiam recensuit [20]. Accommoda igitur hæc et illa uni naturæ ; **103** sed non poteris : contraria enim sunt, in principio esse, et ex Abrahamo esse, omnia fecisse, et creatum progenitorem habere.

ERAN. Hæc cum dicis, in duas personas unigenitum dividis Filium.

ORTH. Unum quidem Filium Dei et scio et adoro, Dominum Jesum Christum : divinitatis autem et humanitatis didici differentiam. Tu vero, qui affirmas unam factam esse naturam post unionem, Evangeliorum exordia huic accommoda.

ERAN. Arduam, ut apparet, ac fortasse inexplicabilem putas propositionem. Sit tibi expedita et facilis, dummodo nobis quæstionem solvas.

ORTH. Utraque Christo Domino conveniunt, et in principio esse, et ex Abrahamo et Davide secundum carnem germinasse.

ERAN. Unam post unionem dici naturam non debere sanxisti. Vide igitur ne, carnis mentionem faciens, propriam legem transgrediaris.

ORTH. Etiam sine mentione carnis facile est propositam quæstionem explicare : utraque enim Christo Servatori accommodo.

ERAN. Ego quoque fateor, hæc et illa Christo Domino convenire.

ORTH. Sed duas in ipso naturas considerans, et cuique convenientia tribuens. Alioqui si una natura est Christus, quomodo illi aptari contraria possint ? Contraria enim sunt, in principio esse, et ab Abrahamo et Davide originem duxisse, multisque adeo post Davidem generationibus natum esse. Contraria **104** sunt rursus, omnia fecisse, et ex iis quæ facta sunt prodiisse ; item, ex Deo esse, et parentes homines habere. Contrarium denique est æterno id quod est recens. Et vero in hunc modum rem consideremus : Dicimusne Deum Verbum rerum omnium conditorem ?

ERAN. Ita credere ex divina Scriptura didicimus.

ORTH. Quoto vero die post cœli et terræ creationem formatum Adamum didicimus ?

ERAN. Sexto.

ORTH. Ab Adamo vero usque ad Abrahamum quot præteriere generationes ?

ERAN. Viginti, ut opinor.

ORTH. Ab Abrahamo vero usque ad Salvatorem

[18] Joan. I, 1-3. [19] Matth. I, 1 seqq. [20] Luc. III, 23 seqq.

(38) Τό. Ex ed. Rom. et Lips. insertum.

Digitized by Google

nostrum Christum quot generationes numerat evangelista Matthæus?

ERAN. Quadraginta duas.

ORTH. Si igitur una natura est Christus Dominus, qui fieri potest, ut idem visibilium atque invisibilium omnium sit conditor, et post tot generationes a Spiritu sancto formatus sit in utero virgineo? quomodo vero, ut et Adami creator sit, et eorum qui ab Adamo prognati sunt, filius?

ERAN. Jam ante dixi, hæc et illa ei convenire ut Deo incarnato. Unam enim agnosco Verbi naturam incarnatam.

ORTH. Neque nos, vir bone, duas Dei Verbi naturas incarnatas dicimus. Scimus enim unam esse Dei Verbi naturam. Sed carnem, qua utens incarnatus est, alterius esse naturæ didicimus. Puto autem te idem quoque confiteri. Dic ergo, **105** utrum incarnationem mutatione quadam factam esse dicis?

ERAN. Modum non novi, credo autem ipsum incarnatum esse.

ORTH. Improbe ignorantiam prætexis, et Pharisæorum more. Nam illi quoque, interrogationis Dominicæ vim perspicientes, et convinci metuentes, dixerunt: « Nescimus [21]. » Ego vero diserte pronuntio, divinam incarnationem a mutatione liberam fuisse. Si enim alteratione quapiam et mutatione incarnatus est, nullo modo ipsi post mutationem vel res vel nomina divina conveniunt.

ERAN. Sæpe jam confessi sumus, immutabilem esse Deum Verbum.

ORTH. Carne igitur assumpta incarnatus est.

ERAN. Verum est.

ORTH. Alia quidem est incarnata Dei Verbi natura, alia ipsius carnis, quam assumens Dei Verbi natura incarnata est et homo facta.

ERAN. Hæc ita se habere constat.

ORTH. Anne igitur conversus est in carnem?

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Si ergo non conversus, sed carne assumpta incarnatus est, congruunt autem et hæc et illa tanquam incarnato Deo, ut paulo ante dixisti, non confusæ sunt naturæ, sed integræ manserunt. Sic enim intelligentes facile evangelistarum consonantiam cernemus. Unius enim Unigeniti, Christi inquam Domini, ille divinitatem describit, hic vero humanitatem. Sic autem intelligere ipse quoque Christus Dominus nos docuit, qui nunc quidem seipsum **106** Dei Filium appellat, nunc Filium hominis: et alias matri, tanquam genitrici, honorem tribuit [22]; alias eamdem tanquam Dominus increpat [23]. Et modo approbat appellantes ipsum filium Davidis [23*], modo ignorantes docet, se non solum filium esse, sed etiam dominum Davidis [24]. Et interdum Nazareth et Capernaum patriam vocat: rursus autem clamat: « Antequam Abraham nasceretur, ego sum [24*]. »

A ἡμῶν Χριστοῦ, πόσας ὁ (39) εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος ἀριθμεῖ γενεάς;

ΕΡΑΝ. Τεσσαρακονταδύο.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν μία φύσις ὁ Δεσπότης Χριστὸς, πῶς οἷόν τε αὐτὸν καὶ πάντων ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ὑπάρχειν δημιουργὸν, καὶ μετὰ γενεὰς τοσαύτας ὑπὸ τοῦ παναγίου Πνεύματος διαπλασθῆναι ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ; πῶς δὲ καὶ τοῦ Ἀδὰμ ποιητὴς, καὶ τῶν τοῦ Ἀδὰμ ἀπογόνων υἱός;

ΕΡΑΝ. Καὶ ἤδη πρότερον ἔφην ὡς ἁρμόττει αὐτῷ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ὡς σεσαρκωμένῳ Θεῷ· μίαν γὰρ οἶδα τοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην.

ΟΡΘ. Οὐδέ γε ἡμεῖς, ὦ ἀγαθὲ, δύο φύσεις τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκῶσθαί φαμεν· μίαν (40) γὰρ ἴσμεν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν φύσιν· ἀλλὰ τὴν σάρκα, ᾗ χρησάμενος B ἐσαρκώθη, ἑτέρας εἶναι φύσεως ἐδιδάχθημεν. Οἶμαι δέ γε τοῦτο καὶ σὲ συνομολογεῖν. Εἰπὲ τοίνυν, τὴν σάρκωσιν κατὰ τροπήν τινα γεγενῆσθαι λέγεις;

ΕΡΑΝ. Οὐκ οἶδα τὸν τρόπον, πιστεύω δὲ αὐτὸν σαρκωθῆναι.

ΟΡΘ. Κακούργως προὐβάλου τὴν ἄγνοιαν, καὶ τοῖς Φαρισαίοις παραπλησίως. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, τῆς Δεσποτικῆς ἐρωτήσεως τὸ ἰσχυρὸν θεασάμενοι, εἶτα τὸν ἔλεγχον ὑπειδόμενοι, τὸ, « Οὐκ οἴδαμεν, » εἶπον. Ἐγὼ δὲ βοῶ διαῤῥήδην, ὡς ἡ θεία σάρκωσις ἐλευθέρα τροπῆς. Εἰ γὰρ κατ' ἀλλοίωσίν τινα καὶ τροπὴν ἐσαρκώθη, οὐδαμῶς αὐτῷ μετὰ τὴν τροπὴν ἁρμόττει τὰ θεῖα τῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων.

ΕΡΑΝ. Ὡμολογήσαμεν πολλάκις ἄτρεπτον εἶναι C τὸν Θεὸν Λόγον.

ΟΡΘ. Τοιγαροῦν σάρκα λαβὼν ἐσαρκώθη.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Ἄλλη μὲν ἡ σαρκωθεῖσα τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσις, ἄλλη δὲ ἡ τῆς σαρκὸς, ἣν ἀναλαβοῦσα ἡ τοῦ θείου Λόγου φύσις ἐσαρκώθη καὶ ἐνηνθρώπησεν.

ΕΡΑΝ. Ὡμολόγηται.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἐτράπη εἰς σάρκα;

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν οὐ τραπεὶς, ἀλλὰ σάρκα λαβὼν ἐσαρκώθη, ἁρμόττει δὲ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ὡς σαρκωθέντι Θεῷ· τοῦτο γὰρ εἶπας ἀρτίως· οὐ συνεχύθησαν αἱ φύσεις ἀλλ' ἔμειναν ἀκραιφνεῖς. Οὕτω γὰρ νοοῦντες καὶ τὴν εὐαγγελιστῶν συμφωνίαν ὀψόμεθα. Τοῦ γὰρ ἑνὸς Μονογενοῦς, τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ λέγω, ὁ μὲν τὰ θεῖα κηρύττει, ὁ δὲ τὰ ἀνθρώ- D πινα. Οὕτω δὲ νοεῖν καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἡμᾶς διδάσκει Χριστὸς, νῦν μὲν ἑαυτὸν προσαγορεύων Θεοῦ Υἱὸν, νῦν δὲ Υἱὸν ἀνθρώπου· καὶ ποτὲ μὲν, ὡς γεγεννηκυῖαν τὴν μητέρα τιμᾷ, ποτὲ δὲ ὡς Δεσπότης ἐπιτιμᾷ· καὶ νῦν μὲν τοὺς υἱὸν Δαβὶδ ὀνομάζοντας ἀποδέχεται, νῦν δὲ διδάσκει τοὺς ἀγνοοῦντας ὡς οὐ μόνον υἱός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ κύριος τοῦ Δαβίδ. Καὶ καλεῖ μὲν τὴν Ναζαρὲτ καὶ τὴν Καπερναοὺμ πατρίδα· βοᾷ δὲ πάλιν· « Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. » Παμπόλλων δὲ τοιούτων εὑρήσεις ἀνάπλεω τὴν θείαν

[21] Matth. xxi, 27. [22] Luc. ii, 51. [23] Joan. ii, 4. [23*] Matth. xxi, 9 seqq. [24] Matth. xxii, 42 seqq. [24*] Joan. viii, 58.

(39) Ὁ. Ex edit. Rom. et Lips. suppletum.

(40) Μίαν—φύσιν. Ex iisdem editt. hæc supplenda fuerunt. Plura erant in versione quam in textu Græco.

Digitized by Google

Γραφήν. Ταῦτα δὲ οὐ μιᾶς φύσεως, ἀλλὰ δύο δηλωτικά.

ΕΡΑΝ. Ὁ δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ θεωρῶν, εἰς δύο υἱοὺς μερίζει τὸν ἕνα Μονογενῆ.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν καὶ ὁ τὸν Παῦλον ἐκ ψυχῆς λέγων καὶ σώματος, δύο Παύλους τὸν ἕνα (41) ἀπέφηνεν.

ΕΡΑΝ. Ἀπεοικὸς τὸ παράδειγμα.

ΟΡΘ. Οἶδα κἀγώ. Ἐνταῦθα γὰρ φυσικὴ τῶν ὁμοχρόνων, καὶ κτιστῶν, καὶ ὁμοδούλων ἡ ἕνωσις· ἐπὶ δὲ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, τὸ ὅλον εὐδοκίας ἐστὶ, καὶ φιλανθρωπίας, καὶ χάριτος. Πλὴν καὶ φυσικῆς ἐνταῦθα τῆς ἑνώσεως οὔσης, ἀκέραια μεμένηκε τὰ τῶν φύσεων ἴδια.

ΕΡΑΝ. Εἰ διέμεινεν ἀμιγῆ τὰ τῶν φύσεων ἴδια, πῶς μετὰ τοῦ σώματος ὀρέγεται τροφῆς ψυχή;

ΟΡΘ. Οὐχ ἡ ψυχὴ τροφῆς ὀρέγεται· πῶς γὰρ ἥγε ἀθάνατος, καὶ κρείττων τροφῆς; Ἀλλὰ τὸ σῶμα, τὴν ζωτικὴν δύναμιν παρ' αὐτῆς κομιζόμενον, αἰσθάνεται τῆς ἐνδείας, καὶ προσλαβεῖν τὸ ἐλλεῖπον ἐφίεται· οὕτω καὶ ἀναπαύλης μετὰ πόνον ἱμείρεται, καὶ μετὰ ἐγρήγορσιν, ὕπνου, καὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως. Αὐτίκα τοίνυν μετὰ τὴν διάλυσιν, τὴν ζωτικὴν οὐκ ἔχον ἐνέργειαν, οὐδὲ ὀρέγεται τοῦ ἐλλείποντος, καὶ μὴ προσλαμβάνων ὑπομένει φθοράν.

ΕΡΑΝ. Ὁρᾷς ὅτι τῆς ψυχῆς ἐστι τὸ διψῆν, καὶ τὸ πεινῆν, καὶ τὰ τούτοις προσόμοια;

ΟΡΘ. Εἰ τῆς ψυχῆς ταῦτα ἦν, καὶ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν ἂν τοῦ σώματος, καὶ τὴν πεῖναν ὑπέμεινε, καὶ τὸ δίψος, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως.

ΕΡΑΝ. Τίνα οὖν φὴς εἶναι ἴδια τῆς ψυχῆς;

ΟΡΘ. Τὸ λογικὸν, τὸ ἁπλοῦν, τὸ ἀθάνατον, τὸ ἀόρατον.

ΕΡΑΝ. Τί δὲ τοῦ σώματος;

ΟΡΘ. Τὸ σύνθετον, τὸ ὁρατὸν, τὸ θνητόν.

ΕΡΑΝ. Ἐκ δὲ τούτων φαμὲν συγκεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον;

ΟΡΘ. Οὕτω φαμέν.

ΕΡΑΝ. Ὁριζόμεθα οὖν τὸν ἄνθρωπον, ζῶον λογικὸν θνητόν;

ΟΡΘ. Ὡμολόγηται.

ΕΡΑΝ. Καὶ ἐκ τούτων κἀκείνων αὐτὸν ὀνομάζομεν;

ΟΡΘ. Ἀληθές.

ΕΡΑΝ. Ὥσπερ τοίνυν οὐ διαιροῦμεν ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν καλοῦμεν καὶ λογικὸν καὶ θνητόν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ προσήκει ποιεῖν, καὶ αὐτῷ προσαρμόττειν τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα.

ΟΡΘ. Ἡμέτερος οὗτος ὁ λόγος, εἰ καὶ μὴ ἀκριβῶς ἐξειργάσω. Σκόπησον τοίνυν ὡδί. Ὅταν τὸν περὶ τῆς ἀνθρωπείας ψυχῆς ἐξετάζωμεν λόγον, μόνον τὰ προσήκοντα τῇ ταύτης ἐνεργείᾳ καὶ φύσει φαμέν;

ΕΡΑΝ. Μόνα.

(41) Ἕνα. Ed Rom. et Lips. addunt Παῦλον.

A Hujusmodi dictis plurimis invenies refertam divinam Scripturam. Hæc porro non unam naturam, sed duas demonstrant.

ERAN. Qui duas in Christo naturas considerat, in duos filios dividit unum qui est Unigenitus.

ORTH. Ergo et qui Paulum ex anima et corpore (compositum) dicit, duos Paulos pro uno Paulo facit.

ERAN. Dissimile est exemplum.

ORTH. Scio et ego. Hic enim naturalis est unio eorum quæ tempore conjuncta sunt, et creata, et conserva : in Christo autem Domino divinæ omnia voluntati, et amori erga homines, et gratiæ tribuenda sunt. Verum hic etiam, licet naturalis sit unio, tamen integræ manserunt naturarum proprie-
B tates.

ERAN. Si manserunt sine mistione naturarum propria, quomodo cum corpore cibum appetit anima?

ORTH. Non appetit cibum anima. Quomodo enim, immortalis cum sit, et cibo præstantior? Sed corpus, vitalem ab ea vim accipiens, sentit indigentiam, et quod deest accipere cupit. Sic et quietem post laborem desiderat, et **107** post vigiliam somnum, et alia similiter. Mox igitur post dissolutionem, vitalem non habens potentiam, cibum appetere desinit, et eum non sumens interitum patitur.

ERAN. Videsne animæ esse sitire, et esurire, et
C quæ his similia?

ORTH. Si hæc animæ essent, etiam post discessum e corpore, et fame laboraret, et siti, et aliis similibus.

ERAN Quænam igitur animæ propria esse dicis?

ORTH. Esse rationalem, simplicem, immortalem, invisibilem.

ERAN. Quid vero corporis?

ORTH. Esse compositum, visibile, mortale.

ERAN. Ex his vero compositum esse hominem dicimus?

ORTH. Sic dicimus.

ERAN. Definimus igitur hominem, animal rationale mortale?

D ORTH. In confesso est.

ERAN. Ab his etiam et illis ipsum nominamus?

ORTH. Verum est.

ERAN. Sicut igitur hic non divellimus, sed eumdem (hominem) et rationalem vocamus et mortalem : sic in Christo faciendum est, eidemque ascribenda sunt tum divina, tum humana.

ORTH. Nostra hæc est oratio, etsi a te non satis explicata. Rem igitur sic expende. Quando de humana natura disserimus, ea sola commemoramus, quæ illius operationi et naturæ conveniunt?

ERAN. Sola.

Digitized by Google

108 ORTH. Quando autem de corpore nobis A sermo est, annon ea sola rursus, quæ illius sunt propria, recensemus?

ERAN. Vera dicis.

ORTH. Cum autem de toto animali agitur, secure deinceps et hæc et illa tribuimus. Homini enim conveniunt quæ et corporis et animæ sunt propria.

ERAN. Præclare dixisti.

ORTH. Sic igitur et de Christo habenda est oratio, ut cum de naturis loquimur, sua cuique tribuamus, sciamusque quæ divinitati sint propria, et quæ humanitati. At cum de persona verba facimus, communia facienda sunt quæ naturarum sunt propria, Christoque Servatori et hæc et illa tribuenda, ut idem et Deus et homo appelletur, Filius Dei et filius hominis, B filius Davidis [25] et dominus Davidis, semen Abrahæ et conditor Abrahæ, et alia omnia similiter.

ERAN. Unam quidem esse Christi personam, eique et divina et humana convenire rectissime dixisti, et hoc fidei decretum amplector. Quod autem dicis oportere, de naturis disserentes, quæ cuique sunt propria ei tribuere, id mihi unionem solvere videtur. Quare hos et similes sermones non approbo.

ORTH. Atqui cum de anima et corpore disputaremus, magni facienda tibi visa est illa distincta loquendi ratio, eamque protinus laude es prosecutus. Cur igitur quoad Christi Domini divinitatem et C humanitatem eamdem regulam non admittis? 109 An vero ne animæ quidem et corpori exæquas divinitatem et humanitatem Christi? sed animæ quidem et corpori tribuis inconfusam unionem: commistionem vero et confusionem passas dicere audes divinitatem Christi et humanitatem?

ERAN. Ego sane divinitatem Christi, atque adeo carnem ipsam, infinitis partibus animæ et corporis dignitatem antecellere judico: sed unam tamen naturam post unionem esse affirmo.

ORTH. Quo pacto impium non sit et absurdum, dicere animam quidem corpori copulatam nullam confusionis contagionem pati, divinitatem vero Domini universorum nec propriam naturam integram D conservare potuisse, nec humanam, quam assumpsit, intra suos terminos retinere, sed quæ confundi non possunt confudisse, et quæ misceri nequeunt permiscuisse? Huic enim suspicioni una natura occasionem præbet.

ERAN. Mihi quoque confusionis nomen declinandum videtur: sed duas naturas dicere nolo, ne duos filios dicere videar.

ORTH. Ego vero utrumque scopulum declinare studeo, tum impiæ confusionis, tum impiæ divisionis. Mihi enim æque nefarium utrumque, et unum

ΟΡΘ. Ὅταν δὲ περὶ τοῦ σώματος ἡμῖν οἱ λόγοι γίνωνται, πάλιν οὐ μόνα τὰ τούτου δείξιμεν ἴδια;

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Ἐπειδὰν δὲ περὶ τοῦ ζώου παντὸς ἡ διάλεξις γίνηται, ἀδεῶς λοιπὸν καὶ ταῦτα κἀκεῖνα προσφέρομεν. Ἁρμόττει γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ τά τε τοῦ σώματος, τά τε τῆς ψυχῆς ἴδια.

ΕΡΑΝ. Παγκάλως εἴρηκας.

ΟΡΘ. Οὕτω τοιγαροῦν καὶ τοὺς περὶ τοῦ Χριστοῦ ποιεῖσθαι προσήκει λόγους· καὶ περὶ μὲν τῶν φύσεων διαλεγομένους, ἀπονέμειν ἑκατέρᾳ τὰ πρόσφορα, καὶ εἰδέναι τίνα μὲν τῆς θεότητος, τίνα δὲ τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια. Ὅταν δέ γε τοὺς περὶ τοῦ προσώπου ποιώμεθα λόγους, κοινὰ χρὴ ποιεῖν τὰ τῶν φύσεων ἴδια, καὶ ταῦτα κἀκεῖνα τῷ Σωτῆρι προσαρμόττειν Χριστῷ, καὶ τὸν αὐτὸν καλεῖν καὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον· καὶ Υἱὸν Θεοῦ, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου· καὶ υἱὸν Δαβίδ, καὶ κύριον Δαβίδ· καὶ σπέρμα Ἀβραάμ, καὶ ποιητὴν Ἀβραάμ· καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὡσαύτως.

ΕΡΑΝ. Τὸ μὲν ἓν εἶναι πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτῷ προσήκειν καὶ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα, λίαν ὀρθῶς εἴρηκας, καὶ δέχομαι τόνδε τὸν ὅρον τῆς πίστεως. Τὸ δὲ φάναι πάλιν, ὡς χρὴ περὶ τῶν φύσεων διαλεγομένους ἀπονέμειν ἑκάστῃ τὰ ἴδια, λύειν δοκεῖ μοι τὴν ἕνωσιν· οὗ δὴ χάριν τούτους καὶ τοὺς τοιούτους οὐ προσίεμαι λόγους.

ΟΡΘ. Καὶ μὴν ὅτε τὰ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἐξητάζομεν, ἀξιάγαστος ἔδοξεν εἶναί σοι ἡ τῶν λόγων ἐκείνων διαίρεσις· αὐτίκα γοῦν τὴν εὐφημίαν προσήνεγκας. Τί δήποτε τοίνυν ἐπὶ τῆς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος τὸν αὐτὸν οὐ δέχῃ κανόνα; Ἢ οὐδὲ ψυχῇ καὶ σώματι παρισοῖς τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα; ἀλλὰ ψυχῇ μὲν καὶ σώματι δίδως ἀσύγχυτον ἕνωσιν· κρᾶσιν δὲ καὶ σύγχυσιν ὑπομεμενηκέναι λέγειν τολμᾷς τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα;

ΕΡΑΝ. Ἐγὼ μὲν τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, καὶ μέντοι καὶ τὴν σάρκα, ψυχῆς καὶ σώματος πολλῷ τινι καὶ ἀπείρῳ μέτρῳ τιμαλφεστέραν ὑπείληφα· μίαν μέντοι φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγω.

ΟΡΘ. Καὶ πῶς οὐ δυσσεβές τε καὶ σχέτλιον, τὸ λέγειν ψυχὴν μὲν σώματι συναφθεῖσαν ἥκιστα παθεῖν τὸ τῆς συγχύσεως πάθος, τὴν δὲ θεότητα τοῦ τῶν ὅλων Δεσπότου μὴ δυνηθῆναι μήτε τὴν οἰκείαν φύσιν ἀσύγχυτον (42) διασῶσαι, μήτε τὴν ἀνθρωπείαν ἣν ἔλαβεν ἐπὶ τῶν ὅρων τῶν οἰκείων διατηρῆσαι, ἀλλὰ κερᾶσαι τὰ ἄκρατα, καὶ μῖξαι τὰ ἄμικτα; Ταῦτα γὰρ ὑποπτεύειν ἡ μία φύσις παρασκευάζει.

ΕΡΑΝ. Καί μοι τὸ τῆς συγχύσεως φευκτόν ἐστιν ὄνομα· δύο δὲ λέγειν παραιτοῦμαι φύσεις, ἵνα μὴ τῇ τῶν υἱῶν περιπέσω δυάδι.

ΟΡΘ. Ἐγὼ δὲ ἑκάτερον διαφυγεῖν σπουδάζω κρημνὸν, καὶ τὸν τῆς δυσσεβοῦς συγχύσεως, καὶ τὸν τῆς δυσσεβοῦς διαιρέσεως. Ἐμοὶ γὰρ ἴσως ἀνόσιον,

[25] Matth. xxii, 42, 43.

(42) Ἀσ. Ed. Rom. et Lips. ἀκήρατον.

Digitized by Google

καὶ διχῇ τὸν ἕνα μερίζειν Υἱὸν, καὶ τὸ ἀρνεῖσθαι τὴν A δυάδα τῶν φύσεων. Εἰπὲ δέ μοι πρὸς τῆς ἀληθείας· εἴ τίς σοι τῶν Ἀρείου, ἢ τῶν Εὐνομίου στασιωτῶν προσδιαλεγόμενος σμικρύνειν τὸν Υἱὸν πειρῷτο, καὶ τοῦ Πατρὸς δεικνύναι μείονά τε καὶ ὑποδεέστερον, ἐκεῖνα λέγων, ἅπερ λέγειν εἰώθασι, καὶ προφέρων ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς τό· «Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο·» καὶ τό· «Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται,» καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα· πῶς ἂν αὐτοῦ διαλύσαις τὰ προβλήματα; πῶς δ' ἂν δείξειας οὐκ ἐλαττούμενον ἐκ τούτων τὸν Υἱὸν, οὐδέ γε ἑτεροούσιον ὄντα, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον οὐσίας;

ΕΡΑΝ. Εἴποιμ' ἂν, ὡς τὰ μὲν θεολογικῶς, τὰ δὲ οἰκονομικῶς ἡ θεία λέγει Γραφὴ, καὶ ὡς οὐ χρὴ τὰ B οἰκονομικῶς εἰρημένα τοῖς θεολογικοῖς συναρμόττειν.

ΟΡΘ. Ἀλλά γε ἐκεῖνος φαίη ἂν, ὡς κἀν τῇ Παλαιᾷ οἰκονομικῶς ἡ θεία Γραφὴ λέγει πολλά. Τοιοῦτο γάρ ἐστι τό· «Ἤκουσεν Ἀδὰμ τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος·» καὶ τό· «Καταβὰς ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται, εἰ δὲ μήγε, ἵνα γνῶ·» καὶ τό· «Νῦν ἔγνων, ὅτι φοβῇ σὺ τὸν Θεόν·» καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα.

ΕΡΑΝ. Πρὸς ταῦτα πάλιν ἀποκριναίμην ἂν, ὡς πολλὴ τῶν οἰκονομιῶν ἡ διαφορά. Ἐν μὲν γὰρ τῇ Παλαιᾷ λόγων τοιούτων οἰκονομία, ἐνταῦθα δὲ καὶ πραγμάτων.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ἔροιτο ἂν ἐκεῖνος· Ποίων πραγμάτων; C

ΕΡΑΝ. Ἀλλ' εὐθὺς ἀκούσεται, τῶν τῆς σαρκώσεως. Ἐνανθρωπήσας γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ ῥημάτων καὶ πραγμάτων, ποτὲ μὲν τὴν σάρκα, ποτὲ δὲ τὴν θεότητα δείκνυσιν· ὥσπερ ἀμέλει κἀνταῦθα τῆς σαρκὸς καὶ τῆς ψυχῆς ἔδειξε τὴν ἀσθένειαν· δειλίας γὰρ τὸ πάθος.

ΟΡΘ. Εἰ δέ γε ὑπολαβὼν εἴποι· Καὶ μὴν ψυχὴν οὐκ ἀνέλαβεν, ἀλλὰ σῶμα μόνον, ἡ δὲ θεότης ἀντὶ ψυχῆς ἑνωθεῖσα τῷ σώματι πάντα τὰ τῆς ψυχῆς ἀνεδέξατο (43), ποίοις ἂν λόγοις τὴν ἀντίθεσιν διαλύσαις (44);

ΕΡΑΝ. Ἐκ τῆς θείας Γραφῆς τὰς ἀποδείξεις προφέρων, καὶ δεικνὺς ὡς οὐ σάρκα μόνην, ἀλλὰ D καὶ ψυχὴν ὁ Θεὸς Λόγος ἀνέλαβεν.

ΟΡΘ. Καὶ ποίας ἐν τῇ Γραφῇ τοιαύτας εὑρήσομεν ἀποδείξεις;

ΕΡΑΝ. Οὐκ ἤκουσας τοῦ Κυρίου λέγοντος· «Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν· τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν·» καὶ πάλιν· «Ἡ ψυχή μου νῦν τετάρακται·» καὶ αὖθις· «Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου·» καὶ τὸ παρὰ τοῦ Δαβὶδ εἰρημένον, καὶ παρὰ τοῦ Πέτρου ἡρμηνευμένον, ὅτι

Filium in duos dividere, et binarium negare naturarum numerum. Dic autem mihi per veritatem, si quis ex Arii et Eunomii sectatoribus tecum disserens, extenuare Filium conaretur, eumque Patre minorem et inferiorem ostendere, illa proferens quæ dicere consueverunt, et ex sacra Scriptura citans: « Pater mi, si possibile **110** est, transeat a me calix iste [26]; » item: « Nunc anima mea perturbata est [27], » et alia hujusmodi, qua ratione solveres ipsius objectiones? aut quomodo ostenderes, non ex his minorem effici Filium, nec alterius esse substantiæ, sed ex Patris genitum esse substantia?

ERAN. Dicerem sacram Scripturam hæc quidem theologice dicere, illa vero œconomice: et quæ œconomice dicta sint, theologicis tribui non debere.

ORTH. Sed ille objiceret, quod etiam in Veteri Testamento multa œconomice divina Scriptura dicere soleat. Tale enim est illud: « Audivit Adam vocem Domini Dei ambulantis [28]; » et hoc: « Descendam, et videbo, utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint, an minus, ut sciam [29]; » item: « Nunc cognovi quod timeas Deum [30]; » et alia hujusmodi multa.

ERAN. Ad hæc denuo responderem, œconomiarum seu dispensationum multiplicem esse differentiam. Nam in Veteri Testamento verborum hujusmodi est dispensatio, hic autem etiam rerum.

ORTH. Sed interrogabit ille, quarumnam rerum?

ERAN. At statim audiet, earum quæ pertinent ad incarnationem. Homo enim factus Filius Dei, et verbis et reipsa, nunc quidem carnem, nunc vero divinitatem ostendit: sicut certe hoc loco et animæ et carnis infirmitatem ostendit; est enim timoris affectio.

ORTH. Si vero respondens dixerit, Atqui animam non assumpsit, sed solum corpus, divinitas autem vice animæ corpori **111** unita, animæ officia omnia executa est, quibus rationibus objectionem refutabis?

ERAN. Ex divina Scriptura proferens demonstrationes, et ostendens Deum Verbum non solum carnem sed etiam animam assumpsisse.

ORTH. Quemadmodum ergo in Abrahæ historia non adhæsisti litteræ, sed ea explicata sententiam declarasti : sic etiam apostolici dicti scopum scrutare. Videbis enim non divinam naturam, sed carnem ligno affixam, eam esse cui Deus minime pepercit. Facile autem est etiam in typo veritatem perspicere. * Videturne Abrahæ sacrificium typus fuisse sacrificii quod pro mundo oblatum est?

ERAN. Plane non. Nec enim dogmatum regulam ea statuo, quæ panegyrico more in Ecclesia dicuntur.

ORTH. Ecclesiæ doctores sequi maxime conveniebat : sed quoniam his adversaris, non recte id

[96] Rom. VIII, 32. [97] Gen. XXII, 16.

(41) συμβ. Editio prior habebat συμβασιλεύουσιν.

Digitized by Google

quidem, ipsum certe Salvatorem audi Judæis dicentem, « Abraham pater vester exsultavit, ut videret diem meum, et vidit, et gavisus est [68]; » et considera quod diem Dominus passionem appellarit.

ERAN. Accipio Domini testimonium, et credo figuræ.

ORTH. Confer igitur figuram cum veritate, et videbis etiam in figura divinitatis impatibilitatem. Pater enim utrobique est, et dilectus Filius similiter hic atque illic, ferens uterque sacrificii materiam : ille enim ligna, hic vero crucem humeris portavit. Narrant etiam montis verticem utriusque sacrificii operatione decoratum esse, convenitque dierum et **203** noctium numerus, et posthæc resurrectio. Nam et Isaac, promptissima patris voluntate jugulatus, ex quo munificus Deus id fieri jusserat, tertio die typice ad benigni Domini vocem revixit : visusque est aries hærens inter vepres, et crucis imaginem præferens, qui pro puero jugulatus est [69]. Quod si hæc figura sunt veritatis, nec in figura cædem sustinuit Unigenitus, sed in ejus locum aries suffectus est, et altari impositus mysterium implevit sacrificii, cur hic etiam non carni passionem assignatis, et divinitatis impatibilitatem prædicatis?

ERAN. Tu quoque de hoc typo disserens Isaacum dixisti divina voce revixisse. Nihil ergo absurdi facimus, si figuræ veritatem accommodantes, Deum Verbum passum esse et revixisse prædicemus.

ORTH. Sæpe dixi, fieri non posse ut imago habeat omnia, quæ habet archetypum, quod hinc etiam facile est ediscere. Isaac enim et aries, quod ad naturarum quidem differentiam attinet, congruunt cum imagine : secundum divisionem autem separatarum subsistentiarum, non * conveniunt. Nos enim divinitatis et humanitatis talem prædicamus unionem, ut unam personam indivisam intelligamus, eumdemque Deum et hominem agnoscamus, visibilem et invisibilem, circumscriptum et incircumscriptum, et alia omnia, quæ divinitatem et humanitatem designant, uni personæ accommodamus. Quoniam igitur fieri non poterat, ut in ariete repræsentaretur resurrectio, cum rationis sit expers, et divina careat **204** imagine, partiuntur inter se mysterii dispensationis figuram, et ille quidem mortis, hic vero resurrectionis ostendit imaginem. Hoc autem ipsum etiam in Mosaicis sacrificiis deprehendimus. Nam et in illis quoque adumbratum salutaris passionis typum videre licet.

ERAN. Et quodnam Mosaicum sacrificium adumbrat veritatem?

νεις, οὐκ εὖγε ποιῶν, αὐτοῦ γ' οὖν τοῦ Σωτῆρος ἄκουσον πρὸς Ἰουδαίους εἰρηκότος· « Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη· » καὶ σκόπησον ὡς ἡμέραν ὁ Κύριος τὸ πάθος προσαγορεύει.

ΕΡΑΝ. Ἐδεξάμην τὴν Δεσποτικὴν μαρτυρίαν, καὶ πιστεύω τῷ τύπῳ.

ΟΡΘ. Παράθες τοίνυν τῇ ἀληθείᾳ τὸν τύπον, καὶ ὄψει κἀν τῷ τύπῳ τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος. Πατὴρ γὰρ κἀνταῦθα κἀκεῖ, καὶ υἱὸς ὡσαύτως ἀγαπητὸς κἀνταῦθα κἀκεῖ, καὶ φέρων ἑκάτερος τῆς θυσίας τὴν ὕλην. Ὁ μὲν γὰρ τὰ ξύλα, ὁ δὲ τὸν σταυρὸν ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκόμιζε. Φασὶ δὲ καὶ τὴν τοῦ ὄρους ἀκρωνυχίαν ἱερουργίας ἑκατέρας ἀξιωθῆναι· συμφωνεῖ (42) καὶ ὁ τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν νυκτῶν ἀριθμὸς, καὶ ἡ μετὰ ταύτας ἀνάστασις. Καὶ γὰρ Ἰσαὰκ τῇ τοῦ Πατρὸς προθυμίᾳ κατασφαγεὶς ἐξ ἧσπερ ἡμέρας ὁ μεγαλόδωρος τοῦτο προσέταξε γενέσθαι, τῇ τρίτῃ τυπικῶς ἀνεβίω τῇ τοῦ φιλανθρώπου φωνῇ· ὤφθη δὲ κριὸς ἐξηρτημένος φυτοῦ, καὶ τοῦ σταυροῦ τὴν εἰκόνα δεικνὺς, ὃς ἀντὶ τοῦ παιδὸς ὑπέμεινε τὴν σφαγήν. Εἰ δὲ τύπος ταῦτα τῆς ἀληθείας, ἐν δὲ τῷ τύπῳ σφαγὴν οὐχ ὑπέμεινεν ὁ μονογενὴς, ἀλλὰ κριὸς ἀντεισήχθη, καὶ τῷ βωμῷ προσηνέχθη, καὶ τῆς ἱερουργίας πεπλήρωκε τὸ μυστήριον, τί δήποτε κἀνταῦθα μὴ τῇ σαρκὶ τὸ πάθος προσνέμετε, καὶ τῆς θεότητος τὴν ἀπάθειαν κηρύττετε;

ΕΡΑΝ. Καὶ σὺ τὰ περὶ τούτου τοῦ τύπου διηγούμενος, τὸν Ἰσαὰκ ἔφης ἀναβιῶναι τῇ θείᾳ φωνῇ. Οὐδὲν τοίνυν ἀπεικὸς ποιοῦμεν, τῷ τύπῳ προσαρμόζοντες τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν Θεὸν Λόγον πεπονθέναι καὶ ἀναβιῶναι κηρύττοντες.

ΟΡΘ. Πολλάκις ἔφην, ὡς οὐχ οἷόν τε τὴν εἰκόνα πάντα ἔχειν, ὅσα τὸ ἀρχέτυπον ἔχει. Τοῦτο δὲ κἀντεῦθεν καταμαθεῖν εὐπετές. Ὁ γὰρ Ἰσαὰκ, καὶ ὁ κριὸς, κατὰ μὲν τὸ διάφορον τῶν φύσεων, τῇ εἰκόνι συμβαίνουσι, κατὰ δὲ τὸ διῃρημένον κεχωρισμένων τῶν ὑποστάσεων, οὐκ ἔτι. Θεότητος γὰρ ἡμεῖς καὶ ἀνθρωπότητος τοιαύτην κηρύττομεν ἕνωσιν, ὡς ἐννοεῖν ἓν πρόσωπον ἀδιαίρετον, καὶ τὸν αὐτὸν Θεόν τε εἰδέναι καὶ ἄνθρωπον, ὁρώμενον καὶ ἀόρατον, περιγεγραμμένον καὶ ἀπερίγραφον, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα, ὅσα τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ὑπάρχει δηλωτικὰ, τῷ προσώπων τῷ ἑνὶ προσαρμόττομεν. Ἐπειδὴ τοίνυν οἷόν τε οὐκ ἦν ἐν τῷ κριῷ προτυπωθῆναι τὴν ἀναβίωσιν, ἀλόγῳ γε ὄντι, καὶ τῆς θείας εἰκόνος ἐστερημένῳ, μερίζονται τοῦ τῆς οἰκονομίας μυστηρίου τὸν τύπον, καὶ ὁ μὲν τοῦ θανάτου, ὁ δὲ τῆς ἀναστάσεως δείκνυσι τὴν εἰκόνα. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο κἀν ταῖς Μωσαϊκαῖς θυσίαις εὑρίσκομεν. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν καὶ ἐν ἐκείναις προδιαγραφέντα τοῦ σωτηρίου πάθους τὸν τύπον.

ΕΡΑΝ. Καὶ ποία θυσία Μωσαϊκὴ σκιαγραφεῖ τὴν ἀλήθειαν;

[68] Joan. VIII, 56. [69] Gen. XXII, 10-13.

(42) ἀξ. συμφ. Editio Rom. et Lips. ἀξιωθῆναι συμφωνίας.

Digitized by Google

ΟΡΘ. Πᾶσα μὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡ Παλαιὰ τύπος A ἐστὶ τῆς Καινῆς. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος διαῤῥήδην λέγει· « Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· » καὶ πάλιν· « Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις. » Ἐναργέστατα δὲ τοῦ (43) ἀρχετύπου δείκνυσι τὴν εἰκόνα τὸ πρόβατον τὸ ἐν Αἰγύπτῳ τυθὲν, καὶ (44) ἡ δάμαλις ἡ πυῤῥὰ, ἡ πόῤῥω τῆς παρεμβολῆς καιομένη. Ταύτης καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ μνημονεύσας, ἐπήγαγε· « Διὸ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πόλεως (45) ἔπαθεν. » Ἀλλὰ τούτων μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐδὲν ἐρῶ, ἐκείνης δέ γε τῆς θυσίας μνησθήσομαι, ἣ δύο τράγους ἔχει προσφερομένους, καὶ τὸν μὲν ἕνα θυόμενον, τὸν δὲ ἕτερον ἀφιέμενον. Τῶν γὰρ δύο τοῦ Σωτῆρος φύσεων οὗτοι προδιαγράφουσι τὴν εἰκόνα, B ὁ μὲν ἀφιέμενος τῆς ἀπαθοῦς θεότητος, ὁ δὲ σφαττόμενος τῆς παθητῆς ἀνθρωπότητος.

ΕΡΑΝ. Εἶτα οὐ σοι δοκεῖ βλάσφημον τὸ τράγοις τὸν Δεσπότην ἀφομοιοῦν;

ΟΡΘ. Τί πλέον ἡγῇ φευκτὸν εἶναι, καὶ μυσαρὸν, ὄφιν, ἢ τράγον;

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὡς ὄφις ἐστὶ μυσαρός. Λωβᾶται γὰρ τοὺς πελάζοντας, πολλάκις δὲ πημαίνει καὶ τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντας· ὁ δὲ τῶν ἐδωδίμων καθαρῶν κατὰ τὸν νόμον.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἄκουσον τοῦ Δεσπότου τῷ ὄφει τῷ χαλκῷ τὸ σωτήριον ἀπεικάζοντος πάθος· « Καθὼς ὕψωσε, φησὶν, Μωϋσῆς τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως C ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ (46) μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Εἰ δὲ χαλκοῦς ὄφις τὸν τοῦ προσηλωθέντος σώματος ἐπλήρωσε τύπον, τί δεδράκαμεν ἀπεικὸς, τῷ σωτηρίῳ πάθει παραθέντες τὴν τῶν τράγων θυσίαν;

ΕΡΑΝ. Ὅτι τὸν Κύριον ὁ Ἰωάννης *ἀμνὸν* προσηγόρευσεν. καὶ ὁ Ἡσαΐας ὡσαύτως *ἀμνὸν* καὶ *πρόβατον*.

ΟΡΘ. Ὁ δέ γε μακάριος Παῦλος ἁμαρτίαν αὐτὸν καὶ κατάραν καλεῖ. Τοιγάρτοι, ὡς μὲν κατάρα, τοῦ καταράτου ὄφεως τὸν τύπον πληροῖ· ὡς δὲ ἁμαρτία, τῆς τῶν τράγων θυσίας δείκνυσι τὴν εἰκόνα. Ὑπὲρ γὰρ ἁμαρτίας, κατὰ τὸν νόμον, οὐκ ἀμνὸς, ἀλλὰ χίμαρος ἐξ αἰγῶν προσεφέρετο. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ D Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ἀμνοῖς μὲν τοὺς δικαίους ἀπείκασεν, ἐρίφοις δὲ τοὺς ἁμαρτωλούς. Ἐπειδὴ τοίνυν ἔμελλεν, οὐχ ὑπὲρ δικαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν, ὑπομένειν τὸ πάθος, εἰκότως δι' ἀμνῶν καὶ τράγων προδιαγράφει τὴν οἰκείαν ἱερουργίαν.

ΕΡΑΝ. Ἀλλὰ τῶν δύο τράγων ὁ τύπος δύο πρόσωπα παρασκευάζει νοεῖν.

ORTH. Totum quidem, prope dixerim, Vetus Testamentum figura est Novi, eamque ob causam divinus Apostolus diserte dicit : « Umbram enim habens lex futurorum bonorum [1]. » Et rursus : « Hæc autem omnia in figura contingebant illis [2]. » Evidentissime tamen archetypi imaginem ostendit ovis in Ægypto immolata, et vacca rufa, quæ extra castra comburebatur; cujus et Apostolus mentionem faciens in Epistola ad Hebræos subjunxit : « Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra urbem passus est [3]. » Sed de his quidem in præsentia nihil dicam : illud tantum sacrificium commemorabo, in quo duo hirci offerebantur, quorum alter mactabatur, alter vero dimittebatur [4]. Hi enim duarum Salvatoris naturarum imaginem præfigurant, dimissus quidem, impatibilis divinitatis; mactatus vero, patibilis humanitatis.

ERAN. Annon tibi blasphemum videtur hircis Dominum comparare?

ORTH. Quid magis fugiendum, et odio magis habendum censes, serpentem, an hircum?

**205** ERAN. Manifestum est quod serpens odio dignior sit. Lædit enim appropinquantes : sæpe autem iis etiam nocet, a quibus nulla injuria affectus est. Hircus vero ex eorum est numero quæ munda sunt, et quibus vesci licet ex lege.

ORTH. Audi ergo Dominum serpenti æneo comparantem salutiferam passionem. « Sicut exaltavit, inquit, Moses serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam [5]. » Quare si serpens æneus crucifixi corporis typum implevit, quid absurdi facimus, salutari passioni hircorum sacrificium comparantes?

ERAN. Quia Dominum Joannes *agnum* appellavit [6], et Isaias similiter *agnum* et *ovem* [7].

ORTH. Beatus autem Paulus peccatum ipsum vocat [8] et maledictum [9]. Itaque ut maledictum, maledicti serpentis typum implet : ut peccatum, hircorum sacrificii imaginem ostendit. Pro peccato enim ex lege, non agnus, sed hircus offerebatur. Ideo et Dominus in Evangeliis agnis quidem justos assimilavit, hædis autem peccatores [10]. Quoniam ergo non pro justis solum, sed etiam pro peccatoribus passurus erat, jure per agnos et hircos sacrificium suum præfigurat.

ERAN. Sed duorum hircorum typus monet ut duas personas intelligamus

[1] Hebr. x, 1. [2] I Cor. x, 11. [3] Hebr. xiii, 12. [4] Levit. xvi, 1 seqq. [5] Joan. iii, 14, 15. [6] Joan. i, 29-36. [7] Isa. liii, 7. [8] II Cor. v, 21. [9] Galat. iii, 13. [10] Matth. xxv, 32.

(43) τοῦ. Ex edit. Rom. et Lips. insertum.
(44) καί. Des. ibid.
(45) πόλ. Recepta lectio πύλης. Vid. tom. III, p. 634.
(46) ἐπ' αὐτῷ. Recepta lectio est εἰς αὐτόν.

Digitized by Google

**206** ORTH. Non poterat in uno hirco simul A utrumque figurari, et patibilitas humanitatis, et divinitatis impatibilitas. Nam hic occisus vivam naturam non ostendisset. Ideo sumpti sunt duo ad duas naturas significandas. Idem autem ex alio quoque sacrificio intelligi potest.

ERAN. Quonam?

ORTH. Ubi duas aves mundas legislator jubet offerri [10], et alteram quidem mactari, alteram vero in mactatæ sanguine intinctam dimitti. Hic enim divinitatis et humanitatis typum videmus, hujus quidem quæ sacrificatur, illius vero, quæ passionem sibi adaptat.

ERAN. Multas nobis figuras protulisti: ego vero ænigmaticos sermones non admitto. B

ORTH. Et tamen divinus Apostolus [11] etiam historias figuras esse dixit, et Agarem typum Veteris Testamenti vocavit, et Saram cœlesti Hierosolymæ comparavit, et Ismaelem typum esse dixit Israëlis, Isaacum autem novi populi. Accusa ergo magnam quoque Spiritus * tubam, quod nobis omnibus ænigmaticos sermones proposuerit.

ERAN. Etiamsi mille alios sermones adjungas, non persuadebis tamen ut passionem dividam. Audivi enim angelum, qui Mariæ dixit: « Venite, et videte locum, ubi positus erat Dominus [12]. »

ORTH. Hoc et nos facere solemus. Nam communibus nominibus **207** etiam partem appellamus. C In sanctorum enim apostolorum, vel prophetarum, aut martyrum ædes sacras ingressi interrogamus, Quis situs est in arca? Qui autem verum norunt, respondentes, aut Thomam forte apostolum dicunt, aut Joannem Baptistam, aut Stephanum martyrum antesignanum, aut alium quempiam ex sanctis nominantes, tametsi perexiguæ interdum reliquiæ conditæ sint. Nemo autem communia hæc nomina cum audit, quæ et animam simul et corpus designant, inclusas in thecis etiam animas existimabit: sed scit corpora sola in thecis, vel parvas quasdam corporum particulas in eis contineri. Hoc ipsum et sanctus ille angelus fecit personæ nomine corpus appellans. D

ERAN. Undenam ostendes, quod de corpore Dominico locutus sit angelus mulieribus?

ORTH. Primum quidem sepulcrum ipsum sufficit ad solvendam quæstionem. Neque enim anima mandata est sepulcro, aut divinitas, cujus natura est incircumscripta: nam corporibus sepulcra construuntur. Deinde aperte hoc docet divina Scriptura. Sic enim narrat sanctus Matthæus: « Cum autem

ΟΡΘ. Οὐχ οἷόν τ' ἦν ἐν ἑνὶ τράγῳ ἄμφω κατὰ ταὐτὸν προτυπωθῆναι, καὶ τὸ παθητὸν τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος. Ἀναιρεθεὶς γὰρ οὗτος τὴν ζῶσαν οὐκ ἂν ἔδειξε φύσιν. Τούτου δὴ χάριν δύο παρελήφθησαν εἰς τὴν τῶν δύο φύσεων δήλωσιν. Ταὐτὸ δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρας (47) θυσίας καταμάθοι τις ἄν.

ΕΡΑΝ. Ποίας;

ΟΡΘ. Ἔνθα ὄρνεις δύο τῶν καθαρῶν ὁ νομοθέτης διαγορεύει προσφέρεσθαι, καὶ τὸν μὲν θύεσθαι, θάτερον δὲ εἰς τὸ τοῦ τυθέντος αἷμα βαφέντα ἀπολύεσθαι. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα ὁρῶμεν τὸν τῆς θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τύπον, τῆς μὲν θυομένης, τῆς δὲ οἰκειουμένης τὸ πάθος.

ΕΡΑΝ. Πολλοὺς ἡμῖν προσενήνοχας τύπους. Ἐγὼ δὲ τοὺς αἰνιγματώδεις οὐ προσίεμαι λόγους.

ΟΡΘ. Καὶ μὴν ὁ θεῖος Ἀπόστολος καὶ τὰς ἱστορίας τύπους εἶναί φησι, καὶ τὴν Ἄγαρ τύπον τῆς παλαιᾶς Διαθήκης ἐκάλεσε, καὶ τὴν Σάῤῥαν τῇ ἐπουρανίῳ ἀπείκασεν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸν μὲν Ἰσμαὴλ, τύπον ἔφη τοῦ Ἰσραὴλ, τὸν Ἰσαὰκ δὲ, τοῦ νέου λαοῦ. Κατηγόρησεν οὖν καὶ τῆς μεγάλης τοῦ Πνεύματος σάλπιγγος, ὅτι πᾶσιν ἡμῖν τοὺς αἰνιγματώδεις προσενήνοχε λόγους.

ΕΡΑΝ. Κἂν μυρίους μοι ἑτέρους (48) προσενέγκῃς λόγους, μερίσαι τὸ πάθος οὐ πείσεις. Ἤκουσα γὰρ τοῦ ἀγγέλου πρὸς τὰς περὶ Μαριὰμ εἰρηκότος· « Δεῦτε, βλέπετε (49) ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος. »

ΟΡΘ. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν δρᾷν. Τοῖς γὰρ κοινοῖς ὀνόμασι καὶ τὸ μέρος προσαγορεύομεν. Εἰς γὰρ τοὺς τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, ἢ προφητῶν, ἢ μαρτύρων εἰσιόντες σηκοὺς, πυνθανόμεθα· Τίς ὁ κείμενος ἐν τῇ λάρνακι; Οἱ δὲ τὸ ἀληθὲς εἰδότες, ἀποκρινόμενοι λέγουσιν, ἢ τὸν Θωμᾶν τυχὸν τὸν ἀπόστολον, ἢ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην, ἢ Στέφανον τῶν μαρτύρων τὸν πρόμαχον, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ἁγίων ὀνομαστὶ λέγοντες, καίτοι σμικρῶν ἄγαν ἐνίοτε λειψάνων κειμένων. Ἀλλ' οὐδεὶς τῶν κοινῶν τούτων ὀνομάτων ἀκούων, ἃ καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοῦ καὶ τὸ σῶμα δηλοῖ, ἐγκαθεῖρχθαι ταῖς θήκαις καὶ τὰς ψυχὰς ὑπολήψεται· ἀλλ' οἶδεν ὡς τὰ σώματα μόνα ταῖς θήκαις, ἢ μικρά γε τῶν σωμάτων ἐγκατάκειται μόρια. Ταὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ὁ ἅγιος ἐκεῖνος πεποίηκεν ἄγγελος, τῷ τοῦ προσώπου ὀνόματι τὸ σῶμα προσαγορεύσας.

ΕΡΑΝ. Καὶ πόθεν δείξεις, ὡς περὶ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος ταῖς γυναιξὶν ὁ ἄγγελος εἴρηκε;

ΟΡΘ. Πρῶτον μὲν αὐτὸς ὁ τάφος ἀπόχρη τὸ ζητούμενον λῦσαι. Οὐδὲ γὰρ ψυχὴ παραδίδοται τάφῳ, ἤπου γε θεότης (50) ἡ ἀπερίγραφος φύσις· τοῖς γὰρ σώμασιν οἱ τάφοι κατασκευάζονται. Ἔπειτα δὲ καὶ ἡ θεία τοῦτο σαφῶς διδάσκει Γραφή. Ὁ γὰρ δὴ θεσπέσιος Ματθαῖος τοῦτον ἱστορεῖ τὸν τρόπον·

[10] Levit. xiv, 50 seqq. [11] Galat. iv, 24 seqq. [12] Matth. xxviii, 6.

(47) ἑτ. Ed. Rom. et Lips. ἑκατέρας.

(48) ἑτ. Edit. Rom. et Lips. præmittunt πρὸς τούτοις.

(49) βλ. Loco cit. leg. ἴδετε τὸν τόπον.

(50) θεότης. Comma apponere visum est, nisi forte pro ἡ, quod sequitur, legendum sit ἢ vel ἧς.

Digitized by Google

« Ὀψίας γενομένης, ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ Ἀριμαθίας (51) τοὔνομα Ἰωσήφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ. Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα. Καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσήφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ, καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθε. » Βλέπε ποσάκις τοῦ σώματος ἐμνημόνευσεν, ἵνα τῶν τὴν θεότητα βλασφημούντων ἐμφράξῃ τὰ στόματα. Τοῦτο καὶ ὁ τρισμακάριος πεποίηκε Μάρκος· ἐρῶ δὲ καὶ ἅπερ οὗτος ἱστόρησεν. « Ὀψίας γάρ, φησί, γενομένης, ἐπεὶ ἦν Παρασκευή, ὅ ἐστι προσάββατον, ἐλθὼν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθίας εὐσχήμων βουλευτής, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεου, τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλᾶτον, καὶ ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε, καὶ προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα, ἐπηρώτησεν εἰ πάλαι ἀπέθανε· καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος, ἐδωρήσατο τὸ σωμα τῷ Ἰωσήφ· καὶ ἀγοράσας σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτὸ (52) ἐνείλησεν τῇ σινδόνι, καὶ κατέθηκεν (53) ἐν μνημείῳ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Θαύμασον τοίνυν τὴν συμφωνίαν ὁρῶν, καὶ συμφώνως καὶ συνεχῶς φερόμενον τὸ τοῦ σώματος ὄνομα. Καὶ ὁ πανεύφημος δὲ Λουκᾶς παραπλησίως ἱστόρηκεν, ὡς τὸ σῶμα ᾔτησεν ὁ Ἰωσήφ, καὶ λαβὼν τῶν νομιζομένων ἠξίωσεν. Ὁ δὲ θειότατος Ἰωάννης καὶ ἕτερα προσιστόρησεν. « Ἠρώτησε γὰρ τὸν Πιλάτον Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθίας, ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ, κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. καὶ ἐπέτρεψεν ὁ Πιλάτος. Ἦλθεν οὖν, καὶ ἦρε τὸ (54) σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος, ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρότερον (55), φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης λίτρας (56) ρ'. Ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐνείλησαν (57) αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθώς ἐστιν ἔθος τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἐσταυρώθη, κῆπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινόν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. Ἐκεῖ οὖν διὰ τὴν παρασκευὴν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον, ἔθηκαν τὸν Ἰησοῦν. » Ὅρα τοίνυν ποσάκις τοῦ σώματος μνημονεύσας, καὶ δείξας ὡς τοῦτο τῷ σταυρῷ προσηλώθη, καὶ τοῦτο ᾔτησεν τὸν Πιλάτον ὁ Ἰωσήφ, καὶ τοῦτο καθεῖλεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ τοῦτο τοῖς ὀθονίοις μετὰ τῆς σμύρνης καὶ τῆς ἀλόης ἐνείλησαν, τότε τὸ τοῦ προσώπου τέθεικεν ὄνομα, καὶ τὸν Ἰησοῦν εἴρηκεν ἐν μνημείῳ τεθῆναι. Τούτου δὴ ἕνεκα καὶ ὁ ἄγγελος ἔφη· « Δεῦτε, βλέπετε (58) ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος, » ἀπὸ τῆς κοινῆς προσηγορίας τὸ σῶμα καλέσας. Οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς λέγειν εἰώθαμεν· Ἐν τῷδε τῷ τόπῳ ὁ δεῖνα ἐτάφη, καὶ οὔ φαμεν, *τὸ σῶμα τοῦ δεῖνος*, ἀλλά, *ὁ δεῖνα*.

vespera appropinquasset, venit quidam homo dives ab Arimathia nomine Joseph, qui et ipse fuerat discipulus Jesu. Hic accessit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus, et accepto corpore Joseph involvit **208** illud in sindone munda, et posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra, et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, et abiit [12]. » Vide quoties corporis mentionem faciat, ut divinitatem blasphemantium ora obturet. Idem fecit beatissimus Marcus. Ejus autem verba pariter recitabo. « Cum jam vespera accessisset, inquit, quia erat Parasceve, seu tempus ante Sabbatum, venit Joseph ab Arimathia, nobilis decurio, qui et ipse exspectabat regnum Dei, et audacter introivit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu. Pilatus autem mirabatur eum jam obiisse. Et accersito centurione, interrogavit ex quo mortuus esset? Et cum cognovisset hoc a centurione, donavit corpus Josepho. Joseph autem mercatus sindonem, et deponens eum involvit sindone, et posuit eum in monumento, » et quæ sequuntur [13]. Mirare igitur consonantiam cernens, et convenienter continuoque repetitum corporis nomen. Laudatissimus quoque Lucas similiter narravit [14], quod Joseph corpus petierit, et eo accepto justa persolverit. Divinissimus autem Joannes alia quoque adjecit: « Rogavit Pilatum Joseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum, ut sibi liceret de cruce desumere corpus Jesu, et permisit Pilatus. Venit ergo et sumpsit corpus Jesu. Venit autem et Nicodemus, qui olim venerat ad Jesum noctu, ferens misturam **209** myrrhæ et aloes, circiter libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu, et ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus, et in horto monumentum novum in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia in propinquo erat monumentum, deposuerunt Jesum [15]. » Vide igitur, quoties facta corporis mentione, et postquam hoc cruci affixum fuisse, et hoc Josephum a Pilato petiisse, et hoc de ligno deposuisse, et hoc linteis cum myrrha et aloe involvisse dixerat, personæ nomen tunc posuerit, et Jesum in monumento positum dixerit. Hac de causa et angelus dixit: « Venite, videte ubi positus erat Dominus [17]. » communi nomine corpus appellans. Sic enim et nos loqui solemus: In hoc loco ille sepultus est, et non dicimus, *illius corpus*, sed *ille*. Omnis autem sanæ mentis scit nos loqui de corpore. Sic autem loqui consuevit sacra Scriptura. « Mor-

[12] Matth. XXVII, 57-60. [13] Marc. XV, 42-46. [14] Luc. XXIII, 50 seqq. [16] Joan. XIX, 38-42. [17] Matth. XXVIII, 6.

(51) Ἀρ. Ita quoque post pauca. sed recepta lectio est Ἀριμαθαίας.

(52) αὐτό. Loco cit. est αὐτόν.

(53) κατ. Deest h. l. αὐτόν.

(54) τό. Supplendum fuit.

(55) πρ. Loco cit. leg. πρῶτον.

(56) λίτρ. Desid. ὡσεί.

(57) ἐνείλ. Loco cit. est ἔδησαν.

(58) βλ. Vid. p. 206. Schol. 39.

tuus, inquit, est Aaron, et sepelierunt ipsum in Or monte [18]; » et: « Mortuus est Samuel, et sepelierunt ipsum in Armathem [19]: et ejusmodi alia innumera. » Hunc morem observavit divinus Apostolus, cum mortis Dominicæ mentionem faceret. « Tradidi enim vobis, inquit, in primis quod et accepi, quod Christus mortuus sit pro peccatis nostris secundum Scripturas, * et quod sepultus sit, et quod resurrexerit tertio die secundum Scripturas, » et quæ sequuntur [20].

210 ERAN. In his quæ modo legisti, corporis mentionem non facit Apostolus, sed nostrum omnium Salvatoris Christi. Contra te igitur testimonium protulisti, et teipsum tuis telis confixisti.

ORTH. Cito, ut apparet, oblitus es longi illius sermonis, in quo demonstravi, sæpe personarum nominibus etiam corpus appellari. Idem nunc quoque fecit divinus Apostolus: et hoc indidem cognosci facile potest. Sic autem consideremus. Quam ob causam Corinthiis hæc scripsit vir ille divinus?

ERAN. Quidam illos deceperant, quod non sit corporum resurrectio. Hoc igitur cognito, orbis terrarum magister de corporum resurrectione apud eos verba fecit.

ORTH. Cur autem, demonstrare volens corporum resurrectionem, Dominicam resurrectionem in medium produxit?

ERAN. Ut quæ satis sit ad ostendendam omnium nostrum resurrectionem.

ORTH. Quam enim habet similitudinem cum morte aliorum, ut ejus resurrectione omnium resurrectionem confirmes?

ERAN. Hanc ob causam homo factus est unigenitus Filius Dei, et passus est, et mortem gustavit, ut mortem destrueret [21]: resurgens igitur per suam resurrectionem omnium hominum prædicat resurrectionem.

ORTH. Et quis resurrectionem Dei audiens, omnium quoque hominum similiter futuram esse resurrectionem credat? Non enim sinit ut resurrectionis sententiæ credamus naturarum dissimilitudo. 211 Ille enim Deus est, hi vero homines: inter Deum autem et homines ingens est discrimen. Hi enim sunt mortales et caduci, et feno ac flori assimilati: ille autem est omnipotens.

ERAN. At corpus habebat homo factus Deus Verbum, et per hoc similitudinem cum hominibus ostendit.

ORTH. Corporis igitur omnino est passio, et mors, et resurrectio. Et hoc aliunde demonstrans divinus * Apostolus, restitutionem vitæ omnibus pollicetur, et iis qui Salvatoris quidem resurrectionem credebant, communem vero omnium resur-

A Πᾶς δὲ σωφρονῶν οἶδεν ὡς περὶ τοῦ σώματος λέγομεν, Οὕτω δὲ λέγειν σύνηθες τῇ θείᾳ Γραφῇ· « Ἀπέθανε γάρ, φησίν, Ἀαρών, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν Ὢρ τῷ ὄρει· » καί· « Ἀπέθανε Σαμουήλ, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν Ἀρμαθέμ (59)· καὶ μυρία τοιαῦτα. » Τοῦτο τὸ ἔθος τετήρηκεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, τοῦ Δεσποτικοῦ μνημονεύσας θανάτου. « Παρέδωκα γάρ, φησίν, ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς Γραφάς καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφάς, » καὶ τὰ ἑξῆς.

ΕΡΑΝ. Ἐν οἷς ἀνέγνως ἀρτίως, οὐ σώματος ἐμνημόνευσεν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Κατὰ σαυτοῦ τοίνυν τὴν μαρτυρίαν παρήγαγες, καὶ σαυτὸν τοῖς σοῖς ἔβαλες βέλεσιν.

B ΟΡΘ. Ἐπελήσθης, ὡς ἔοικεν, ὅτι τάχιστα τῶν μακρῶν ἐκείνων ὧν διεξῆλθον λόγων, δεικνὺς ὅτι πολλάκις τοῖς τῶν προσώπων ὀνόμασι καὶ τὸ σῶμα προσαγορεύουσι. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ νῦν δέδρακεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ τοῦτο αὐτόθεν ῥᾴδιον διαγνῶναι. Σκοπήσωμεν δὲ ὡδί. Οὗ δὴ χάριν ταῦτα γέγραφε Κορινθίοις ὁ θεσπέσιος οὗτος ἀνήρ;

ΕΡΑΝ. Τινὲς αὐτοὺς ἐξηπάτησαν, ὡς οὐκ ἔστι σωμάτων ἀνάστασις. Τοῦτο τοίνυν μαθὼν ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, τοὺς περὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως αὐτοῖς προσενήνοχε λόγους.

ΟΡΘ. Καὶ τί δήποτε, δεῖξαι βουλόμενος τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, τὴν Δεσποτικὴν ἀνάστασιν εἰς μέσον παρήγαγεν;

C ΕΡΑΝ. Ὡς ἱκανὴν δηλῶσαι τὴν πάντων ἡμῶν ἀνάστασιν.

ΟΡΘ. Τί γὰρ ἐοικὸς ἔχει τῷ (60) θανάτῳ τῶν ἄλλων, ἵνα τῇ ἀναστάσει τεκμηριώσῃ τὴν πάντων ἀνάστασιν;

ΕΡΑΝ. Τούτου χάριν ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ πέπονθε, καὶ θανάτου πεῖραν ἔλαβεν, ἵνα καταλύσῃ τὸν θάνατον. Ἀναστὰς τοιγαροῦν, διὰ τῆς οἰκείας ἀναστάσεως κηρύττει τὴν πάντων ἀνθρώπων ἀνάστασιν.

ΟΡΘ. Καὶ τίς ἂν πιστεύσειεν, ἀνάστασιν ἀκούων Θεοῦ, ταύτῃ παραπλησίως καὶ τὴν πάντων ἀνθρώπων ἀνάστασιν ἔσεσθαι; Οὐκ ἐᾷ γὰρ πιστεύειν τῷ λόγῳ τῆς ἀναστάσεως τῶν φύσεων τὸ ἀνόμοιον. Ὁ μὲν γὰρ Θεός, οἱ δέ, ἄνθρωποι· πλεῖστον δὲ ὅσον Θεοῦ D καὶ ἀνθρώπων τὸ μέσον· οἱ μὲν γὰρ θνητοί, καὶ ἐπίκηροι, καὶ χόρτῳ καὶ ἄνθει ἀπεικασμένοι· ὁ δὲ παντοδύναμος.

ΕΡΑΝ. Ἀλλὰ σῶμα εἶχεν ἐνανθρωπήσας ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ διὰ τούτου τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἔδειξεν ὁμοιότητα.

ΟΡΘ. Τοῦ σώματος οὖν ἄρα ὅλως, τό τε πάθος, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἡ ἀνάστασις, καὶ τοῦτο δεικνὺς ἑτέρωθεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὑπισχνεῖται πᾶσι τὴν ἀναβίωσιν, καὶ τοῖς τῇ μὲν τοῦ Σωτῆρος ἀναστάσει πιστεύουσι, τὴν δὲ κοινὴν πάντων ἀνάστασιν μῦθον

[18] Num. xx, 28. [19] I Reg. xxv, 1, juxta LXX. [20] I Cor. xv, 3, 4. [21] Hebr. ii, 9-14.

(59) Ἀρμ. Alii, Ῥαμᾶ

(60) Τῷ. Ex edit. Rom. et Lips. suppletum

Digitized by Google

ὑπολαμβάνουσι, κέκραγε λέγων· « Εἰ δὲ Χριστὸς A κηρύσσεται ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσί τινες ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; Εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται· εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίστις ὑμῶν, ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. » Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ γεγενημένου, τὸ ἐσόμενον βεβαιοῖ· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀπιστουμένου, ἐκβάλλει τὸ πιστευόμενον. Εἰ γὰρ ἐκεῖνο, φησὶν, ὑμῖν ἀδύνατον καταφαίνεται, καὶ τοῦτο δήπου ψευδές. Εἰ δὲ τοῦτό γε ἀληθὲς καὶ πιστὸν εἶναι δοκεῖ, κἀκεῖνο ὡσαύτως δοκείτω εἶναι πιστόν. Σώματος γὰρ ἀνάστασις κἀνταῦθα κηρύττεται, καὶ ἀπαρχὴ τοῦτό γε ἐκείνων προσαγορεύεται. Τοῦτο γὰρ μετὰ τοὺς πάλαι πολλοὺς συλλογισμοὺς ἀποφαντικῶς εἴρηκεν. « Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο. B Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Καὶ οὐ μόνον τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐβεβαίωσε λόγον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον ἀπεκάλυψε. Ταύτῃ τοι καὶ ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν προσηγόρευσεν, ἵνα δείξῃ τὴν θεραπείαν τῇ νόσῳ κατάλληλον.

ΕΡΑΝ. Ἄνθρωπος οὖν μόνον ἐστὶν ὁ Χριστός;

ΟΡΘ. Ἄπαγε· τοὐναντίον γὰρ πολλάκις εἰρήκαμεν, ὡς οὐ μόνον ἄνθρωπός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ Θεὸς προαιώνιος. Πέπονθε δὲ ὡς ἄνθρωπος, οὐχ ὡς Θεός. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, C εἰρηκώς· « Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. » Καὶ Θεσσαλονικεῦσι δὲ γράφων, ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως βεβαιοῖ τὸν περὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως λόγον. « Εἰ γὰρ πιστεύομεν, φησὶν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτως ὁ Θεὸς καὶ τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει (61) σὺν αὐτῷ. »

ΕΡΑΝ. Ἔδειξε μὲν ὁ Ἀπόστολος τὴν κοινὴν ἀνάστασιν διὰ τῆς Δεσποτικῆς ἀναστάσεως. Καὶ δῆλον, ὡς σῶμα ἦν κἀνταῦθα τὸ τεθνεός τε καὶ ἀναστάν. Οὐ γὰρ ἂν ἐπειράθη διὰ τούτου γε δεῖξαι τὴν πάντων ἀνάστασιν, εἰ (62) μὴ τὰ πρὸς ἐκεῖνα εἶναι κατ' οὐσίαν συγγένειαν. Οὐ μὴν ἀνέξομαι τῇ ἀνθρωπείᾳ γε φύσει μόνῃ προσάψαι τὸ πάθος· ἀλλ' ἀκόλουθον εἶναί μοι δοκεῖ τὸ λέγειν τὸν Θεὸν Λόγον τεθνηκέναι D σαρκί.

ΟΡΘ. Πολλάκις ἐδείξαμεν, ὡς τὸ φύσει ἀθάνατον κατ' οὐδένα γε τρόπον ἀποθανεῖν δύναται. Εἰ τοίνυν τέθνηκεν, οὐκ ἄρα ἀθάνατος. Ἥλικοι δὲ τῇ βλασφημίᾳ τῶν λόγων οἱ κίνδυνοι;

ΕΡΑΝ. Φύσει μὲν ἔστιν ἀθάνατος, ἐνανθρωπήσας δὲ πέπονθεν.

ΟΡΘ. Τοιγαροῦν τροπὴν ὑπέμεινε. Πῶς γὰρ ἄλλως ἀθάνατος ὢν ἐδέξατο θάνατον; Ἀλλὰ μὴν συνωμολογήσαμεν ἄτρεπτον εἶναι τὴν τῆς Τριάδος οὐσίαν·

A rectionem fabulam existimabant, clare dixit: « Si autem Christus prædicatur quod resurrexerit a mortuis, quomodo quidam vestrum dicunt, quod resurrectio mortuorum non sit? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est et fides vestra: adhuc enim estis in peccatis vestris [22]. » Et quidem ex eo quod factum est confirmationem sumit de futuro: ex eo autem quod non creditur, rejicit id quod creditur. Nam si vobis, inquit, impossibile illud apparet, et hoc utique falsum erit. Sin autem hoc verum est, et credibile esse videtur, et illud similiter credibile videatur. Corporis enim resurrectio hic quoque prædicatur, et primitiæ hoc illorum appellatur. Hoc enim post B multas antecedentes ratiocinationes affirmative dixit: « Nunc autem Christus surrexit a mortuis, primitiæ dormientium. Quoniam enim per hominem mors, ideo et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adamo omnes moriuntur, ita et in **212** Christo omnes vivificabuntur [23]. » Et non solum de resurrectione sententiam confirmavit, sed dispensationis etiam mysterium revelavit. Ea ratione hominem etiam Christum appellavit, ut congruentem morbo medicinam ostenderet.

ERAN. Homo ergo tantum est Christus?

ORTH. Absit! Contrarium enim sæpe diximus, quod non solum homo sit, sed etiam Deus æternus. Passus est autem ut homo, non ut Deus. Et hoc nos C perspicue docuit divinus Apostolus dicens: « Quia per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. » Et ad Thessalonicenses scribens, ex Salvatoris nostri resurrectione communis resurrectionis sententiam confirmat. « Si enim credimus, inquit, quod Jesus mortuus sit, et resurrexerit, eodem modo Deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cum eo [24-25]. »

ERAN. Demonstravit quidem Apostolus communem resurrectionem per Dominicam resurrectionem. Et clarum est, quod hic quoque corpus sit quod mortuum est, et resurrexit. Non enim conatus esset per hoc omnium resurrectionem demonstrare, nisi inter illa esset substantiæ cognatio. * Sed non per-D mittam ut soli humanæ naturæ passio tribuatur, cum mihi consentaneum esse videatur dicere Deum Verbum carne mortuum esse.

ORTH. Sæpe ostendimus id quod natura est immortale mori nullo modo posse. Itaque si **213** mortuus est, non est utique immortalis. Quanta autem insunt verbis blasphemis pericula?

ERAN. Natura quidem immortalis est, homo autem factus passus est.

ORTH. Mutationem ergo sustinuit. Qua enim alia ratione qui immortalis est mortem excepit? At confessi sumus immutabilem esse Trinitatis sub-

[22] I Cor. xv, 12, 13-17. [23] Ibid. 21, 22. [24-25] I Thess. iv, 14.

(61) ἄξει. Edit. prior habebat ἕξει.

(62) εἰ κ. τ. λ. Ita quoque edit. Rom. et Lips. Sed legendum esse videtur, εἰ μὴ τῶν πρὸς ἐκεῖνα εἴη κατ' οὐσίαν συγγένεια, vel εἰ μὴ τὰ πρὸς ἐκεῖ ἔχει κατ' οὐσίαν συγγένειαν.

Digitized by Google

stantiam. Mortem ergo non subiit, ut qui naturam habeat mutatione superiorem.

ERAN. Divinus Petrus dixit: « Christo igitur pro nobis passo in carne [26]. »

ORTH. Cum hoc nostra etiam consentit oratio: ex divina enim Scriptura dogmatum regulam didicimus.

ERAN. Cur igitur non dicitis Deum Verbum carne esse passum?

ORTH. Quia in divina Scriptura hanc vocem non invenimus.

ERAN. Et tamen magni Petri similem locutionem modo protuli.

ORTH. Ignoras, ut apparet, nominum differentiam.

ERAN. Qualium nominum? an tibi non videtur Deus Verbum esse Christus Dominus?

ORTH. Christi nomen in Domino et Salvatore nostro Verbum hominem factum significat: Emmanuel *Nobiscum Deus* [27], Deum et hominem: Deus autem Verbum, si sic enuntietur, simplicem naturam, mundo anteriorem, tempore superiorem, incorpoream designat. Quam ob causam sanctus Spiritus, qui per sanctos apostolos **214** locutus est, nusquam passionem aut mortem huic vocabulo attribuit.

ERAN. Si Christo passionem attribuit, et Deus Verbum assumpta humana natura Christus nominatus est, nihil absurdi, opinor, facit, qui Deum Verbum carne passum esse dicit

ORTH. Audacissimus et valde temerarius est hic conatus. Disputationem autem sic instituemus. Deum Verbum ex Patre et Deo esse sacra dicit Scriptura.

ERAN. Vera dicis.

ORTH. Et Spiritum sanctum similiter ex Deo esse docet.

ERAN. In confesso est.

ORTH. At Deum quidem Verbum Filium nominat unigenitum.

ERAN. Sic nominat.

ORTH. Spiritum autem sanctum nusquam sic appellavit.

ERAN. Nusquam.

ORTH. Et tamen is quoque ex Patre et Deo suam habet substantiam.

ERAN. Verum est.

ORTH. Quoniam igitur confitemur ex Deo et Patre esse et Filium et Spiritum sanctum, auderesne unquam Spiritum sanctum appellare Filium?

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Quam ob rem?

ERAN. Quia in sacra Scriptura hoc nomen non invenio.

ORTH. An vero genitum?

[26] I Petr. IV, 1. [27] Matth. I, 23.

(63) τὸ — Θεός. Ed. Rom. et Lips. τὸν — Θεόν.

A ἥκιστα οὖν ἄρα θανάτου μετέλαχε, φύσιν ἔχων ὑπερτέραν τροπῆς.

ΕΡΑΝ. Ὁ θεῖος εἴρηκε Πέτρος « Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί. »

ΟΡΘ. Τούτῳ γε καὶ ὁ ἡμέτερος συμφωνεῖ λόγος· ἐκ γὰρ τῆς θείας Γραφῆς μεμαθήκαμεν τὸν τῶν δογμάτων κανόνα.

ΕΡΑΝ. Πῶς τοίνυν οὔ φατε τὸν Θεὸν Λόγον πεπονθέναι σαρκί;

ΟΡΘ. Ὅτι παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ ταύτην οὐχ εὑρήκαμεν τὴν φωνήν.

ΕΡΑΝ. Καὶ μὴν τοῦ μεγάλου Πέτρου χρῆσιν τοιαύτην ἀρτίως παρήγαγον.

ΟΡΘ. Ἀγνοεῖς, ὡς ἔοικε, τὴν τῶν ὀνομάτων διαφοράν.

B ΕΡΑΝ. Ποίων ὀνομάτων; οὐ δοκεῖ σοι Θεὸς εἶναι Λόγος ὁ Δεσπότης Χριστός;

ΟΡΘ. Τὸ Χριστὸς ὄνομα ἐπὶ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον δηλοῖ· τὸ Ἐμμανουὴλ τὸ (63) *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*, τὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον· τὸ δέ γε Θεὸς Λόγος, οὑτωσὶ λεγόμενον, τὴν ἁπλῆν φύσιν, τὴν προκόσμιον, τὴν ὑπέρχρονον, τὴν ἀσώματον σημαίνει. Οὗ δὴ χάριν, τὸ πανάγιον Πνεῦμα, τὸ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων φθεγξάμενον, οὐδαμοῦ πάθος ἢ θάνατον τῇδε τῇ προσηγορίᾳ προσήρμοσεν.

ΕΡΑΝ. Εἰ τῷ Χριστῷ προσάπτει τὸ πάθος, ὁ δὲ Θεὸς Λόγος ἐνανθρωπήσας ὠνομάσθη Χριστὸς, οὐδὲν ἄτοπον, οἶμαι, δρᾷ, ὁ τὸν Θεὸν Λόγον λέγων πεπονθέναι σαρκί.

C ΟΡΘ. Πάντολμον μὲν οὖν, καὶ μάλιστα θρασὺ τὸ ἐγχείρημα. Ἐξετάσωμεν δὲ ὧδέ πῃ τὸν λόγον. Τὸν Θεὸν Λόγον ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς εἶναι ἡ θεία λέγει Γραφή.

ΕΡΑΝ. Ἀληθῆ λέγεις

ΟΡΘ. Καὶ μέντοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡσαύτως ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι διδάσκει.

ΕΡΑΝ. Ὡμολόγηται.

ΟΡΘ. Ἀλλὰ τὸν Θεὸν (64) Λόγον Υἱὸν ὀνομάζει μονογενῆ.

ΕΡΑΝ. Οὕτως ὀνομάζει.

ΟΡΘ. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδαμοῦ προσηγόρευσεν.

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

D ΟΡΘ. Καίτοι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ καὶ τοῦτο ἔχει τὴν ὕπαρξιν.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Ἐπειδὴ τοίνυν συνομολογοῦμεν, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἶναι, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα, τολμήσαις ἄν ποτε Υἱὸν ὀνομάσαι τὸ πανάγιον Πνεῦμα;

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Διατί;

ΕΡΑΝ. Ἐπειδήπερ οὐχ εὑρίσκω τόδε τὸ ὄνομα παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ.

ΟΡΘ. Ἀλλὰ γεγεννημένον;

(64) Θεόν. Edit. Rom. et Lips. præmittunt μέν

Digitized by Google

A ΕΡΑΝ. Οὐδὲ τοῦτο.

ΟΡΘ. Οὗ δὴ χάριν;

ΕΡΑΝ. Οὐκ ἐδιδάχθην οὐδὲ τοῦτο παρὰ τῆς θείας Γραφῆς.

ΟΡΘ. Τὸ δὲ μὴ γεγεννημένον, μήτ' αὖ ἐκτισμένον, ποίας ἂν εἰκότως τύχοι προσηγορίας;

ΕΡΑΝ. Ἄκτιστον αὐτὸ καὶ ἀγέννητον ὀνομάζομεν.

ΟΡΘ. Τὸ δὲ πανάγιον Πνεῦμα, οὔτε ἐκτίσθαι, οὔτ' αὖ γεγεννῆσθαί φαμεν.

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Καλέσαι οὖν ἀγέννητον θαρσήσαις ἂν τὸ πανάγιον Πνεῦμα;

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

B ΟΡΘ. Καὶ τί δήποτε μὴ καλεῖς ἀγέννητον τὸ φύσει μὲν ἄκτιστον, μηδαμῶς δὲ γεγεννημένον;

ΕΡΑΝ. Ὅτι τοῦτο οὐ μεμάθηκα παρὰ τῆς θείας Γραφῆς, καὶ σφόδρα δειμαίνω λέγειν τὰ παρ' ἐκείνης σεσιγημένα.

ΟΡΘ. Ταύτην δὴ οὖν ἡμῖν, ὦ ἀγαθὲ, τὴν εὐλάβειαν καὶ ἐπὶ τοῦ σωτηρίου διατήρησον πάθους· καὶ ὅσα τῶν θείων ὀνομάτων ἀφῆκεν ἡ Γραφὴ τοῦ πάθους ἐλεύθερα, ἄφες καὶ σὺ, καὶ μὴ προσάψῃς τούτοις τὸ πάθος.

ΕΡΑΝ. Καὶ τίνα ταῦτά ἐστιν;

ΟΡΘ. Οὐδαμοῦ τῇ Θεὸς προσηγορίᾳ τὸ πάθος συνέζευξεν.

ΕΡΑΝ. Οὐδὲ ἐγὼ τὸν Θεὸν Λόγον δίχα σώματος λέγω παθεῖν, ἀλλὰ σαρκὶ πεπονθέναι φημί.

C ΟΡΘ. Τρόπον οὖν πάθους, οὐκ ἀπάθειαν λέγεις· τοῦτο δέ γε οὐδὲ ψυχῆς πέρι ἀνθρωπείας φαίη τις ἄν. Τίς γὰρ εἴποι ἂν, μὴ κομιδῇ παραπαίων, ὅτι σαρκὶ τέθνηκεν ἡ Παύλου ψυχή; οὐδὲ γὰρ περὶ παμπονήρου τινὸς τοῦτό γε ἂν ῥηθείη ποτέ· ἀθάνατοι γὰρ καὶ τῶν πονηρῶν αἱ ψυχαί. Ἀλλὰ τὸν δεῖνα μὲν τὸν ἀνδροφόνον ἀνῃρῆσθαί φαμεν, τὴν τούτου δέ γε ψυχὴν οὐκ ἄν τις εἴποι κατεσφάχθαι σαρκί. Εἰ δὲ τὰς τῶν ἀνδροφόνων καὶ τυμβωρύχων ψυχὰς ἐλευθέρας εἶναι θανάτου φαμὲν, πολλῷ δήπου δικαιότερον ἀθάνατον εἰδέναι τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ψυχὴν, ἅτε δὴ καὶ ἁμαρτίας ἥκιστα γεγευμένην. Εἰ γὰρ αἱ τὰ μέγιστα πλημμελήσασαι τοῦ θανάτου τὴν πεῖραν διὰ τὴν φύσιν διέφυγον, πῶς ἂν ἐκείνη, καὶ φύσιν ἀθάνατον ἔχουσα, καὶ μηδὲ σμικρᾶς ἁμαρτίας
D δεξαμένη κηλῖδα, ἐδέξατο ἂν τοῦ θανάτου τὸ (65) κέντρον;

ΕΡΑΝ. Μάτην ἡμῖν τοὺς μακροὺς τούτους προσήνοχας λόγους. Ὁμολογοῦμεν γὰρ ἀθάνατον εἶναι τὴν τοῦ Σωτῆρος ψυχήν.

ΟΡΘ. Καὶ ποίας οὐκ ἂν εἴητε ἄξιοι τιμωρίας, τὴν μὲν ψυχὴν, ἣ κτιστὴν ἔχει τὴν φύσιν, ἀθάνατον λέγοντες, θνητὴν δὲ τῷ Λόγῳ τὴν θείαν οὐσίαν κατασκευάζοντες; Καὶ τὴν μὲν τοῦ Σωτῆρος ψυχὴν οὐ λέγοντες γεύσασθαι θανάτου σαρκὶ, αὐτὸν δὲ τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν τῶν ἁπάντων δημιουργὸν, τοῦτον λέγειν τολμῶντες πεπονθέναι τὸ πάθος;

(65) τό. Ex edit. Rom. et Lips. insertum.

ERAN. Ne hoc quidem.

ORTH. Quid ita?

ERAN. Neque hoc e sacra Scriptura didici.

**215** ORTH. Quod autem nec genitum est, nec creatum, quam congruenter appellationem accipiet?

ERAN. Increatum illud et ingenitum appellamus.

ORTH. Spiritum porro sanctum nec creatum nec genitum esse dicimus.

ERAN. Nullo modo.

ORTH. Audebis igitur Spiritum sanctum ingenitum appellare?

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Et cur ingenitum non vocas eum, qui et natura est increatus et nullo modo genitus?

ERAN. Quia hoc e sacra Scriptura non didici, et valde reformido ea dicere, quæ ab illa silentio sunt præterita.

ORTH. Hanc ergo nobis, o bone, in salutari etiam passione religionem conserva, et quæcunque divina nomina sine passione sacra Scriptura dimisit, tu quoque dimitte, neque his passionem attribue.

ERAN. Quæ autem sunt illa?

ORTH. Nusquam Dei vocabulo passionem adjunxit.

ERAN. Nec ego Deum Verbum dico sine corpore passum esse, sed carne passum esse aio.

ORTH. Modum igitur passionis, non impatibilitatem dicis. Hoc vero nec de anima humana dixerit quispiam. Quis enim, nisi plane delirus, dicet quod carne mortua sit Pauli anima? hoc enim nec de scelestissimo quoquam diceretur. Immortales enim sunt etiam improborum animæ. Sed illum quidem homicidam de medio sublatum dicimus, ejus vero animam carne jugulatam fuisse nemo **216** dixerit. Quod si homicidarum, et eorum qui sepulcra effodiunt, animas a morte liberas esse pronuntiamus, multo sane justius est, immortalem agnoscere Salvatoris nostri animam, quæ peccato minime infecta est. Si enim quæ gravissime peccarunt, mortem tamen propter naturam evaserunt, quomodo illa, quæ et immortalem habet naturam, et nulla peccati labe aspersa est, peccati hamum exceperit?

ERAN. Frustra nobis longos istos sermones inculcas. Fatemur enim immortalem esse Salvatoris animam.

ORTH. Qua igitur pœna digni estis, qui animam quidem, cujus natura creata est, immortalem esse dicitis, mortalem vero divinam substantiam Verbo adstruitis? Et Salvatoris quidem animam mortem carne gustasse non dicitis, ipsum autem Deum Verbum, omnium conditorem, mortem passum dicere audetis?

**ERAN.** Impatibiliter ipsum passum esse dicimus.

**ORTH.** Et quis compos mentis ridiculas istas verborum ambages ferat? Impatibilem enim passionem nemo unquam audivit, nec mortem immortalem. Quod enim est impatibile, passum non est, et quod passum est, impatibile non manet. Nos vero divinum Paulum clamantem audimus: « Qui solus habet immortalitatem, et in luce habitat inaccessibili [28]. »

**ERAN.** Cur ergo et invisibiles potestates, et hominum animas, et ipsos etiam dæmonas dicimus immortales?

**217** **ORTH.** Dicimus. Sed proprie immortalis est Deus. Essentia enim est immortalis, non participatione: nec enim alii acceptum fert immortalitatem. Angelis vero et aliis, quorum modo meministi, ipse immortalitatem largitus est. Si ergo immortalem ipsum divinus Paulus vocat, et solum habere dicit immortalitatem, quomodo ei mortis passionem tribuitis?

**ERAN.** Post incarnationem gustasse illum mortem dicimus.

**ORTH.** At immutabilem illum esse confessi sæpe sumus. Si vero, cum antea immortalis esset, per carnem postea mortem subiit, præeunte mutatione mortem obiit, vitaque destitutus est tribus diebus et totidem noctibus, quid autem talia dicenti deest ad summam impietatem? Existimo enim, ne iis quidem, qui adversus impietatem decertant, hæc lingua proferre tutum esse.

**ERAN.** Desine impietatem nobis objicere. Non enim nos divinam naturam passam esse dicimus, sed humanam: divinam vero una cum corpore passam esse.

**ORTH.** Una passam esse quo sensu dicis? quod clavis corpori infixis natura divina doloris sensum habuerit?

**ERAN.** Omnino.

**ORTH.** Et nunc, et in superioribus disputationibus ostendimus, ne animam quidem participem esse omnium quæ ad corpus pertinent: sed corpus, vitalem facultatem accipiens, passionum sensum habere per animam. Quod si etiam concedamus, animam una cum corpore pati, nihilominus impatibilem **218** esse divinam naturam inveniemus. Non enim loco animæ corpori copulata est. Anne confiteris ipsum animam assumpsisse?

**ERAN.** Sæpe confessus sum.

**ORTH.** Et animam rationalem?

**ERAN.** Omnino.

**ORTH.** Si ergo cum corpore assumpsit animam, concessimus autem cum corpore pati animam, anima utique simul passa est, non divinit... cum corpore: compassa est, dolores, ut verisimile est, per corpus suscipiens. Sed cum corpore pati animam dixerit fortasse quispi..., una autem mori,

A **ΕΡΑΝ.** Ἀπαθῶς αὐτὸν πεπονθέναι φαμέν.

**ΟΡΘ.** Καὶ τίς σωφρονῶν τῶν καταγελάστων τούτων ἀνάσχοιτ' ἂν γρίφων; ἀπαθὲς γὰρ πάθος οὐδεὶς ἀκήκοέ ποτε, οὐδὲ ἀθάνατον θάνατον. Τὸ γὰρ ἀπαθὲς οὐ πέπονθε, καὶ τὸ πεπονθὸς οὐκ ἀπαθὲς μείνοι ἄν. Ἡμεῖς δὲ ἀκούομεν τοῦ θείου Παύλου βοῶντος· « Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον. »

**ΕΡΑΝ.** Τί οὖν φαμεν καὶ τὰς ἀοράτους δυνάμεις, καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, καὶ αὐτούς γε τοὺς δαίμονας ἀθανάτους;

**ΟΡΘ.** Φαμέν· ἀλλὰ κυρίως ἀθάνατος ὁ Θεός· οὐσίᾳ γὰρ ἀθάνατος, οὐ μετουσίᾳ· οὐ γὰρ παρ' ἑτέρου τὴν ἀθανασίαν ἔχει λαβών. Τοῖς δὲ ἀγγέλοις, καὶ B τοῖς ἄλλοις, ὧν ἀρτίως ἐμνήσθης, αὐτὸς τὴν ἀθανασίαν δεδώρηται. Εἰ τοίνυν ἀθάνατον αὐτὸν ὁ θεσπέσιος ὀνομάζει Παῦλος, καὶ μόνον τὴν ἀθανασίαν ἔχειν φησὶν, πῶς αὐτῷ τὸ τοῦ θανάτου προσαρμόζετε πάθος;

**ΕΡΑΝ.** Μετὰ τὴν σάρκωσιν αὐτὸν γεύσασθαι θανάτου φαμέν.

**ΟΡΘ.** Ἀλλ' ἄτρεπτον αὐτὸν πολλάκις ὡμολογήσαμεν. Εἰ δὲ ἀθάνατος πρότερον ὢν, ὕστερον διὰ σαρκὸς ὑπέμεινε θάνατον, τροπῆς ἡγησαμένης ὑπέμεινε θάνατον, ἐξέλιπε δὲ αὐτοῦ καὶ ἡ ζωὴ τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἰσαρίθμους νύκτας, καὶ ποίαν τὸ ταῦτα λέγειν ἀσεβείας ὑπερβολὴν καταλείπει; Οἶμαι γὰρ οὐδὲ τοῖς κατὰ τῆς ἀσεβείας (66) ἀγωνιζομένοις τὸ C ταῦτα διὰ τῆς γλώττης προσφέρειν ἀκίνδυνον.

**ΕΡΑΝ.** Παῦσαι δυσσεβείας ἡμᾶς γραφόμενος. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς τὴν θείαν φύσιν πεπονθέναι φαμὲν, ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπείαν· τὴν θείαν δέ γε συμπεπονθέναι τῷ σώματι.

**ΟΡΘ.** Τὸ συμπεπονθέναι πῶς λέγεις; ὡς τῶν ἥλων ἐμπηγνυμένων τῷ σώματι τὴν θείαν φύσιν τῆς ἀλγηδόνος τὴν αἴσθησιν δέξασθαι;

**ΕΡΑΝ.** Ναιχί.

**ΟΡΘ.** Καὶ νῦν, καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐξετασμένοις ἐδείξαμεν, οὐδὲ τὴν ψυχὴν πάντων μεταλαγχάνουσαν τῶν τοῦ σώματος· ἀλλὰ τὸ σῶμα, τὴν ζωτικὴν δύναμιν δεχόμενον, διὰ τῆς ψυχῆς τὴν αἴσθησιν ἔχειν τῶν παθημάτων. Εἰ δὲ καὶ συγχωρήσαιμεν τὴν ψυχὴν τῷ σώματι συναλγεῖν, οὐδὲν ἧττον ἀπαθῆ τὴν D θείαν φύσιν εὑρήσομεν. Οὐ γὰρ ἀντὶ ψυχῆς συνήφθη τῷ σώματι. Ἢ οὐ συνομολογεῖς αὐτὸν ἀνειληφέναι ψυχήν;

**ΕΡΑΝ.** Πολλάκις συνωμολόγησα.

**ΟΡΘ.** Καὶ τὴν λογικὴν ψυχήν;

**ΕΡΑΝ.** Πάνυγε.

**ΟΡΘ.** Εἰ τοίνυν μετὰ τοῦ σώματος ἀνείληφε τὴν ψυχὴν, συνεχωρήσαμεν δὲ συμπάσχειν τῷ σώματι τὴν ψυχὴν, ἡ ψυχὴ ἄρα συνέπαθεν, οὐχ ἡ θεότης τῷ σώματι· συνέπαθε, τὰς ὀδύνας ὡς εἰκὸς δεξαμένη διὰ τοῦ σώματος. Ἀλλὰ συμπάσχειν μὲν ἴσως τῷ σώματι φαίη τις ἂν τὴν ψυχὴν, συναποθνήσκειν δὲ

[28] I Tim. vi, 16

(66) ἀσεβ. Edit. Rom. δυσσεβείας.

Digitized by Google

A οὐδαμῶς· ἀθάνατον γὰρ ἔλαχε φύσιν. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Κύριός ἔφη· « Μὴ φοβῆσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. » Εἰ τοίνυν οὐδὲ τὴν ψυχὴν τοῦ Σωτῆρός φαμεν τῷ σώματι κοινωνῆσαι θανάτου, πῶς ἄν τις τὴν παρ' ὑμῶν τολμωμένην δέξαιτο βλασφημίαν, ἢ τὴν θείαν φύσιν μεταλαχεῖν θανάτου λέγειν τολμᾷ; καὶ ταῦτα τοῦ Κυρίου νῦν μὲν τὸ (67) σῶμα προσφερόμενον, νῦν δὲ τὴν ψυχὴν ταραττομένην ἐπιδεικνύντος.

ΕΡΑΝ. Καὶ ποῦ τὸ σῶμα προσφερόμενον ὁ Κύριος ἔδειξεν; Ἢ πάλιν ἡμῖν τὴν πολυθρύλλητον ὑμῶν προσοίσετε μαρτυρίαν· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν; » καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν ἡμῖν βρενθυόμενοι παρέξετε λέγοντα· « Αὐτὸς δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ, καὶ B ὅτε ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, ἔγνωσαν (68) οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι τοῦτο εἶπεν ὁ Ἰησοῦς (69), καὶ ἐπίστευσαν τῇ Γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ, ᾧ εἶπεν ὁ Κύριος (70). »

ΟΡΘ. Εἰ λίαν οὕτω ταῖς θείαις φωναῖς ἀπεχθάνεσθε, αἳ τὸ μέγα κηρύττουσι τῆς οἰκονομίας μυστήριον, τί δήποτε μὴ Μαρκίωνι, καὶ Βαλεντίνῳ, καὶ Μάνητι παραπλησίως, τὰς τοιάσδε φωνὰς ἐξαλείφετε; καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ταὐτὸ τοῦτο δεδράκασιν. Εἰ δὲ θρασὺ τοῦτο δοκεῖ, καὶ ἀνόσιον, μὴ κωμῳδῆτε τοῦ Δεσπότου τὰ ῥήματα, ἀλλὰ τοῖς ἀποστόλοις ἀκολουθεῖτε πιστεύσασι μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ὡς ἡ θεότης ἀνέστησεν ὃν ἔλυσαν οἱ Ἰουδαῖοι ναόν.

ΕΡΑΝ. Εἰ μαρτυρίαν ἔχεις στεῤῥὰν, παῦσαι λοιδορούμενος, καὶ πλήρωσον τὴν ὑπόσχεσιν. C

ΟΡΘ. Μέμνησαι πάντως τῶν εὐαγγελικῶν λογίων ἐκείνων, ἐν οἷς τοῦ μάννα καὶ τῆς ἀληθινῆς τροφῆς ὁ Κύριος ἐποιήσατο σύγκρισιν.

ΕΡΑΝ. Μέμνημαι.

ΟΡΘ. Ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, περὶ τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς πολλοὺς λόγους διεξελθὼν, ἐπήγαγε καὶ ταῦτα· « Ὁ δὲ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. » Καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἐν τοῖς λόγοις, καὶ τὴν τῆς θεότητος φιλοτιμίαν, καὶ τὴν δωρεὰν τῆς σαρκός.

ΕΡΑΝ. Οὐκ ἀπόχρη μαρτυρία μία λῦσαι τὴν ἀμφισβήτησιν.

ΟΡΘ. Ὁ Αἰθίοψ εὐνοῦχος οὐ πολλὰς ἀνέγνω Γραφὰς, ἀλλὰ μίαν εὑρὼν προφητικὴν μαρτυρίαν, δι' ἐκείνης ἐποδηγήθη πρὸς σωτηρίαν. Ὑμᾶς δὲ οὐχ D ἱκανοὶ πεῖσαι πάντες ἀπόστολοι καὶ προφῆται, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους τῆς ἀληθείας γενόμενοι κήρυκες. Ἀλλ' ὅμως σοι καὶ ἑτέρας περὶ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος μαρτυρίας προσοίσω. Οἶσθά γε τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας τὸ χωρίον ἐκεῖνό γε, ἔνθα τὸ Πάσχα φαγὼν μετὰ τῶν μαθητῶν, ἔδειξεν μὲν τοῦ τυπικοῦ προβάτου τὸ τέλος, ἐδίδαξε δὲ τῆς σκιᾶς ἐκείνης ποῖον ὑπάρχει σῶμα.

ΕΡΑΝ. Οἶδα τήνδε τὴν ἱστορίαν.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἀναμνήσθητι, τί μὲν ὁ Κύριος λα-

A nullo modo. Immortalem enim naturam sortita est. Ideo et Dominus dixit: « Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam vero non possunt occidere [29]. » Si ergo nec Salvatoris animam dicimus consortium mortis habuisse cum corpore, quomodo temerariam blasphemiam vestram quis recipiat, quæ divinam naturam mortis participem fuisse affirmare audet? præsertim cum Dominus nunc corpus oblatum, nunc animam turbatam ostendat.

ERAN. Ubinam corpus oblatum ostendit Dominus? an iterum nobis tritum illud testimonium proferetis: « Solvite templum hoc, et in tribus diebus erigam illud [30]? » et evangelistam nobis superbientes obtrudetis dicentem: « Ipse autem dicebat de tem- B plo corporis sui, et quando surrexit e mortuis, cognoverunt discipuli ipsius, quod hoc dixisset Jesus, et crediderunt Scripturæ, et sermoni quem dixit Dominus [31]. »

**219** ORTH. Si tantopere vos offendunt divinæ voces, quæ magnum divinæ dispensationis mysterium prædicant, cur non Marcionis et Valentini, et Manetis exemplo ejusmodi voces deletis? Illi enim hoc fecerunt. Quod si vero audax facinus id videtur et impium, nolite Domini verba risui habere, sed apostolos sequimini, qui post resurrectionem crediderunt divinitatem excitasse templum quod Judæi destruxerant.

ERAN. Si validum habes testimonium, desine C conviciari, et imple quod pollicitus es.

ORTH. Meministi prorsus evangelicorum verborum, in quibus manna cum vero cibo Dominus comparavit.

ERAN. Memini.

ORTH. In eo loco, cum de pane vitæ disseruisset, hæc subjecit: « Panis vero quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita [32]. » In his autem verbis et divinitatis munificentiam, et carnis donationem videre licet.

ERAN. Ad solvendam quæstionem non sufficit unum testimonium.

ORTH. Æthiops eunuchus non multas legit Scripturas, sed uno invento prophetico testimo- D nio, per illud ad salutem perductus est [33]. Vobis vero ad persuadendum non sufficiunt omnes apostoli et prophetæ, et qui post illos fuerunt præcones veritatis. At vero alia etiam tibi de corpore Dominico testimonia proferam. Nosti evangelicæ historiæ locum illum, in quo Pascha edens cum discipulis, **220** typici agni finem ostendit, docuitque quodnam sit umbræ illius corpus.

ERAN. Novi hanc historiam.

ORTH. Repete igitur memoria, quid accipiens

[29] Matth. x, 28. [30] Joan. ii, 19. [31] ibid. 21, 22. [32] Joan. vi, 51. [33] Act. viii, 30 seqq.

(67) τό. Ex edit. Rom. et Lips. additum.
(68) ἔγν. Loco cit. est ἐμνήσθησαν.
(69) εἶπ. ὁ Ἰησ. Ib. ἔλεγεν αὐτοῖς.
(70) Κυρ. Ib. Ἰησοῦς.

Digitized by Google

A Dominus fregerit, et quo nomine acceptum appellarit.

ERAN. Propter eos qui initiati sunt, obscurius dicam. Cum accepisset et fregisset, ac discipulis distribuisset, dixit: « Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur [24] » seu *frangitur*, secundum Apostolum [25]. Et rursus: « Hic est sanguis meus Novi testamenti, qui pro multis effunditur [26]. »

ORTH. Divinitatis ergo non meminit, passionis typum ostendens?

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Sed corporis et sanguinis?

ERAN. Verum est.

ORTH. Corpus ergo cruci affixum est?

ERAN. Videtur.

B ORTH. Age vero, hoc etiam examinemus. Quando post resurrectionem clausis januis ad sanctos discipulos ingressus est Dominus, et timore perculsos vidit, quonam modo metum exemit, et pro metu fidem immisit?

ERAN. Dixit eis: « Videte manus meas, et pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate me, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere [27]. »

ORTH. Corpus igitur ipsis non credentibus ostendit?

ERAN. Clarum est.

**221** ORTH. Corpus ergo resurrexit?

ERAN. Videtur.

C ORTH. Quod autem resurrexit, hoc utique mortuum fuerat?

ΕΡΑΝ. Οὐ περὶ τῆς σαρκὸς, ἀλλὰ περὶ τῆς θεότητος λέγει.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ἡ θεότης ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Πῶς οὖν αὐτὸν Υἱὸν ἀνθρώπου καλεῖ; D

ΕΡΑΝ. Κοινὰ τοῦ προσώπου γέγονε τὰ τῶν φύσεων ἴδια. Ὁ γὰρ αὐτὸς διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου καὶ Υἱὸς Θεοῦ, καὶ αἰώνιος καὶ πρόσφατος, καὶ Υἱὸς Δαβὶδ καὶ Κύριος Δαβὶδ, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιάδε ὁμοίως.

ΟΡΘ. Μάλα ὀρθῶς. Εἰδέναι μέντοι κἀκεῖνο χρὴ, ὡς οὐ σύγχυσιν εἰργάσατο τῶν φύσεων ἡ κοινότης τῶν ὀνομάτων. Διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ διαγνῶναι ζητοῦμεν, πῶς μὲν Υἱὸς Θεοῦ, πῶς δὲ πάλιν ὁ αὐτὸς Υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ πῶς ὁ αὐτὸς χθὲς, σήμερον, καὶ

[48] I Cor. II, 8. [49] Joan. VI, 62. [50] Joan. III, 13.

(74) Loco cit. est θεωρῆτε.

ORTH. Ecce iterum nobis, quam ipsi accusatis, distinctionem induxisti.

ERAN. Non poterat aliter ostendi cognatio.

ORTH. Noli igitur accusare eos qui quæ talia sunt aliter explicare non possunt.

*ERAN. Alio sermonem abducis, declinare cupiens quod est in quæstione.

ORTH. Nequaquam, o bone. Nam per ea quæ explicata sunt, illud quoque solvetur atque hoc modo considera. Fratrem Domini Jacobum cum audisti, non divinitati competere, sed carni cognationem dixisti?

ERAN. Ita dixi.

ORTH. Et hic igitur, crucis passionem cum audieris, eam carni tribue.

ERAN. Apostolus Paulus [48] Dominum gloriæ crucifixum vocavit.

ORTH. Et ipse Apostolus Jacobi fratrem Dominum appellavit. Idem autem est utrobique Dominus. Si ergo recte facis cognationem tribuens carni, et passio **226** utique eidem assignanda erit. Esset enim longe absurdissimum, cognationem quidem per divisionem intelligere, passionem autem sine divisione attribuere.

ERAN. Ego assentior Apostolo, qui Dominum gloriæ crucifixum vocat.

ORTH. Et ego assentior et credo esse Dominum gloriæ. Non enim hominis alicujus communis, sed Domini gloriæ corpus ligno affixum fuit. Sciendum est autem, unionem nomina facere communia. Sic autem considera. Carnem Domini e cœlis descendisse dicis?

ERAN. Sane non.

ORTH. Sed in utero Virginis formatam esse?

ERAN. Sic dico.

ORTH. Quomodo ergo dicit Dominus: « Si videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius [49]? » et rursus: « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis qui est in cœlo [50]? »

ERAN. Non dicit de carne, sed de divinitate.

ORTH. Sed divinitas est ex Deo et Patre. Quomodo igitur eum Filium hominis vocat?

ERAN. Communia personæ evaserunt, quæ sunt propria naturarum. Idem enim propter unionem, et Filius hominis, et Filius Dei, et æternus, et temporalis, et Filius Davidis, et Dominus Davidis, et alia id genus similiter.

ORTH. Admodum recte. *Sed illud quoque sciendum est, quod nominum communio non fecerit confusionem naturarum. **227** Idcirco enim discernere quærimus, quomodo Dei Filius, quomodo rursus Filius hominis, et quomodo idem heri, hodie, et in

Digitized by Google

sæcula [66]. Et pia verborum distinctione convenire inter se contraria deprehendimus.

ERAN. Recte dixisti.

ORTH. Sicut ergo descendisse quidem e cœlis divinam naturam dicebas, eam vero Filium hominis unionis causa vocatam dixisti; sic dicere convenit, ligno quidem affixam esse carnem, confiteri autem, minime separatam ab hac fuisse divinam naturam, sive in cruce, sive in sepulcro, passionis inde nibil suscipientem: quia nec pati nec mori natura sua potest, sed immortalem et impatibilem habet substantiam. Sic et Dominum gloriæ crucifixum appellavit, impatibilis naturæ nomen attribuens patibili, quia ipsius corpus erat. Hoc vero etiam expendamus. Divinus Apostolus dixit: « Si enim cognovissent, Dominum gloriæ non crucifixissent [66]. » Crucifixerunt ergo naturam quam noverant, non quam penitus ignorabant. Si autem cognovissent quam ignorabant, non crucifixissent quam noverant. Sed quia divinam ignorabant, humanam cruci affixerunt. An illos non audivisti dicentes: « Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, quod, cum homo sis, teipsum facias Deum [67]? » Per hæc autem ostendunt, quod quam videbant naturam agnoverint, invisibilem vero prorsus ignorarint. Quod si hanc etiam agnovissent, Dominum gloriæ non crucifixissent.

**228** ERAN. Sunt hæc quidem probabilia. Sed Patrum, qui Nicææ convenerunt, fidei doctrina, Unigenitum ipsum, Deum verum, consubstantialem Patri, passum et crucifixum esse affirmat.

ORTH. Apparet te oblitum esse eorum quæ sæpe confessus es.

ERAN. Quorumnam?

ORTH. Quod post unionem uni personæ et sublimia et humilia tribuat divina Scriptura. Fortasse autem et illud ignoras, quod, cum prius dixissent celeberrimi Patres incarnatum, hominem factum, tunc subjunxerint* passum, crucifixum, et cum capacem passionis naturam prius ostendissent, tum deinde passionis mentionem adjecerint.

ERAN. Patres Filium Dei, qui est lumen de lumine, et ex Patris substantia, passum et crucifixum dixerunt.

ORTH. Sæpe dixi, quod et divina et humana una persona recipiat. Ideo et beatissimi Patres, cum docuissent quomodo in Patrem credendum sit, et ad Filii personam transiissent, non statim dixerunt, *Et in Filium Dei*, etsi valde consequens erat, ut cum de Deo et Patre dixissent, statim Filii appellationem subjicerent: sed voluerunt simul et de divinitate, et de dispensatione doctrinam nobis tradere, ne alia divinitatis, alia humanitatis persona existimaretur. Et ideo iis quæ de Patre dicta erant subjunxerunt, quomodo credendum sit etiam in Dominum

A εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ τῇ εὐσεβεῖ διακρίσει τοῦ λόγου σύμφωνα τἀναντία εὑρίσκομεν.

ΕΡΑΝ. Ὀρθῶς εἴρηκας.

ΟΡΘ. Ὥσπερ τοίνυν καταβεβηκέναι μὲν ἐκ τῶν οὐρανῶν τὴν θείαν φύσιν ἔφησθα, Υἱὸν δέ γε ἀνθρώπου κληθῆναι αὐτὴν διὰ τὴν ἕνωσιν εἴρηκας· οὕτω προσηλωθῆναι μὲν τῷ ξύλῳ τὴν σάρκα προσήκει λέγειν, ἀχώριστον δὲ ταύτης εἶναι τὴν θείαν φύσιν ὁμολογεῖν, κἂν τῷ σταυρῷ, κἂν τῷ τάφῳ, πάθος ἐκεῖθεν οὐ δεχομένην· ἐπειδὴ πάσχειν οὐ πέφυκεν, οὐδέ γε θνήσκειν, ἀλλ' ἀθάνατον ἔχει καὶ ἀπαθῆ τὴν οὐσίαν. Ταύτητοι καὶ Κύριον δόξης τὸν ἐσταυρωμένον ὠνόμασε, τὸ τῆς ἀπαθοῦς φύσεως ὄνομα τῇ παθητῇ προσνείμας, ἐπειδήπερ αὐτῆς ἐχρημάτισε σῶμα. Προσεξετάσωμεν δὲ καὶ τοῦτο. Ὁ θεῖος εἶπεν Ἀπό-
B στολος· « Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. » Ἐσταύρωσαν τοίνυν ἣν ἔγνωσαν φύσιν, οὐχ ἣν πάμπαν ἠγνόησαν. Εἰ δὲ ἔγνωσαν ἣν ἠγνόησαν, οὐκ ἂν ἐσταύρωσαν ἥνπερ ἔγνωσαν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν θείαν ἠγνόησαν, τὴν ἀνθρωπείαν ἐσταύρωσαν. Ἢ οὐκ ἀκήκοας αὐτῶν λεγόντων· « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι, ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν (75) Θεόν; » Διὰ δὲ τούτων δηλοῦσιν, ὡς ἣν μὲν ἑώρων ἐπεγίνωσκον φύσιν, τὴν δέ γε ἀόρατον παντάπασιν ἠγνόουν. Εἰ δὲ κἀκείνην ἐπέγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

ΕΡΑΝ. Ταῦτα μὲν ἀμηγέπη τὸ εἰκὸς ἔχει. Ἡ δὲ τῶν Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων διδασκα-
C λία τῆς πίστεως αὐτὸν τὸν Μονογενῆ, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, τὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, παθεῖν καὶ σταυρωθῆναί φησι.

ΟΡΘ. Τῶν πολλάκις ὁμολογηθέντων ὡς ἔοικεν ἐπιλέλησαι.

ΕΡΑΝ. Ποίων;

ΟΡΘ. Ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἑνὶ προσώπῳ καὶ τὰ ὑψηλὰ καὶ τὰ ταπεινὰ προσάπτει ἡ θεία Γραφή. Ἴσως δὲ κἀκεῖνο ἠγνόησας, ὡς εἰρηκότες πρότερον οἱ πανεύφημοι Πατέρες, σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, τότε ἐπήγαγον, παθόντα, σταυρωθέντα, καὶ τὴν δεκτικὴν τοῦ πάθους προδείξαντες φύσιν, οὕτω τὸ πάθος τοῖς λόγοις προσέθηκαν.

ΕΡΑΝ. Οἱ Πατέρες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, τὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ἔφασαν
D παθεῖν τε καὶ σταυρωθῆναι.

ΟΡΘ. Πολλάκις ἔφην, ὡς καὶ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπεια τὸ ἓν δέχεται πρόσωπον. Διάτοι τοῦτο καὶ οἱ τρισμακάριοι Πατέρες, ὅπως δεῖ πιστεύειν εἰς τὸν Πατέρα διδάξαντες, καὶ εἰς τὸ τοῦ Υἱοῦ πρόσωπον μεταβάντες, οὐκ εἶπον εὐθὺς, *Καὶ εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ*· καίτοι λίαν ἀκόλουθον ἦν, τὰ περὶ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰρηκότας, εὐθὺς καὶ τὴν τοῦ Υἱοῦ θεῖναι προσηγορίαν· ἀλλ' ἠβουλήθησαν ὁμοῦ καὶ τὸν τῆς θεολογίας, καὶ τὸν τῆς οἰκονομίας ἡμῖν παραδοῦναι λόγον, ἵνα μὴ ἄλλο μὲν τὸ τῆς θεότητος, ἄλλο δὲ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος πρόσωπον νομισθῇ. Τούτου δὴ

[65] Hebr. XIII, 8. [66] I Cor. II, 8. [67] Joan. X, 33.

(75) σεαυτ. Editio prior habebat ἑαυτόν.

Digitized by Google

χάριν, τοῖς περὶ τοῦ Πατρὸς εἰρημένοις ἐπήγαγον, A ὡς χρὴ πιστεύειν καὶ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Χριστὸς δὲ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ὁ Θεὸς Λόγος ἐκλήθη. Τοῦτο τοίνυν τὸ ὄνομα πάντα δέχεται, καὶ ὅσα τῆς θεότητος, καὶ ὅσα τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια. Ἐπιγιγνώσκομεν (76) δὲ ὅμως, τίνα μὲν ταύτης, τίνα δὲ ἐκείνης τῆς φύσεως· καὶ τοῦτο καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως καταμαθεῖν εὐπετές. Τίνι γὰρ, εἰπέ μοι, προσαρμόττεις τὸ *ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός*; τῇ θεότητι, ἢ τῇ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ διαπλασθείσῃ φύσει;

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὡς τῇ θεότητι.

ΟΡΘ. Τὸ δὲ *Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ*, τίνος ἴδιον εἶναι φῄς· τῆς θεότητος, ἢ τῆς ἀνθρωπότητος;

B

ΕΡΑΝ. Τῆς θεότητος.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος, οὐχ ἡ σάρξ, οὐδέ γε ἡ ψυχή· κτισταὶ γὰρ αὗται· ἀλλ' ἡ θεότης, ἡ τὰ πάντα τεκτηναμένη;

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Οὕτω δὴ οὖν χρὴ πάθος ἀκούοντας, καὶ σταυρὸν, ἐπιγινώσκειν τὴν φύσιν τὴν δεξαμένην τὸ πάθος, καὶ μὴ τῇ ἀπαθεῖ προσάπτειν, ἀλλ' ἐκείνῃ, ἣ τούτου γε ἕνεκα προσελήφθη. Ὅτι γὰρ καὶ οἱ ἀξιάγαστοι Πατέρες ἀπαθῆ τὴν θείαν ὡμολόγησαν φύσιν, τῇ δὲ σαρκὶ τὸ πάθος προσήρμοσαν, μαρτυρεῖ τὸ τῆς πίστεως τέλος· ἔχει δὲ οὕτως· « Τοὺς δὲ λέγοντας· Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας (77) εἶναι C τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία. » Ὅρα δὲ οὖν ὁποίαν ἠπείλησαν τιμωρίαν τοῖς τὸ πάθος τῇ θείᾳ φύσει προσάπτουσιν.

ΕΡΑΝ. Περὶ τροπῆς αὐτοῖς ὁ λόγος ἐνταῦθα, καὶ ἀλλοιώσεως.

ΟΡΘ. Τὸ δὲ πάθος τί ἕτερόν ἐστι, ἢ τροπὴ καὶ ἀλλοίωσις; Εἰ γὰρ ἀπαθὴς πρὸ τῆς σαρκώσεως ὤν, μετὰ τὴν σάρκωσιν ἔπαθε, τροπὴν δήπουθεν ὑπομείνας ἔπαθε· καὶ εἰ ἀθάνατος πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὤν, ἐγεύσατο θανάτου, κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, ἠλλοιώθη πάντως θνητὸς ἐξ ἀθανάτου γενόμενος. Ἀλλὰ τοὺς τοιούσδε λόγους, καὶ μὴν δὴ καὶ τοὺς τούτων πατέρας, τῶν ἱερῶν οἱ D πανεύφημοι Πατέρες ἐξελαύνουσι περιβόλων, καὶ ὡς σεσηπότα μέλη τοῦ ὑγιαίνοντος ἀποκόπτουσι σώματος. Οὗ δὴ χάριν σε παρακαλοῦμεν δεῖσαι τὴν τιμωρίαν, καὶ μισῆσαι τὴν βλασφημίαν. Δείξω δέ σοι καὶ ἐν ἰδίοις συγγράμμασι ταῦτα τοὺς ἁγίους Πατέρας πεφρονηκότας ἃ διεξήλθομεν· ὧν ἔνιοι μὲν τῆς θαυμασίας ἐκείνης ὁμηγύρεως ἐκοινώνησαν, τινὲς δὲ μετ' ἐκείνους ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις διέπρεψαν, τινὲς δὲ πάλαι καὶ πρόπαλαι τὴν οἰκουμένην ἐφώτισαν. Ἀλλ' οὔτε τὸ διάφορον τῶν καιρῶν, οὔτε τὸ ἑτερόγλωττον τῶν φωνῶν, τὴν συμφωνίαν ἐπήμανεν, ἀλλ' ἐοίκασι λύρᾳ, πολλὰς μὲν ἐχούσῃ καὶ διαφόρους χορδὰς, μίαν δὲ ἠχὴν παναρμόνιον ἀφιείσῃ.

(76) ἐπιγ. Edit. Rom. et Lips. ἐπιγινώσκομεν,

nostrum Jesum Christum, Filium Dei. Christus vero post incarnationem Deus Verbum vocatus est. Hoc itaque nomen omnia **229** recipit, et quæ sunt divinitatis, et quæ humanitatis sunt propria. Et tamen agnoscimus, quænam hujus, quænam illius naturæ sint propria: id quod ex ipso etiam fidei symbolo facile est intelligi. Utri enim, dic mihi, tribuis illud, *ex substantia Patris?* divinitati, an ex semine Davidis formatæ naturæ?

ERAN. Clarum est, quod divinitati.

ORTH. *Deum autem verum de Deo vero*, utrius proprium esse dicis, divinitatisne, an humanitatis?

ERAN. Divinitatis.

ORTH. Ejusdem ergo cum Patre est substantiæ, non caro, nec anima; creatæ enim sunt hæ: sed divinitas, quæ omnia fabricavit?

ERAN. Verum est.

ORTH. Sic igitur oportet eos qui passionem et crucem audiunt, agnoscere naturam quæ passionem suscepit, nec eam impatibili tribuere, sed illi quæ hanc ob causam assumpta est. Quod enim etiam admirandi Patres impatibilem esse divinam naturam confessi sint, et carni passionem assignarint, testatur fidei clausula, quæ sic habet: « Eos vero qui dicunt: Erat tempus quando non erat, et priusquam nasceretur non erat, et quod ex non exstantibus factus sit, vel ex aliqua alia hypostasi vel essentia, et qui mutabilem vel alterationi obnoxium esse dicunt Filium Dei, hos anathematizat sancta catholica et apostolica Ecclesia. » Vide ergo qualem pœnam comminati sint iis qui divinæ naturæ passionem tribuunt.

ERAN. **230** De mutatione et alteratione eis ibi sermo est.

ORTH. Passio autem quid est aliud, quam mutatio et alteratio? Si enim cum impatibilis esset ante incarnationem, post incarnationem passus est, et si cum immortalis esset ante assumptionem humanæ naturæ, gustavit mortem, ut vos dicitis, post assumptam humanam naturam, omnino mutatus est, mortalis factus ex immortali. Sed tales sermones, et horum auctores, laudatissimi Patres ex sacris septis exterminant, et tanquam putrida membra a sano corpore resecant. Quamobrem hortamur te, ut pœnam metuas, et blasphemiam detesteris. Ostendam autem tibi sanctos Patres hæc ipsa, quæ a nobis exponenda sint, in scriptis suis sensisse. Quorum nonnulli admirando illi concilio interfuerunt, alii post eos in Ecclesiis floruerunt, quidam etiam multo ante orbem terrarum olim illustraverunt. Sed neque temporum discrimen, neque linguarum diversitas, consonantiam turbavit: sed lyræ similes videntur, quæ multas quidem et diversas chordas habet, unum autem sonorum concentum efficit.

(77) φάσκ. Edit. prior habebat φάσκοντες.

Digitized by Google

ERAN. Pergratam mihi et expetendam narrationem afferes. Certissima est enim talis doctrina, et utilissima. A

ORTH. Fac igitur pateant aures, et spiritualium fontium fluenta excipe.

231 *Sancti Ignatii, episcopi Antiocheni et martyris.*

*Ex epistola ad Smyrnæos.*

Eucharistias et oblationes non admittunt (Gnostici), quod non confiteantur Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater benignitate sua suscitavit.

**Irenæi, episcopi Lugdunensis.*

*Ex tertio libro adversus hæreses* [48]. Manifestum est igitur, quoniam Paulus alium Christum nescit, nisi hunc solum, qui et passus et sepultus est, et resurrexit, qui et natus est, quem et hominem vocat. Cum enim dixisset : « Si autem Christus annuntiatur quod a mortuis resurrexerit [49], » subjungit, rationem reddens incarnationis ejus : « Quoniam per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum [50] » Et ubique, loquens de passione Domini nostri, et humanitate ipsius, et morte, Christi usus est nomine, ut cum ait : « Noli esca tua perdere illum, pro quo Christus mortuus est [51]. » Et iterum : « Nunc autem in Christo vos, qui aliquando fuistis longe remoti, facti estis proximi in sanguine Christi [52]. » Et iterum : « Christus nos redemit de maledictione legis, factus pro nobis maledictio ; quia scriptum est : 232 Maledictus omnis qui pendet in ligno [53]. » — *Ejusdem, ex eodem libro* [54]. Sicut enim homo erat, ut tentaretur, sic et Verbum, ut glorificaretur : requiescente quidem Verbo, cum tentaretur, et crucifigeretur, et moreretur : astante autem homini, cum vinceret, et sustineret, et benignitate uteretur, et resurgeret, et in cœlum assumeretur. — *Ejusdem, ex libro* V *ejusdem operis* [55]. Cum igitur proprio sanguine nos Dominus redemerit, et pro animabus nostris animam suam dederit, et carnem suam pro carne nostra.

*Sancti Hippolyti, episcopi et martyris.*

*Ex epistola ad quamdam reginam.* Primitias igitur hunc vocat dormientium [56], et primogenitum ex mortuis [57]. Qui cum resurrexisset, et vellet osten-

ΕΡΑΝ. Ἐρασμίαν ἐμοὶ καὶ τριπόθητον προσοίσεις ἀκρόασιν· ἀναμφίλεκτος γὰρ ἡ τοιαύτη διδασκαλία, καὶ λίαν ἐστὶν ὀνησιφόρος.

ΟΡΘ. Ἀναπέτασον τοίνυν τὰς ἀκοὰς, καὶ τῶν πνευματικῶν κρουνῶν ὑποδέχου τὰ νάματα.

*Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου, ἐπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ μάρτυρος.*

*Ἐκ τῆς πρὸς Σμυρναίους ἐπιστολῆς.*

Εὐχαριστίας καὶ (78) προσφορὰς (79) οὐκ ἀποδέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ Πατὴρ ἤγειρεν.

*Εἰρηναίου, ἐπισκόπου Λουγδούνου.*

B *Ἐκ τοῦ τρίτου λόγου τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις.* Φανερὸν οὖν ὅτι Παῦλος ἄλλον Χριστὸν οὐκ οἶδεν, ἀλλ' ἢ τοῦτον τὸν καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ γεννηθέντα, ὃν καὶ ἄνθρωπον λέγει. Εἰπὼν γάρ· « Εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, » ἐπιφέρει, τὴν αἰτίαν ἀποδιδοὺς τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ· « Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ (80) δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν (81). » Καὶ πανταχοῦ ἐπὶ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς νεκρώσεως, τῷ τοῦ Χριστοῦ κέχρηται ὀνόματι, ὡς ἐπὶ τοῦ, « Μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε. » Καὶ πάλιν· « Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ (82) οἱ ποτὲ ὑμεῖς ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγὺς, ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ πάλιν· C « Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γάρ· Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. » — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Ὥσπερ γὰρ ἦν ἄνθρωπος ἵνα πειρασθῇ, οὕτω καὶ Λόγος ἵνα δοξασθῇ· ἡσυχάζοντος μὲν τοῦ Λόγου ἐν τῷ πειράζεσθαι, καὶ σταυροῦσθαι (83), καὶ ἀποθνήσκειν· συγγινομένου (84) δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐν τῷ νικᾷν, καὶ ὑπομένειν, καὶ χρηστεύεσθαι, καὶ ἀνίστασθαι, καὶ ἀναλαμβάνεσθαι. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ε' λόγου τῆς αὐτῆς πραγματείας.* Τῷ (85) ἰδίῳ οὖν αἵματι λυτρωσαμένου ἡμᾶς τοῦ Κυρίου, καὶ δόντος τὴν ψυχὴν (86) ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ τὴν σάρκα τὴν ἑαυτοῦ ἀντὶ τῶν ἡμετέρων σαρκῶν.

D *Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐπισκόπου, καὶ μάρτυρος.*

*Ἐκ τῆς πρὸς βασιλίδα τινὰ ἐπιστολῆς.* Ἀπαρχὴν οὖν τοῦτο (87) λέγει τῶν κεκοιμημένων, ἅτε πρωτότοκον τῶν νεκρῶν. Ὃς ἀναστὰς, καὶ βουλό-

[48] Cap. 20. [49] I Cor. xv, 12. [50] Ibid. 21. [51] Rom. xiv, 15. [52] Ephes. ii, 13. [53] Galat. iii, 13. [54] Cap. 21. [55] Cap. 1. [56] I Cor. xv, 20. [57] Coloss. i, 18.

(78) καὶ προσφ. οὐκ ἀποδ. Alii l. c. legunt, καὶ προσευχῆς ἀπέχονται.

(79) προσφ. Alii legunt προσευχάς.

(80) καί. Deerat in edit. priori.

(81) νεκρ. Delendum esse visum est ἐκ, quod præcedebat in edit. priori.

(82) Χρ. Deest Ἰησοῦ. Mutatus etiam est ordo verborum in iis quæ sequuntur.

(83) καὶ σταυρ. Vetus interpres Irenæi præmittit *et inhonorari*. Excidisse videtur καὶ ἀτιμάζεσθαι.

(84) συγγ. Hanc lectionem Grabius adoptavit, missa altera quæ habebat συγγινομένῳ.

(85) τῷ — ἡμετ. σαρκῶν. Hæc referunt se ad ea quæ deinde sequuntur, sed Latine tantum exstant, *perierunt omnes hæreticorum doctrinæ*.

(86) ψυχ. Excidisse videtur τὴν ἑαυτοῦ.

(87) τοῦτο. Incertum, an legendum sit τοῦτον.

Digitized by Google

μενος ἐνδεικνύναι ὅτι τοῦτο ἦν τὸ ἐγηγερμένον, ὅπερ A ἦν καὶ ἀποθνῆσκον, διστάζόντων τῶν μαθητῶν, προσκαλεσάμενος τὸν Θωμᾶν, ἔφη· « Δεῦρο, ψηλάφησον καὶ ἴδε, ὅτι πνεῦμα ὀστοῦν καὶ σάρκα οὐκ ἔχει, ὡς ὑμεῖς με θεωρεῖτε ἔχοντα. » — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.* Ἀπαρχὴν τοῦτον εἰπὼν ἐπεμαρτύρησε τῷ ὑφ' ἡμῶν εἰρημένῳ, ὡς ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος σάρκα λαβὼν ὁ Σωτὴρ, ἤγειρε ταύτην, ἀπαρχὴν ποιούμενος τῆς τῶν δικαίων σαρκὸς, ἵν' οἱ πάντες ἐπ' ἐλπίδι τοῦ ἐγηγερμένου προσδόκιμον τὴν ἀνάστασιν ἕξωμεν οἱ πιστεύσαντες. — *Τοῦ αὐτοῦ* (88), *ἐκ τοῦ* (89) *λόγου εἰς τοὺς δύο λῃστάς.* Ἀμφότερα παρέσχε τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα τῷ κόσμῳ, αἷμα τὸ ἱερὸν, καὶ ὕδωρ τὸ ἅγιον. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Καὶ νεκρόν τε ὂν τὸ σῶμα κατὰ τὸν ἀνθρώπινον τρόπον, μεγάλην ἔχει B ζωῆς ἐν αὐτῷ δύναμιν. Ἃ γὰρ οὐ προχεῖται τῶν νεκρῶν σωμάτων, ταῦτα ἐξ αὐτοῦ προεχύθη, αἷμά τε καὶ ὕδωρ· ἵν' εἰδείημεν, ἡλίκον ἡ κατασκηνώσασα δύναμις ἐν τῷ σώματι πρὸς ζωὴν δύναται, ὡς μήτε αὐτὸ τοῖς ἄλλοις ὅμοιον φαίνεσθαι νεκρὸν, ἡμῖν δὲ τὰ ζωῆς αἴτια προχεῖν δύνασθαι. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Οὐ συντρίβεται δὲ ὀστοῦν τοῦ ἁγίου προβάτου, δεικνύντος τοῦ τύπου μὴ καθικνούμενον τῆς δυνάμεως τὸ πάθος· σώματος γὰρ ὀστέα δύναμις.

dere id ipsum suscitatum fuisse, quod mortuum fuerat, dubitantibus apostolis, Thomam accersens, dixit : « Veni, palpa, et vide, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere [88]. » — *Ejusdem, ex eadem epistola.* Primitias hunc vocans, id quod a nobis dictum est testimonio suo confirmavit, quod ex eadem massa carnem assumens Salvator (noster), hanc suscitarit, faciens eam primitias carnis justorum, **233** ut nos *omnes qui credidimus, resuscitati hujus fiducia futuram resurrectionem exspectemus. — *Ejusdem, ex sermone de duobus latronibus.* Utrumque mundo exhibuit corpus Domini, sanguinem sacrum, et aquam sanctam. — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Et corpus, quamvis humano more mortuum, magnam in se vitæ vim habet. Quæ enim ex mortuis corporibus non profluunt, ex illo manarunt, sanguis et aqua, ut sciremus, quantum ad vitam valeat potestas quæ in corpore habitavit, ut nec ipsum simile aliis cadaver videatur, et nobis vitæ causas possit effundere.— *Ejusdem, ex eadem oratione.* Non confringitur os sancti Agni, ostendente figura, passionem non attingere virtutem. Corporis enim virtus sunt ossa.

### *Τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου, ἐπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ ὁμολογητοῦ.*

*Ἐκ τοῦ περὶ ψυχῆς λόγου.* Δι' ὀλίγων δὲ ἔστιν ἐλέγξαι τὴν ἀσεβῆ συκοφαντίαν αὐτῶν· μάλιστα μὲν γὰρ, εἰ μὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν σωτηρίας εἰς C τὴν τοῦ θανάτου σφαγὴν τὸ ἴδιον ἑκουσίως ἐξεδίδου σῶμα. Πρῶτον μὲν πολλὴν αὐτῷ (90) περιάπτουσιν ἀδυναμίαν, ὅτι μὴ οἷός τ' ἐγένετο τὴν τῶν πολεμίων ὁρμὴν ἐπισχεῖν. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Διατί δὲ περὶ πολλοῦ ποιοῦνται δεικνύναι τὸν Χριστὸν ἄψυχον ἀνειληφέναι σῶμα, γεώδεις πλάττοντες ἀπάτας; Ἵνα εἰ δυνηθεῖεν ὑποφθεῖραί τινας, ταῦθ' οὕτως ἔχειν ὁρίζεσθαι, τηνικαῦτα τὰς τῶν παθῶν (91) ἀλλοιώσεις τῷ θείῳ περιάψαντες Πνεύματι, ῥᾳδίως ἀναπείσωσιν αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἔστι τὸ τρεπτὸν ἐκ τῆς ἀτρέπτου φύσεως γεννηθέν. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τό, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. »* Ὁ ἄνθρωπος γὰρ ὁ ἀποθανὼν τριήμερος μὲν ἀνίσταται, τῇ δὲ Μαριὰμ ἅπτεσθαι (92) προθυμουμένῃ τῶν ἁγίων μελῶν ἀνθυπ- D ενέγκας ἐκφωνεῖ· « Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Τὸ δ' « Οὔπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου, » οὐχ ὁ Λόγος ἔφασκε καὶ Θεὸς ὁ οὐρανόθεν ὁρμώμενος, καὶ ἐν τοῖς κόλποις διαιτώμενος τοῦ Πατρὸς, οὐδ' ἡ πάντα τὰ γενητὰ περιέχουσα

### *Sancti Eustathii, episcopi Antiocheni et confessoris.*

*Ex libro De anima.* Paucis convinci potest impia illorum calumnia : et maxime quidem, si non salutis hominum causa corpus suum ad mortem sponte sua præbuit. Primum enim magnam ei attribuunt imbecillitatem, qui non potuerit hostium impetum reprimere. — *Ejusdem, ex eodem libro.* Cur autem magni faciunt ostendere Christum corpus inanimatum suscepisse, terrenas fraudes confingentes? Ut si possint **234** aliquos corrumpere, qui hæc ita se habere definiant, tunc affectionum mutationes divino tribuentes Spiritui, facile ipsis persuadeant, quod mutabile est, ex immutabili natura genitum non esse.— *Ejusdem, ex oratione in illud : « Dominus creavit me initium viarum suarum [89]. »* Nam homo, qui mortuus erat, tertio die resurrexit, et Mariæ, quæ ad sancta membra tangenda magna alacritate ferebatur, respondit : « Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum ; sed vade ad fratres meos, et dic eis : Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, et Deum meum, et Deum vestrum [90]. » Illud autem, « Nondum ascendi ad Patrem meum, » non dixit Verbum et Deus qui e cœlo descenderat, et in sinu Patris versabatur, nec Sapientia quæ res omnes creatas continet : sed ipse,* qui ex diversis membris compactus erat, homo id protulit : qui ex mortuis resurrexerat, et ad Patrem nondum post

[88] Luc. xxiv, 39. [89] Eccli. xxiv, 14. [90] Joan. xx, 17.

(88) ἐκ τοῦ κ. τ. λ. Hoc loco tantum fragmenta hujus homiliæ exstant.

(89) τοῦ—λόγου Ex edit. Rom. et Lips. hæc interserenda fuerunt.

(90) αὐτῷ. Edit. Rom. et Lips. αὐτῶν. Ita quoque Fabric. *Biblioth. Gr.* vol. VIII, p. 188

(91) παθ. Supplendum est apud Fabric. l. c.

(92) ἅπτ. Edit. Rom. et Lips. præmittunt καρτερίαν μὲν ψυχῆς. Ita quoque Fabric. l. c.

Digitized by Google

mortem abierat, sibi autem profectionis primitias reservabat. — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Dominum vero gloriæ ipsum hominem crucifixum diserte nominat scribens: quia et Dominum et Christum declaravit ipsum, sicut apostoli uno ore ad populum Israel dicunt: « Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quod et Dominum eum et Christum fecerit Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis[91]. » Jesum igitur, **235** qui passus est, Dominum fecit, et non Sapientiam, neque Verbum, quod ab omni antiquitate jus habet dominii, sed eum qui in sublime actus est, et manus expandit in cruce. — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Si enim est incorporeus, nec manuum tactui subjacet, nec sensu oculorum percipitur, vulnera non accipit, clavis non affigitur, mortem non participat, non tegitur terra, sepulcro non includitur, non resurrexit ex monumento.— *Ejusdem, ex eadem oratione.* « Nemo aufert animam a me: potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam[92]. » Quod si utriusque potestatem habebat ut Deus, permisit quidem ipsis templum solvere inconsiderate volentibus, resurgens vero illustrius illud restauravit. Demonstratum enim est certissimis testimoniis, quod ipse per se propriam domum renovatam excitaverit. Ascribenda autem sunt etiam divinissimo Patri magnifica Filii opera. Neque enim Filius sine Patre operatur, secundum invicta sacrarum Litterarum effata. Quo fit, ut Filium aliquando suscitasse divinissimus Genitor dicatur, alias Filius proprium se templum excitaturum polliceatur. Si ergo ex iis quæ hactenus exposita sunt, impatibilem esse divinum Christi spiritum ostensum est, apostolicis decretis frustra innituntur. Nam si Dominum gloriæ crucifixum Paulus dixit, ad hominem aperte respiciens, non propterea divinitati passionem tribuere oportebit. Cur igitur ista conjungunt, dicentes, ex imbecillitate Christum esse crucifixum? — **236** *Ejusdem, ex eadem oratione.* Quod si prorsus attribuenda illi erat species imbecillitatis, homini hæc assignanda consentaneum merito diceret quispiam, et non plenitudini divinitatis, aut summæ sapientiæ dignitati, vel ei, qui secundum Paulum Deus est super omnia. — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Hic sane est infirmitatis modus, per quem secundum Paulum ad mortem venisse scribitur. Vivit enim ex virtute Dei, qui una cum divino Spiritu versatur homo: quoniam et virtutem Altissimi esse, qui in ipso creditur, ex præcedentibus decretis ostensum est.— *Ejusdem, ex eadem oratione.* Quod si Virginis uterum ingressus non minuit potestatem, nec corpore ligno crucis affixo spiritus polluitur. Corpus enim sublime in cruce pendebat: divinus vero Sapientiæ spiritus et intra corpus versabatur, et in cœlestibus

A Σοφία· ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἐκ παντοδαπῶν ἡρμολογημένος μελῶν ἄνθρωπος τοῦτο ἐπέφηνεν, ὁ ἐκ τῶν νεκρῶν ἐγερθεὶς, καὶ οὐδέπω μὲν πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ τὸν θάνατον ἀνελθὼν, ταμιευόμενος δὲ αὐτῷ τῆς προόδου τὴν ἀπαρχήν. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.* Κύριον δὲ τῆς δόξης αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον τὸν σταυρωθέντα σαφῶς ὀνομάζει γράφων· ἐπειδὴ καὶ Κύριον καὶ Χριστὸν ἀνέδειξεν αὐτὸν, καθάπερ οἱ ἀπόστολοι τῷ αἰσθητῷ Ἰσραὴλ ομοφρόνως (93) διαλεγόμενοί φασιν· « Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. » Τὸν παθόντα (94) τοιγαροῦν Ἰησοῦν Κύριον ἐποίησε, καὶ οὐ τὴν Σοφίαν, οὐδὲ τὸν Λόγον, τὸν ἀνέκαθεν ἔχοντα τῆς δεσποτείας τὸ κράτος, ἀλλὰ τὸν μετέωρον, τῷ σταυρῷ

B προσεκπετάσαντα τὰς χεῖρας. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.* Εἰ γὰρ ἀσώματός ἐστιν οὔτε ἁφῇ χειρῶν ὑποπίπτει, οὔτ' αἰσθητοῖς ὄμμασι περιλαμβάνεται· οὐ τρῶσιν ὑπομένει, οὐχ ἥλοις προσηλοῦται, οὐ θανάτῳ κοινωνεῖ, οὐ κρύπτεται γῇ, οὐ τάφῳ κατακλείεται, οὐκ ἐκ μνημάτων ἀνίσταται. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.* « Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχὴν ἀπ' ἐμοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. » Εἰ δὲ ἑκατέρων τὴν ἐξουσίαν εἶχεν οἷα Θεὸς, συνεχώρει μὲν αὐτοῖς λύειν ἀβούλως τὸν νεὼν ἐγχειροῦσιν, ἐπιφανέστερον δὲ ἀνιστῶν ἐνεούργει. Ἐξ ἀναντιῤῥήτων δέδεικται ψήφων, ὅτι αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὸν ἴδιον ἀνεστήσατο νεουργήσας οἶκον. Ἀναθετέον δὲ καὶ τῷ θειοτάτῳ

C Πατρὶ τὰς τοῦ Υἱοῦ μεγαλουργίας. Οὔτε γὰρ Υἱὸς ἄνευ τοῦ Πατρὸς δημιουργεῖ, κατὰ τὰς ἀῤῥαγεῖς τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἀποφάσεις. Τούτου γὰρ δὴ χάριν, τότε μὲν ὁ θειότατος Γεννήτωρ τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἐγηγερκέναι γράφεται· τότε δὲ ὁ Υἱὸς τὸν ἴδιον ἀναστήσειν ὑπισχνεῖται ναόν. Εἰ οὖν ἐκ τῶν προεξητασμένων ἀπαθὲς δέδεικται τὸ θεῖον τοῦ Χριστοῦ πνεῦμα, περιττῶς τοῖς ἀποστολικοῖς ἐπισκήπτουσιν ὅροις οἱ ἐναγεῖς. Εἰ γὰρ ὁ Παῦλος ἔφρασε τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι, σαφῶς εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀφορῶν, οὐ παρὰ τοῦτο δεήσει πάθος τῷ θείῳ προσάπτειν. Τί οὖν τοῦτο συνάπτουσι πλέκοντες, ἐξ ἀσθενείας ἐσταυρῶσθαι λέγοντες τὸν Χριστόν; — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.* Εἰ δὲ δὴ καὶ ἀσθενείας εἶδος περιάπτειν αὐτῷ προσῆκον ἦν, τῷ

D ἀνθρώπῳ ταῦτα προσαρτᾷν ἀκόλουθον εἶναι φαίη τις ἂν, οὔτι γε δὴ τῷ πληρώματι τῆς θεότητος, ἢ τῷ ἀξιώματι τῆς ἀνωτάτω σοφίας, ἢ τῷ ἐπὶ πάντων κατὰ τὸν Παῦλον γραφομένῳ Θεῷ. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.* Οὗτος μὲν δὴ τῆς ἀσθενείας ὁ τρόπος, δι' ὃν εἰς θάνατον γράφεται κατὰ τὸν Παῦλον ἀφῖχθαι. Ζῇ γὰρ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, τῷ θείῳ Πνεύματι δηλονότι συνδιαιτώμενος ὁ ἄνθρωπος· ἐπειδὴ καὶ δύναμις Ὑψίστου ὁ ἐν αὐτῷ πιστευόμενος κατὰ τοὺς φθάσαντας ὅρους ἀποδέδεικται. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.* Εἰ δὲ τῆς παρθενικῆς ἐπιβατεύσας μή-

[91] Act. II, 36. [92] Joan. X, 18.

(93) ὁμοφρ. Deest apud Fabric. l. c.
(94) τὸν παθ'. Ad præcedens ἐσταυρώσατε rejiciendum fuit punctum, quod in edit. priori ad παθόντα positum erat.

Digitized by Google

τρας οὐκ ἐμείωσε τὴν ἐξουσίαν, οὐδὲ τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ προσπαγέντος τοῦ σώματος, χραίνεται τὸ πνεῦμα. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα μετάρσιον ἐσταυροῦτο, τὸ δὲ θεῖον τῆς Σοφίας Πνεῦμα καὶ τοῦ σώματος εἴσω διῃτᾶτο, καὶ τοῖς οὐρανίοις ἐπεβάτευε, καὶ πᾶσαν περιεῖχε τὴν γῆν, καὶ τῶν ἀβύσσων ἐκράτει, καὶ τὰς ἑκάστων ψυχὰς ἀνιχνεύων διέκρινε, καὶ πάντα ὁμοῦ συνήθως οἷα Θεὸς ἔπραττεν. Οὐ γὰρ εἴσω τῶν σωματικῶν ὄγκων ἡ ἀνωτάτω σοφία καθειργμένη περιέχεται, καθάπερ αἱ τῶν ὑγρῶν καὶ ξηρῶν ὕλαι τῶν μὲν ἀγγείων εἴσω κατακλείονται, περιέχονται δὲ μᾶλλον ἢ περιέχουσι τὰς θήκας. Ἀλλὰ θεία τις οὖσα καὶ ἀνέκφραστος δύναμις, τά τ' ἐνδοτάτω καὶ ἐξωτάτω τοῦ νεὼ περιλαμβάνουσα κραταιοῖ, κἀντεῦθεν ἐπέκεινα διήκουσα, πάντας ὁμοῦ τοὺς ὄγκους κρατεῖ περιέχουσα. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Εἰ δ' ὁ ἥλιος, σῶμα ὢν ὁρατὸν, καὶ αἰσθήσει καταληπτὸν, τοσαύτας καὶ τοιαύτας πανταχοῦ γῆς ὑπομένων αἰκίας, οὐ μεταβάλλει τὴν τάξιν, οὐδὲ αἴσθεται μικρᾶς ἢ μεγάλης πληγῆς, τὴν ἀσώματον σοφίαν οἰόμεθα χραίνεσθαι, καὶ μεταλλάττειν τὴν φύσιν, εἰ ὁ ναὸς αὐτῆς σταυρῷ προσηλοῦται, ἢ λύσιν ὑπομένει, ἢ τρῶσιν ὑφίσταται, ἢ διαφθορὰν δέχεται; Ἀλλὰ πάσχει μὲν ὁ νεὼς, ἡ δὲ ἀκηλίδωτος οὐσία παντάπασαν (95) ἄχραντος τὴν ἀξίαν καθέστηκεν. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὰς ἐπιγραφὰς τῶν ἀναβαθμῶν.* Δόξαν δὲ ἐπίκτητον ὁ Πατὴρ οὐκ ἐπιδέχεται, τέλειος, ἄπειρος, ἀπερινόητος ὢν, ἀπροσδεὴς κάλλους καὶ παντοίας ἐπηρείας. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Λόγος αὐτοῦ, Θεὸς ὢν ὁ γεννηθεὶς ἐξ αὐτοῦ, δι' οὗ γεγόνασιν ἄγγελοι, καὶ οὐρανοὶ, καὶ γῆς ἄπειρα μεγέθη, καὶ πᾶσαι συλλήβδην τῶν γενητῶν ὕλαι τε καὶ συστάσεις· ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, ἐκ νεκρῶν ἐγειρόμενος, ὑψοῦται καὶ δοξάζεται τῶν ἐναντίων αἰσχύνην ἀντικρυς ἀραμένων. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Οἱ δὲ φθόνῳ τὸ μῖσος ἀράμενοι κατ' αὐτοῦ, καὶ πεφραγμένοι πολεμίᾳ παρατάξει, σκορπίζονται, τοῦ Λόγου τε καὶ Θεοῦ τὸν ἑαυτοῦ ναὸν ἀξιοπρεπῶς ἀναστήσαντος. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ ϞΒʹ ψαλμοῦ.* Πέρας γοῦν ὁ προφήτης Ἡσαΐας, αὐτὰ μὲν τὰ τῶν παθῶν αὐτοῦ διεξιὼν ἴχνη, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπιφέρει καὶ τοῦτο μεγαλοφωνοτέρᾳ βοῇ, τό· « Καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν οὔτε εἶδος, οὔτε κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. » Εἶτα διαῤῥήδην ἐμφαίνων, ὡς εἰς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ θεῖον ἀνήρτηται τὰ τῆς ἀπρεπείας (96) εἴδη τε καὶ πάθη, παραυτίκα πάλιν ἐπάγει προσθείς· « Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν (97). — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας.* Αὐτὸς ἄρ' οὗτός ἐστιν, ὁ μετὰ τὰς ὕβρεις ἀειδὴς, ἄμορφος ὁραθεὶς, εἶτα πάλιν ἐκ μεταβολῆς εὐπρέπειαν ἐνδυσάμενος. Οὐδὲ γὰρ ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῷ Θεὸς ἀμνοῦ δίκην εἰς θάνατον ἤγετο, καὶ προβάτου τρόπον ἀπεσφάττετο, φυσικῶς ἀόρατος ὤν.

A sedebat, et totam terram continebat, et abyssis imperabat, et singulorum animas perlustrans judicabat, et omnia ut Deus de more administrabat. Nec enim intra moles corporeas suprema sapientia inclusa continetur, sicut humida et sicca vasis concluduntur, et continentur potius quam receptacula contineant. Sed cum divina quædam sit et inexplicabilis potentia, intima et extima templi complectens confirmat, et hinc ulterius procedens, moles simul universas continens moderatur. — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Si autem sol, cujus corpus cerni et sensu percipi potest, tot tantasque **237** ubique terrarum ferens contumelias, non mutat ordinem, nec ictum ullum parvum magnumve sentit, incorpoream sapientiam pollui existimamus, et mu- B tare naturam, si ejus templum cruci affigatur, aut destructionem sustineat, aut vulnera excipiat, aut corruptionem admittat? Sed templum quidem patitur, labis autem expers substantia, omni ex parte impollutam retinet dignitatem. — *Ejusdem, in inscriptiones graduum.* Gloriam acquisitam Pater non recipit, cum sit perfectus, infinitus et extra omnem captum mentis, cum pulchritudine non indigeat, et ab omni insultatione sit alienus. Sed neque Verbum ejus, qui Deus est ex ipso genitus, per quem facti sunt angeli, et cœli,* et immensa terræ spatia, et omnes, ut paucis complectar, creaturarum materiæ et formæ : sed homo Christus ex mortuis suscitatus exaltatur et glorificatur, adversariis ignominiam C palam referentibus. — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Qui autem odium adversus illum per invidiam susceperant, et infesta in eum acie processerant, dissipantur, cum Verbum et Deus suum ipse templum gloriose resuscitaret. — *Ejusdem, ex interpretatione psalmi* XCII. Tandem igitur propheta Isaias, passionum ejus vestigia persequens, hoc quoque inter alia majori voce subjunxit : « Et vidimus eum, et non erat species ei, neque decor : sed species ejus despecta et deformis infra filios hominum [63]. » Deinde aperte ostendens quod ad hominem, non ad Deum referendæ sint **238** indecoræ formæ species et affectiones, iterum mox addit : « Homo plaga affectus, et sciens ferre infirmitatem [64]. » — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Ipse ergo is est, qui, post con- D tumelias sine specie et forma visus, iterum deinde mutatione facta decorem induit. Neque enim habitans in ipso Deus instar agni ad mortem ductus est, et tanquam ovis mactatus, cum sit natura invisibilis.

[63] Isa. LIII, 2, 3. [64] Ibid.

(95) παντ. Ita ed. Rom. et Lips. nec non Fabric. l. c. p. 181. Sirmondus legerat παντάπασιν.

(96) ἀπρ. Bene monuit Cotelerius *Monum. Eccles. Græc.* vol. II, p. 585, legendum esse ἀπρεπείας. Nec dubitavimus a Sirmondiana lectione εὐπρεπείας discedere.

(97) μαλαχ. Ita legendum, non μάλα κακίαν, ut habebat edit. prior.

Digitized by Google

*Sancti Athanasii, episcopi Alexandrini et confessoris.*

*Ex epistola ad Epictetum.* Quis eo impietatis provectus est, ut diceret simulque sentiret, divinitatem ipsam, quæ Patri est consubstantialis, circumcisam fuisse, factamque ex perfecta imperfectam : et quod in ligno clavis affixum est, non fuisse corpus, sed ipsam opificem substantiam sapientiæ? — *Ejusdem, ex eodem opere.* Quæ enim patiebatur Verbi humanitas, ea Verbum huic conjunctum ad seipsum referebat, ut nos divinitatis Verbi participes esse possemus. Et admiratione dignum erat, quod idem fuerit patiens et non patiens. Patiens quidem, quia proprium ejus corpus patiebatur, et in ipso erat, qui passionem sustinebat : non patiens autem, quia, cum natura Deus sit Verbum, impatibilis est. Et **239** ipse quidem incorporeus erat in patibili corpore : corpus vero habebat intra se impatibile Verbum, quod auferebat infirmitates corporis ejus. — *Ejusdem, ex eadem epistola.* Deus enim et Dominus gloriæ cum esset, erat in corpore contumeliose crucifixo. Corpus vero patiebatur quidem percussum in ligno, et fluxerunt ex latere sanguis et aqua : at templum Verbi cum esset, plenum erat divinitate. Propterea sol, Creatorem suum in corpore contumeliis affecto patientem videns, radios contraxit, et terram obscuravit. Ipsum vero corpus quod naturam habebat mortalem, supra naturam suam resurrexit, propter Verbum in ipso habitans, cessavitque in eo naturalis corruptio, et Verbo indutum, quod est supra hominem, factum est incorruptibile. — *Ejusdem, ex majore sermone de fide.* Quod excitatur a mortuis, homo erat, an Deus? Interpretatur Petrus apostolus, qui melius nobis novit, et dicit : « Deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus autem suscitavit illum a mortuis [64]. » Depositum igitur de ligno mortuum corpus Jesu, et positum in monumento, et sepultum opera Josephi ab Arimathia, hoc excitavit Verbum dicens : « Solvite templum hoc, et in tribus diebus erigam illud [65]. » Qui omnes mortuos vivificat, et hominem assumptum ex Maria **240** Christum Jesum vivificavit, quem assumpsit. Si enim pendens in cruce dissipata corpora sanctorum excitavit, multo magis excitare potest corpus, quod gestavit, qui est semper vivens Deus Verbum, ut ait Paulus : « Vivus enim Dei sermo et efficax [66]. » — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Vita ergo non moritur,

A *Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ ὁμολογητοῦ.*

*Ἐκ τῆς πρὸς Ἐπίκτητον ἐπιστολῆς.* Τίς τοσοῦτον ἠσέβησεν, ὡς (98) εἰπεῖν ἅμα καὶ φρονεῖν, ὅτι ἡ θεότης αὐτὴ ἡ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ περιετμήθη, καὶ ἀτελὴς ἐκ τελείου γέγονε, καὶ τὸ (99) ἐν ξύλῳ καθηλωμένον (1) οὐκ ἦν τὸ σῶμα, ἀλλ' αὐτὴ ἡ δημιουργὸς οὐσία τῆς σοφίας; — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς πραγματείας.* Ἃ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἔπασχε (2) τοῦ Λόγου, ταῦτα συνὼν αὐτῷ ὁ Λόγος (3) εἰς ἑαυτὸν ἀνέφερεν, ἵνα ἡμεῖς (4) τῆς τοῦ Λόγου θεότητος μετασχεῖν δυνηθῶμεν. Καὶ ἦν παράδοξον, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ πάσχων καὶ μὴ πάσχων. Πάσχων μὲν, ὅτι τὸ ἴδιον αὐτοῦ ἔπασχε σῶμα, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχοντι ἦν· μὴ πάσχων δὲ, ὅτι τῇ φύσει Θεὸς ὢν ὁ B Λόγος, ἀπαθής ἐστι. Καὶ αὐτὸς μὲν ὁ ἀσώματος ἦν ἐν τῷ παθητῷ σώματι, τὸ δὲ σῶμα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀπαθῆ Λόγον, ἀφανίζοντα τὰς ἀσθενείας (5) αὐτοῦ τοῦ σώματος. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.* Θεὸς γὰρ καὶ Κύριος τῆς δόξης ὢν (6), ἦν ἐν τῷ ἀδόξως καθηλουμένῳ (7) σώματι· τὸ δὲ σῶμα ἔπασχε μὲν νυττόμενον ἐν τῷ ξύλῳ, καὶ ἔῤῥεεν ἀπὸ τῆς πλευρᾶς (8) αἷμα καὶ ὕδωρ· ναὸς δὲ τοῦ Λόγου τυγχάνον, πεπληρωμένον ἦν τῆς θεότητος. Διὰ τοῦτο γοῦν, ὁ μὲν ἥλιος ὁρῶν τὸν Δημιουργὸν αὐτοῦ (9), ἐν τῷ ὑβριζομένῳ σώματι ανεχόμενον, τὰς ἀκτῖνας συνέστειλε, καὶ ἐσκότασε (10) τὴν γῆν· αὐτὸ δὲ τὸ σῶμα φύσιν ἔχον θνητὴν, ὑπὲρ τὴν αὐτοῦ (11) φύσιν ἀνέστη διὰ τὸν ἐν αὐτῷ Λόγον, καὶ πέπαυται μὲν τῆς κατὰ φύσιν φθορᾶς, ἐνδυσάμενον δὲ τὸν C ὑπὲρ ἄνθρωπον Λογον, γέγονεν ἄφθαρτον. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ του περὶ πίστεως λόγου τοῦ μείζονος.* Τὸ ἐγειρόμενον ἐκ νεκρῶν ἄνθρωπος ἦν, ἢ Θεός; Ἑρμηνεύει Πέτρος ὁ ἀπόστολος, ἡμῶν μᾶλλον γινώσκων, καὶ λέγει· « Καθελόντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν αὐτὸν (12) εἰς μνημεῖον, ὁ δὲ Θεὸς ἤγειρεν (13) αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. » Τὸ γοῦν ἀπὸ τοῦ ξύλου καθαιρεθὲν σῶμα νεκρὸν τοῦ Ἰησοῦ, τὸ (14) καὶ εἰς μνημεῖον τεθὲν ἐνταφιασθὲν δὲ (15) ὑπὸ Ἰωσὴφ τοῦ ἀπὸ (16) Ἀριμαθείας, αὐτὸ ἤγειρεν ὁ Λόγος λέγων· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Ὁ καὶ (17) πάντας τοὺς νεκροὺς ζωοποιῶν, καὶ τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον Χριστὸν Ἰησοῦν ἐζωοποίησεν, ὃν ἀνείληφεν. Εἰ γὰρ ἐπὶ σταυροῦ ὢν τὰ προδιαλυθέντα νεκρὰ τῶν ἁγίων D ἤγειρε σώματα, πολλῷ μᾶλλον ἐγεῖραι δύναται ὃ ἐφόρεσε σῶμα ὁ ἀεὶ ζῶν Θεὸς Λόγος, ὥς φησιν ὁ Παῦλος· « Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργής. »

[64] Act. XIII, 29. [65] Joan. II, 19. [66] Hebr. IV, 12.

(98) ὡς. Edit. Bened. t. I, p. II, part. 902, habet ὥστε.
(99) τό. Ibid. præm. ὅτι.
(1) Ibid. καθηλούμενον.
(2) ἔπ. Ibid. additur σῶμα.
(3) συν. αὐτ. ὁ λόγ. Sequimur ed. Bened. cum de mendo suspecta esset lectio Sirm. συνομολόγως.
(4) ἡμ. Deest l. c.
(5) τ. ἀθ. In edit. Bened. post σώματος ponitur.
(6) ὤν. Ibid. sequitur ὁ υἱός.
(7) καθηλ. Ib. sequitur καὶ ἀτιμαζομένῳ.
(8) πλ. Ibid. præm. αὐτοῦ.
(9) αὐτ. Sirm. αὐτοῦ. Edit. Bened. ἑαυτοῦ.
(10) ἐσκ. Edit. Bened. ἐσκότισε.
(11) αὐτ. Sirm. αὐτοῦ. Edit. Bened. ἑαυτοῦ.
(12) αὐτόν. Des. apud Montf. in *Nova collect. PP.* t. II, p. 6.
(13) ἤγ. Ib. post αὐτόν ponitur.
(14) τό. Des. ibid.
(15) δέ. Ibid. τε.
(16) ἀπό. Des. ibid.
(17) καί. Ibid. γάρ.

Digitized by Google

— *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Ἡ γ' οὖν ζωὴ οὐκ (18) ἀποθνήσκει, τοὺς δὲ νεκροὺς ζωοποιεῖ (19). Ὡς γὰρ τὸ φῶς οὐ βλάπτεται ἐν σκοτεινῷ τόπῳ, οὐδὲ (20) ἡ ζωὴ τὸ παθεῖν δύναται (21) ἐπισκεψαμένη τὴν θνητὴν φύσιν. Ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος ἡ τοῦ Λόγου θεότης ὥς (22) φησιν ἐν προφητείᾳ ὁ Κύριος περὶ ἑαυτοῦ· « Ἴδετέ με ὅτι ἐγώ εἰμι καὶ ουκ ἠλλοίωμαι. » — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Ζῶν (23) ἀποθανεῖν οὐ δύναται, μᾶλλον δὲ τοὺς νεκροὺς ζωοποιεῖ. Ἔστι τοίνυν καὶ πηγὴ ζωῆς τῇ ἐκ Πατρὸς θεότητι, ἄνθρωπος δὲ ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ ἐκ νεκρῶν ἐγερθεὶς (24), ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ ἐκ Παρθένου Μαρίας, ὃν ἡ τοῦ Λόγου θεότης δι' ἡμᾶς ἀνείληφεν. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Ἐγένετο Λάζαρον ἀσθενήσαντα ἀποθανεῖν· ὁ δὲ Κυριακὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀσθενήσας, οὐδὲ ἄκων (25) ἀπέθανεν· ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ ἦλθεν ἐπὶ τὴν τοῦ θανάτου οἰκονομίαν, στερεοποιούμενος ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ οἰκήσαντος (26) Θεοῦ Λόγου, τοῦ εἰπόντος· « Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἀπ' ἐμαυτοῦ αὐτὴν τίθημι, ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ πάλιν (27) ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. » Ἡ θεότης οὖν ἐστι τοῦ Υἱοῦ, ἡ τιθεῖσα καὶ λαμβάνουσα τὴν ψυχὴν οὗ ἐφόρεσεν ἀνθρώπου. Πλήρη γὰρ ἀνείληφε τὸν ἄνθρωπον, ἵνα καὶ πλήρη αὐτὸν καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς νεκροὺς ζωοποιήσῃ. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ πρὸς Ἀρειανοὺς λόγου.* Ὅταν οὖν λέγῃ (28) ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ « Ὁ Πατὴρ ἤγειρε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν, » Ἰωάννης ἡμῖν διηγεῖται ὅτι ἔλεγεν ὁ Ἰησοῦς· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Ἔλεγε δὲ, φησὶ, περὶ τοῦ ἰδίου σώματος (29). » Δῆλον οὖν ἐστι τοῖς προσέχουσιν, ὅτι τοῦ σώματος ἐγειρομένου, ὁ Υἱὸς λέγεται παρὰ τῷ Παύλῳ ἐγηγέρθαι ἐκ νεκρῶν. Τὰ γὰρ τοῦ σώματος αὐτοῦ εἰς αὐτοῦ (30) πρόσωπον λέγεται. Οὕτως οὖν καὶ ὅτε λέγει· « Ζωὴν ἔδωκεν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ, » τῇ σαρκὶ δεδομένην τὴν ζωὴν νοητέον. Εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ἡ ζωὴ, πῶς ἡ ζωὴ ζωὴν λαμβάνει; — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ περὶ ἐνανθρωπήσεως λόγου.* Συνιδὼν γὰρ ὁ Λόγος, ὅτι ἄλλως (31) οὐκ ἂν λυθείη τῶν ἀνθρώπων ἡ φθορὰ, εἰ μὴ διὰ τοῦ πάντως ἀποθανεῖν, οὐχ οἷόν τε δὲ ἦν τὸν Λόγον ἀποθανεῖν, ἀθάνατον ὄντα, καὶ τοῦ Πατρὸς Υἱὸν, τούτου ἕνεκα τὸ δυνάμενον ἀποθανεῖν ἑαυτῷ λαμβάνει σῶμα, ἵνα τοῦτο τοῦ ἐπὶ πάντας (32) Λόγου μεταλαβὸν, ἀντὶ πάντων ἱκανὸν γένηται τῷ θανάτῳ, καὶ διὰ τὸν ἐνοικήσαντα Λόγον ἄφθαρτον διαμείνῃ, καὶ λοιπὸν ἀπὸ πάντων ἡ φθορὰ παύσηται τῇ τῆς ἀναστάσεως χάριτι. Ὅθεν ὡς ἱερεῖον καὶ θῦμα παντὸς ἐλεύθερον σπίλου, ὃ αὐ-

sed mortuos vivificat. Sicut enim lux in obscuro loco non læditur, sic vita mortalem invisens naturam pati non potest. Nam divinitas Verbi immutabilis et alterationis expers est, sicut de seipso in prophetia testatur Dominus: « Videte me, quia ego sum, et non sum immutatus [67]. » — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Qui vivit mori non potest, sed mortuos potius vivificat. Est igitur et fons vitæ, secundum divinitatem quam accepit a Patre: homo autem qui mortuus est, vel potius suscitatus a mortuis, qui et pro nobis intercedit, qui ex Virgine Maria, quem Verbi divinitas propter nos assumpsit.— *Ejusdem, ex eadem oratione.* Accidit ut Lazarus morbo confectus moreretur. Homo autem Dominicus, nec vi morbi superatus, nec invitus mortuus est: sed sua sponte venit ad mortis dispensationem, corroboratus ab inhabitante in ipso Deo Verbo, qui dixit: « Nemo aufert animam meam a me, sed ego pono eam: potestatem habeo ponendi eam, et rursus potestatem habeo sumendi eam [68]. » Divinitas ergo Filii est, quæ et ponit et rursus sumit **241** animam hominis quem gestavit. Plenum enim assumpsit hominem, ut et plenum ipsum, et cum ipso mortuos vivificaret. — *Ejusdem, ex oratione adversus Arianos.* Quando igitur dicit beatus Paulus: « Pater suscitavit Filium suum a mortuis [69], » Joannes nobis narrat dixisse Jesum: « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo ipsum. Dicebat autem, inquit, de proprio corpore [70]. » Perspicuum est ergo iis qui attendunt, quod, corpore excitato, Filius a Paulo dicatur ex mortuis suscitatus. Quæ enim ejus corporis sunt, de ejus persona dicuntur. Sic igitur et cum dicit: « Vitam dedit Pater Filio [71], » carni vitam datam intelligendum est. Si enim ipse est vita, quomodo vita vitam accipit? — *Ejusdem, ex oratione de incarnatione.* Cum enim sciret Verbum, aliter tolli non posse hominum interitum, nisi per mortem, fieri autem non posset ut Verbum moreretur, quippe immortale, et Patris Filius, hac de causa corpus sibi quod mori posset assumit, ut corpus pertingenti ad omnes Verbo unitum, ferendæ pro omnibus morti par esset, et propter inhabitans Verbum incorruptibile permaneret, et omnes deinceps mori desinerent resurrectionis gratia. Unde tanquam hostiam et victimam ab omni macula liberam, assumptum a se corpus ad mortem **242** offerens, convenienti oblatione mortem ab omnibus similibus statim delevit. Nam cum super omnes esset Verbum Dei, merito

[67] Malach. III, 6. [68] Joan. X, 18. [69] Act. XIII, 30. [70] Joan. II, 19. [71] Joan. V, 26.

(18) οὐκ. Loco cit. p. 14, est οὐδέ.
(19) τ. δὲ ν. ζωοπ. Ibid. τοὺς νεκροὺς δὲ μᾶλλον ζωοποιεῖ.
(20) οὐδέ. Ibid. οὔτε.
(21) τὸ παθ. δύν. Ibid. παθεῖν τι δύναται.
(22) ὡς — ἠλλοίωμαι. Des. l. c.
(23) Ζῶν. Ibid. p. 6, leg. Ζωή.
(24) μ. δὲ ἐκ ν. ἐγ. Ibid. μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.
(25) Ibid. οὐκ ἄκων οὐδὲ ἀσθενήσας.
(26) οἰκ. Ibid. ἐνοικήσαντος.
(27) πάλιν. Des. ibid.
(28) λέγ. Edit. Bened. t. I, part. II, p. 872 (sub titulo, *De incarnatione*, et *Contra Arianos*), habet λέγει.
(29) ἰδ. σώμ. Ibid. ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.
(30) αὐτ. Ibid. præm. τό.
(31) ἄλλ. Ex ed. Rom. et Lips. insertum. Idem exstat in edit. Bened. t. I, part. I, p. 54.
(32) Edit. Bened. πάντων.

Digitized by Google

suum ipsius templum, et corporale instrumentum, pro omnium animabus offerens, quod morti debebatur persolvit : atque ita per id quod erat simile cum omnibus cohærens incorruptibilis Dei Filius, jure omnes incorruptione induit in promissione resurrectionis. Nam quæ morti inerat corruptio, adversus homines non amplius habet locum, propter Verbum quod in eis per unum corpus inhabitat. — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Ideo post divinas ipsius per opera demonstrationes, etiam pro omnibus hostiam obtulit, pro omnibus templum suum morti tradens, ut omnes ab antiqua transgressione absolutos et liberos faceret, seipsum autem mortis victorem ostenderet, primitias universorum resurrectionis proprium corpus immortale demonstrans. Corpus etenim, quod ipsum quoque communem haberet substantiam (corpus enim humanum erat, etsi novo miraculo ex sola Virgine coaluit), mortale tamen cum esset, ex similium conditione mortuum est, Verbi autem in ipsum descensu non secundum naturam suam corruptum est, sed propter inhabitans Dei Verbum sejunctum fuit a corruptione. — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Proinde, ut antea dixi, Verbum, cum impossibile **243** esset ipsum mori (erat enim immortale), corpus sibi assumpsit quod mori posset, ut ipsum tanquam proprium pro omnibus offerret : et ut ipse pro omnibus patiens, eo quod ad ipsum advenisset, destrueret eum qui mortis habebat imperium [72] — *Ejusdem, ex eadem oratione.* Patiens quidem corpus secundum corporum naturam mortuum est : fidem autem incorruptibilitatis habuit propter Verbum in ipso inhabitans. Neque enim moriente corpore Verbum etiam moriebatur, sed erat ipsum quidem impatibile, et incorruptibile, et immortale, tanquam Dei Verbum : præsens autem corpori arcebat ab eo naturalem corporum corruptionem, sicut dicit ei Spiritus. « Non permittes ut sanctus tuus videat corruptionem [73]. »

A τὸς ἑαυτῷ ἔλαβε σῶμα προσαγαγὼν (33) εἰς θάνατον, τῇ προσφορᾷ τῇ καταλλήλῳ (34) ἀπὸ πάντων εὐθὺς τῶν ὁμοίων ἠφάνισε τὸν θάνατον. Ὑπὲρ πάντας γὰρ ὢν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ εἰκότως τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, καὶ τὸ σωματικὸν ὄργανον προσάγων ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων ἐπλήρου τὸ ὀφειλόμενον τῷ θανάτῳ· καὶ οὕτως συνὼν διὰ τοῦ ὁμοίου τοῖς πᾶσιν ὁ ἄφθαρτος τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, εἰκότως τοὺς πάντας ἐνέδυσεν ἀφθαρσίᾳ ἐν τῇ περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐπαγγελίᾳ. Καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ ἐν τῷ θανάτῳ φθορὰ κατὰ τῶν ἀνθρώπων οὐκέτι χώραν ἔχει, διὰ τὸν ἐνοικήσαντα Λόγον ἐν τούτοις διὰ τοῦ ἑνὸς σώματος. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.* Τούτου ἕνεκα μετὰ τὰς θειοτάτας (35) αὐτοῦ ἐκ τῶν ἔργων ἀποδείξεις, ἤδη καὶ (36) ὑπὲρ πάντων θυσίαν ἀνέφερεν, ἀντὶ πάντων τὸν αὐτοῦ (37) B ναὸν εἰς θάνατον παραδιδοὺς, ἵνα τοὺς (38) πάντας ἀνευθύνους (39), καὶ ἐλευθέρους τῆς ἀρχαίας παραβάσεως ποιήσῃ, δείξῃ δὲ ἑαυτὸν καὶ θανάτου κρείττονα, ἀπαρχὴν τῆς τῶν ὅλων ἀναστάσεως τὸ ἴδιον σῶμα ἄφθαρτον ἐπιδεικνύμενος (40). Τὸ μὲν γὰρ (41) σῶμα, ὡς καὶ αὐτὸ κοινὴν ἔχον (42) τὴν οὐσίαν· σῶμα γὰρ ἦν ἀνθρώπινον, εἰ καὶ καινοτέρῳ θαύματι συνέστη ἐκ Παρθένου μόνης· ὅμως θνητὸν ὂν, κατ' ἀκολουθίαν τῶν ὁμοίων ἀπέθνησκε (43), τῇ δὲ τοῦ Λόγου εἰς αὐτὸ ἐπιβάσει, οὐκέτι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐφθείρετο, ἀλλὰ διὰ τὸν ἐνοικήσαντα τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐκτὸς ἐγίνετο φθορᾶς. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.* Ὅθεν, ὡς προεῖπον, ὁ Λόγος, ἐπεὶ οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἀθάνατος γὰρ ἦν, ἔλαβεν ἑαυτῷ σῶμα τὸ δυνάμενον C ἀποθανεῖν, ἵνα ὡς ἴδιον ἀντὶ πάντων αὐτὸ προσενέγκῃ· καὶ ὡς αὐτὸς ὑπὲρ πάντων πάσχων διὰ τὴν πρὸς αὐτὸ τὸ σῶμα (44) ἐπίβασιν, καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου (45). — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.* Πάσχον (46), μὲν γὰρ τὸ σῶμα, κατὰ τὴν τῶν σωμάτων φύσιν ἀπέθνησκεν· εἶχε δὲ τῆς ἀφθαρσίας τὴν πίστιν ἐκ τοῦ ἐνοικήσαντος αὐτῷ Λόγου. Οὐ γὰρ ἀποθνήσκοντος τοῦ σώματος ἐνεκροῦτο καὶ ὁ Λόγος· ἀλλ' ἦν μὲν αὐτὸς ἀπαθὴς, καὶ ἄφθαρτος, καὶ ἀθάνατος, οἷα δὴ Θεοῦ Λόγος ὑπάρχων, συνὼν δὲ μᾶλλον τῷ σώματι, διεκώλυεν ἀπ' αὐτοῦ τὴν κατὰ φύσιν τῶν σωμάτων φθορὰν, ᾗ φησι καὶ τὸ Πνεῦμα πρὸς αὐτόν· « Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. »

*Sancti Damasi, episcopi Romæ.*

*In expositione* [74]. Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem pertulerit Filius Dei Deus, et non caro cum anima, quam induit servi forma ab ipso assumpta, sicut Scriptura dixit : anathema sit.

*Τοῦ ἁγίου Δαμάσου, ἐπισκόπου Ῥώμης.*

*Ἀπὸ ἐκθέσεως.* Εἴ τις εἴποι, ὅτι (47) ἐν τῷ πάθει D τοῦ σταυροῦ πόνον ὑπέμεινεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς, καὶ οὐχὶ ἡ σὰρξ μετὰ τῆς ψυχῆς, ἣν ἐνεδύσατο ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, ἣν ἑαυτῷ ἔλαβε, καθὼς εἴρηκεν ἡ Γραφή· ἀνάθεμα ἔστω.

[72] Hebr. II, 14. [73] Psal. XV, 10. [74] Epist. III, *Ad Paulinum*.

(33) Ibid. προσάγων.
enim ceu ovem, quidquid ratione corporis ipsi attribuitur. — *Ejusdem, ex eodem libro.* Venit ad naturam nostram servandam, non ad suam perdendam. Si dixero camelum volare, vos protinus absurdum ducitis, quia * naturæ non convenit; et recte facitis. Si dixero homines in mari habitare, non tolerátis, et recte facitis; natura enim non patitur. Hinc prouti alienum vobis videtur, si quæ ab harum rerum natura abhorrent, loquor, ita, si dixero, illam potentiam, quæ est ante sæcula, et natura sua incorporea, et dignitate impatibilis, et apud Patrem, et ad dexteram, et in gloria, si, inquam, dixero, naturam illam incorpoream pati, nonne aures vestras obturatis? **261** Si aures vestras hæc audientes non obturaveritis, obturabo ego cor meum. An possumus angelo aliquid facere, verbi causa, gladio ferire, aut omnino discindere? Quid dico angelo? an animæ possumus? Non admittit clavum anima, non scinditur anima, non uritur. Et, si dixeris mihi, Quid ita? dico tibi, Sic enim condita est. Opera ejus sunt impatibilia, et ipse patibilis? Non rejicio dispensationem, amplector autem injurias, quibus affectus est. Mortuus est Christus pro nobis, et crucifixus. Sic scriptum est, sic natura admisit, verba non deleo, nec naturam blasphemo. Sed hæc vera non sunt. Dicantur veriora. Beneficus est, non molestus, qui docet; nec hostis est, si ingratus non sit qui docetur. Habes boni aliquid quod dicas? patent aures cum gratia. Rixandi cupidus est ouispiam? in otio suam exerceat cupiditatem. An potuerunt Judæi Filium Dei crucifigere, et potentiam ipsam morte multare? potestne vivens mori? Mors istius potentiæ, ejus est defectio. Corpus nostrum, cum mortui fuerimus, manet. Si potentiam illam morte multaverimus, ad nihilum illam redigemus. Nescio an non possitis audire. Corpus si mortuum fuerit, anima separatur et manet: si autem mortua fuerit anima, quoniam est incorporea, non est amplius. Anima quæ moritur, non est penitus. Mors enim eorum quæ sunt immortalia, eo illa redigit, ut non sint. Aliud considera. Nec enim dicere audeo. Hæc vero dicimus sicut intelligimus. Legem autem non ferimus, si quis contentiosus sit. Unum autem scio fore ut **262** unusquisque ex iis quæ sentit fructum percipiat: et accedit unusquisque ad Deum, et proponit quod de eo dixit et sensit. Nolite enim arbitrari Deum libros legere, aut recordando cruciari quæstionibus illis, Quid dixisti? et: Quis * audiit? Manifesta sunt omnia. Sedet judex, producitur Paulus qui hic est. Hominem me dixisti, non habes vitam mecum: quoniam me non cognovisti, nec te cognosco. Accedit alius: Dixisti me unum eorum quæ creata sunt; non nosti meam dignitatem, non

A σταυροῦ ὑπὲρ ἡμῶν. Προσήνεγκε γὰρ τὸ πρόβατον, ὅσα εἰς τὸ σῶμα αὐτῷ λογίζεται. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.* Τὴν ἡμετέραν φύσιν ἦλθε σῶσαι, οὐ τὴν ἑαυτοῦ ἀπολέσαι. Ἐὰν θελήσω εἰπεῖν ὅτι κάμηλος πέταται, εὐθὺς ξενίζεσθε, ὅτι οὐχ ἁρμόττει τῇ φύσει· καὶ καλῶς ποιεῖτε. Ἐὰν δὲ θελήσω εἰπεῖν ὅτι ἄνθρωποι θάλατταν οἰκοῦσιν, οὐκ ἀνέχεσθε· καλῶς γε ποιοῦντες· οὐ γὰρ δέχεται ἡ φύσις. Ὥσπερ οὖν ἐὰν εἴπω ξένα περὶ τούτων τῶν φύσεων, ξενίζεσθε· οὕτως ἐὰν εἴπω, ὅτι ἐκείνη ἡ δύναμις, ἡ πρὸ αἰώνων, ἡ ἀσώματος τὴν φύσιν, ἡ ἀπαθὴς τὴν ἀξίαν, ἡ οὖσα πρὸς τὸν Πατέρα, ἡ παρὰ τῷ Πατρὶ, ἡ ἐκ δεξιῶν, ἡ ἐν δόξῃ, ἐὰν εἴπω, ὅτι ἐκείνη ἡ φύσις ἡ ἀσώματος πάσχει, οὐχὶ τὰ ὦτα ὑμῶν κρατεῖτε; Ἐὰν μὴ κρατήσητε ὑμῶν τὰ ὦτα, ταῦτα B ἀκούοντες, κρατήσω μου τὴν καρδίαν. Ἆρα ἀγγέλῳ δυνάμεθά τι ποιῆσαι, οἷον ξίφει κροῦσαι, ἢ ὅλως σχίσαι; Τί λέγω ἀγγέλῳ; ψυχῇ δυνάμεθα; Οὐ δέχεται ἧλον ψυχὴ, οὐ τέμνεται ἡ ψυχὴ, οὐ καίεται. Κἂν εἴπῃς μοι· Διατί; λέγω σοι· Οὕτως γὰρ ἐκτίσθη. Τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀπαθῆ, καὶ αὐτὸς ἐμπαθής; Οὐκ ἀθετῶ τὴν οἰκονομίαν, ἀσπάζομαι δὲ τὰς κακουργίας. Ἀπέθανε Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἐσταυρώθη. Οὕτως γέγραπται, οὕτως ἐδέχετο ἡ φύσις, οὔτε τὰ ῥήματα ἀπαλείφω, οὔτε φύσιν βλασφημῶ. Ἀλλ' οὐκ ἀληθῆ ταῦτα· λεγέσθω τ' ἀληθέστερα. Εὐεργέτης οὐ χαλεπαίνων ὁ διδάσκων, οὐκ ἐχθρὸς, ἐὰν μὴ ἀγνώμων ᾖ ὁ διδασκόμενος. Ἔχεις τι καλὸν εἰπεῖν, ἤνοικται τὰ ὦτα μετὰ χάριτος. Φιλονεικεῖ τις, σχολάζων ἀκολουθῇ φιλονεικίᾳ. Ἴσχυσαν Ἰουδαῖοι τὸν C Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σταυρῶσαι, αὐτὴν τὴν δύναμιν νεκρῶσαι; Δύναται ζῶν ἀποθανεῖν; Ὁ θάνατος τῆς τοιαύτης δυνάμεως, ἔκλειψις αὐτῆς ἐστι. Τὸ σῶμα ἡμῶν ὅταν ἀποθάνωμεν μένει. Ἐὰν ἐκείνην τὴν δύναμιν νεκρώσωμεν, εἰς ἀνυπαρξίαν αὐτὴν καταφέρομεν. Οὐκ οἶδα εἰ οὐκ ἠδυνήθητε ἀκοῦσαι. Τὸ σῶμα ἐὰν ἀποθάνῃ, ἡ ψυχὴ χωρίζεται καὶ μένει. Ἐὰν δὲ ψυχὴ ἀποθάνῃ, ἐπειδὴ ἀσώματός ἐστιν, ὅλως οὐκ ἔστιν (39). Ψυχὴ ἀποθνήσκουσα ὅλως οὐκ ἔστιν· εἰς ἀνυπαρξίαν γάρ ἐστι τῶν ἀθανάτων ὁ θάνατος. Νόησον τὸ ἕτερον. Οὐ γὰρ τολμῶ οὐδὲ εἰπεῖν. Ταῦτα λέγομεν ὡς νοοῦμεν· οὐ νομοθετοῦμεν δὲ, εἴ τις φιλονεικεῖ. Ἓν δὲ οἶδα, ὅτι ἕκαστος ἀφ' ὧν φρονεῖ, ἀπὸ τούτων ἔχει ἀπολαῦσαι· καὶ ἀπέρχεται ἕκαστος D πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ προβάλλεται ὃ εἶπε περὶ αὐτοῦ καὶ ἐφρόνησε. Μὴ γὰρ νομίζετε, ὅτι βίβλους ἀναγινώσκει ὁ Θεὸς, ἢ μνήμαις ὀχλεῖται, Τί εἶπες, καὶ, Τίς (40) ἤκουσε; Φανερὰ πάντα. Κάθηται ὁ κριτὴς, φέρεται Παῦλος ὁ ἐνταῦθα (41). Ἄνθρωπόν με εἶπες, οὐκ ἔχεις ζωὴν μετ' ἐμοῦ· ἐπειδὴ οὐκ ἔγνως με, οὐ γινώσκω σε. Προσέρχεται ἄλλος· Εἶπές με ἓν τῶν ὄντων (42), οὐκ ἔγνως μου τὴν ἀξίαν, οὐ γινώσκω σε. Προσέρχεται ἄλλος· Εἶπες, ὅτι οὐκ ἀν-

(39) ἔστιν. Punctum, quod edit. prior ad sequens ἀποθνήσκουσα ponebat, huic verbo apponere visum est.

(40) τίς. Ed. Rom. et Lips. τί. Strig. quid audivisti?

(41) Παῦλ. ὁ ἐνταῦθα. Ad Paulum Samosatenum hæc se referre videntur.

(42) ὄντων. Ad res creatas respici non dubito. Mutanda itaque fuit interpretatio Herveti, quæ habebat: Dixisti me unum eorum quæ non sunt.

Digitized by Google

ἔλαβον σῶμα, ἠθέτησάς μου τὴν χάριν, οὐ μεταλήψῃ A μου τῆς ἀθανασίας. Προσῆλθεν ἄλλος· Εἶπες (43) ὅτι οὐκ ἐγεννήθην ἐκ Παρθένου, ἵνα σώσω τὸ σῶμα τῆς Παρθένου, οὐ σωθήσῃ. Ἕκαστος ἀποφέρεται τὰ φρονήματα περὶ (44) πίστεως.

Εἶδες καὶ τὴν ἄλλην τῶν ὑμετέρων διδασκάλων συμμορίαν, παρ' ἧς τὸ τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς πεπονθέναι μαθεῖν ἐνομίσθητε, τήνδε τὴν βλασφημίαν βδελυττομένην, καὶ τῆς θεότητος τὴν ἀπάθειαν κηρύττουσαν, καὶ τῶν ταύτῃ τὸ πάθος προσαρμόττειν τολμώντων τὴν φάλαγγα καταλύουσαν.

ΕΡΑΝ. Εἶδον, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἐθαύμασα, καὶ ἄγαμαι τῶν ἐνθυμημάτων καὶ νοημάτων τὸν ἄνδρα.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν, ὦ ἀγαθὲ, ζήλωσον τὰς μελίττας, B καὶ τῷ νῷ περιποτώμενος τούς τε λειμῶνας τῆς θείας Γραφῆς, καὶ τῶν πανευφήμων Πατέρων τὰ ἄνθη τὰ ἀξιέραστα, ὕφηνον ἡμῖν ἐν σαυτῷ τὰ κηρία τῆς πίστεως. Εἰ δέ που καὶ πόαν εὕροις οὐκ ἐδώδιμον, οὔτε γλυκεῖαν, ὁποῖος οὗτος Ἀπολινάριος καὶ Εὐσέβιος, ἔχουσαν δέ τι πρόσφορον εἰς μελιττουργίαν, οὐδὲν ἀπεικὸς, τὸ μὲν χρειῶδες λαβεῖν, καταλιπεῖν δὲ τὸ βλαβερόν. Καὶ γὰρ αἱ μέλιτται, δηλητηρίοις πολλάκις ἐφιζάνουσαι θάμνοις, ὅσον μὲν ὀλέθριον καταλείπουσι, τὸ δὲ οἰκεῖον συλλέγουσι. Ταῦτά σοι, ὦ φιλότης, κατὰ τὸν φιλαδελφίας εἰσηγούμεθα νόμον. Σὺ δὲ εὖ μὲν ποιήσεις, δεξάμενος τὴν παραίνεσιν. Εἰ δὲ ἀπειθήσαις, ἡμεῖς τὸν ἀποστολικὸν ἐκεῖνον ἐροῦμεν λόγον· « Καθαροὶ ἡμεῖς. » Διεστειλάμεθα γὰρ κατὰ τὸν προφήτην, ὡς προσετάχθημεν.

novi te. Accedit alius : Dixisti me non assumpsisse corpus : pro nihilo duxisti gratiam meam, non eris immortalitatis meæ particeps. Accessit alius : Dixisti me non esse natum de Virgine, ut servarem corpus Virginis : non salvaberis. Sic unusquisque fidei suæ fructum percipit.

Vidisti etiam aliam magistrorum vestrorum classem, a qua passam esse Unigeniti divinitatem didicisse vos putastis, hanc blasphemiam exsecrari, et divinitatem impatibilem prædicare, et eorum qui passionem illi tribuere audent catervam dissipare.

ERAN. Vidi, et certamina miratus sum, virumque ob præclara ejus sensa et cogitata demiror.

ORTH. Imitare igitur apes, o bone, et per sacræ Scripturæ prata mente volitans, et per laudatissimorum Patrum pulcherrimos flores, construe nobis in **263** teipso favos fidei. Ubi vero herbam inveneris, nec esculentam, nec dulcem, cujusmodi est hic Apolinarius et Eusebius, quæ utile tamen aliquid habeat ad mel conficiendum, non erit alienum quod utile est sumere, noxio relicto. Nam et apes sæpe venenatis fruticibus insidentes, quod perniciosum est relinquunt, sibi vero conveniens colligunt. Hæc tibi, o amice, fraternæ charitatis lege consulo. Tu autem recte feceris, si monitioni parueris. Quod si non audieris, nos apostolicum illud usurpabimus : « Nos mundi sumus [e]. » Exposuimus enim secundum prophetam quæ jussi sumus.

[e] Act. xx, 26.

(43) Εἶπες. Edit. Rom. et Lips. Εἶπεν, et deinde ἐγεννήθης.

(44) περί. Ibid. præm. τά.

# ΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣ ΔΙΑ ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΩΝ (1)

## ΟΤΙ ΑΤΡΕΠΤΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΛΟΓΟΣ.

# DEMONSTRATIONES PER SYLLOGISMOS

## QUOD IMMUTABILIS SIT DEUS VERBUM.

α'. Μίαν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου C Πνεύματος οὐσίαν ὡμολογήσαμεν, καὶ ταύτην ἄτρεπτον εἶναι συμφώνως εἰρήκαμεν. Εἰ τοίνυν μία τῆς Τριάδος οὐσία, ἄτρεπτος δὲ αὕτη, ἄτρεπτος ἄρα ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ἓν τῆς Τριάδος πρόσωπον ὤν. Εἰ δὲ ἄτρεπτος, οὐ τραπεὶς δήπου γέγονε σὰρξ, ἀλλὰ σάρκα λαβὼν εἴρηται γεγονέναι σάρξ.

β'. Ἄλλως. Εἰ τὴν εἰς σάρκα τροπὴν ὑπομείνας ὁ Θεὸς Λόγος ἐγένετο σὰρξ, οὐκ ἄρα ἄτρεπτος. Τὸ γὰρ ἀλλοιούμενον, οὐκ ἄν τις ἄτρεπτον σωφρονῶν γε καλέσοι. Εἰ δὲ τρεπτὸς, οὐδὲ ὁμοούσιος ἄρα τοῦ

1. *Unam Patris et Filii et Spiritus sancti substantiam confessi sumus, et hanc immutabilem esse communi consensu diximus. Si ergo una est Trinitatis substantia, et hæc immutabilis est, immutabilis utique est unigenitus Filius, qui una est Trinitatis persona. Quod si immutabilis est, non immutatus videlicet caro factus est, sed carne assumpta caro factus dicitur.

2. *Aliter*. Si per conversionem in carnem Deus Verbum caro factus est, nequaquam est immutabilis. Quod enim alteratur, **264** nemo sanæ mentis immutabile appellaverit. Si autem mutabilis est,

(1) Ἀποδ. δ. συλλ. Des. in edit. Rom. et Lips.

non est consubstantialis genitori. Quomodo enim fieri potest, ut simplicis substantiæ, hoc quidem sit mutabile, illud vero immutabile? Hoc porro si concesserimus, in Arii et Eunomii blasphemiam prorsus incidemus. Illi enim Filium dicunt alterius esse substantiæ.

3. *Aliter*. Si Filius ejusdem est cum Patre substantiæ, factus autem est caro Filius mutationem in carnem passus, mutabilis ergo et non immutabilis est substantia. Si quis autem hanc blasphemiam dicere ausus fuerit, haud dubie illam augebit per blasphemiam in Patrem. Nam mutabilem ipsum quoque affirmabit, ut qui ejusdem substantiæ sit particeps.

4. *Aliter*. Carnem Deum Verbum simulque animam assumpsisse tradunt divinæ Scripturæ : divinissimus vero evangelista dixit : « Verbum caro factum est [1]. » Duorum igitur alterum facere necesse est, ut aut Verbi in carnem mutationem admittentes, sacram Scripturam universam tum Veterem, tum Novam, veluti falsa docentem aversemur : aut divinæ Scripturæ ' assentientes, carnis quidem assumptionem confiteamur, mutationis vero cogitationem abjiciamus, dictum evangelicum pie intelligentes. Hoc autem faciendum est, quandoquidem et immutabilem Dei Verbi naturam confitemur, et de assumptione carnis innumera habemus testimonia.

5. *Aliter*. Quod tabernaculum inhabitat, aliud est ab eo quod inhabitatur : evangelista **265** autem carnem tabernaculum appellavit, in eoque Deum Verbum habitasse dixit : « Verbum enim, inquit, caro factum est, et habitavit in nobis [2]. » At si mutatum caro factum est, non habitavit in carne : nos vero in carne ipsum habitasse dicimus. Idem enim evangelista in alio etiam loco corpus ipsius templum appellavit. Credendum igitur est evangelistæ dictum explicanti, et quod ambiguum quibusdam videbatur, interpretanti.

6. *Aliter*. Si evangelista, cum dixisset : « Verbum caro factum est, » nihil addidisset quod ambiguitatem posset tollere, justam fortasse haberet excusationem de hoc dicto contentio, verborum scilicet obscuritatem. Sed cum statim adjecerit : « Habitavit in nobis, » frustra reluctantes rixantur. Antecedentis enim dicti subsequens est explanatio.

7. *Aliter*. Dei Verbi immutabilitatem sapientissimus evangelista satis aperte prædicavit. Cum enim dixisset : « Verbum caro factum est et habitavit in nobis, » mox subjecit : « Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis. » Si vero in carnem mutatus esset, ut stulti volunt, non mansisset quod erat. Sin autem etiam carne tectus paternæ nobilitatis radios spar-

A γεγεννηκότος ἐστί. Πῶς γὰρ οἷόν τε, τῆς ἁπλῆς οὐσίας, τὸ μὲν εἶναι τρεπτὸν, τὸ δὲ ἄτρεπτον; Εἰ δὲ τοῦτο δοίημεν, τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου πάντως περιπεσούμεθα βλασφημίᾳ. Ἑτεροούσιον γὰρ ἐκεῖνοί γέ φασι τὸν Υἱόν.

γ'. Ἄλλως. Εἰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ὁμοούσιος, ἐγένετο δὲ σὰρξ ὁ Υἱὸς τὴν εἰς σάρκα μεταβολὴν ὑπομείνας, τρεπτὴ ἄρα καὶ οὐκ ἄτρεπτος ἡ οὐσία. Εἰ δὲ ταύτην τις τολμήσοι τὴν βλασφημίαν, αὐξήσει πάντως αὐτὴν τῇ κατὰ τοῦ Πατρὸς βλασφημίᾳ. Τρεπτὸν γὰρ δήπουθεν καὶ αὐτὸν ὀνομάσει, τῆς αὐτῆς γε οὐσίας μετέχοντα.

δ'. Ἄλλως. Σάρκα τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ μέντοι B καὶ ψυχὴν εἰληφέναι φασὶν αἱ θεῖαι Γραφαί· ὁ δὲ θειότατος εὐαγγελιστὴς εἶπεν· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Ἀνάγκη τοίνυν δυοῖν θάτερον δρᾶσαι, ἢ τὴν εἰς σάρκα τοῦ Λόγου δεχομένους τροπὴν, ὡς ψευδῆ παιδεύουσαν ἀποστραφῆναι πᾶσαν τὴν θείαν Γραφὴν, Παλαιάν τε καὶ Νέαν· ἢ τῇ θείᾳ πειθομένους Γραφῇ, τῆς μὲν σαρκὸς ὁμολογῆσαι τὴν πρόσληψιν, ἐξελάσαι δὲ τῶν (2) λογισμῶν τὴν τροπὴν, εὐσεβῶς τὸ εὐαγγελικὸν νοοῦντας ῥητόν· τοῦτο δὲ ἄρα ποιητέον, ἐπειδὴ καὶ ἄτρεπτον ὁμολογοῦμεν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν φύσιν, καὶ τῆς ἀναλήψεως τῆς σαρκὸς μυρίας ἔχομεν μαρτυρίας.

ε'. Ἄλλως. Τὸ σκηνοῦν ἕτερόν ἐστι παρὰ τὸ σκηνούμενον· τὴν δὲ σάρκα σκηνὴν ὁ εὐαγγελιστὴς προσ- C ηγόρευσεν, ἐν δὲ ταύτῃ σκηνῶσαι τὸν Θεὸν ἔφησε Λόγον· « Ὁ γὰρ Λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Εἰ δὲ τραπεὶς ἐγένετο σὰρξ, οὐκ ἐσκήνωσεν ἐν σαρκί. Ἀλλὰ μὴν ἐσκηνωκέναι αὐτὸν ἐν σαρκὶ μεμαθήκαμεν. Ὁ γὰρ αὐτὸς εὐαγγελιστὴς καὶ ἐν ἑτέρῳ γε χωρίῳ τὸ σῶμα αὐτοῦ ναὸν προσηγόρευσε. Πιστευτέον ἄρα τῷ εὐαγγελιστῇ, τὸ ῥητὸν ἀναπτύξαντι, καὶ τὸ δοκοῦν τισιν ἀμφίβολον ἑρμηνεύσαντι.

ς'. Ἄλλως. Εἰ γράψας ὁ εὐαγγελιστὴς, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » μηδὲν ἐπήγαγε λῦσαι τὴν ἀμφιβολίαν δυνάμενον, ἴσως ἔσχεν (3) ἄν τινα πρόφασιν εὔλογον ἡ περὶ τοῦ ῥητοῦ διαμάχη, τὸ συνεσκιασμένον τοῦ γράμματος. Ἐπειδὴ δὲ συνῆψεν εὐθὺς τὸ D « Ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » μάτην ἄρα οἱ ζυγομαχοῦντες ἐρεσχελοῦσι. Τοῦ γὰρ προγεγραμμένου τὸ ἑπόμενον ἑρμηνεία.

ζ'. Ἄλλως. Τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ ἄτρεπτον ἀναφανδὸν ἐκήρυξεν ὁ πάνσοφος εὐαγγελιστής. Εἰπὼν γὰρ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » εὐθὺς ἐπήγαγε, « Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Εἰ δὲ τὴν εἰς σάρκα κατά γε τοὺς ἀνοήτους ὑπεμεμενήκει μεταβολὴν, οὐκ ἂν ἔμεινεν ὅπερ ἦν. Εἰ δὲ καὶ σαρκὶ κεκαλυμμένος τῆς

[1] Joan. I, 14. [2] ibid. 3.

(2) τῶν — τροπήν. Ita quoque edit. Rom. et Lips. Sed legendum esse videtur τὸν λογισμὸν τῆς τροπῆς.

(3) Ibid. ἂν ἔσχε.

πατρῴας εὐγενείας τὰς ἀκτῖνας ἠφίει, ἄτρεπτον μὲν A δήπουθεν (4), ἔχει τὴν φύσιν, λάμπει δὲ καὶ ἐν σώματι, καὶ τὰς τῆς ἀοράτου φύσεως ἐκπέμπει μαρμαρυγάς. Ἐκεῖνο γάρ τοι τὸ φῶς οὐδὲν ἀμαυρῶσαι δύναται· « Τὸ γὰρ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν, » ὥς φησιν ὁ θειότατος Ἰωάννης.

η'. Ἄλλως. Τοῦ Μονογενοῦς τὴν δόξαν ὁ πανεύφημος εὐαγγελιστὴς ἑρμηνεῦσαι βουληθεὶς, εἶτα τὸ ἐγχείρημα πληρῶσαι μὴ δυνηθεὶς, ἐκ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα κοινωνίας ἐπιδείκνυσι ταύτην. Ἐξ ἐκείνης γὰρ, φησὶν, ὑπάρχει τῆς φύσεως· ὅμοιον ποιῶν ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν Ἰωσὴφ παρὰ τὴν ἀξίαν δουλεύοντα θεωμένοις τισὶ, καὶ ἀγνοοῦσιν αὐτοῦ τοῦ γένους τὴν περιφάνειαν, εἴποι τὸν Ἰακὼβ εἶναι τούτου πατέρα, πρόγονον δὲ τὸν Ἀβραάμ. B Οὕτω γὰρ δὴ καὶ οὗτος ἔφη, ὅτι καὶ σκηνώσας ἐν ἡμῖν οὐκ ἠμβλυνε τὴν τῆς φύσεως δόξαν. « Ἐθεασάμεθα γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός. » Εἰ δὲ καὶ σεσαρκωμένος δῆλος ἦν ὅστις ἦν, μεμένηκεν ἄρα ὅσπερ (5) ἦν, καὶ τὴν εἰς σάρκα τροπὴν οὐχ ὑπέμεινεν.

θ'. Ἄλλως. Οὐ σάρκα μόνην, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον ὡμολογήσαμεν. Τί δήποτε τοίνυν ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς, τὴν μὲν ψυχὴν ἐνταῦθα παρέλιπε, μόνης δὲ σαρκὸς ἐμνημόνευσεν; Ἢ δῆλον ὅτι τὴν ὁρωμένην ἐπέδειξε φύσιν, τὴν (6) δὲ φυσικῶς αὐτῇ συνεζευγμένην δι' αὐτῆς παρεδήλωσε; Τῇ γάρ τοι μνήμῃ τῆς σαρκὸς καὶ ἡ τῆς ψυχῆς δήπουθεν συνεισέρχεται. C Ὅταν γὰρ ἀκούσωμεν τοῦ Προφήτου λέγοντος, « Εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ, » οὐκ ἀψύχοις σαρξὶ παρακελεύεσθαι τὸν Προφήτην νομίζομεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν εἰς ὑμνῳδίαν καλεῖσθαι πιστεύομεν.

ι'. Ἄλλως. Τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » οὐ τροπῆς, ἀλλὰ τῆς ἀφάτου (7) φιλανθρωπίας ὑπάρχει δηλωτικόν. Εἰπὼν γὰρ ὁ πανεύφημος εὐαγγελιστὴς, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, » καὶ δείξας αὐτὸν τῶν ὁρωμένων καὶ ἀοράτων δημιουργὸν, καὶ ζωὴν ὀνομάσας, καὶ ἀληθινὸν φῶς, καὶ ἕτερα ἄττα παραπλήσια τεθεικὼς, καὶ θεολογήσας ὅσον καὶ νοῦς ἀνθρώπινος χωρεῖν οἷός τε ἦν, καὶ γλῶττα τοῖς τούτου χρούμασιν ὑπουργεῖν ἱκανὴ, D ἐπήγαγε· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ὥσπερ ἐκπληττόμενος, καὶ θαυμάσας (8) τῆς φιλανθρωπίας τὴν ἀπληστίαν. Οὗτος ὢν (9) ἀεὶ, καὶ Θεὸς ὢν, καὶ τὰ πάντα πεποιηκὼς, καὶ ζωῆς αἰωνίου καὶ ἀληθινοῦ φωτὸς ὑπάρχων πηγὴ, τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα σωτηρίας τὴν τῆς σαρκὸς ἑαυτῷ σκηνὴν περιέθηκεν. Ἐνομίσθη δὲ τοῦτο μόνον εἶναι ὅπερ ἐφαίνετο. Τούτου δὴ χάριν οὐδὲ ψυχῆς ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ μόνης σαρκὸς τῆς ἐπικήρου τε

git, immutabilem quidem habet naturam, lucet autem etiam in corpore, et invisibilis naturæ splendorem emittit. Lucem enim illam obscurare nihil potest. Nam « Lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt, » ut ait divinissimus Joannes [3].

**266** 8. *Aliter*. Cum Unigeniti gloriam explicare vellet laudatissimus evangelista, et quod moliebatur explere non posset, ex ejus cum Patre communione hanc ostendit. Ex illa enim, inquit, est natura : perinde faciens, ac si quis iis, qui Josephum præter dignitatem servire viderent, et generis ejus nobilitatem ignorarent, diceret Jacobum hujus esse patrem, proavum vero Abrahamum. Sic enim et hic dixit, quod in nobis habitans naturæ gloriam non obscurarit. « Vidimus enim, inquit, gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre. » Quod si etiam incarnatus agnoscebatur quis esset, mansit utique quod erat, nec in carnem mutatus est.

9. *Aliter*. Non carnem solam, sed animam quoque a Deo Verbo assumptam confessi sumus. Cur igitur divinus evangelista hoc loco animam prætermisit, et solam carnem commemoravit? Nunquid manifestum est quod visibilem naturam demonstrarit, et eam quæ huic naturaliter conjuncta est per illam significarit? Facta enim mentione carnis, animæ itidem cogitatio consequitur. Quando enim Prophetam dicentem audimus : « Benedicat omnis caro nomini sancto ejus [4], » non cogitamus Prophetam carnes inanimatas hortari, sed ex parte totum ad hymnorum cantum invitari credimus.

10. *Aliter*. Voces illæ : « Verbum caro factum est, » non mutationem, sed ineffabilem **267** (ejus) benignitatem demonstrant. Cum enim dixisset beatus evangelista : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, » et ostendisset ipsum esse visibilium atque invisibilium opificem, et vitam nominasset, ac veram lucem, aliaque his similia posuisset, et divinitatem ejus, quoad mens humana capere, et huic famulans lingua enuntiare potest, commemorasset, subjunxit : « Et Verbum caro factum est, » tanquam obstupescens et admirans immensam erga homines benignitatem. Hic qui semper est, et Deus est, qui omnia condidit, et vitæ æternæ ac veræ lucis fons est, propter hominis salutem carnis tabernaculum sibi circumposuit. Putabatur autem hoc solum esse quod apparebat. Idcirco nec animæ mentionem fecit, sed solius carnis fragilis et mortalis : animam

[3] Joan. I, 5. [4] Psal. CXLIV, 21.

(4) δήπ. Des. Ibid.
(5) ὅσπ. Edit. Rom. et Lips. ὥσπερ.
(6) τὴν — συνεζ. Ita ed. Rom. et Lips. quam sequimur. Sirm. τὸν — συνεζευγμένον.
(7) ἀφάτου. Ibid. αὐτοῦ.
(8) Ibid. θαυμάζων.
(9) Edit. Lips. οὕτω ἄν.

Digitized by Google

autem ut immortalem silentio præteriit, ut immensam bonitatem ostenderet.

11. *Aliter*. Semen Abrahæ Dominum Christum vocat divinus Apostolus [5]. Hoc si verum est, ut certe est, non igitur in carnem mutatus est Deus Verbum, sed semen Abrahæ apprehendit, juxta ipsius Apostoli doctrinam.

12. *Aliter*. Juravit Deus Davidi, se ex fructu lumborum ejus secundum carnem excitaturum esse Christum, sicut et Propheta [6] dixit, et magnus Petrus interpretatus est [7]. At, si Deus Verbum in carnem conversus Christus nominatus est, juramenti veritatem haudquaquam **268** invenienus. Deum porro veracem, vel ipsam potius veritatem esse didicimus. Non igitur mutationem in carnem subiit Deus Verbum, sed ex semine Davidis secundum promissionem primitias assumpsit.

### *QUOD UNIO SIT INCONFUSA.*

1. Qui unam divinitatis et humanitatis naturam post unionem factam esse credunt, naturarum proprietates hac ratione tollunt: harum vero ablatio utriusque naturæ est negatio. Non sinit enim unitorum confusio, nec carnem carnem intelligere, nec Deum Deum. Sin autem manifesta est etiam post unionem unitorum differentia, nequaquam facta est confusio, sed inconfusa est unio. Hoc vero concesso, non una est natura Christus Dominus, sed unus Filius naturam utramque integram ostendens.

2. *Aliter*. Unionem et nos dicimus, et ipsi confitentur, in conceptione factam esse. Si ergo naturas unio permiscuit et confudit, quomodo caro post partum nihil novi habere visa est, sed et humanam exhibuit effigiem, et infantis mensuram servavit, et fasciis involuta est, et materna ubera suxit? Quod si non per phantasiam et opinionem hæc facta sunt, phantasiam igitur et opinionem, ut ipsi dicunt, non admittunt, vere ergo corpus erat quod cernebatur. Hoc autem concesso, non confudit naturas unio, sed utraque sincera permansit.

**269** 3. *Aliter*. Qui variam et multiformem hanc hæresin composuerunt, alias quidem carnem factum esse Deum Verbum dicunt, alias vero carnem dicunt in divinitatis naturam mutatam esse. Utraque autem oratio vana et inepta est, et plena falsitatis. Nam si Deus Verbum, ut ipsimet dicunt, caro factus est, cur ipsum Deum nominant, et hoc solum, hominem vero cognominare nolunt, sed et nos, qui cum eo quod Deum fatemur, etiam hominem esse dicimus, vehementer accusant? Quod si caro in divinitatis naturam mutata est, quam ob causam ea percipiunt,

A καὶ θνητῆς· τὴν δὲ ψυχὴν ὡς ἀθάνατον παραλέλοιπεν, ἵνα δείξῃ τὴν τῆς ἀγαθότητος ἀμετρίαν.

ια'. *Ἄλλως*. Σπέρμα Ἀβραὰμ ὁ θεῖος Ἀπόστολος τὸν Δεσπότην ὀνομάζει Χριστόν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ἀληθὲς δὲ, οὐκ ἄρα εἰς σάρκα ὁ Θεὸς Λόγος ἐτράπη, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο (10), κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἀποστόλου διδασκαλίαν.

ιβ'. *Ἄλλως*. Ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Δαβὶδ, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, ὡς καὶ ὁ προφήτης εἴρηκε, καὶ ὁ μέγας ἡρμήνευσε Πέτρος. Εἰ δὲ ὁ Θεὸς Λόγος εἰς σάρκα τραπεὶς ὠνομάσθη Χριστὸς, οὐδαμοῦ τῶν ὅρκων εὑρήσομεν τὴν ἀλήθειαν. Ἀλλὰ μὴν ἀψευδῆ, μᾶλλον δὲ αὐτοαλήθειαν εἶναι τὸν Θεὸν ἐδιδάχθημεν. Οὐκοῦν οὐ τὴν εἰς σάρκα μεταβολὴν ὁ Θεὸς Λόγος ὑπέμει-
B νεν, ἀλλὰ τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ἔλαβεν ἀπαρχήν.

### *ΟΤΙ ΑΣΥΓΧΥΤΟΣ Η ΕΝΩΣΙΣ.*

α'. Οἱ μίαν φύσιν θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι πιστεύοντες, ἀναιροῦσι τῷδε τῷ λόγῳ τὰς τῶν φύσεων ἰδιότητας· ἡ δὲ τούτων ἀναίρεσις ἑκατέρας φύσεως ἄρνησις. Οὐ γὰρ ἐᾷ νοεῖν τῶν ἑνωθέντων ἡ σύγχυσις, οὔτε σάρκα τὴν σάρκα, οὔτε Θεὸν τὸν Θεόν. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν εὔκρινὲς τὸ τῶν ἑνωθέντων διάφορον, οὐκ ἄρα σύγχυσις γέγονεν, ἀλλ' ἀσύγχυτος ἡ ἕνωσις. Εἰ δὲ τοῦτο συνωμολόγηται, οὐ μία ἄρα φύσις ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ἀλλ' εἷς Υἱὸς, φύσιν ἑκατέραν ἐπιδεικνὺς ἀκραιφνῆ.

C β'. *Ἄλλως*. Τὴν ἕνωσιν καὶ ἡμεῖς φαμεν, καὶ αὐτοὶ δὲ συνομολογοῦσιν ἐν τῇ συλλήψει γενέσθαι. Εἰ τοίνυν κεκέρακε τὰς φύσεις ἡ ἕνωσις καὶ συνέχεε, πῶς ἡ σὰρξ μετὰ τὸν τόκον οὐδὲν ἔχουσα καινὸν (11) ἑωρᾶτο, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀνθρώπινον ἐδείκνυ χαρακτῆρα, καὶ τοῦ βρέφους τὰ μέτρα διέσωσε, καὶ τῶν σπαργάνων ἠνείχετο, καὶ τὴν μητρῴαν εἷλκε θηλήν; Εἰ δὲ κατὰ φαντασίαν ταῦτά γε καὶ δόκησιν οὐ τετέλεσται (12), φαντασίαν ἄρα καὶ δόκησιν, ὥς φασιν, οὐ προσίενται, ἀληθῶς ἄρα σῶμα ἦν τὸ ὁρώμενον. Εἰ δὲ τοῦτο συνωμολόγηται, οὐκ ἄρα συνέχεε τὰς φύσεις ἡ ἕνωσις, ἀλλ' ἑκατέρα μεμένηκεν ἀκραιφνής.

γ'. *Ἄλλως*. Οἱ τὴν ποικίλην ταύτην συντεθει-
D κότες καὶ πολύμορφον αἵρεσιν, ποτὲ μὲν σάρκα γεγενῆσθαι τὸν Θεὸν Λόγον φασὶ, ποτὲ δὲ τὴν σάρκα λέγουσι τὴν εἰς θεότητος φύσιν δεδέχθαι μεταβολήν. Ἑκάτερος δὲ λόγος ἕωλός τε καὶ μάταιος, καὶ ψεύδους ἀνάμεστος. Εἰ μὲν γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος κατὰ τὸν αὐτῶν γε λόγον ἐγένετο σὰρξ, τί δήποτε αὐτὸν Θεὸν ὀνομάζουσι, καὶ τοῦτό γε μόνον, ἄνθρωπον δὲ (13) προσονομάζειν οὐ θέλουσιν, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, μετὰ τοῦ Θεὸν ὁμολογεῖν καὶ ἄνθρωπον εἶναι λεγόντων, σφόδρα κατηγοροῦσιν; Εἰ δὲ ἡ σὰρξ εἰς θεότητο,

[5] Hebr. II, 16. [6] Psal. CXXXI, 11. [7] Act. II, 30.

(10) ἐπελ. Ita in edit. Rom. et Lips. recte legitur Sirm. ἀπελάβετο.

(11) καινόν. Edit. Rom. et Lips. κενόν.

(12) φαντ. Delere visum est κατὰ, quod in edit. priori præcedebat.

(13) δέ. Edit. Rom. et Lips. δή.

Digitized by Google

μετεβλήθη φύσιν, οὗ δὴ χάριν μεταλαμβάνουσι τῶν ἀντιτύπων τοῦ σώματος; περιττὸς γὰρ ὁ τύπος ἀνῃρημένης τῆς ἀληθείας.

δ'. Ἄλλως. Ἀσώματος σωματικῶς οὐ περιτέμνεται φύσις. Τὸ δὲ *σωματικῶς* πρόσκειται, διὰ τὴν πνευματικὴν τῆς καρδίας περιτομήν. Σώματος οὖν δήπουθεν ἡ περιτομή. Περιετμήθη δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁ Δεσπότης Χριστός. Εἰ δὲ τοῦτο συνωμολόγηται, καὶ ὁ τῆς συγχύσεως ἄρα διελήλεγκται λόγος;

ε'. Ἄλλως. Πεινῆσαι μέν τοι καὶ διψῆσαι τὸν Σωτῆρα Χριστὸν μεμαθήκαμεν. καὶ ἀληθῶς γε ταῦτα καὶ οὐ δοκήσει γεγενῆσθαι πιστεύομεν. Ταῦτα δὲ οὐκ ἀσωμάτου φύσεως, ἀλλὰ σώματος ἴδια. Σῶμα ἄρα εἶχεν ὁ Δεσπότης Χριστός, δεξάμενον πρὸ τῆς ἀναστάσεως τῆς φύσεως τὰ παθήματα. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος. « Οὐ γὰρ ἔχομεν, B φησὶν, ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας » Ἡ ἁμαρτία γὰρ οὐ τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῆς κακῆς προαιρέσεως.

ς'. Ἄλλως. Περὶ τῆς θείας φύσεως ὁ προφήτης ἔφη Δαβίδ· « Οὐ μὴ νυστάξῃ, οὐδὲ μὴ ὑπνώσῃ ὁ φυλάττων τὸν Ἰσραήλ. » Ἡ δὲ τῶν Εὐαγγελίων ἱστορία καθεύδοντα δείκνυσιν ἐν τῷ πλοίῳ τὸν Δεσπότην Χριστόν. Ἐναντίον δὲ τῷ μὴ ὑπνοῦν τὸ καθεύδειν· ἐναντία δήπου τοῖς εὐαγγελικοῖς τὰ προφητικὰ, εἴπερ ἄρα, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον, μόνον Θεὸς ὁ Δεσπότης Χριστός. Ἀλλὰ μὴν οὐκ ἐναντία· ἑνὸς γὰρ Πνεύματος ταῦτα κἀκεῖνα τὰ νάματα. Σῶμα ἄρα (14) εἶχεν ὁ Δεσπότης Χριστὸς, τοῖς ἄλλοις C σώμασι συγγενὲς, τοῦ ὕπνου τὴν χρείαν δεξάμενον, καὶ ὁ τῆς συγχύσεως λόγος ἀποδέδεικται μῦθος.

ζ'. Ἄλλως. Ὁ προφήτης Ἠσαΐας περὶ τῆς θείας εἴρηκε φύσεως· « Οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς δέ φησιν· « Ἰησοῦς δὲ κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο (15) οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ· » ἐναντίον δὲ *οὐ κοπιάσει* τῷ κοπιάσαι· τοιγαροῦν ἐναντία ἡ προφητεία τῇ τῶν Εὐαγγελίων ἱστορίᾳ. Ἀλλὰ μὴν οὐκ ἐναντία· ἑνὸς γὰρ ταῦτα κἀκεῖνα Θεοῦ. Οὐκοῦν τῆς μὲν ἀπεριγράφου φύσεως τὸ μὴ κοπιᾷν· τὰ γὰρ πάντα πληροῖ· τοῦ δὲ περιγεγραμμένου σώματος τὸ μεταβαίνειν ἴδιον. Τὸ δέ γε μεταβαῖνον βαδίζειν ἀναγκαζόμενον, τὸν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ὑφίσταται πόνον. Σῶμα ἄρα ἦν τὸ βαδίσαν καὶ κοπιάσαν. Οὐ γὰρ συνέχεε τὰς D φύσεις ἡ ἕνωσις.

η'. Ἄλλως. Ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἔφη καθειργμένῳ τῷ θείῳ Παύλῳ· « Μὴ φοβοῦ, Παῦλε, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ δὲ τούτου τὸ δέος ἐξελάσας, οὕτως ἔδεισε τὸ πάθος, ὡς ὁ μακάριος ἔφη Λουκᾶς, ὡς καὶ ἱδρῶτος αἱματώδεις θρόμβους ἐκ παντὸς ἐκκρῖναι τοῦ σώματος, καὶ τούτοις περιῤῥᾶναι τὴν γῆν τὴν ὑποκειμένην τῷ σώματι, καὶ ὑπ' ἀγγελικῆς ἐπικουρίας ἀναῤῥωσθῆναι. Ἐναντία δὲ καὶ ταῦτα. Πῶς γὰρ οὐκ ἐναντίον τὸ δεῖσαι τοῦ τὸ δέος ἐξελάσαι; Ἀλλὰ μὴν

A quæ antitypa sunt corporis? supervacaneus enim est typus sublata veritate.

4. *Aliter*. Incorporea natura corporaliter non circumciditur. *Corporaliter* autem adjectum est, propter spiritualem cordis circumcisionem. Corporis ergo utique est circumcisio. Circumcisus autem est post unionem Christus Dominus. Hoc vero concesso, quod de confusione dicitur confutatum est.

5. *Aliter*. Esuriisse et sitiisse Salvatorem Christum didicimus, et hæc vere non opinione facta esse credimus. Hæc autem non incorporeæ naturæ, sed corporis sunt propria. Corpus igitur habuit Christus Dominus, quod ante resurrectionem naturæ affectionum capax fuit. Testis autem horum est divinus B Apostolus. « Non enim habemus, inquit, pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed omnibus modis tentatum secundum similitudinem sine peccato[8]. » Nam peccatum **270** non est naturæ, sed mali propositi.

6. *Aliter*. De divina natura David propheta dixit: « Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israelem[9]. » Evangelica autem historia dormientem in navi ostendit Christum Dominum. Non dormire autem et dormire contraria sunt. Contraria ergo sunt evangelicis prophetica, si, ut illi dicunt, non nisi Deus est Christus Dominus. At contraria non sunt; ab uno enim Spiritu hæc et illa sunt flumina. Corpus igitur habuit corporibus aliis cognatum C Christus, cui somno opus fuit, et quod de confusione dicebatur fabulam esse ostensum est.

7. *Aliter*. Isaias propheta de divina natura dixit: « Non esuriet, neque laborabit[10], » et quæ sequuntur. Evangelista autem dicit: « Jesus autem defatigatus ex itinere sedebat ad fontem[11]. » Est autem *non defatigari* contrarium defatigationi. Contraria ergo est prophetia historiæ evangelicæ. At contraria non est. Unius enim hæc et illa Dei sunt. Incircumscriptæ igitur naturæ est non defatigari: implet enim omnia. Circumscripti autem corporis proprium est migrare. Quod vero migrat, cum iter facere cogitur, itineris laborem sustinet. Corpus igitur erat, quod iter faciens defatigabatur. Unio D enim non confundebat naturas.

8. *Aliter*. Christus Dominus divino Paulo in carcere incluso dicit: « Ne timeas, Paule, » et quæ sequuntur[12]. Qui autem huic timorem ademit, passionem **271** adeo timuit, teste beato Luca[13], ut guttæ sanguineæ ex toto corpore manarint, et terram corpori subjectam irrigarint, et angelica ope corroboratus sit. Sunt autem et hæc contraria. Qui enim contraria non sint, timere et timorem expellere? Attamen contraria non sunt. Idem enim et

[8] Hebr. IX, 15. [9] Psal. CXX, 4. [10] Isa. LX, 28. [11] Joan. IV, 6. [12] Act. XXVII, 24. [13] Luc. XXII, 43, 44.

(14) ἄρα. Des. ibid.

(15) ἐκ. Loco cit. est ἐκαθέζετο.

Digitized by Google

natura Deus est, et homo : et ut Deus, animum iis addit, quibus animo est opus, ut homo, consolationem accipit ab angelo. Etsi enim divinitas et spiritus aderant velut unctio : tamen nec unita divinitas, nec Spiritus sanctus corpus aut animam tunc sustentarunt, sed hoc ministerium angelo commendarunt, ut et animæ et corporis infirmitatem ostenderent, et per infirmitatem ostenderentur natura infirmorum. Hæc autem facta sunt, permittente scilicet divina natura, ut illi de posteris, qui animæ corporisque assumptionem crederent, demonstrationibus confirmarentur : qui vero contradicerent, evidentibus testimoniis confutarentur. Si ergo conceptioni cohæsit unio, unio autem ambas naturas, ut ipsi dicunt, unam naturam effecit, quomodo integræ manserunt naturarum proprietates, et anima quidem cum tristitia conflictata est, corpus vero ita sudavit, ut etiam cruentæ guttæ præ timoris magnitudine manariat? Quod si hoc quidem corporis, illud vero animæ est proprium, non una natura carnis et divinitatis per unionem facta est, sed unus apparuit Filius in seipso ostendens divina et humana.

**272** 9. *Aliter*. Si autem dicant, in divinitatem post resurrectionem mutatum * esse corpus, sic eis resistere oportet, quod etiam post resurrectionem conspectum sit circumscriptum, et manus habens, et pedes, et reliquas corporis partes, tangique ac conspici potuerit, vulnera et cicatrices habens sicut ante resurrectionem. Duorum itaque alterum dicere necesse est, ut vel divinæ etiam naturæ hæc membra tribuantur, siquidem corpus in divinitatem conversum membra hæc habuit, vel corpus intra naturæ suæ fines mansisse fateamur. Atqui divina natura simplex est et incomposita, corpus autem compositum, et multis partibus distinctum. Mutatum igitur non est in naturam divinitatis, sed etiam post resurrectionem, licet immortale sit et incorruptibile, ac divina gloria plenum, corpus tamen est, propriam retinens circumscriptionem.

10. *Aliter*. Apostolis non credentibus ostendit Dominus post resurrectionem et manus, et pedes et vestigia clavorum. Deinde ut doceret non esse fallacem imaginem quod cernebant, subjunxit: « Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere [14]. » Non igitur mutatum est corpus in spiritum : caro enim erat, et ossa, et manus, et pedes. Ergo etiam post resurrectionem corpus remansit corpus.

11. *Aliter*. Divina natura invisibilis est : beatissimus autem Stephanus Dominum se vidisse dicit [15]. Corpus ergo Domini etiam post ascensionem corpus est. Hoc enim vidit Stephanus **273** martyr : siquidem divina natura cerni non potest.

12. *Aliter*. Si universa hominum natura Filium

A οὐκ ἐναντία. Ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ Θεὸς φύσει, καὶ ἄνθρωπος· καὶ ὡς μὲν Θεὸς, παραθαῤῥύνει τοὺς δεομένους τοῦ θάρσους· ὡς δὲ ἄνθρωπος, δέχεται δι' ἀγγέλου τὸ θάρσος. Καίτοι τῆς θεότητος καὶ τοῦ Πνεύματος συμπαρόντος ὡς χρίσματος· ἀλλ' οὔτε ἡ συνημμένη θεότης, οὔτε τὸ πανάγιον Πνεῦμα, τότε σῶμα ὑπήρεισαν, ἢ τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἀγγέλῳ τήνδε τὴν ὑπουργίαν ἐπέτρεψαν, ἵνα καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἐπιδείξωσι τὴν ἀσθένειαν, καὶ διὰ τῆς ἀσθενείας δειχθῶσι τῶν ἀσθενούντων αἱ φύσεις. Ταῦτα δὲ ἐγένετο δηλονότι τῆς θείας φύσεως συγχωρούσης, ὥστε τῶν ὕστερον ἐσομένων, τοὺς μὲν πιστεύοντας τῇ προσλήψει τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, βεβαιωθῆναι ταῖς ἀποδείξεσι· τοὺς δὲ ἀντιλέγοντας ταῖς ἐναργέσι μαρτυρίαις διελεγχθῆναι. Εἰ τοίνυν B συνῆπται τῇ συλλήψει ἡ ἕνωσις, ἡ δὲ ἕνωσις κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον φύσιν μίαν ἄμφω τὰς φύσεις εἰργάσατο, πῶς ἂν διέμεινεν ἀκέραια τὰ τῶν φύσεων ἴδια, καὶ ἠγωνίασε μὲν ἡ ψυχὴ, ἵδρωσε δὲ τὸ σῶμα, ὡς καὶ θρόμβους αἱματώδεις ἐκ τῆς τοῦ δέους ὑπερβολῆς ἐκκρῖναι; Εἰ δὲ τὸ μὲν σώματος, τὸ δὲ ψυχῆς ἴδιον, οὐκ ἄρα μία φύσις σαρκὸς καὶ θεότητος ἐκ τῆς ἑνώσεως γέγονεν, ἀλλ' εἷς πέφηνεν Υἱὸς, ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τά τε θεῖα τά τε ἀνθρώπινα.

θ'. Ἄλλως. Εἰ δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν φαῖεν τὴν εἰς θεότητα μεταβολὴν δεδέχθαι τὸ σῶμα, οὕτως ἀπαντῆσαι προσήκει. Καὶ μὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν περιγεγραμμένον ὤφθη, καὶ χεῖρας ἔχον, καὶ πόδας, καὶ τὰ ἄλλα τοῦ σώματος μόρια· καὶ ἁπτὸν ἦν, καὶ C ὁρατὸν, καὶ διατρήσεις ἔχον, καὶ ὠτειλὰς, ὥσπερ εἶχε πρὸ τῆς ἀναστάσεως. Δυοῖν τοίνυν θάτερον λέγειν ἀνάγκη, ἢ καὶ τῇ θείᾳ φύσει ταῦτα περιτιθέναι τὰ μόρια, εἴπερ εἰς θεότητος φύσιν τὸ σῶμα μεταβληθὲν ταῦτα εἶχε τὰ μόρια· ἢ ὁμολογεῖν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς φύσεως μεμενηκέναι τὸ σῶμα. Ἀλλὰ μὴν ἡ θεία φύσις ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος, τὸ δὲ σῶμα σύνθετον καὶ εἰς πολλὰ διῃρημένον μόρια· οὐκοῦν οὐκ εἰς θεότητος μετεβλήθη φύσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀθάνατον μέν ἐστι (16) καὶ ἄφθαρτον, καὶ θείας δόξης μεστόν· σῶμα δὲ ὅμως, τὴν οἰκείαν ἔχον περιγραφήν.

ι'. Ἄλλως. Ἀπιστοῦσι τοῖς ἀποστόλοις ὁ Κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὑπέδειξε τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας, καὶ τῶν ἥλων τοὺς τύπους. Εἶτα διδάσκων D ὡς οὐ φαντασία τίς ἐστι τὸ ὁρώμενον, ἐπήγαγεν, ὅτι « Πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. » Οὐ μετεβλήθη οὖν εἰς πνεῦμα τὸ σῶμα· σὰρξ γὰρ ἦν, καὶ ὀστέα, καὶ χεῖρες, καὶ πόδες. Τοιγαροῦν καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν σῶμα τὸ σῶμα μεμένηκεν.

ια'. Ἄλλως. Ἡ θεία φύσις ἀόρατος· ἑωρακέναι δὲ τὸν Κύριον ὁ τρισμακάριος εἴρηκε Στέφανος. Σῶμα ἄρα καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψίν ἐστι τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα. Τοῦτο γὰρ ὁ νικηφόρος ἐθεάσατο Στέφανος· ἐπειδήπερ ἡ θεία φύσις ἀθέατος.

ιβ'. Ἄλλως. Εἰ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις

[14] Luc. XXIV, 39. [15] Act. VII, 55, 56.

(16) μέν ἐστι. Ita habet edit. Rom. et Lips. Sirm. μένει.

Digitized by Google

ὄψεται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου φωνήν. τῷ Μωϋσῇ δὲ πάλιν εἶπεν αὐτός· « Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται· » ἀληθῆ δὲ ἀμφότερα, μετὰ τοῦ σώματος ἄρα ἥξει, μεθ' οὗπερ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήλυθεν. Ἐκεῖνο γὰρ ὁρατόν· τοῦτο δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι τοῖς ἀποστόλοις εἰρήκασιν· « Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται πάλιν (17), ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. » Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ οὖν ἀληθὲς, οὐκ ἄρα μία φύσις σαρκὸς καὶ θεότητος· ἀσύγχυτος γὰρ ἡ ἕνωσις.

A hominis visura est venientem in nubibus cœli, ut Dominus ipse dicit [16], Mosi vero rursus ipse dixit, « Nemo videbit faciem meam et vivet [17], » et ŭtrumque verum est, veniet igitur cum corpore, cum quo in cœlos ascendit. Illud enim visibile est. Hoc autem et apostolis angeli dixerunt : « Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cœlum, sic iterum veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum [18]. » Quod si hoc verum est, ut certe verum est, non est igitur una natura carnis et divinitatis. Inconfusa enim est unio

## ΟΤΙ ΑΠΑΘΗΣ Η ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΘΕΟΤΗΣ.

α'. Ὁμοούσιον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸν Υἱὸν παρά τε τῆς θείας Γραφῆς, παρά τε τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναγερθέντων, ὁμολογεῖν ἐδιδάχθημεν· τοῦ δὲ Πατρὸς τὴν ἀπάθειαν, καὶ ἡ φύσις διδάσκει, καὶ ἡ θεία γε κηρύττει Γραφή. Ἀπαθῆ οὖν ἄρα καὶ τὸν Υἱὸν προσομολογήσομεν. Τὸ γὰρ ταὐτὸν τῆς οὐσίας τοῦτον ἐκπαιδεύει τὸν ὅρον. Ὅταν τοίνυν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον τῆς θείας Γραφῆς κηρυττούσης ἀκούσωμεν, τῆς σαρκὸς εἶναι φῶμεν τὸ πάθος. Κατ' οὐδένα γὰρ ἡ φύσει γε ἀπαθὴς θεότης παθεῖν δύναται τρόπον.

β'. Ἄλλως. « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά εἰσιν, » ὁ Δεσπότης ἔφη Χριστός· ἓν δὲ δήπου πάντων ἡ ἀπάθεια. Εἰ τοίνυν ἀπαθής ἐστιν ὡς Θεὸς, ὡς ἄνθρωπος ἄρα πέπονθεν· ἡ θεία γὰρ πάθος οὐ προσίεται φύσις.

γ'. Ἄλλως. Ὁ Κύριος ἔφη· « Ὁ δὲ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. » Καὶ πάλιν· « Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Σῶμα οὖν ἄρα καὶ ψυχὴν δέδωκεν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὑπὲρ τῶν ψυχὴν καὶ σῶμα ἐχόντων προβάτων.

δ'. Ἄλλως. Ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς σύγκειται τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις. Ἐξήμαρτε δὲ αὕτη, καὶ θυσίας ἔχρῃζε παντὸς μώμου ἐλευθέρας. Σῶμα τοίνυν καὶ ψυχὴν λαβὼν ὁ Δημιουργὸς, καὶ τῶν τῆς ἁμαρτίας κηλίδων φυλάξας ἀνέπαφα, ὑπὲρ μὲν τῶν σωμάτων τὸ σῶμα δέδωκεν, ὑπὲρ δὲ τῶν ψυχῶν καὶ τὴν ψυχήν. Εἰ δὲ ταῦτα ἀληθῆ, ἀληθῆ δὲ (αὐτῆς γάρ (18) εἰσι τῆς ἀληθείας οἱ λόγοι), ληροῦσιν ἄρα καὶ βλασφημοῦσιν οἱ τῇ θείᾳ φύσει τὸ πάθος προσάπτοντες.

ε'. Ἄλλως. Πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν τὸν Δεσπότην Χριστὸν ὁ μακάριος προσηγόρευσε Παῦλος· ὁ δὲ πρωτότοκος τὴν αὐτὴν ἔχει δήπουθεν φύσιν ἐκείνοις ὧν καλεῖται πρωτότοκος. Ὡς ἄνθρωπος οὖν ἄρα πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν. Πρῶτος γὰρ τὰς ὠδῖνας

## QUOD IMPATIBILIS SIT DIVINITAS SALVATORIS.

1. Consubstantialem Deo et Patri Filium confiteri, B et a divina Scriptura, et a sanctis Patribus Nicææ congregatis didicimus. Patris vero impatibilitatem et naturá docet, et Scriptura divina prædicat. Impatibilem ergo etiam Filium confitebimur. Nam unitas substantiæ hanc sententiam astruit. Quando itaque Christi Domini crucem et mortem Scripturam divinam prædicantem audimus, carnis esse passionem dicamus. Divinitas enim, ut natura impatibilis, nulla ratione pati potest.

2. *Aliter.* « Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt [19], » ait Christus **274** Dominus. Omnium autem unum est utique impatibilitas. Si igitur impatibilis est ut Deus, passus est ut homo. Nam divina C natura passionem non recipit.

3. *Aliter.* Dominus dixit : « Panis autem quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita [20]. » Et rursus : « Ego sum pastor bonus, et cognosco (oves) meas, et cognoscor a meis, et animam meam pono pro ovibus [21]. » Corpus igitur et animam dedit pastor bonus pro ovibus anima et corpore præditis.

4. *Aliter.* Ex corpore et anima conflata est hominum natura. Ipsa autem peccavit, et hostia indigebat ab omni labe immuni. Cum ergo corpus et animam assumpsisset Conditor, et hæc a peccati maculis intacta servasset, pro corporibus quidem D corpus dedit, pro animabus vero animam. Si autem hæc vera sunt, ut vera sunt, ipsius enim veritatis verba sunt, delirant simul et blasphemant qui passionem assignant divinitati.

5. *Aliter.* Primogenitum ex mortuis Christum Dominum beatus Paulus appellavit [22]. Primogenitus autem eamdem habet cum illis naturam, quorum primogenitus vocatur. Ut homo igitur est primogenitus ex mortuis. Primus enim dolores mortis sol-

[16] Matth. xxvi, 64. [17] Exod. xxxiii, 20. [18] Act. i, 11. [19] Joan. xvi, 15. [20] Joan. vi, 51. [21] Joan. x, 14, 15. [22] Coloss. i, 18.

(17) πάλιν. Nonnisi in paucis codicibus exstat.

(18) γάρ. Edit. Rom. et Lips. præm. καί.



Digitized by Google

vit, et dulcem reviviscendi spem omnibus dedit. A Qua ergo resurrexit, eadem et passus est. Ut homo igitur passus est, ut Deus autem admirabilis, mansit impatibilis.

**275** 6. *Aliter*. Primitias dormientium Salvatorem Christum divinus appellavit Apostolus [18] : primitiæ autem cognationem habent cum toto, cujus sunt primitiæ. Non igitur quatenus Deus est primitiæ appellatur. Quæ enim est cognatio divinitatis et humanitatis? Illa enim natura immortalis est, hæc vero mortalis. Hujusmodi autem dormientium est natura, quorum primitiæ nuncupatus est Christus. Hujusce igitur naturæ est et mors et resurrectio. Istius enim resurrectionem pignus habemus communis resurrectionis.

7. *Aliter*. Dubitantibus apostolis persuadere volens B Christus Dominus se, destructa morte, resurrexisse, corporis ipsis ostendit membra, latus, et manus, et pedes, et in his servata passionis indicia. Hoc igitur resurrexit : hoc enim utique incredulis demonstratum est. Quod autem resurrexit, hoc et sepultum est; quod autem sepultum est, hoc etiam mortuum fuerat; quod porro mortuum est, id etiam cruci affixum est. Impatibilis ergo divina natura mansit, quamvis unita corpori.

8. *Aliter*. Qui vivificam Domini carnem appellant, vitam ipsam mortalem verbis suis confirmant. Oportebat autem eos intelligere, quod propter unitam ipsi vitam ipsa etiam fuerit vivifica. Quod si, ut ipsi C dicunt, vita mortalis est, quomodo caro quæ natura mortalis est, et propter vitam fit vivifica, manebit vivifica?

9. *Aliter*. Deus Verbum natura immortalis est, caro autem natura mortalis : facta est autem et ipsa post passionem, propter unionem cum Verbo, immortalis. **276** Quomodo igitur absurdum non sit, ipsum immortalitatis datorem dicere mortis participem fuisse?

10. *Aliter*. Qui carne passum esse Deum Verbum asseverant, interrogentur de dicti sententia. Ac si dicere ausi fuerint, quod corpore clavis confixo dolorem divina sustinuerit natura, discant divinam naturam animæ vices non gessisse. Nam etiam animam Deus Verbum una cum corpore assumpsit. Si D vero sermonem istum ut blasphemum aversentur, dicant autem carnem quidem natura passam esse, sed Deum Verbum passionem ut propriæ carnis sibi accommodasse, ne perplexis et obscuris sermonibus utantur, sed male sonantis dicti sententiam aperte proponant. Hujus enim interpretationis approbatores habebunt eos qui divinam Scripturam sequi volunt.

11. *Aliter*. Divinus Petrus in Epistola catholica Christum carne passum esse dicit [19]. Christum vero

λυσε τοῦ θανάτου, καὶ πᾶσιν ἔδωκε τῆς ἀναβιώσεως τὴν γλυκεῖαν ἐλπίδα. Ἧ δὲ ἀνέστη, ταύτῃ καὶ πέπονθεν. Ὡς ἄνθρωπος ἄρα πέπονθεν, ὡς δὲ Θεὸς θαυμαστὸς, μεμένηκεν ἀπαθής.

ϛ'. Ἄλλως. Ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων τὸν Σωτῆρα Χριστὸν ὠνόμασεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· ἡ δὲ ἀπαρχὴ τὴν πρὸς τὸ ὅλον ἔχει συγγένειαν, οὗπέρ ἐστιν ἀπαρχή. Οὐ τοίνυν ᾗ Θεός ἐστιν, ἀπαρχὴ προσηγόρευται. Ποία γὰρ συγγένεια θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος: Ἡ μὲν γὰρ ἀθάνατος φύσις, ἡ δὲ θνητή. Τοιαύτη δὲ τῶν κεκοιμημένων ἡ φύσις, ὧν ἀπαρχὴ προσηγορεύθη Χριστός. Ταύτης ἄρα τῆς φύσεως, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἡ ἀνάστασις. Ταύτης γὰρ δὴ τὴν ἀνάστασιν ἐχέγγυον ἔχομεν τῆς κοινῆς ἀναστάσεως.

ζ'. Ἄλλως. Διστάζοντας τοὺς ἀποστόλους πεῖσαι βουλόμενος ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ὡς ἀνέστη καταλύσας τὸν θάνατον, τὰ τοῦ σώματος αὐτοῖς ἔδειξε μόρια, πλευρὰν καὶ χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ τὰ ἐν τούτοις φυλαχθέντα τοῦ πάθους τεκμήρια. Τοῦτο οὖν ἄρα ἀνέστη· τοῦτο γὰρ δήπου καὶ τοῖς ἀπιστοῦσιν ἐδείχθη. Ὃ δὲ ἀνέστη, τοῦτο δὴ καὶ ἐτάφη· ὃ δέ γε ἐτάφη, τοῦτο καὶ ἐτεθνήκει· ὃ δὲ ἐτεθνήκει, τοῦτο δήπου καὶ τῷ σταυρῷ προσηλώθη. Ἀπαθὴς ἄρα ἡ θεία φύσις διέμεινε, συνημμένη (19) τῷ σώματι.

η'. Ἄλλως. Οἱ ζωοποιὸν τοῦ Κυρίου τὴν σάρκα προσαγορεύοντες, τὴν ζωὴν αὐτὴν θνητὴν τῷ λόγῳ κατασκευάζουσιν. Ἔδει δὲ αὐτοὺς συνιδεῖν, ὡς διὰ τὴν ἡνωμένην αὐτῇ ζωὴν καὶ αὐτὴ ζωοποιός. Εἰ δέ γε κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον ἡ ζωὴ θνητὴ, πῶς ἂν ἡ σὰρξ ἡ φύσει θνητὴ, διὰ δὲ τὴν ζωὴν γινομένη ζωοποιὸς, μεῖναι ἂν οὖσα ζωοποιός;

θ'. Ἄλλως. Ὁ Θεὸς Λόγος, φύσει ἀθάνατος, ἡ δὲ σὰρξ φύσει θνητή. Γέγονε δὲ καὶ αὐτὴ μετὰ τὸ πάθος τῇ πρὸς τὸν Λόγον μετουσίᾳ ἀθάνατος. Πῶς οὖν οὐ σχέτλιον, τὸν τῆς τοιαύτης ἀθανασίας δοτῆρα λέγειν μετειληχέναι θανάτου;

ι'. Ἄλλως. Οἱ σαρκὶ πεπονθέναι τὸν Θεὸν Λόγον ἰσχυριζόμενοι, ἐρωτάσθωσαν τοῦ ῥητοῦ τὴν διάνοιαν· καὶ εἰ μὲν φάναι τολμήσαιεν, ὡς τοῦ σώματος προσηλωμένου τὴν ὀδύνην ἡ θεία φύσις ὑπέμεινε, μανθανέτωσαν ὡς οὐ ψυχῆς χρείαν ἡ θεία φύσις ἐπλήρου. Καὶ ψυχὴν γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος μετὰ τοῦ σώματος ἀνειλήφει. Εἰ δὲ τόνδε τὸν λόγον ὡς βλάσφημον ἀποστρέφοιντο, φήσαιεν δὲ φύσει πεπονθέναι τὴν σάρκα, τὸν δὲ Θεὸν Λόγον ᾠκειῶσθαι (20) τὸ πάθος ὡς ἰδίας σαρκὸς, μὴ γριφώδεις καὶ ζοφώδεις προφερέτωσαν (21) λόγους, ἀλλὰ σαφῶς τοῦ κακεμφάτου ῥητοῦ λεγέτωσαν τὴν διάνοιαν. Τῇσδε γὰρ τῆς ἑρμηνείας συμψήφους ἕξουσι τοὺς ἕπεσθαι τῇ θείᾳ Γραφῇ προαιρουμένους.

ια'. Ἄλλως. Ὁ θεῖος Πέτρος ἐν τῇ Καθολικῇ τὸν Χριστὸν ἔφη πεπονθέναι σαρκί. Ὁ δὲ τὸν Χριστὸν

[18] I Cor. xv, 20. [19] I Petr. i, 1.

(19) συνημμ. Edit. Rom. et Lips. præm. καί.
(20) ᾠκ. Ibid. οἰκειῶσθαι, forsan pro οἰκειοῦσθαι.

(21) προφ. Ibid. προσφερέτωσαν.

Digitized by Google

ἀκούων, οὐκ ἀσώματον νοεῖ τὸν Θεὸν Λόγον, ἀλλὰ A σεσαρκωμένον. Τοῦ Χριστοῦ τοίνυν τοὔνομα φύσιν ἑκατέραν δηλοῖ· τὸ δὲ *σαρκὶ* σὺν τῷ πάθει προστιθέμενον, οὐχ ἑκατέραν (22), ἀλλὰ θατέραν πεπονθυῖαν σημαίνει. Ὁ γὰρ ἀκούων σαρκὶ τὸν Χριστὸν πεπονθέναι, ἀπαθῆ νοεῖ πάλιν αὐτὸν ὡς Θεὸν, μόνῃ δὲ τῇ σαρκὶ προσνέμει τὸ πάθος. Ὥσπερ γὰρ ἀκούοντες αὐτοῦ πάλιν λέγοντος, ὅτι ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Δαβὶδ, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα τὸν Χριστὸν ἀναστήσειν, οὐ τὸν Θεὸν Λόγον ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀρχὴν εἰληφέναι φαμὲν, ἀλλὰ τὴν σάρκα τὴν ὁμογενῆ τῷ Δαβὶδ, ἣν ὁ Θεὸς Λόγος ἀνείληφεν· οὕτω χρὴ τὸν ἀκούοντα σαρκὶ τὸν Χριστὸν πεπονθέναι, τῆς μὲν σαρκὸς εἰδέναι τὸ πάθος, τῆς δέ γε θεότητος τὴν ἀπάθειαν ὁμολογεῖν. B

ιβ΄. **Ἄλλως.** Σταυρούμενος ὁ Δεσπότης εἶπε Χριστός· « Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. » Τοῦτο δὲ τὸ πνεῦμα, οἱ μὲν Ἀρείου καὶ Εὐνομίου, τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς εἶναί φασιν· ἄψυχον γὰρ ἀνειλῆφθαι τὸ σῶμα νομίζουσιν. Οἱ δὲ τῆς ἀληθείας κήρυκες, τὴν ψυχὴν οὕτω κληθῆναί φασιν, ἐκ τῶν ἀκολούθων ῥητῶν τοῦτο νενοηκότες. Εὐθὺς γὰρ ἐπήγαγεν ὁ πάνσοφος εὐαγγελιστής· « Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐξέπνευσε. » Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Λουκᾶς οὕτως ἱστόρησε· καὶ ὁ μακάριος δὲ Μάρκος τὸ *ἐξέπνευσεν* ὁμοίως ἔθηκεν· ὁ δέ γε θειότατος Ματθαῖος, ὅτι « Ἀφῆκε τὸ πνεῦμα· » ὁ δὲ θεσπέσιος Ἰωάννης, ὅτι « Παρέδωκε τὸ πνεῦμα. » Πάντα μέντοι κατὰ τὸ ἀνθρώπινον εἰρήκασιν ἔθος. C Καὶ γὰρ τὸ *ἐξέπνευσεν*, καὶ τὸ *ἀφῆκε*, καὶ τὸ *παρέδωκε τὸ πνεῦμα*, ἐπὶ τῶν τελευτώντων λέγειν εἰώθαμεν. Τοιγάρτοι τούτων οὐδὲν ἔμφασιν ἔχει θεότητος, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ὑπάρχει δηλωτικά. Εἰ δὲ καὶ τὴν Ἀρειανικὴν τοῦ ῥητοῦ δέξαιτό τις διάνοιαν, οὐδὲν ἧττον καὶ οὕτω δείξει τῆς θείας φύσεως τὸ ἀθάνατον. Τῷ Πατρὶ γὰρ παρέθετο ταύτην, οὐ τῷ θανάτῳ ταύτην παρέδωκεν. Εἰ τοίνυν καὶ οἱ τῆς ψυχῆς ἀρνούμενοι τὴν ἀνάληψιν, καὶ κτίσμα τὸν Θεὸν Λόγον εἶναι λέγοντες, καὶ ἀντὶ ψυχῆς αὐτὸν ἐν τῷ σώματι γεγενῆσθαι δογματίζοντες, οὐ θανάτῳ αὐτὸν παραδοθῆναί φασι, ποίας τύχοιεν συγγνώμης οἱ μίαν μὲν τῆς Τριάδος οὐσίαν ὁμολογοῦντες, καὶ τὴν μὲν ψυχὴν ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀθανασίας ἐῶντες, τὸν δέ γε τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον Θεὸν Λόγον γεύσασθαι D θανάτου λέγειν ἀνέδην τολμῶντες;

ιγ΄. **Ἄλλως.** Εἰ ὁ Χριστὸς, καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὡς καὶ ἡ θεία διδάσκει Γραφὴ, καὶ οἱ πανεύφημοι Πατέρες κηρύττοντες διετέλεσαν, ὡς ἄνθρωπος ἄρα πέπονθεν, ὡς δὲ Θεὸς διέμεινεν ἀπαθής.

ιδ΄. **Ἄλλως.** Εἰ ὁμολογοῦσι τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάληψιν, καὶ παθητὴν εἶναί φασιν πρὸ τῆς ἀναστάσεως, τῆς δὲ θεότητος τὴν φύσιν κηρύττουσιν ἀπαθῆ, τί δήποτε τὴν παθητὴν φύσιν ἐῶντες, τῇ ἀπαθεῖ τὸ πάθος προσάπτουσιν;

A qui audit, non incorporeum cogitat Deum Verbum, sed incarnatum. Christi ergo nomen utramque naturam significat: vox autem *carne* adjecta passioni, non utramque, sed alteram passam esse designat. Qui enim audit Christum carne esse passum, illum ut Deum impatibilem intelligit, et soli carni passionem tribuit. Sicut enim ipsum rursus dicentem audientes, quod Deus Davidi juraverit, se de fructu lumborum ejus Christum secundum carnem excitaturum esse, non Deum Verbum ex semine Davidis **277** originem duxisse dicimus, sed carnem cognatam Davidi, quam Deus Verbum assumpsit: sic et eum oportet, qui audit Christum carne passum esse, carnis quidem passionem nosse, divinitatis vero impatibilitatem confiteri. B

12. *Aliter.* Crucifixus Christus Dominus dixit: « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum [25]. » Hunc vero spiritum Ariani et Eunomiani divinitatem Unigeniti esse dicunt. Inanimatum enim corpus assumptum putant. At veritatis præcones animam sic appellatam dicunt, ex dictis sequentibus id colligentes. Statim enim addidit sapientissimus evangelista, « Et cum hoc dixisset, exspiravit. » Hoc igitur modo Lucas rem narravit. Sed et beatus Marcus [26] similiter usus est verbo *exspiravit;* divinissimus autem Matthæus dicit: « Emisit spiritum [27]; » admirandus vero Joannes: « Tradidit spiritum [28]. » Omnia itaque humano more dixerunt. Nam et *exspiravit*, et *emisit* aut *tradidit* C *spiritum*, de iis qui moriuntur dicere consuevimus. Itaque nullum horum significationem habet divinitatis, sed animam singula designant. Quod si quis Arianam quoque in his verbis sententiam amplecti velit, nihilosecius sic etiam divinæ naturæ immortalitatem ostendet. Patri enim hanc commendavit, non morti eam tradidit. Si ergo etiam ii, qui assumptam animam negant, et creaturam esse Deum Verbum dicunt, et pro anima in corpore ipsum fuisse docent, eum morti traditum fuisse non dicunt, quam veniam consequentur, qui unam quidem **278** Trinitatis substantiam esse confitentur, et animæ suam immortalitatem relinquunt, Deum autem Verbum qui ejusdem est cum Patre substan- D tiæ, mortem gustasse impudenter audent affirmare?

Hanc Ecclesia de anima et corpore e divinis eloquiis didicit opinionem. Non solum autem creatorem novit universorum Deum, verum etiam curatorem, et administratorem, gubernatoremque universorum. Absurdissimum enim foret, creasse quidem illum omnia dicere, non ob ullam utilitatem suam, sed ob solam benignitatem, eorum autem quæ fecit nullam curam gerere, et creaturam negligere, velut cymbam aliquam sine clavo et gubernatore a contrariis ventis huc illucque impulsam scopulisque et rupibus illisam. Execramur 416 enim impium Diagoram, abhorremus etiam ab Epicuro, qui Deum quidem esse concedit, sed hunc in seipsum conversum ait, nihil eorum sentire quæ in rebus creatis fiunt. Et Aristotelis quoque Providentiam reprehendimus, qui limitem illi lunam constituit, duorum altero, vel impotentiam ejus accusans vel socordiam. Aut enim potentiam non habet universorum curæ sufficientem, aut, cum habeat, per socordiam res nostras sine gubernatione reliquit. Sed utrumque plenum est blasphemiæ. Qui enim vel minimas creationis partes condere voluit, impotens qui vocari queat? qui vero per socordiam hæc negligat, quæ per bonitatis abyssum creavit? Verum abunde horum amentiam Platonis providentia redarguit. Omnium enim, ille dixit et qui eadem cum illo sentiunt, curam gerere Deum universorum. Deo autem providente, fati et Parcarum cum staminibus fabula explosa est. Summæ enim amentiæ fuerit, Deo gubernante orbis terrarum navi, alterum gubernatorem inducere. Cæterum distingui oratione convenit, quænam a Providentiæ gubernaculis pendeant, quænam animæ ratiocinationi attributa sint, et quænam sint naturalia mala, quænam similiter talia vocentur, cum mala non sint,

## Γ'. *Περὶ Προνοίας.*

Ταύτην ἡ Ἐκκλησία περὶ ψυχῆς καὶ σώματος παρὰ τῶν θείων λογίων ἐδιδάχθη τὴν δόξαν. Οὐ μόνον δὲ δημιουργὸν οἶδε τὸν τῶν ὅλων Θεόν, ἀλλὰ καὶ κηδεμόνα καὶ πρύτανιν, καὶ κυβερνήτην τῶν ὅλων. Τῶν γὰρ ἄγαν ἀτοπωτάτων, πεποιηκέναι μὲν αὐτὸν τὰ σύμπαντα λέγειν, οὐ διὰ χρείαν οἰκείαν, ἀλλὰ μόνην φιλανθρωπίαν, ἀμελεῖν δὲ ὧν ἐποίησε, καὶ περιορᾷν τὴν κτίσιν οἷόν τι σκάφος ἀνερμάτιστόν τε καὶ ἀκυβέρνητον ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀνέμων τῇδε κἀκεῖσε πεμπόμενον, καὶ σκοπέλοις καὶ ῥάχεσι (30) προσρηγνύμενον. Μυσαττόμεθα (31) γὰρ τῶν περὶ Διαγόραν τὸ ἄθεον· βδελυττόμεθα δὲ καὶ τὸν Ἐπίκουρον, εἶναι μὲν Θεὸν συγχωροῦντα, τοῦτον δὲ ἐπεστράφθαι (32) πρὸς ἑαυτὸν λέγοντα, καὶ μηδενὸς τῶν ἐν τῇ κτίσει γινομένων αἰσθάνεσθαι. Καὶ τῆς Ἀριστοτέλους δὲ προνοίας κατηγοροῦμεν· ὅρον γὰρ αὐτῇ τέθεικε τὴν σελήνην, δυοῖν θάτερον, ἢ ἀδυναμίαν αὐτῆς, ἢ ὄκνον κατηγορῶν· ἢ γὰρ οὐκ ἔχει δύναμιν πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐπιμέλειαν ἐξαρκοῦσαν, ἢ δυναμένη, ὀκνοῦσα δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς ἀκυβέρνητα καταλέλοιπεν. Ἀλλ' ἑκάτερον βλασφημίας μεστόν. Ὁ γὰρ καὶ τὰ σμικρότατα τῆς κτίσεως μόρια δημιουργῆσαι θελήσας, πῶς ἂν ἀδύνατος κληθείη; Πῶς δ' ἂν ἀμελήσοι δι' ὄκνον τούτων, ἃ πεποίηκε διὰ τὴν τῆς ἀγαθότητος ἄβυσσον; Ἀλλ' ἱκανῶς τὴν τούτων ἄνοιαν διελέγχει ἡ Πλάτωνος πρόνοια. Πάντων γὰρ ἔφησεν ἐκεῖνος, καὶ μὲν δὴ καὶ οἱ τὰ ἐκείνου φρονοῦντες, προμηθεῖσθαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Θεοῦ δὲ προμηθουμένου, τῆς εἱμαρμένης ὁ μῦθος μετὰ τῶν μοιρῶν καὶ τῶν νημάτων ἐλήλαται. Ἀνοίας γὰρ ἐσχάτης, τοῦ Θεοῦ κυβερνῶντος, ἕτερον τῷ σκάφει τῆς οἰκουμένης ἐπεισαγαγεῖν κυβερνήτην. Χρὴ δὲ διαιρεθῆναι τῷ λόγῳ, τίνα μὲν τῶν τῆς Προνοίας πηδαλίων ἐξήρτηται, τίνα δὲ τῷ τῆς ψυχῆς ἀπονενέμηται λογικῷ, καὶ τίνα μὲν φυσικά, τίνα δὲ ὁμωνύ-

[17] Job x, 12. [18] ibid. [19] ibid. 13.

(28) μνήσθητι, κ. τ. λ. Alias lectiones vide infra, in libro *De cur. Græc. aff.* l. c.
(29) σεαυτῷ. Edit. prior habebat ἑαυτῷ.
(30) ῥάχεσι. Ita legendum esse videtur. Sirm. βράχεσι. Sic quoque ed. Rom.
(31) μυσαττ., κ. τ. λ. Ad hunc locum conf. initium serm. 6, *De cur Græc. affect.*
(32) ἐπεστρ. Loco jam. citato leg. ἀπεστράφθαι.

Digitized by Google

μως καλεῖται, οὐκ ὄντα μὲν, νομιζόμενα δὲ εἶναι κακά. Τῶν ἀνθρωπίνων τοίνυν πραγμάτων, φύσει μὲν ἀγαθὰ, φρόνησις, καὶ σωφροσύνη, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἀνδρεία, καὶ τὰ ἄλλα μόρια τῆς ἀρετῆς· κακὰ δὲ, ἀφροσύνη, καὶ ἀκολασία, καὶ ἀδικία, καὶ δειλία, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα τούτοις προσόμοια. Πλοῦτος δὲ, καὶ πενία, καὶ δουλεία, καὶ δεσποτεία, καὶ ὑγεία, καὶ νόσος, καὶ αἱ ἄλλαι τοῦ ἀνθρωπίνου βίου εὐκληρίαι τε καὶ δυσκληρίαι, μέσον τινὰ ἔχουσι κλῆρον. Οἷον γάρ τινα ὄργανα πρόκειται τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ οἱ μὲν ἄριστοι τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀρετὴν δι' ἑκάστου τῶν εἰρημένων (33) κατασκευάζουσιν. Ἔστι γὰρ εὑρεῖν, καὶ πλούτῳ κομῶντας, καὶ πενίᾳ συζῶντας, ἀρετῆς ἐπιμελουμένους, καὶ ἐν ὑγείᾳ τὸν εὐεργέτην ἀνυμνοῦντας, καὶ ἐν νόσῳ καρτεροῦντας, καὶ δούλους σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ λαμπρυνομένους· καὶ αὖ πάλιν ἄλλους, τοὺς μὲν ἐν πενίᾳ τὴν κακίαν ἀσπαζομένους, καὶ οὐ μόνον λωποδυτοῦντας, ἀλλὰ καὶ νεκροσυλίαν καὶ ἱεροσυλίαν τολμῶντας, τοὺς δὲ τὸν πλοῦτον ἀποφαίνοντας ὄργανον ἀδικίας, καὶ ἐν ὑγείᾳ μὲν ὑπεροψίᾳ κεχρημένους καὶ τύφῳ, ἐν δὲ νόσοις βλασφήμους ἐρυγγάνοντας λόγους. Δι' ὧν καταμαθεῖν εὐπετὲς, ὡς τῶν μετιόντων τῇ χρήσει, πλοῦτος καὶ πενία, καὶ δουλεία καὶ δεσποτεία, καὶ τὰ τούτοις προσόμοια, νῦν μὲν ἐπαινετὰ, νῦν δὲ ψεκτά. Ὥσπερ δὲ καὶ τὸν σίδηρον νῦν μὲν συνεργὸν ἀποκαλοῦμεν τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, διὰ μὲν ἀρότρου, καὶ σκαπάνης, καὶ δικέλλης, γεωργοῦντα τὴν γῆν, διὰ δὲ δρεπάνου καθαίροντα τὰ φυτὰ, διὰ σκεπάρνου καὶ πρίονος καὶ οἰκιῶν καὶ σκευῶν διαφόρων κατασκευὰς παρέχοντα· νῦν δέ τινες ἐπίβουλον ὀνομάζουσι, τὸ ξίφος ὁρῶντες, καὶ τὰς διὰ τούτου γεγενημένας σφαγάς. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ξίφος αἴτιον τῶν σφαγῶν, ἀλλ' ὁ κακῶς τῷ ξίφει χρησάμενος· οὔτε ὁ πλοῦτος καὶ ἡ πενία, καὶ ἡ ἄλλη τοῦ βίου εὐποτμία τε καὶ δυσποτμία, κατηγορίας ἄξιαι, ἀλλ' οἱ παρὰ τοὺς νόμους ἑκάστῳ τούτων χρησάμενοι. Εἰ γὰρ τούτων ἕκαστον φύσει πονηρὸν ἐτύγχανεν, οὐκ ἂν ἀγαθῶν τισιν ἐγένετο πρόξενον. Εὑρίσκομεν δὲ ὅμως πολλοὺς διὰ τούτων κατωρθωκότας τὴν ἀρετήν. Οὔτε οὖν κακὸν τὸ ἀγαθοῦ γιγνόμενον ὄργανον, οὔτ' αὖ πάλιν ἀγαθὸν τὸ ἐργαλεῖον ἑτέρῳ πρὸς πονηρίαν γιγνόμενον. Τὴν μέσην τοίνυν ἔχει τάξιν, καθάπερ τὰ φάρμακα. Καὶ γὰρ τὸ ὄπιον, καὶ τὸ κώνειον, εἰ ἄριστα κριθείη παρὰ τῶν ἰατρῶν, ἀλεξιφάρμακα γίγνεται· εἰ δὲ παρὰ τὸν τῆς τέχνης ληφθῇ λόγον, δηλητήρια καὶ ὀλέθρια. Ἔστι δὲ ὅτε ἄρτος καὶ οἶνος νόσον τοῖς χρωμένοις ἐπάγουσι· λώβην γὰρ ἡ ἀμετρία γεννᾷ. Οὕτω δὴ καὶ τὴν εὐπραξίαν, καὶ τὴν δυσπραγίαν, οἱ μὲν σοφῶς κυβερνῶντες σωτήρια κατασκευάζουσι φάρμακα· οἱ δὲ ἀφρόνως καὶ ἀσυνέτως, ἀφορμὰς ὀλέθρου διὰ τούτων εἰσδέχονται. Ταῦτα μὲν οὖν, καὶ ὅσα τούτοις προσόμοια, εὐκαρπία γῆς, καὶ ἀκαρπία, εὔπλοιά τε καὶ ναυαγία, τῆς θείας προνοίας ἐξήρτηται. Διὸ δὴ στέργειν ἅπαντας χρὴ τὰ παρ' αὐτῆς (34) γιγνόμενα, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας· ἀνέφικτος γὰρ τῶν θείων πηδαλίων ὁ λόγος·

A sed esse existimentur. In rebus itaque humanis, natura * quidem bona sunt, prudentia, et temperantia, et justitia, et animi magnitudo, et aliæ partes virtutis; mala autem, imprudentia, et intemperantia, et injustitia, et timiditas, et alia his similia. Divitiæ vero, et paupertas, et servitus, et dominium, et **417** sanitas, et morbus, et cæteræ vitæ humanæ prosperitates et adversitates, mediam quamdam sortem obtinent. Sunt enim velut instrumenta quædam hominibus proposita: et qui ex hominibus optimi sunt, per singula illorum virtutem sibi comparant. Videre enim licet, qui vel divitiis affluentes, vel cum paupertate conflictantes, virtutis curam gerant, quique et in sanitate benefactorem laudent, et in morbo fortiter ferant; et servos temperantia B justitiaque præstantes; et alios rursus, qui in paupertate improbitatem amplectuntur, et non solum furantur, sed sepulcra etiam et sacra diripiunt, vel qui divitias instrumentum faciunt injustitiæ, quique in sanitate quidem superbiam et insolentiam ostendunt, in morbis vero blasphemas voces eructant. Ex quibus facile est intelligere quod, pro usu eorum qui habent, divitiæ et paupertas, et servitus et dominium, atque his similia, nunc laudanda sint, nunc vituperanda: quemadmodum et ferrum, nunc quidem humanæ vitæ adjutorem vocamus, quippe quod per aratrum, bipalium et ligonem terram colat, per falcem arbores putet, per dolabram et serram et domorum et diversorum C instrumentorum fabricam præstet, nunc vero insidiatorem appellant quidam, dum nesem vident, et cædes quæ per eum fiunt. Sed neque ensis causa est cædium, sed qui ense male usus est: neque divitiæ et paupertas, et alia vitæ prosperitas vel adversitas reprehendi merentur, sed qui præter leges **418** horum quolibet usi sunt. Nam si natura malum esset horum unumquodque, bonorum occasio quibusdam non esset. At multos cernimus, qui per hæc perfectam virtutem exhibuerunt. Nec igitur malum est, quod instrumentum fit boni, nec bonum rursus, quod alteri ad vitium est instrumentum. Medium igitur ordinem tenent, sicut et medicamenta. * Nam opium, et cicuta, si a medicis recto judicio adhibeantur, morborum fiunt remedia; D si vero præter artis rationem sumpta fuerint, venena fiunt exitialia. Interdum etiam panis et vinum morbum utentibus afferunt: damnum enim procreat immoderatio. Sic utique et prosperitatem et adversitatem, qui recte gubernant, salutaria efficiunt medicamenta: qui stulte et imprudenter, exitii occasionem ex iisdem sumunt. Hæc igitur, et quæcunque his similia, fertilitas et sterilitas terræ, secunda navigatio et naufragium, a divina pendent Providentia. Quare in iis quæ ab ea fiunt acquiescere omnes oportet, nec causas curiosius inquirere: incomprehensibilis enim est divinæ gubernationis ratio: eorum autem quæ in nostra sunt

(33) δι' ἑκ. τ. εἰρ. Ita ad calcem edit. Rom. emendatur lectio τὴν ἀρετὴν τῶν ἀνθρώπων κατασκ.

(34) αὐτ. Sirm. αὐτῶν. Sequimur autem edit. Romanam.

Digitized by Google

potestate curam gerere, ac vitium quidem penitus A expellere, virtutem autem introducere, et hujus partibus splendescere: et quemadmodum mulieres ornatus studiosæ comendi arte corpus expoliunt, sic animæ decorem temperantiæ, et justitiæ, et fortitudinis, et prudentiæ floribus ornare. In nostra enim potestate horum est acquisitio. Extremæ autem est stultitiæ, eorum quidem quæ in nostra potestate non sunt possessionem quærere, idque sum citissimis mutationibus obnoxia sit; **419** quæ autem in nostra sunt potestate, gloriosa illa, et perseverantia, ac stabilia, tanquam vilia et nihili facienda negligere. Si hanc rerum humanarum distinctionem perspectam habuerimus, divinæ gubernationis nutibus acquiescemus, et de omnia gubernante Providentia non ambigemus. Videmus B enim anni tempestates ordine mutari, et in tempore omnia produci, fierique in tempore unumquodque. Neque enim, juxta obscenissimas Manetis fabulas, materiæ principes, lucis filiam concupiscentes, eamque persequentes, sudant, et pluviam suppeditant, sed universorum Opifex innuit, et nubes coguntur. Et hoc aperte divina docet Scriptura. « Educens, inquit, nubes ab extremo terræ fulgura in pluviam fecit. Qui producit ventos e thesauris suis[20]. » Et rursus: « Qui vocat aquam maris, et effundit ipsam in faciem terræ[21]. » Et rursus: « Flabit spiritus ejus, et fluent aquæ[22]. » Et alibi: « Rigans montes e cœnaculis suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra. Producens fenum C jumentis et herbam servituti hominum, ut educas panem de terra[23]. » Possunt et alia innumerabilia in divina Scriptura inveniri, quæ Dei providentiam ostendunt. Sed cum de Providentia decem jam libros scripserim, supervacaneum puto de ea nunc sermonem producere.

ἐπιμελεῖσθαι δὲ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὴν μὲν κακίαν πάμπαν ἀποσκευάζεσθαι, εἰσοικίζεσθαι δὲ τὴν ἀρετήν. καὶ τοῖς ταύτης μορίοις φαιδρύνεσθαι· καὶ καθάπερ αἱ φιλόκοσμοι γυναῖκες κομμωτικῇ τέχνῃ τὸ σῶμα λαμπρύνουσιν, οὕτω τῆς ψυχῆς καλλωπίζειν τὴν ὥραν τοῖς τῆς σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἀνδρείας, καὶ φρονήσεως ἄνθεσιν. Ἐφ' ἡμῖν γὰρ τούτων ἡ κτῆσις. Ἀβελτηρίας δὲ ἐσχάτης, τῶν μὲν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τὴν κτῆσιν ἐπιζητεῖν, καὶ ταῦτα μεταβολαῖς ὀξυῤῥόποις ὑποκειμένην, τῶν δὲ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν τελούντων, εὐκλεῶν τε ὄντων, καὶ τὸ διαρκὲς ἐχόντων, καὶ μόνιμον, ὡς εὐώνων τινῶν, καὶ οὐδενὸς λόγου ἀξίων καταφρονεῖν. Εἰ ταύτην τῶν ἀνθρωπίνων γνοίημεν τὴν διαίρεσιν, στέρξομεν τὰ τῶν θείων οἰάκων κινήματα, καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα κυβερνώσης Προνοίας οὐκ ἐνδοιάσομεν. Ὁρῶμεν γὰρ κατὰ τὴν τάξιν ἐναλλαττομένας τοῦ ἔτους τὰς ὥρας, εἰς καιρὸν δὲ πάντα φυόμενα, καὶ κατὰ καιρὸν γιγνόμενον ἕκαστον. Οὐ γὰρ κατὰ τοὺς Μάνεντος ἀσελγεστάτους μύθους, οἱ τῆς ὕλης ἄρχοντες, τῆς τοῦ φωτὸς ἱμειρόμενοι θυγατρὸς, καὶ ταύτην καταδιώκοντες, ἱδροῦσι, καὶ τὸν ὑετὸν χορηγοῦσιν· ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς νεύει, καὶ τὰ νέφη συνίσταται. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἡ θεία διδάσκει Γραφή. « Ἀνάγων γάρ, φησι, νεφέλας ἐξ ἐσχάτων (35) τῆς γῆς, ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν πεποίηκεν (36), ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον (37) τῆς γῆς. » Καὶ αὖθις· « Πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. » Καὶ ἑτέρωθι· « Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ, ἀπὸ καρποῦ τῶν ἔργων σου χορτασθήσεται ἡ γῆ. Ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς. » Καὶ μυρία δὲ ἔστιν εὑρεῖν ἕτερα παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, τοῦ Θεοῦ δεικνύοντα τὴν πρόνοιαν. Ἀλλὰ περὶ προνοίας δέκα λόγους ἤδη συγγράψας, περιττὸν οἶμαι νῦν τοῦτον εὐρῦναι τὸν λόγον.

### **420** XI. — *De Servatoris incarnatione.*

De divina autem incarnatione quid sentiamus, operæ pretium est ostendere. Apertius enim Dei universorum providentiam prædicat hæc disputatio. Valentinus ergo in fabulis quas finxit, alium dixit esse D Unigenitum, alium Verbum, et alium Christum qui intra pleroma, et alium Jesum et alium rursus, qui extra Christum. Incarnatum autem dixit esse Jesum, Christo qui extra est indutum, et, corpore assumpto ex animæ substantia, per Virginem tantum trajecisse, nec ex humana natura quidquam accepisse. Basilides quoque similiter alium Unigenitum, alium Verbum, et aliam dixit esse Sapientiam. Cerdon autem, et Marcion, et Manes, Christum ut hominem apparuisse dixerunt, cum humanum nihil haberet. Cerinthus vero, Jesum quidem ex Josepho

### ΙΑ'. — *Περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας.*

Περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως τίνα φρονοῦμεν προὔργου δεῖξαι. Σαφέστερον γὰρ οὗτος ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων κηρύττει τὴν προμήθειαν. Ὁ μὲν οὖν Βαλεντῖνος ἐν οἷς ἀνέπλασε μύθοις, ἄλλον μὲν ἔφη τὸν Μονογενῆ, ἄλλον δὲ τὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν τὸν ἐντὸς τοῦ πληρώματος, καὶ ἕτερον τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἄλλον πάλιν τὸν ἔξω Χριστόν. Ἐνανθρωπῆσαι δὲ τὸν Ἰησοῦν ἔφη, τὸν ἔξω Χριστὸν ἐνδυσάμενον, καὶ σῶμα ἐκ τῆς ψυχικῆς οὐσίας ἀνειληφότα· πάροδον δὲ μόνην διὰ τῆς Παρθένου ποιήσασθαι, οὐδὲν ἐκ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως εἰληφότα. Καὶ Βασιλίδης δὲ ὡσαύτως ἄλλον τὸν Μονογενῆ, καὶ ἄλλον τὸν Λόγον, καὶ ἑτέραν εἴρηκε τὴν Σοφίαν. Κέρδων δὲ, καὶ Μαρκίων, καὶ Μάνης, ὡς ἄνθρωπον φανῆναι τὸν Χριστὸν ἔφασαν, οὐδὲν ἀνθρώπειον ἔχοντα. Ὁ δὲ

[20] Psal. CXXXIV, 7. [21] Amos IX, 6. [22] Psal. CXLVII, 18. [23] Psal. CIII, 13, 14.

(35) ἐσχ. Supra, t. I, p. 1516, leg. ἐσχάτου.
(36) πεπ. Ibid. ἐποίησεν.
(37) πρόσ. Supra, t. II, p. 1444, leg. προσώπου.

Digitized by Google

A Κήρινθος τὸν (38) μὲν Ἰησοῦν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας ἔφησε γεννηθῆναι κατὰ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων νόμον, ἄνωθεν δὲ τὸν Χριστὸν κατεληλυθότα ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν. Ἐδιωναῖοι δὲ, καὶ Θεοδοτιανοὶ, καὶ Ἀρτεμωνιανοὶ, καὶ Φωτεινιανοὶ, ψιλὸν ἄνθρωπον εἰρήκασιν ἐκ τῆς Παρθένου τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι. Ἄρειος δὲ καὶ Εὐνόμιος, σῶμα μὲν αὐτὸν ἔφασαν εἰληφέναι, τὴν θεότητα δὲ τῆς ψυχῆς ἐνηργηκέναι τὴν χρείαν. Ὁ δὲ Ἀπολινάριος, ἔμψυχον μὲν ἔφησεν εἶναι τοῦ Σωτῆρος τὸ σῶμα, οὐ μὴν τὴν λογικὴν ἐσχηκέναι ψυχήν· περιττὸς γὰρ ἦν, φησὶν, ὁ νοῦς, τοῦ Θεοῦ Λόγου παρόντος. Τὰς δὲ τῶν πλειόνων αἱρέσεων τέθεικα δόξας, δεῖξαι βουλόμενος τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀλήθειαν. Τὸν γὰρ αὐτὸν ἡ Ἐκκλησία, καὶ Υἱὸν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Θεὸν Λόγον, καὶ Σωτῆρα Κύριον, καὶ Ἰησοῦν Χριστὸν ὀνομάζει. Ἀλλ' Υἱὸς μὲν (39) μονογενὴς, καὶ Θεὸς Λόγος, καὶ Κύριος καὶ πρὸ τῆς B ἐνανθρωπήσεως ὠνομάζετο, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ὡσαύτως καλεῖται. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ὁ αὐτὸς ὠνομάσθη, ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὰς προσηγορίας δεξάμενος. Ἰησοῦς μὲν γὰρ ὁ Σωτὴρ ἑρμηνεύεται, καὶ τούτου μάρτυς ὁ Γαβριὴλ, πρὸς τὴν Παρθένον εἰπών· « Καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὅτι αὐτὸς (40) σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ (41). » *Χριστὸς* δὲ προσηγορεύθη, διὰ τὸ χρίσμα τοῦ Πνεύματος. Ὁ μὲν γὰρ ὑμνοποιὸς Δαβὶδ λέγει· « Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Διὰ δὲ τῆς Ἡσαΐου τοῦ προφήτου γλώττης αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἔφη· « Πνεῦμα Κυρίου C ἐπ' ἐμέ· οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με Κύριος. » Οὕτω δὲ τὴν προφητείαν νοεῖν αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Δεσπότης ἐδίδαξεν. Εἰς γὰρ τὴν συναγωγὴν εἰσελθὼν, καὶ τὸ προφητικὸν βιβλίον λαβὼν, ἀνέγνω μὲν τὸ εἰρημένον χωρίον, ἔφη δὲ πρὸς τοὺς παρόντας· « Σήμερον ἐπληρώθη (42) ἡ Γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. » Συνῳδὰ δὲ τοῖς προφήταις καὶ ὁ μέγας ἐκήρυξε Πέτρος. Τοῖς γὰρ περὶ τὸν Κορνήλιον ἐπιδεικνὺς τὸ μυστήριον οὕτως ἔφη· « Ὑμεῖς οἴδατε τὸ ῥῆμα τὸ γενόμενον (43) καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν (44) αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. » Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς διὰ τὸ χρίσμα τοῦ Πνεύματος ὠνομάσθη Χριστός. Ἐχρίσθη δὲ, οὐχ ὡς D Θεὸς, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. Εἰ δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπειον κέχρισται, μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ Χριστὸς ὠνομάσθη. Ἀλλ' ὅμως οὐχ ἄλλος ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ ἄλλος ὁ Χριστός· ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος ἐνανθρωπήσας ὠνομάσθη Χριστὸς Ἰησοῦς· ἐνηνθρώπησε δὲ, ἵνα τὴν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας διαφθαρεῖσαν νεουργήσῃ φύσιν. Διὰ τοῦτο πᾶσαν τὴν ἡμαρτηκυῖαν ἔλαβεν, ἵνα πᾶσαν ἰάσηται. Οὐ γὰρ προκαλύμματι τῆς θεότητος χρώμενος ἀνέλαβε τὴν τοῦ σώματος φύσιν, κατὰ τὴν Ἀρείου καὶ

et Maria communi hominum lege genitum dixit, Christum autem e superis in Jesum descendisse. Ebionæi rursus, et Theodotiani, et Artemoniani, et Photiniani, nudum hominem dixerunt ex virgine natum esse Christum. Arius vero et Eunomius corpus quidem assumpsisse illum dicunt, sed divinitatem animæ usum exercuisse. Apolinarius porro Servatoris corpus animatum quidem esse aiebat, sed animam ratione præditam non habuisse. Mens enim supervacanea, inquit, ubi Deus Verbum adest. Multarum autem hæresium opiniones posui, veritatem Ecclesiæ ostendere volens. **421** Ecclesia enim eumdem et Filium, et Unigenitum, et Deum Verbum, et Servatorem Dominum, et Jesum Christum nominat. Sed Filius quidem unigenitus, et Deus Verbum, et Dominus etiam ante incarnationem appellabatur, et post incarnationem similiter vocatur. Jesus vero Christus post incarnationem idem nominatus est, ex rebus ipsis sumptis vocabulis. Jesus enim explicatur Salvator, reique testis Gabriel Virginem alloquens: « Vocabis nomen ejus Jesum, quia ipse salvum faciet populum suum a peccatis ejus[24]. » *Christus* autem appellatus est, propter unctionem Spiritus. Dicit enim psalmista David: « Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis[25]. » Per Isaiæ autem prophetæ linguam Dominus ipse dixit: « Spiritus Domini super me, qua de causa unxit me Dominus[26]. » Prophetiam autem sic intelligere docuit nos ipse Dominus. Synagogam enim ingressus, cum propheticum librum accepisset, prædictum locum legit, et iis qui aderant dixit: « Hodie impleta est Scriptura hæc in auribus vestris[27]. » Consona etiam prophetis prædicavit et magnus Petrus. Cornelio enim mysterium exponens sic dixit: « Vos scitis verbum quod factum est per universam Judæam, incipiens a Galilæa post baptismum quem prædicavit Joannes, Jesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus **422** Spiritu sancto et virtute[28]. » Ex his ergo manifestum est, quod propter unctionem Spiritus appellatus sit Christus. Unctus autem est, non ut Deus, sed ut homo. Quod si secundum humanam naturam est unctus, etiam post incarnationem Christus appellatus est. Attamen non alius Deus verbum, et alius Christus. Deus enim Verbum homo factus, Christus Jesus nominatus est. Homo autem factus est, ut corruptam a peccato naturam renovaret. Propterea totam quæ peccarat assumpsit, ut toti mederetur. Non enim ad divinitatis integumentum corporis naturam assumpsit, juxta delirium Arii et Eunomii. Facile enim ipsi erat efficere ut etiam sine corpore conspiceretur, quemadmodum olim conspectus est ab Abrahamo, et Jacobo, et aliis sanctis: sed voluit ut natura ipsa, quæ victa fuerat, debellaret adver-

[24] Matth. I, 21. [25] Psal. XLIV, 8. [26] Isa. LXI, 1. [27] Luc. IV, 21. [28] Act. X, 37, 38.

(38) τὸν, κ. τ. λ. Eumdem errorem nonnulli Marcosiis tribuunt. Vid. p. 301 et 329.
(39) μέν. Ex edit. Rom. suppletum.
(40) ὅτι αὐτός. Loco cit. leg. αὐτὸς γάρ.
(41) αὐτ. Loco cit. est αὐτῶν.
(42) ἐπλ. Loco cit. leg. πεπλήρωται.
(43) Loco cit. leg. τὸ γενόμενον ῥῆμα.
(44) ὡς ἔχρ. Edit. Rom. ἐπέχρισεν.



Digitized by Google

lati non sunt, sed fastus et arrogantiæ morbo correpti, in deterius conversi sunt, et priori sorte exciderunt. Quod declaravit divinus Apostolus, de episcopali ordinatione legem ferens : « Non neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli [4]. » His enim verbis innuit, quod diabolo labendi causa fuerit superbia. Ephesiis vero scribens, ostendit quod, priusquam in deterius converteretur, credita ei fuerit aeris administratio. « Secundum principem, inquit, potestatis aeris, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ [5]. » A priori autem ordine lapsus, ministros habet eos qui Deo contradicunt. Et Dominus in sacris Evangeliis dixit : « Videbam Satanam **408** sicut fulgur de cœlo cadentem [6]. » Et alio in loco : « Ille, inquit, homicida erat ab initio, et in veritate non stetit [7]. » Hoc vero demonstrat, quod a veritate aversus, veritati contraria elegerit. Beati quoque prophetæ Isaias et Ezechiel similibus usi sunt ænigmatibus. Hoc enim significat illud : « Super astra ponam solium meum, et ero similis Altissimo, et comprehendam orbem terræ tanquam nidum, et tanquam derelicta ova tollam [8]. » Et Ezechiel per principem Tyri apostatam principem designat, qui illi operatus est. Sic autem dicit : « Hæc dicit Dominus Adonai : Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, et corona pulchritudinis, et in deliciis paradisi Dei fuisti, omnem lapidem indutus es [9]. » Deinde cum lapidum species enumerasset, subjunxit : « A quo die conditus es cum cherubinis, inunctus a Deo in tabernaculo habitante, et posui te in monte sancto Dei. Genitus es in medio lapidum ignitorum, ambulasti irreprehensibilis in diebus tuis, ex quo creatus es, donec inventæ sunt iniquitates in te. Multitudine enim circumcursationis tuæ implevisti promptuaria tua iniquitate, et peccasti, et vulneratus es. A monte Dei deduxit te cherubim adumbrans ex medio lapidum ignitorum. Exaltatum est cor tuum ob pulchritudinem tuam. Corrupta est scientia tua cum pulchritudine tua. Propter multitudinem peccatorum tuorum in **409** terram projeci te, adversarium regibus dedi te, ut traducereris. Propter multitudinem iniquitatum tuarum, et injustitiarum negotiationis tuæ, profanavi sanctificationem tuam, educo ignem in medio tui; hic te devorabit [10]. » Hæc prophetæ verba ostendunt ab initio quidem bonum factum fuisse diabolum, sed sponte sua eum in deterius ruisse, improbisque actionibus malitiam auxisse. *Circumcursationem* enim et *negotiationem*, improbitatis cogitationes vocavit. Hunc traduxit,

A τοις γενόμενοι, τὴν μὲν ἐκείνων περὶ τὸν Δεσπότην Θεὸν οὐκ ἐζήλωσαν εὔνοιαν, τὸ δὲ τοῦ τύφου καὶ τῆς ἀλαζονείας εἰσδεξάμενοι πάθος, ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐτράπησαν, καὶ τῆς προτέρας ἐξέπεσον λήξεως. Καὶ τοῦτο δεδήλωκεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, περὶ τῆς ἐπισκοπικῆς χειροτονίας νομοθετῶν· « Μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. » Διὰ γὰρ τῶνδε τῶν λόγων αἰνίττεται, ὡς τῆς ἐκπτώσεως τῷ διαβόλῳ τύφος ἐγένετο πρόξενος. Καὶ Ἐφεσίοις δὲ γράφων, παρεδήλωσεν ὡς (10) πρὶν ἐπὶ τὸ χεῖρον τραπῆναι, τὴν τοῦ ἀέρος οἰκονομίαν ἐπεπίστευτο. « Κατὰ τὸν ἄρχοντα γὰρ, φησὶ, τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. » Τῆς δὲ προτέρας τάξεως ἐκπεσὼν ὑπουργοὺς ἔχει τοὺς ἀντιλέγοντας τῷ Θεῷ. Καὶ
B ὁ Κύριος δὲ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔφη· « Εἶδον (11) τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν πεσόντα (12) ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ, « Ἐκεῖνος, φησὶν, ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκε. » Τοῦτο δὲ παραδηλοῖ, ὡς τῆς ἀληθείας ἐκτραπεὶς, τἀναντία τῇ ἀληθείᾳ προείλετο. Καὶ οἱ μακάριοι δὲ προφῆται Ἠσαΐας καὶ Ἰεζεκιὴλ παραπλησίοις αἰνίγμασι κέχρηνται. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τό· « Ἐπάνω τῶν ἄστρων θήσω τὸν θρόνον μου, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ, καὶ καταλήψομαι τὴν οἰκουμένην ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ. » Καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ διὰ τοῦ ἄρχοντος Τύρου τὸν ἀποστάτην ἄρχοντα αἰνίττεται τὸν ἐνεργήσαντα ἐκείνῳ. Λέγει δὲ οὕτως· « Τάδε λέγει Κύριος Ἀδωναΐ· Σὺ ἐκσφράγισμα (13) ὁμοιώσεως, πλήρης
C σοφίας, καὶ στέφανος κάλλους, καὶ ἐν τῇ τρυφῇ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ ἐγενήθης, πάντα λίθον (14) ἐνδέδυσαι. » Εἶτα τῶν λίθων ἀπαριθμήσας τὰ εἴδη, ἐπήγαγεν· « Ἀφ' ἧς ἡμέρας κατεσκευάσθης μετὰ τοῦ χερουβεὶμ κεχρισμένος παρὰ Θεοῦ (15) τοῦ κατασκηνοῦντος, καὶ ἔθηκά σε ἐν ὄρει ἁγίῳ Θεοῦ. Ἐγεννήθης ἐν μέσῳ λίθων πυρίνων, ἐπορεύθης ἄμωμος σὺ ἐν ταῖς ἡμέραις σου, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐκτίσθης σὺ, ἕως οὗ εὑρέθη τὰ ἀδικήματα ἐν σοί. Ἀπὸ γὰρ πλήθους περιδρομῆς σου, ἔπλησας τὰ ταμιεῖά σου ἀνομίας, καὶ ἥμαρτες, καὶ ἐτραυματίσθης (16)· Ἀπὸ ὄρους τοῦ Θεοῦ κατήγαγέ σε τὸ χερουβεὶμ τὸ συσκιάζον ἐκ μέσου λίθων πυρίνων. Ὑψώθη ἡ καρδία σου ἐπὶ τῷ κάλλει σου. Διεφθάρη
D ἡ ἐπιστήμη σου μετὰ τοῦ κάλλους σου. Διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν σου, ἐπὶ τὴν γῆν ἔῤῥιψά σε, ἐναντίον βασιλέων ἔδωκά σε παραδειγματισθῆναι (17). Διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀνομιῶν σου, καὶ τῶν ἀδικιῶν τῆς ἐμπορίας σου, ἐβεβήλωσα ἁγιασμόν σου. Ἐξάγω πῦρ ἐν μέσῳ σου· τοῦτο καταφάγεταί σε. » Οὗτος (18) ὁ

[4] I Tim. III, 6. [5] Ephes. II, 2. [6] Luc. X, 18. [7] Joan. VIII, 44. [8] Isa. XIV, 13, 14. [9] Ezech. XXVIII, 12, 13. [10] ibid. 14-18.

(10) ὡς — ἐπεπίστευτο. Ita lectio corrupta edit. Rom. emendata est ad calcem libri.

(11) εἶδ. Loco cit. leg. ἐθεώρουν.

(12) πεσ. Ibid. post τοῦ οὐρ. ponitur.

(13) ἐκσφρ. Supra, t. II, p. 913, εἶ ἀποσφράγισμα.

(14) λίθον. Supra l. c. leg. λίθον τίμιον. Ad eumdem locum vid. reliqua jam notata.

(15) παρὰ Θεοῦ. Hæc supplenda fuerunt, ut sensus constaret. Eadem verba leguntur supra, l. c.

(16) ἐτρ. Huic voci addendum fuit punctum, quod in edit. priori ad sequens τοῦ Θεοῦ ascriptum erat.

(17) παραδ. Deerat punctum in edit. priori.

(18) οὗτος, κ. τ. λ. Pluribus hanc allegoriam persecutus est Noster, t. II. loc. cit.

Digitized by Google

A προφητικὸς λόγος ἔδειξε τὸν διάβολον ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀγαθὸν γεγενημένον, ἑκουσίως δὲ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ῥοπὴν εἰσδεξάμενον, ταῖς δὲ κακομηχανίαις τὴν πονηρίαν αὐξήσαντα. *Τὴν γὰρ περιδρομὴν*, καὶ *τὴν ἐμπορίαν*, τὰς τῆς πονηρίας ἐπινοίας ἐκάλεσε. Τοῦτον παρεδειγμάτισεν, ἐλέγξας αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν, καὶ πατεῖσθαι ὑπὸ τῶν πάλαι προσκυνούντων ἐκέλευσεν. Αὐτοῦ γάρ ἐστι φωνή· « Ἰδοὺ (19) δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Καὶ ἄλλα δὲ πάμπολλα ἔστιν εὑρεῖν, δι' ὧν ῥᾴδιον μαθεῖν ὡς ἀγαθὸς δημιουργηθεὶς ὁ διάβολος, ἑκὼν εἰς πονηρίαν ἀπέκλινεν. Ἀρκεῖ δὲ καὶ ἡ ἀπειληθεῖσα κόλασις αὐτῷ δεῖξαι τὸ τῆς κακίας αὐθαίρετον. Οὐ γάρ ἐστιν ἴδιον δικαίου Θεοῦ, κολάσαι τὸν ἀνάγκῃ γενόμενον πονηρόν.

ejus imbecillitatem patefaciens, et ab iis qui olim adorabant conculcari jussit. Ejus enim vox est : « Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici [10]. » Sed et alia plurima invenire licet, ex quibus facile sit intelligere quod diabolus bonus creatus sit, volens autem ad vitium deflexerit. Sufficiunt autem minæ ipsi intentatæ supplicii, ut improbitatem sponte sua illum elegisse ostendant. Justi enim Dei proprium non est, eum punire qui necessitate malus sit.

B

### Θ'. *Περὶ ἀνθρώπου.*

Τὸν δέ γε ἄνθρωπον διαπλασθῆναί φαμεν, οὐχ ὑπ' ἀγγέλων τινῶν κατὰ τοὺς Βασιλίδου καὶ Κηρίνθου μύθους, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ Ἰαλδαβαὼθ κατὰ τὴν τῶν Σηθιανῶν ἐμβροντησίαν, οὐδέ γε ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ κατὰ τὴν τοῦ Μάνεντος παραπληξίαν· ἀλλ' ὑπὸ τῆς θείας καὶ παναγίας Τριάδος τῆς πάντα τεχνηναμένης. Ἠκούσαμεν γὰρ τῆς θείας λεγούσης Γραφῆς, ὡς ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεός· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. » Συνῳδὰ δὲ καὶ ὁ μακάριος ἔφη Δαβίδ· « Αἱ χεῖρές σου γὰρ, φησὶν, ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με· συνέτισόν με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου. » Χεῖρας (20) τοῦ Θεοῦ νοοῦμεν, οὐ σωματικά τινα μόρια, ἀλλὰ τὴν δημιουργικὴν αὐτοῦ δύναμιν. Οὐ γὰρ σύνθετος ἡ ἀσώματος C καὶ ἀπερίγραφος φύσις κατὰ τὴν Αὐδαίου (21) φρενοβλάβειαν, ἀλλ' ἁπλῆ καὶ ἀνείδεος καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ περιληπτικὴ τῶν ὅλων. Ἀκούοντες τοίνυν τῆς Μωσαϊκῆς ἱστορίας διηγουμένης, ὅτι ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, τὴν τοῦ γράμματος ἐπιζητοῦμεν διάνοιαν, καὶ νοοῦμεν, ἣν ἔχει διαφερόντως περὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν διάθεσιν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Τοῦτο γὰρ ὁ μέγας προφήτης δηλῶν, τἄλλα μὲν εἶπε λόγῳ πεποιηκέναι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, τὸν δὲ ἄνθρωπον, ταῖς χερσὶ διαπλάσαι. Οὔτε δὲ ἐν ἐκείνοις *ῥῆμα* νοοῦμεν τὸ πρόσταγμα, ἀλλὰ βούλημά τε καὶ θέλημα· οὔτε ἐνταῦθα χειρῶν ἐργασίαν τοῦ σώματος τὴν διάπλασιν, ἀλλὰ τὴν πλείονα περὶ τὸ ποίημα τοῦτο διάθεσιν. Ὥσπερ γὰρ νῦν βουληθέντος αὐτοῦ τὸ ἔμβρυον ἐν τῇ μήτρᾳ δη- D μιουργεῖται, καὶ ἡ φύσις τοῖς ἐξ ἀρχῆς παρ' αὐτοῦ τεθεῖσιν ὅροις ἀκολουθεῖ, οὕτως τότε ἀνθρώπινον ἐκ τῆς γῆς ἐθελήσαντος αὐτοῦ συνεπάγη σῶμα, καὶ ὁ πηλὸς ἐγένετο σὰρξ, καὶ αἷμα, καὶ δέρμα, καὶ πιμελὴ, καὶ νεῦρα, καὶ φλέβες, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ ἐγκέφαλος, καὶ μυελὸς, καὶ τὰ τῶν ὀστῶν ὑπερείσματα, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν οἱ χιτῶνες, καὶ τῆς γλήνης ἡ καθαρότης, καὶ τῶν ἀκοῶν οἱ ἑλικοειδεῖς πόροι, καὶ τῶν ὀδμῶν ἡ ἀντίληψις, καὶ τὸ λογικὸν τοῦ στόματος ὄργανον, ἐν ᾧ οἱ μὲν ὀδόντες τῶν χορδῶν πληροῦσι τὴν χρείαν,

### IX. — *De homine.*

Hominem vero formatum dicimus, non ab angelis quibusdam, ut Basilidis et Cerinthi fabulæ docent, neque ab Ialdabaoth, juxta Sethianorum stupiditatem, neque a Sacla, ut Manetis vult amentia : sed a divina et sanctissima Trinitate quæ omnia fabricata est. **410** Audivimus enim Scripturam divinam dicentem, quod dixerit universorum Deus : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [11]. » Consona autem dixit etiam beatus David : « Manus enim tuæ, inquit, fecerunt me, et formarunt me : doce me, et discam mandata tua [12]. » Manus porro Dei intelligimus, non corporales aliquas partes, sed creatricem ejus potentiam. Non enim composita est natura incorporea et incircumscripta, juxta Audæi delirium, sed simplex, formæque et figuræ expers, et omnia comprehendens. Cum itaque Mosaicam historiam narrantem audimus [13], Deum e terra limum sumpsisse, hominemque formasse, litteræ sensum inquirimus, et insignem Dei universorum erga naturam humanam affectum intelligimus. Hoc enim magnus propheta significans, alia quidem verbo fecisse dicit Deum universorum, hominem autem suis formasse manibus. Neque vero *verbum* in illis præceptum intelligimus, sed solam voluntatem : neque hic corporis formationem manuum operationem, sed majorem erga hoc opus affectionem. Sicut enim nunc ipso volente fetus in utero creatur, et ab eo positis ab initio legibus natura obsequitur : ita tunc humanum ex terra corpus ipso volente compactum est, et limus caro factus, et sanguis, et cutis, et adeps, et nervi, et venæ, et arteriæ, et cerebrum, et medulla, et ossium sustentacula, et oculorum tunicæ, et pupillæ nitor, et aurium flexuosi **411** meatus, et odorum apprehensio, et oris ad loquendum organum, in quo dentes chordarum usum præstant, lingua plectrum imitatur, mens vero dextram musici. Sed quis pro dignitate satis mirari possit vita præditi animalis formationem? quam et alii quidem

[10] Luc. x, 19. [11] Gen. i, 26. [12] Psal. cxviii, 73. [13] Gen. ii, 7.

(19) ἰδοὺ, κ. τ. λ. Loco cit. leg. ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσ. τοῦ πατεῖν, κ. τ. λ.

(20) χεῖρ. Edit. Rom. addit δέ.

(21) Αὐδ. Ibid. Αὐδέου.

Digitized by Google

multi calumniari conantur, in primis autem Manetis successores. Unde hoc formasse dicunt non Deum, sed Saclam principem materiæ. Græcorum vero sapientes Socrates, Hippocrates, et Plato, et Xenophon, et Aristoteles, et Galenus, et alii innumerabiles, humani corporis aptam compositionem suspiciunt, et singulorum membrorum usum admirantur, fatenturque inferiorem esse laudantis orationem præclari universorum artificis sapientia, quæ in hoc animali cernitur. Tanto infandis hæreticis meliores fuerunt ii, qui neque propheticam agriculturam susceperant, neque apostolicam institutionem ducem habuerant, sed soli ratiocinationi divinarum rerum cognitionem permiserant. Quæ quidem non eo dico, ut ab errore multorum deorum philosophos qui dicuntur defendam, sed ut ostendam eos qui de Christi appellatione gloriantur, non solum philosophis, sed etiam dæmonibus magis impios esse. Quid enim his impium magis, qui ex re qualibet blasphemiæ occasionem capiunt adversus Creatorem? Nos vero in omnibus laudare didicimus, non in iis modo quæ jucunda videntur, sed in iis etiam quæ acerba putantur. Sed nondum de his tractandum est : compositionis convenientiam servare oportet orationem nostram. Dicimus ergo ex quatuor **412** elementis formatum esse corpus. Habet enim ab igne caliditatem, ab aere frigiditatem, a terra siccitatem, ab aqua humiditatem. Animam autem simplicem esse dicimus, et ratione præditam et immortalem, non tamen ante corpus exsistere. Pythagoras enim, et Plato, et Plotinus, et qui illius sunt sectæ, cum immortales esse animas confiteantur, ante corpora exsistere illas dixerunt, et agmen quasi esse innumerabilium animarum, et in corpora mitti eas quæ peccant, ut tali purgatæ disciplina, in proprium locum revertantur; quæ vero etiam in corporibus iniquam vitam duxerint, in animalia ratione carentia demitti : eos quidem qui amari et virulenti fuerint, in reptilia, rapaces vero in lupos, audaces in leones, in vulpes fraudulentos : et ineptas hujusmodi fabulas confinxere. Peripateticos autem aiunt etiam immortalitatem animarum scriptis suis tollere. Doctissimi vero medici bonam corporis temperaturam animam appellarunt, ex affectionibus quæ corpori accidunt, comitiali videlicet morbo, apoplexia et phrenesi, opinionem hanc depromentes. Quia enim affectionum istarum unaquæque rationem lædit, eamque exhaurit, ideo animam existimarunt bonam esse corporis temperaturam. Oportebat autem illos considerare, eum quoque qui lyra canit, si lyra non recte aptata sit, artem suam non ostendere. Nam si vel nimis intensæ sint chordæ, vel remissæ concentum impediunt. Quod si **413** dissectæ aliquæ fuerint, penitus otiosum reddunt musicum. Hoc ipsum in tibiis videre est, et in aliis instrumentis. Sic et cymba madefacta, vel præter artis rationem constructa, gubernatoris artem ever-

A ἡ δὲ γλῶττα μιμεῖται τὸ πλῆκτρον, ὁ δὲ νοῦς τὴν τοῦ μουσικοῦ δεξιάν. Ἀλλὰ τίς γὰρ ἱκανὸς ἀξίως θαυμάσαι τὴν τοῦ ζωτικοῦ τούτου ζώου διάπλασιν, ἣν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν, οὐχ ἥκιστα δὲ οἱ τοῦ Μάνεντος διάδοχοι; Οὗ δὴ χάριν, οὐ τὸν Θεὸν τοῦτο διαπλάσαι φασὶν, ἀλλὰ τὸν Σακλᾶν, τῆς ὕλης τὸν ἄρχοντα. Ἑλλήνων δὲ οἱ σοφοὶ, Σωκράτης, καὶ Ἱπποκράτης, καὶ Πλάτων, καὶ Ξενοφῶν, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Γαληνὸς, καὶ μυρίοι ἕτεροι, ὑπεράγανται μὲν τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἁρμονίαν, θαυμάζουσι δὲ ἑκάστου μορίου τὴν χρείαν, καὶ ὁμολογοῦσιν ἡττᾶσθαι τὸν ἐπαινοῦντα λόγον τῆς ἐν τῷδε τῷ ζώῳ θεωρουμένης τοῦ τῶν ὅλων ἀριστοτέχνου σοφίας. Τοσούτῳ κρείττους τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν, οἱ μήτε προφητικὴν δεξάμενοι γεωργίαν, B μήτε ἀποστολικῆς ἀπολαύσαντες ποδηγίας, τῷ λογισμῷ δὲ μόνῳ τὴν τῶν θείων ἐπιτρέψαντες γνῶσιν. Καὶ ταῦτά φημι, οὐχ ὑπὲρ τῆς πολυθέου πλάνης τῶν καλουμένων φιλοσόφων ἀπολογούμενος, ἀλλὰ δεικνὺς τοὺς ἐπὶ τῇ Χριστοῦ προσηγορίᾳ σεμνυνομένους, οὐ μόνον τῶν φιλοσόφων, ἀλλὰ καὶ τῶν δαιμόνων δυσσεβεστέρους. Τί γὰρ ἀνοσιώτερον τούτων, οἳ πᾶν ὁτιοῦν ἀφορμὴν ποιοῦνται τῆς κατὰ τοῦ Δημιουργοῦ βλασφημίας; Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ πᾶσιν ὑμνεῖν ἐδιδάχθημεν, οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς δοκοῦσι τερπνοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις ἀνιαροῖς. Ἀλλ' οὔπω περὶ τούτου διαληπτέον· τὴν γὰρ τῆς συντάξεως ἁρμονίαν προσήκει φυλάξαι τὸν λόγον. Φαμὲν τοίνυν, ἀπὸ μὲν τῶν τεσσάρων στοιχείων διαπλασθῆναι τὸ σῶμα. C Ἔχει γὰρ ἀπὸ μὲν τοῦ πυρὸς τὴν θερμότητα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀέρος τὴν ψυχρότητα, τὴν ξηρότητα δὲ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐκ τοῦ ὕδατος τὴν ὑγρότητα. Τὴν δὲ ψυχὴν ἁπλῆν εἶναί φαμεν καὶ λογικὴν καὶ ἀθάνατον, οὐ μὴν προϋπάρχειν τοῦ σώματος. Πυθαγόρας (22) μὲν γὰρ καὶ Πλάτων, καὶ Πλωτῖνος, καὶ οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀθανάτους εἶναι συνομολογήσαντες τὰς ψυχὰς, προϋπάρχειν ταύτας ἔφασαν τῶν σωμάτων, καὶ δῆμον εἶναί τινα ψυχῶν ἀναρίθμων, καὶ τὰς πλημμελούσας εἰς σώματα καταπέμπεσθαι, ὥστε τῇ τοιᾷδε καθαρθείσας παιδείᾳ, πάλιν ἐπανελθεῖν εἰς τὸν ἴδιον χῶρον· τὰς δὲ κἂν τοῖς σώμασι παράνομον βίον ἀσπασαμένας, εἰς τὰ ἄλογα καταπέμπεσθαι ζῶα· τοὺς μὲν πικροὺς καὶ ἰοβόλους, εἰς ἑρπετὰ, τοὺς δὲ ἁρπακτικοὺς εἰς λύκους, τοὺς δὲ θρασεῖς εἰς λέοντας, D εἰς ἀλώπεκας δὲ τοὺς δολερούς· καὶ τοιούτους ληρώδεις τινὰς ἀνέπλασαν μύθους. Τοὺς δὲ Περιπατητικούς φασι καὶ τὴν ἀθανασίαν τῶν ψυχῶν ἀφαιρεῖσθαι τῷ λόγῳ. Οἱ δὲ σοφώτατοι τῶν ἰατρῶν τὴν τοῦ σώματος εὐκρασίαν ψυχὴν προσηγόρευσαν, ἐκ τῶν συμβαινόντων τῷ σώματι παθημάτων, ἐπιληψίας, φημὶ, καὶ ἀποπληξίας, καὶ φρενίτιδος, ταύτην εἰληφότες τὴν δόξαν. Ἐπειδὴ γὰρ τῶνδε τῶν παθημάτων ἕκαστον λωβᾶται τῷ λογικῷ, καὶ φροῦδον τοῦτο ποιεῖ, ὑπέλαβον τοῦ σώματος τὴν εὐκρασίαν εἶναι ψυχήν. Ἔδει δὲ αὐτοὺς συνιδεῖν, ὡς καὶ ὁ λυρῳδὸς, τῆς λύρας οὐκ εὖ ἡσκημένης, τὴν οἰκείαν οὐκ ἐπιδείκνυσιν ἐπιστήμην. Ὑπερταθεῖσαι γὰρ αἱ χορ-

(22) Πυθαγ., κ. τ. λ. Antiquiorum philosophorum de anima sententias pluribus expositas vide infra, in libro *De cur. Græc. affect.* serm. 5.

Digitized by Google

δαί, καὶ μέντοι καὶ χαλαραὶ γινόμεναι, τὴν ἁρμονίαν λυμαίνονται. Εἰ δὲ καὶ διατμηθῶσί τινες, ἀργὸν παντελῶς τὴν μουσικὸν ἀποφαίνουσι. Τοῦτο καὶ ἐπὶ αὐλῶν ἔστιν ἰδεῖν, καὶ ἐπὶ ἄλλων ὀργάνων. Οὕτως σκάφος διάβροχον, ἢ παρὰ τὸν λόγον κατεσκευασμένον τῆς τέχνης, πημαίνει τοῦ κυβερνήτου τὴν τέχνην. Καὶ ἵπποι χωλεύοντες, ἢ φύσει βραδεῖς, καὶ μέντοι τῶν ἁρμάτων τὰ πάθη, τοῖς ἡνιόχοις λυμαίνεται. Οὕτω δῆτα καὶ τὴν ψυχὴν ἔνια τῶν σωματικῶν παθημάτων οὐκ ἐᾷ δεῖξαι τοῦ λογικοῦ τὴν ἐνέργειαν. Ἀλλὰ ἐν μὲν τῇ γλώττῃ γενομένου τοῦ πάθους, ὁ λόγος ἐπέχεται· ἐν δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς ὀπτικῆς ἐνεργείας ἡ δύναμις οὐκέτι διὰ τοῦ μορίου χωρεῖ. Εἰ δὲ τῇ μήνιγγι προσπέσοι τὸ νόσημα, σίνεται μὲν τὸν ἐγκέφαλον ἡ τῶν ἀτμῶν καὶ τῶν χυμῶν μοχθηρία, ὑπὸ δὲ τούτων περικλυζόμενος, οὐ δέχεται τῆς ψυχῆς τὴν ἐνέργειαν, ἀλλ' ἔοικεν ὑποβρυχίῳ τινὶ γενομένῳ, καὶ ὡς ἔτυχε καὶ χεῖρας κινοῦντι καὶ πόδας, καὶ τὰ ἄλλα τοῦ σώματος μόρια. Οὐ τοίνυν οὐσία τῆς ψυχῆς, ἡ τοῦ σώματος εὐκρασία, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ σώματος εὐκρασίᾳ τῆς ψυχῆς ἡ οὐσία δείκνυσι τὴν οἰκείαν σοφίαν. Οὗτοι μὲν οὖν εἰς ταύτην τὴν ἀλογίαν ἐξέπεσον. Οἱ δὲ (23) δυσσεβεῖς αἱρετικοί, Καρποκράτης, καὶ Ἐπιφάνης, καὶ Πρόδικος, καὶ Καϊανοί, καὶ Ἀντιτάκται, καὶ Εὐτυχῖται (24), πολὺ τούτων ἀνοσιώτερον ἐκτήσαντο φλήναφον· ἔφασαν γὰρ εἰς σώματα καταπέμπεσθαι τὰς ψυχάς, ὥστε πᾶσαν ἐν τούτοις ἀκολασίαν καὶ παρανομίαν ἐργασαμένας, τοὺς κοσμοποιοὺς ἀγγέλους θεραπεῦσαι τοῖς τῆς ἀσεβείας ἐπιτηδεύμασιν. Ἡ δὲ Ἐκκλησία, τοῖς θείοις πειθομένη λόγοις, τὸν μὲν τούτων διαφερόντως μυσάττεται λόγον, ἀποστρέφεται δὲ καὶ τῶν ἄλλων τοὺς μύθους· τῇ δὲ θείᾳ πειθομένη Γραφῇ λέγει, τὴν ψυχὴν συνδημιουργεῖσθαι τῷ σώματι, οὐκ ἐκ τῆς ὕλης τοῦ σπέρματος ἔχουσαν τῆς δημιουργίας τὰς (25) ἀφορμάς, ἀλλὰ τῇ βουλήσει τοῦ ποιητοῦ μετὰ τὴν τοῦ σώματος συνισταμένην διάπλασιν. Καὶ γὰρ ὁ θειότατος Μωϋσῆς πρότερον ἔφησε τοῦ Ἀδὰμ διαπλασθῆναι τὸ σῶμα, εἶθ' οὕτως ἐμφυσῆσαι τὸν Θεὸν τὴν ψυχήν. « Ἔλαβε γὰρ ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. » Ἐκεῖνο δὲ τὸ ἐμφύσημα, οὐ μέρος τι τῆς θείας οὐσίας φαμέν, κατὰ τὴν Κέρδωνος καὶ Μαρκίωνος λύτταν· ἀλλὰ τῆς ψυχῆς τὴν φύσιν διὰ τούτου σημαίνεσθαι λέγομεν, ὅτι πνεῦμά ἐστιν ἡ ψυχή, λογικόν τε καὶ νοερόν. Κἂν τοῖς (26) νόμοις δὲ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης σαφέστερον ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὡς πρότερον τὸ σῶμα διαμορφοῦται, εἶθ' οὕτως ἐμφύεται ἡ ψυχή. Περὶ γὰρ τοῦ τὴν ἐγκύμονα τετυπτηκότος ἔφη· « Ἐὰν (27) ἐξέλθῃ ἐξεικονισμένον τὸ ἔμβρυον, ἀποτίσει ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ὀδόντα ἀντὶ ὀδόν-

A tit. Et equi claudicantes, vel natura tardi, aut currum etiam vitia, aurigæ officiunt. Sic et animam nonnullæ corporum affectiones rationis operationem exserere non sinunt. Sed si in lingua fuerit affectio, sermo inhibetur: si in oculis, videndi facultas per membrum non amplius procedit. Quod si in meningem membranam morbus incubuerit, vaporum succorumque malignitas cerebrum lædit, et his obrutum animæ operationem non recipit: sed simile est submerso cuipiam, qui pedes et manus et reliqua membra temere movet. Non est igitur bona corporis temperatura animæ substantia, sed in bona corporis temperatura sapientiam suam ostendit animæ substantia. Hi ergo in hanc absurdam opinionem lapsi sunt. Impii vero hæretici, Carpocrates, et B Epiphanes, et Prodicus, et Caiani, et Antitactæ, et Eutychitæ, longe his absurdiores nugas amplexi sunt. Dixerunt enim, ideo in corpora mitti animas, ut omnem in his incontinentiam et iniquitatem exercentes, impietatis studiis mundi * creatores angelos colant. Ecclesia autem, divinis verbis obtemperans, **414** horum doctrinam summopere detestatur, et aliorum quoque fabulas aversatur: divinæ vero Scripturæ fidem præbens, animam dicit una cum corpore creari, non quæ ex seminis materia causam habeat creationis, sed quæ auctoris voluntate post corporis exsistat formationem. Etenim divinissimus Moses, prius Adami formatum esse corpus dixit, deinde animam a Deo inspiratam. C « Sumpsit enim Deus limum de terra, et formavit hominem, et inspiravit in faciem ejus spiritum vitæ, et factus est homo anima vivens[14]. » Inspirationem porro illam non divinæ substantiæ partem aliquam fuisse dicimus, juxta Cerdonis et Marcionis insaniam: sed animæ naturam hoc verbo significari dicimus, quod scilicet anima spiritus sit ratione præditus et intelligens. Idem etiam rursus propheta in legibus manifestius nos docuit, prius quidem formari corpus, deinde sic animam infundi. De eo enim qui prægnantem percussit loquens: « Si egressus, inquit, fuerit formatus fetus, reddet oculum pro oculo, dentem pro dente, » et quæ sequuntur[15]. Sin autem non formatus exierit, multabitur; hac ratione, docens id quod formatum sit, animatum D esse, quod non formatum autem, inanimatum. Sed et celeberrimus Jobus Dominum sic affatus est: « Memento te lutum me formasse, et in terram me rursus convertis. Nonne sicut lac mulsisti me, **415** et velut caseum me coagulasti? Pelle et carne induisti me, ossibus et nervis compegisti me[16]. » Et cum his verbis priorem corporis formationem ostendisset, animationis laudationem hanc adjecit.

[14] Gen. II, 7. [15] Exod. XXI, 22-24. [16] Job X, 9-11.

(23) δέ. Des. in edit. Rom. una cum puncto quod ad ἐξέπεσον præcedit.

(24) Εὐτυχ. Ita ex edit. Rom. emendanda fuit lectio Εὐχῖται, quam expresserat Sirmondus. Legi etiam posset Εὐτυχηταί juxta l. I, c. I. Vide Cotelerium l. c. t. III, p. 640.

(25) Τάς. Ex edit. Rom. suppletum.

(26) κἂν τοῖς, κ. τ. λ. Eodem argumento Noster utitur in sermone quinto *De cur. Græc. affect.*

(27) ἐὰν, κ. τ. λ. Vid. t. I, p. 156, quæst. 48 *in Exod.*

Digitized by Google

« Vitam enim, inquit, et misericordiam apud me posuisti [17]. » Meminit autem etiam curæ, quam post hæc gerit. « Speculatio autem tua custodivit spiritum meum [18]. » Deinde prædicat Dei omnipotentiam : « Hæc habens in te ipso, scio quod omnia possis, et nihil sit tibi impossibile [19]. » Temporis autem prærogativa Deus corpus honoravit, ut æqualitatem conciliaret. Nam quia immortalem creavit animam, corpus vero mortale, temporis prærogativam corpori attribuit, ne anima insolentius in corpus se efferret, si et natura et tempore superior esset.

A τος, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐὰν δὲ μὴ ἐξέλθῃ ἐξεικονισμένον, ἐπιζήμιον ἔσται· ταύτῃ διδάσκων, ὡς τὸ μὲν διαμεμορφωμένον ἔμψυχον, τὸ δὲ μὴ μορφωθὲν ἄψυχον. Καὶ ὁ πανεύφημος δὲ Ἰὼβ οὕτως ἔφη πρὸς τὸν Κύριον· « Μνήσθητι (28) ὅτι πηλόν με ἔπλασας, εἰς δὲ γῆν με πάλιν ἀποστρέφεις. Ἢ οὐχὶ ὡς γάλα με ἤμελξας, ἔπηξας δέ με ἴσα τυρῷ; Δέρμα καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις ἐνεῖράς με. » Καὶ δείξας διὰ τούτων προτέραν τοῦ σώματος τὴν διάπλασιν, οὕτως τὴν περὶ τῆς ψυχώσεως προστέθεικεν ὑμνῳδίαν· « Ζωὴν γάρ, φησί, καὶ ἔλεον ἔθου παρ' ἐμοί. » Μέμνηται δὲ καὶ τῆς μετὰ ταῦτα κηδεμονίας· « Ἡ δὲ ἐπισκοπή σου ἐφύλαττέ μου τὸ πνεῦμα. » Εἶτα κηρύττει τὸ τοῦ Θεοῦ παντοδύναμον. « Ταῦτα ἔχων ἐν σεαυτῷ (29), οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν. » Τοῖς δὲ τοῦ χρόνου πρεσβείοις τὸ σῶμα τετίμηκεν ὁ Θεός, τὴν ἰσότητα πρυτανεύων. Ἐπειδὴ γὰρ ἀθάνατον ἐποίησε τὴν ψυχήν, τὸ δὲ σῶμα θνητόν, ἀπένειμε τῷ σώματι τὰ τοῦ χρόνου προνόμια, ἵνα ἡ ψυχὴ μὴ μεγαλαυχῇ κατὰ τούτου, καὶ κατὰ τὴν φύσιν, καὶ κατὰ τὸν χρόνον πλεονεκτοῦσα.

## X. — *De Providentia.*

Hanc Ecclesia de anima et corpore e divinis eloquiis didicit opinionem. Non solum autem creatorem novit universorum Deum, verum etiam curatorem, et administratorem, gubernatoremque universorum. Absurdissimum enim foret, creasse quidem illum omnia dicere, non ob ullam utilitatem suam, sed ob solam benignitatem, eorum autem quæ fecit nullam curam gerere, et creaturam negligere, velut cymbam aliquam sine clavo et gubernatore a contrariis ventis huc illucque impulsam scopulisque et rupibus illisam. Execramur 416 enim impium Diagoram, abhorremus etiam ab Epicuro, qui Deum quidem esse concedit, sed hunc in seipsum conversum ait, nihil eorum sentire quæ in rebus creatis fiunt. Et Aristotelis quoque Providentiam reprehendimus, qui limitem illi lunam constituit, duorum altero, vel impotentiam ejus accusans vel socordiam. Aut enim potentiam non habet universorum curæ sufficientem, aut, cum habeat, per socordiam res nostras sine gubernatione reliquit. Sed utrumque plenum est blasphemiæ. Qui enim vel minimas creationis partes condere voluit, impotens qui vocari queat? qui vero per socordiam hæc negligat, quæ per bonitatis abyssum creavit? Verum abunde horum amentiam Platonis providentia redarguit. Omnium enim, ille dixit et qui eadem cum illo sentiunt, curam gerere Deum universorum. Deo autem providente, fati et Parcarum cum staminibus fabula explosa est. Summæ enim amentiæ fuerit, Deo gubernante orbis terrarum navi, alterum gubernatorem inducere. Cæterum distingui oratione convenit, quænam a Providentiæ gubernaculis pendeant, quænam animæ ratiocinationi attributa sint, et quænam sint naturalia mala, quænam similiter talia vocentur, cum mala non sint,

## B Γ'. *Περὶ Προνοίας.*

Ταύτην ἡ Ἐκκλησία περὶ ψυχῆς καὶ σώματος παρὰ τῶν θείων λογίων ἐδιδάχθη τὴν δόξαν. Οὐ μόνον δὲ δημιουργὸν οἶδε τὸν τῶν ὅλων Θεόν, ἀλλὰ καὶ κηδεμόνα καὶ πρύτανιν, καὶ κυβερνήτην τῶν ὅλων. Τῶν γὰρ ἄγαν ἀτοπωτάτων, πεποιηκέναι μὲν αὐτὸν τὰ σύμπαντα λέγειν, οὐ διὰ χρείαν οἰκείαν, ἀλλὰ μόνην φιλανθρωπίαν, ἀμελεῖν δὲ ὧν ἐποίησε, καὶ περιορᾷν τὴν κτίσιν οἷόν τι σκάφος ἀνερμάτιστόν τε καὶ ἀκυβέρνητον ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀνέμων τῇδε κἀκεῖσε πεμπόμενον, καὶ σκοπέλοις καὶ ῥάχεσι (30) προσρηγνύμενον. Μυσαττόμεθα (31) γὰρ τῶν περὶ Διαγόραν τὸ ἄθεον· βδελυττόμεθα δὲ καὶ τὸν Ἐπίκουρον, εἶναι μὲν Θεὸν συγχωροῦντα, τοῦτον δὲ C ἐπεστράφθαι (32) πρὸς ἑαυτὸν λέγοντα, καὶ μηδενὸς τῶν ἐν τῇ κτίσει γινομένων αἰσθάνεσθαι. Καὶ τῆς Ἀριστοτέλους δὲ προνοίας κατηγοροῦμεν· ὅρον γὰρ αὐτῇ τέθεικε τὴν σελήνην, δυοῖν θάτερον, ἢ ἀδυναμίαν αὐτῆς, ἢ ὄκνον κατηγορῶν· ἢ γὰρ οὐκ ἔχει δύναμιν πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐπιμέλειαν ἐξαρκοῦσαν, ἢ δυναμένη, ὀκνοῦσα δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς ἀκυβέρνητα καταλέλοιπεν. Ἀλλ' ἑκάτερον βλασφημίας μεστόν. Ὁ γὰρ καὶ τὰ σμικρότατα τῆς κτίσεως μόρια δημιουργῆσαι θελήσας, πῶς ἂν ἀδύνατος κληθείη; Πῶς δ' ἂν ἀμελήσοι δι' ὄκνον τούτων, ἃ πεποίηκε διὰ τὴν τῆς ἀγαθότητος ἄβυσσον; Ἀλλ' ἱκανῶς τὴν τούτων ἄνοιαν διελέγχει ἡ Πλάτωνος πρόνοια. Πάντων γὰρ ἔφησεν ἐκεῖνος, καὶ μὲν δὴ καὶ οἱ τὰ ἐκείνου φρονοῦντες, προμηθεῖσθαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Θεοῦ δὲ D προμηθουμένου, τῆς εἱμαρμένης ὁ μῦθος μετὰ τῶν μοιρῶν καὶ τῶν νημάτων ἐλήλαται. Ἀνοίας γὰρ ἐσχάτης, τοῦ Θεοῦ κυβερνῶντος, ἕτερον τῷ σκάφει τῆς οἰκουμένης ἐπεισαγαγεῖν κυβερνήτην. Χρὴ δὲ διαιρεθῆναι τῷ λόγῳ, τίνα μὲν τῶν τῆς Προνοίας πηδαλίων ἐξήρτηται, τίνα δὲ τῷ τῆς ψυχῆς ἀπονενέμηται λογικῷ, καὶ τίνα μὲν φυσικά, τίνα δὲ ὁμωνύ-

[17] Job x, 12. [18] ibid. [19] ibid. 13.

(28) μνήσθητι, κ. τ. λ. Alias lectiones vide infra, in libro *De cur. Græc. aff.* l. c.

(29) σεαυτῷ. Edit. prior habebat ἑαυτῷ.

(30) ῥάχεσι. Ita legendum esse videtur. Sirm. βράχεσι. Sic quoque ed. Rom.

(31) μυσαττ., κ. τ. λ. Ad hunc locum conf. initium serm. 6, *De cur. Græc. affect.*

(32) ἐπεστρ. Loco jam. citato leg. ἀπεστράφθαι.

Digitized by Google

ostendit : ex Judæis quidem natum secundum carnem, super omnia autem Deum, ut Deum, et in sæcula benedictum. Beato rursus Timotheo præcipit, dicens : « Memento Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Davidis secundum Evangelium meum, in quo mala sustineo usque ad vincula quasi maleficus [70]. » Et alia quoque plurima in utroque Testamento reperire licet testimonia, cognationem nostram cum Salvatore secundum carnem prædicantia. Hæc autem sufficiunt **434** ad ostendendum, perfectam illum naturam humanam assumpsisse, ideoque et filium Davidis et filium Abrahæ, et filium hominis, et hominem, et Adamum, et Jacobum, et Israelem esse appellatum. Sicut enim perfectus erat Deus, ita et perfectus homo perfectam hominibus salutem præbuit.

A Ἀναστὰς γάρ, φησίν, ἐκ νεκρῶν, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος τοὺς ἀποστόλους ἐμπλήσας, διὰ τῶν ὑπ' ἐκείνων γενομένων θαυμάτων ἀπεφάνθη Θεός. Ἐν τῷ ὀνόματι γὰρ αὐτοῦ τὰς μεγίστας ἐπετέλουν θαυματουργίας. Ἐν δέ γε τῷ μέσῳ τῆς Ἐπιστολῆς, τῶν πάλαι δεδομένων τοῖς Ἰουδαίοις ἀγαθῶν μνημονεύσας, ἐπήγαγεν· « Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός (77). » Καὶ ἐν τῷ ἑνὶ προσώπῳ τῶν δύο φύσεων τὸ διάφορον ἔδειξεν· ἐξ Ἰουδαίων μὲν κατὰ σάρκα γεγενημένον, ἐπὶ (78) πάντων δὲ Θεὸν ὡς Θεόν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας εὐλογητόν. Τῷ δὲ μακαρίῳ Τιμοθέῳ παρεγγυᾷ, λέγων· « Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου, ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν ὡς κακοῦργος. »
B Καὶ ἄλλας δὲ παμπόλλας ἔστιν εὑρεῖν μαρτυρίας ἐν ἑκατέρᾳ Γραφῇ, τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κηρυττούσας συγγένειαν. Ἀπόχρη δὲ καὶ ταῦτα διδάξαι ὡς τελείαν τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀνέλαβε, καὶ τούτου χάριν καὶ υἱὸς Δαβίδ, καὶ υἱὸς Ἀβραάμ, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ ἄνθρωπος, καὶ Ἀδάμ, καὶ Ἰακώβ, καὶ Ἰσραὴλ ὠνομάσθη. Ὥσπερ γὰρ τέλειος ἦν Θεός, οὕτω δὴ καὶ τέλειος ἄνθρωπος τελείαν τοῖς ἀνθρώποις παρέσχεν (79) τὴν σωτηρίαν.

### XV. — *Quod quam assumpsit naturam suscitaverit.*

Quod autem quam suscepit naturam etiam suscitaverit, testatur ipse apostolis et manus et pedes ostendens : testantur et Thomæ digiti, qui vulnera contrectarunt; quod reliqui etiam fecerunt apostoli, Domino præcipiente. « Palpate enim, ait, et videte, quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere [71]. » Clamat vero etiam divinus Joannes apostolus in principio Epistolæ : « Quod vidimus, et manus nostræ contrectaverunt [72-77]. » Magnus autem Petrus apud Judæos concionans, cum mentionem fecisset prædictionis Davidis, quam de Dominica resurrectione vaticinatus est, hæc etiam dixit : « Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Davide, quoniam defunctus est et sepultus est, et sepulcrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, et sciret * quod jurejurando jurasset illi Deus se de fructu lumbi ejus secundum carnem suscitaturum esse Christum, ut sederet super throno ejus, providens locutus est de resurrectione ejus, quod non derelicta sit in inferno anima ejus, **435** nec caro ejus viderit corruptionem [78]. » Duo ergo simul nos testes docent, alter apostolus, alter propheta, hic prædicens, ille prædictionem post eventum exponens, quod non divinitatis, sed corporis et animæ sit resurrectio. Quorum autem est resurrectio, horum utique erat et passio, non exstincta anima cum corpore (immortales enim etiam hominum sunt animæ), sed quod animæ separatione corpus mortem subiit. Divinitas autem ab humanitate separata non est, nec in cruce, nec in sepulcro : sed cum sit immortalis et immutabilis, nec mortem nec passio-

### ΙΕ'. *Ὅτι ἣν ἀνέλαβεν ἀνέστησε φύσιν.*

Ὅτι δὲ καὶ ἣν ἀνέλαβεν ἀνέστησε φύσιν, μαρτυρεῖ μὲν αὐτός, καὶ τὰς χεῖρας τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τοὺς πόδας ἐπιδεικνύς· μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ τοῦ Θωμᾶ δάκτυλοι τῶν ὠτειλῶν ἁψάμενοι· καὶ τοῦτο δὲ καὶ οἱ λοιποὶ δεδράκασιν ἀπόστολοι τοῦ Κυρίου προστεταχότος. « Ψηλαφήσατε γάρ, ἔφη, καὶ ἴδετε ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. » Βοᾷ δὲ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Ἰωάννης ἐν τῇ τῆς Ἐπιστολῆς ἀρχῇ· « Ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν. » Ὁ δὲ μέγας Πέτρος ἐν
C Ἰουδαίοις δημηγορῶν, εἶτα τῆς τοῦ Δαβὶδ ἀναμνήσας προρρήσεως, ἣν περὶ τῆς Δεσποτικῆς προεθέσπισεν ἀναστάσεως, καὶ ταῦτα ἔφη· « Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβίδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε, καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἔστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς σήμερον (80). Προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεός, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προεδήλωσεν (81), εἰπὼν περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη εἰς ᾅδου ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. » Δύο τοίνυν κατὰ ταὐτὸν ἡμᾶς διδάσκουσι μάρτυρες, ὁ μὲν ἀπόστολος, ὁ δὲ προφήτης, ὁ μὲν προαγορεύων, ὁ δὲ μετὰ τὸ τέλος ἑρμηνεύων τὴν πρόῤῥησιν, ὅτι οὐ
D θεότητος, ἀλλὰ σώματός ἐστι καὶ ψυχῆς ἡ ἀνάστασις. Ὧν δὲ ἡ ἀνάστασις, τούτων ἄρα καὶ τὸ πάθος ἦν, οὐ τῆς ψυχῆς συναναιρεθείσης τῷ σώματι (ἀθάνατοι γὰρ καὶ αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί), ἀλλ' ὡς τῷ χωρισμῷ τῆς ψυχῆς τοῦ σώματος δεξαμένου τὴν τελευτήν. Ἡ δὲ θεότης οὐ κεχώρισται μὲν τῆς ἀνθρωπότητος, οὔτε ἐν τῷ σταυρῷ, οὔτε ἐν τῷ τάφῳ· ἀθάνατος δὲ

[70] II Tim. II, 8, 9. [71] Luc. XXIV, 39. [72-77] I Joan. I, 1. [78] Act. II, 29-31.

(77) Θεός. Post pauca supplentur quæ h. l. desunt, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας.

(78) ἐπί. Ita scribere visum est pro καί, ut edit. prior habebat.

(79) Edit. Rom. παρέχων.

(80) σήμ. Loco cit. est ἡμέρας ταύτης.

(81) προεδ. — διαφθ. Aliæ sunt lectiones.

Digitized by Google

φύσα καὶ ἄτρεπτος, οὔτε θάνατον, οὔτε πάθος ὑπ- A έμεινεν. Εἰ γὰρ ἡ ψυχὴ διὰ τὴν ἔμφυτον ἀθανασίαν οὐ κεκοινώνηκε τῆς τοῦ σώματος τελευτῆς, πῶς οἷόν τε ἦν τὴν ἀπερίγραφον φύσιν, ἢ ξύλῳ προσηλωθῆναι, ἢ τάφῳ παραδοθῆναι; Τοῦτο δηλοῦντες οἱ τέσσαρες εὐαγγελισταὶ, Ἰωσὴφ τοῦ ἀπὸ Ἀριμαθίας μέμνηνται, καί φασιν αὐτὸν προσεληλυθέναι τῷ Πιλάτῳ, καὶ ᾐτηκέναι τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τοῦ Πιλάτου δεδωκότος, καθελεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου τὸ σῶμα, καὶ ἐνειλῆσαι σινδόνι, καὶ παραδοῦναι σῶμα τῷ τάφῳ. Καὶ πολλάκις τὸ τοῦ σώματος τεθείκασιν ὄνομα, τὸ ἀναίσχυντον τῶν βλασφημούντων ταῖς ἐναργέσι καὶ προφανέσι μαρτυρίαις ἐμφράττοντες στόμα.

## IϚ'. — *Ὅτι ὁ αὐτὸς καὶ* (82) *ἀγαθὸς καὶ δίκαιος.*

Ἐπειδὴ δὲ Μαρκίων ὁ βδελυρὸς ἕτερον λέγει τὸν B δίκαιον, ὃν καὶ Δημιουργὸν ὀνομάζει, ἕτερον δὲ τὸν ἀγαθὸν, ὃν Χριστὸν Ἰησοῦν εἶναί φησι, φέρε καὶ περὶ τούτου μικρὸν διεξέλθωμεν, καὶ δείξωμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Δημιουργὸν καὶ Σωτῆρα, καὶ ἀγαθὸν τὸν αὐτὸν καὶ δίκαιον. Ἐπειδὴ (83) γὰρ ἤκουσεν ὁ παμμίαρος τοῦ νόμου διαγορεύοντος, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, κατάκαυμα ἀντὶ κατακαύματος, μώλωπα ἀντὶ μώλωπος, τοῦ δὲ Κυρίου ἐγγυῶντος τῷ παίοντι τὴν σιαγόνα τὴν δεξιὰν στρέψαι καὶ τὴν ἄλλην, καὶ τῷ βουλομένῳ κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνα λαβεῖν, προσδοῦναι καὶ τὸ ἱμάτιον, ὑπέλαβεν ὁ ἐμβρόντητος, δίκαιον μὲν ἐκεῖνον, ἀγαθὸν δὲ τοῦτον. Καὶ οὐ συνεῖδεν, ὡς ἡ τῶν εὐαγγελικῶν νόμων ἀκρίβεια τῆς Μωσαϊκῆς ἐστι φοβερωτέρα νομοθεσίας. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ νό- C μος ἀπαγορεύει τὸν φόνον, ὁ δὲ τῶν εὐαγγελικῶν, καὶ τῷ *μωρὸν* καλοῦντι τὸν ἀδελφὸν τὴν γέενναν ἀπειλεῖ. « Πᾶς γὰρ, φησὶν, ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Μωρὲ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. » Οὕτω πάλιν ὁ παλαιὸς νόμος τῆς μοιχείας κατηγορεῖ, ὁ εὐαγγελικὸς δὲ καὶ τὴν αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν, τὴν δι' ὄψεως ἀσελγοῦς εἰσδυομένην, μοιχείαν καλεῖ. Καὶ ὁ μὲν παλαιὸς ἀπαγορεύει τὸ ψεῦδος, ὁ δέ γε νέος καὶ τὸν ὅρκον. Καὶ ὁ μὲν παλαιὸς τὸν ἀπεχθανόμενον πρὸς τὴν γυναῖκα, ταύτην ἀπολύειν ἐκέλευσεν· ὁ δὲ νέος μοιχείαν καλεῖ τὴν δίχα πορνείας ἀπόλυσιν. Πᾶς γὰρ, φησὶν, ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι (84), καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμῶν μοιχᾶται. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὑπὲρ D ἀργοῦ λόγου λόγον ἀπαιτήσειν ἠπείλησε, καὶ κόλασιν αἰώνιον, καὶ σκότος ἐξώτερον, καὶ γέενναν πυρὸς, καὶ ἕτερα τοιαῦτα πολλά. Ἐκ δὲ τούτων, εὑρεθήσεται ὁ μὲν παρ' αὐτῷ καλούμενος δίκαιος ἀγαθὸς, ὁ δὲ ἀγαθὸς ὀνομαζόμενος δίκαιος. Καὶ γὰρ νόμους ἀκριβεστέρους τέθεικε, καὶ τιμωρίας χαλεπωτέρας ἠπείλησεν. Ἀλλὰ καὶ τὸ ταῦτα λέγειν, μανία σαφής. Ὁ γὰρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις διαγορεύσας τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν, καὶ ἐν τῷ παλαιῷ προσέταξε νόμῳ μὴ πε-

nem sustinuit. Nam si anima, propter insitam sibi immortalitatem, mortis corporis particeps non fuit, qui fieri poterat ut incircumscripta natura aut cruci affigeretur, aut sepulcro mandaretur? Hoc significantes quatuor evangelistæ, Josephi ab Arimathia meminere, illumque ad Pilatum venisse aiunt et petiisse corpus Jesu, et cum Pilatus dedisset, corpus de ligno deposuisse, et sindone involvisse, et sepulcro corpus tradidisse. Et corporis nomen sæpius posuerunt, impudens os blasphemantium apertis et evidentibus testimoniis obstruentes.

## XVI. — *Quod idem sit et bonus et justus.*

Quoniam autem exsecrandus Marcion alium dicit justum, quem etiam Creatorem vocat, alium bonum, quem dicit esse Christum Jesum, age de hoc quoque pauca disseramus, et ostendamus, Dominum nostrum Jesum Christum **436** et creatorem et Servatorem, et bonum eumdem ac justum esse. Quia enim audivit scelestissimus legem pronuntiantem, oculum pro oculo, et dentem pro dente, adustionem pro adustione, livorem pro livore [79]; Dominus autem jubet [80] percutienti dextram maxillam obvertere et alteram, volentique judicio contendere et tunicam tollere, dare etiam pallium, existimavit stolidus illum esse justum, hunc vero bonum. Nec animadvertit quod legum evangelicarum perfectio legibus Mosaicis sit terribilior. Lex enim illa cædem prohibet [81]: lex vero evangelica etiam illi, qui fratrem *stultum* vocat, gehennam minatur. « Quicunque enim, inquit, fratri suo dicit, Stulte, reus est gehennæ ignis [82]. » Sic rursus lex antiqua damnat adulterium [83], evangelica vero etiam turpem concupiscentiam per lascivum aspectum ingredientem, adulterium vocat [84]. Et antiqua item perjurium vetat [85], nova vero etiam jusjurandum [86]. Antiqua eum, qui uxorem odio habeat, dimittere illam jussit [87]; nova autem adulterium appellat repudium citra fornicationem. « Qui enim, inquit, uxorem suam dimittit, excepta fornicationis causa, mœchari eam facit, et qui dimissam ducit, mœchatur [88]. » Ad hæc porro etiam de verbo otioso se ratione exacturum minatus est, et supplicium æternum, et tenebras exteriores, et gehennam ignis, et alia ejusmodi **437** multa. Ex his autem, et qui ab eo justus appellatur bonus deprehendetur, et qui bonus dicitur, justus. Leges enim severiores constituit, et graviora supplicia minatus est. Verum hæc etiam dicere aperta est insania. Qui enim in Evangeliis præcepit inimicos diligere, in veteri etiam lege jussit non despicere jumentum inimici, quod oneri succubuerit, sed opem ferre, et non

[79] Exod. xxi, 24. [80] Matth. v, 38 seqq. [81] Exod. xx, 13. [82] Matth. v, 22. [83] Exod. xx, 14. [84] Matth. v, 28. [85] Exod. xx, 7. [86] Matth. v, 34. [87] Deut. xxiv, 1. [88] Matth. v, 32.

(82) καί. Des. in Indice, p. 375.
(83) ἐπειδή, κ. τ. λ. His gemina vide l. i, c. 24.

(84) μοιχ. Loco cit. est μοιχᾶσθαι. ibid. καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελ. γαμήσῃ.

meminisse inimicitiarum in tempore necessitatis. Sic rursus inimici bovem errantem jubet reducere, et reddere domino. Neque vero erga homines tantum lex vetus humanitatem docet : verum et rationis expertium præcipit misereri. « Non obturabis enim, inquit, os bovi trituranti [89]. » Et : « Non coques agnum in lacte matris suæ [90]. » Et iis qui avium quarumdam pullos inveniunt, illorum simul parentes aucupari vetat [91]. Sed et diem septimum feriari jussit [92], ut non solum servus et ancilla requiescant, verum etiam bos et jumentum : tantam vel brutorum animalium curam gerit. Exstant porro et de proselytis scriptæ leges, plenæ omni humanitate. « Non affligetis, inquit, advenam, quia fuistis advenæ in * Ægypto [93]. » Eos quoque qui metunt, spicas quæ excidunt, advenæ et pupillo et viduæ relinquere jussit [94]. » Sic et eos qui vindemiant, uvas quæ excidunt, et latentes racemos bis colligere vetat. **438** Idemque ipsum quoad cæteros fructus fieri jubet. « Non revindemiabis, inquit, vineam tuam, nec iterum decerpes oleam, sed relinques advenæ, et pupillo, et viduæ, et volucribus cœli, et bestiis terræ [95]. » Captivæ itidem maximam curam impertit, nec libidinosorum contumeliæ permittit ; sed ei primum concedi jubet ut suos lugeat, deinde ut tondeatur, ac tum demum conjungatur [96]. Quod si voluptate dominus fuerit exsatiatus, neque vendi permittit, nec servire patitur, sed liberam dimitti jubet, ita ut pretii loco ducat consuetudinem quam cum illa habuit. Ecquas ergo et quo genere supplicii blasphemiæ suæ pares pœnas luent, qui adeo reipsa bonum legislatorem non solum non justum, sed etiam malum vocare ausi sunt?

ριιδεῖν τοῦ ἐχθροῦ τὸ κτῆνος πεπτωκὸς ὑπὸ τὸν γόμον, ἀλλ' ἐπαμύναι, καὶ μὴ μνησθῆναι τῆς δυσμενείας ἐν τῷ τῆς χρείας καιρῷ. Οὕτω πάλιν τοῦ ἐχθροῦ τὸν βοῦν πλανώμενον ἐπανάγειν κελεύει, καὶ ἀποδιδόναι τῷ κεκτημένῳ. Οὐ μόνον δὲ τὴν περὶ ἀνθρώπους ὁ παλαιὸς νόμος διδάσκει φιλανθρωπίαν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἀλόγων ζώων οἶκτον ποιεῖσθαι προστάττει. « Οὐ φιμώσεις γὰρ, φησὶ, βοῦν ἀλοῶντα. » Καὶ, « Οὐχ ἑψήσεις ἄρνα ἐν γάλακτι μητρὸς αὐτοῦ. » Καὶ τοῖς ὀρνίθων τινῶν εὑρίσκουσι νεοττοὺς ἀπαγορεύει τοὺς ἐκείνων συνθηρεύειν τοκέας. Καὶ τὴν ἑβδόμην δὲ ἡμέραν ἀργεῖν παρηγγύησεν, ἵνα μὴ μόνον ὁ παῖς καὶ ἡ παιδίσκη διαναπαύσωνται, ἀλλὰ καὶ ὁ βοῦς καὶ τὸ ὑποζύγιον· τοσαύτην ποιεῖται καὶ τῶν ἀλόγων κηδεμονίαν. Ἔστι δὲ εὑρεῖν καὶ τοὺς περὶ τῶν προσηλύτων γεγραμμένους νόμους, πάσης φιλανθρωπίας μεστούς. « Οὐ κακώσετε γὰρ, φησὶ, τὸν προσήλυτον, ὅτι προσήλυτοι ἦτε ἐν τῇ Αἰγύπτῳ. » Καὶ ἀμῶντας δὲ προσέταξε τοὺς ἐκπίπτοντας στάχυας καταλιπεῖν τῷ προσηλύτῳ, καὶ τῷ ὀρφανῷ, καὶ τῇ χήρᾳ. Οὕτως καὶ τοὺς τρυγῶντας τὰς ἐκπιπτούσας ῥᾶγας, καὶ τοὺς διαλανθάνοντας βότρυς δὶς (85) συλλέγειν ἀπαγορεύει. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κελεύει γίγνεσθαι καρπῶν. « Οὐκ ἐπανατρυγήσεις γὰρ, φησὶ, τὸν ἀμπελῶνά σου, οὐδὲ καλαμήσῃ τὴν ἐλαίαν σου, ἀλλ' ἔσται τῷ προσηλύτῳ, καὶ τῷ ὀρφανῷ, καὶ τῇ χήρᾳ, καὶ τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. » Καὶ μέντοι καὶ τὴν δορυάλωτον πλείστης ἀξιοῖ προμηθείας· οὐ γὰρ ἐκδίδωσιν εἰς ὕβριν τοῖς φιληδόνοις, ἀλλὰ πρῶτον ἐπιτραπῆναι κελεύει θρήνῳ τοὺς οἰκείους τιμῆσαι, εἶτα ἀποκείρασθαι, καὶ τηνικαῦτα συναφθῆναι. Εἰ δὲ καὶ διακορὴς ὁ Δεσπότης γένοιτο τῆς ἡδονῆς, οὔτε ἀποδίδοσθαι συγχωρεῖ, οὔτε δουλεύειν ἐᾷ, ἀλλ' ἐλευθέραν ἀφιέναι διαγορεύει, τὴν γεγενημένην κοινωνίαν ἀντὶ τῆς τιμῆς ὑπολογιζόμενον. Ποίαν τοίνυν τίσαντες τιμωρίαν ἀξίαν δώσουσι δίκην τῆς βλασφημίας, οἱ τὸν οὕτως ἀγαθὸν νομοθέτην οὐ μόνον οὐ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ πονηρὸν ὀνομάσαι τετολμηκότες;

### XVII. — *Quod idem et vetus et novum dederit Testamentum.*

Nos autem scimus et veteris et novi Testamenti auctorem unum esse, quod ipsum per Jeremiam prophetam aperte docet. « Disponam enim, inquit, domui Israelis et (domui) Judæ, Testamentum novum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum, die quo apprehendi manum ipsorum, ad educendos eos de terra Ægypti : sed disponam eis Testamentum novum, dans leges meas in mentem eorum, et in cordibus illorum scribam eas [97]. » Quibus verbis aperte docuit, quod qui vetus dedit, novum etiam exhibiturus **439** sit. Disponam enim, inquit, non secundum testamentum quod disposui. Et per Isaiam prophetam dicit : « Et disponam eis testamentum æternum, sancta Davidis fidelia [98]. » Et David propheta similiter clamat :

### ΙΖ'. — *Ὅτι ὁ αὐτὸς καὶ τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Καινὴν δέδωκε* (86) *Διαθήκην.*

Ἡμεῖς δὲ ἕνα ἴσμεν καὶ Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης δοτῆρα, καὶ τοῦτο αὐτὸ διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου διδάσκει σαφῶς. « Διαθήσομαι γὰρ, φησὶ, τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ Ἰούδα, διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ἀλλὰ διαθήσομαι αὐτοῖς διαθήκην καινὴν, διδοὺς νόμους μου εἰς διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν γράψω αὐτούς. » Σαφῶς διὰ τῶν εἰρημένων ἐδίδαξεν, ὡς ὁ τὴν παλαιὰν δεδωκὼς, καὶ τὴν καινὴν παρέξει. Διαθήσομαι γὰρ, ἔφη, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην. Καὶ διὰ Ἡσαΐου προφήτου ἔφη· « Καὶ διαθήσομαι αὐτοῖς διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. » Καὶ Δαβὶδ ὡσαύτως ὁ προφήτης βοᾷ· « Ἀνάστηθι,

[89] I Cor. IX, 9. [90] Exod. XXIII, 19. [91] Deut. XXII, 6. 7. [92] Exod. XXIII, 12. [93] Exod. XXII. 21. [94] Deut. XXIV, 19. [95] ibid. 21. [96] Deut. XXI, 10 seqq. [97] Jerem. XXXI, 31-33, vel juxta LXX, cap. XXXVIII. [98] Isa. LV, 3.

(85) δίς. Sic emendatur lectio δεῖν ad calcem edit. Rom.
(86) δέδ. Supra, p. 375, leg. ἔδωκε.

Digitized by Google

Κύριε, μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος· κριθήτωσαν ἔθνη ἐνώπιόν σου· κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς.» Εἰ δὲ ἀπιστοῦσι ταῖς προφητείαις, ἀκουσάτωσαν τοῦ νομοθετοῦντος, καὶ τοὺς παλαιοὺς οὐκ ἀνατρέποντος, ἀλλ' ἐπισφίγγοντος νόμους. Ἀνατρέποντος γὰρ ἦν εἰπεῖν, Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Μοίχευσον· καὶ ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, Φόνευσον. Τοῦτο γὰρ οἱ συγγενεῖς Μαρκίωνος, Ἀντιτάκται (87) ποιοῦσιν. Ὁ δὲ Κύριος δι' ὧν νομοθετεῖ διαῤῥήδην διδάσκει, ὡς οὐκ ἀνατρέπει τὰ παλαιά, ἀλλ' ἀκριβεστέραν πολιτείαν εἰσάγει. Καὶ καθάπερ ὁ γραμματιστής, τοὺς μὲν τῆς μαθήσεως ἀρχομένους, τῶν στοιχείων διδάσκει τοὺς χαρακτῆρας· τοῖς δὲ ταῦτα μεμαθηκόσι τῶν συλλαβῶν προσφέρει τὰς συμπλοκάς· ἄλλους δὲ τὴν τῶν ὀνομάτων ἐκπαιδεύων συνθήκην, καὶ ἑτέρους τὴν τῆς ἀναγνώσεως ἁρμονίαν, οὐκ ἐναντίους νόμους διδασκαλίας εἰσφέρει, ἀλλὰ σύμμετρα ταῖς ἡλικίαις προσφέρει παιδεύματα· οὕτως ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἑκάστῃ γενεᾷ τοὺς ἁρμοδίους ἔδωκε νόμους. Τοὺς μὲν γὰρ ἀναγκαίους καὶ πρώτους, ἐν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἐνέγραψεν. Ἔχει γὰρ ἕκαστος ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τὴν διάκρισιν· καὶ δρῶντες ἃ πάσχειν οὐ θέλομεν, ταύτῃ κηρύττομεν ὡς ἴσμεν, ὅτι κακὸν τὸ γινόμενον. Τοιγάρτοι φονεύων τις, ἢ μοιχεύων, οἶδεν ὅτι κακὸν τὸ γινόμενον. Σφαγῆναι γὰρ οὐ μόνον οὐ βούλεται, ἀλλὰ καὶ πάντα μηχανᾶται τρόπον ὥστε μὴ τοῦτο παθεῖν, καὶ τῆς γυναικὸς δὲ μοιχευθείσης, τοῦ τὴν εὐνὴν σεσυληκότος κατηγορεῖ, καὶ λοιδορίας δεξάμενος ὕβρεως εἰσφέρει γραφήν. Καὶ τἄλλα δὲ τοῦτον ἐξετάσαντες τρόπον, εὑρήσομεν πάντας ἀνθρώπους εἰδότας, ὅτι κακὸν τὸ κακόν. Τούτους μὲν οὖν ἐν τῇ φύσει τέθεικεν ὁ δημιουργήσας ἡμᾶς Θεός· τοὺς δὲ ἄλλους διαφόρως ἐν ἑκάστῃ δέδωκε γενεᾷ. Τῷ μὲν γὰρ Ἀδὰμ τὸν περὶ τοῦ φυτοῦ τέθεικε νόμον· τῷ δὲ Νῶε, τὸν περὶ τῆς κρεωφαγίας· τὴν δὲ περιτομὴν τῷ πατριάρχῃ νενομοθέτηκε· τοὺς δὲ ἄλλους διὰ Μωϋσῆ τοῦ μεγάλου προφήτου συνέγραψεν. Ἐν δέ γε τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις, τὰς περὶ τῶν μικρῶν πραγμάτων νομοθεσίας οἷόν τινων στοιχείων καταπαύσας μελέτην, τοὺς τελεωτάτους ἔδωκε νόμους. Καὶ καθάπερ αἱ μητέρες τοῖς μὲν ἀρτιτόκοις προσφέρουσι βρέφεσι τὴν θηλήν, μετ' ὀλίγον δὲ τὴν τοῖς ὀδοῦσι λεπτυνομένην τροφήν, εἶτα παιδίοις καὶ μειρακίοις γεγενημένοις τὴν στεγανήν· οὕτως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τοῖς ἐκεῖνα παιδευθεῖσι τὰ τελεώτερα προσφέρει μαθήματα. Περιέπομεν δὲ ὅμως καὶ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην, ὡς μητρῴαν θηλήν· τοῦ δὲ γάλακτος οὐ μεταλαμβάνομεν. Περιττὸν γὰρ τοῖς τελείοις τῆς θρεψαμένης τὸ γάλα· τιμῶσι δὲ ὅμως τὴν τιθήν, ὡς ὑπ' ἐκείνης τραφέντες. Οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς, τὴν μὲν περιτομήν, καὶ τὸ Σάββατον, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰ περιῤῥαντήρια φυλάττειν οὐκ ἀνεχόμεθα, τὴν δ' ἄλλην ὠφέλειαν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης καρπούμεθα. Καὶ γὰρ εὐσέβειαν, καὶ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, καὶ τὴν περὶ τὸν πέλας ἀγάπην, κα

A « Exsurge, Domine, ne roboretur homo; judicentur gentes coram te; constitue, Domine, legislatorem super ipsos [99]. » Quod si prophetiis fidem non habent, audiant legislatorem, leges antiquas non subvertentem, sed astringentem. Subvertentis enim esset dicere : Dictum est antiquis : Non mœchaberis; [1] ego vero dico vobis, Mœchare; et dictum est antiquis : Non occides, ego vero dico vobis, Occide. Hoc enim faciunt Antitactæ, cognati Marcionis. Dominus autem in legibus quas sancit, aperte docet [1], se non subvertere antiqua, sed perfectiorem vitæ rationem inducere. Et quemadmodum litterator eos qui discere incipiunt, litterarum characteres docet; iis vero qui hos didicerint, syllabarum connexiones tradit; alios autem docens quomodo conjungenda B sint nomina, et alios quæ sit lectionis concinnitas, non contrarias doctrinæ leges profert, sed congrua ætati documenta præbet : sic Christus Dominus convenientes unicuique generationi leges dedit. Necessarias enim et primas hominum naturæ inscripsit. Valet enim unusquisque bonum et malum dijudicare, et dum facimus quæ pati nolumus, eo ipso malum esse quod a nobis fit prædicamus. Quare qui occidit, aut mœchatur, scit **440** malum id esse quod facit. Occidi enim non modo non vult, sed omnia molitur, ne id pati contingat; et stuprata uxore, eum qui cubile violavit accusat : et conviciis affectus reum agit injuriarum. Eodemque modo si cætera examinaverimus, inveniemus omnes C homines scire id malum esse quod malum est. Has ergo naturæ indidit qui creavit nos Deus : alias autem diversis modis dedit in unaquaque generatione. Adamo enim legem de arbore imposuit, Noacho vero de esu carnium : patriarchæ autem de circumcisione legem tulit, alias per Mosen magnum prophetam conscripsit. In divinis autem Evangeliis, de parvis rebus latas leges velut elementorum quorumdam exercitationem cessare faciens, leges dedit perfectissimas. Et quemadmodum matres recens natis infantibus mammam præbent, postea cibum dentibus comminutum, deinde, cum pueri et adolescentes evaserint, solidum : sic universorum Deus, iis qui illa didicerint, perfectiorem præbet doctrinam. Vetus tamen Testamentum velut maternam D mammam veneramur, sed lac non sumimus. Perfectis enim supervacaneum est lac ejus quæ nutrit : nutricem [1] tamen honorant, ut qui alti ab ea fuerint. Sic et nos circumcisionem quidem, et Sabbatum, et sacrificia, et aspersiones servare non patimur : alias autem Veteris Testamenti utilitates carpimus. Nam et pietatem, et fidem in Deum, et dilectionem erga proximum, et temperantiam, et justitiam, et fortitudinem exacte docet, et **441** veterum sanctorum exempla imitanda proponit.

[99] Psal. IX, 20, 21 [1] Matth. v, 17-19.

(87) Ἀντιτ. De his vide l. I, cap. 16.

σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρείαν, ἀκριβῶς ἐκπαιδεύει, καὶ προτίθησιν εἰς μίμησιν τὰ τῶν παλαιῶν ἁγίων ἀρχέτυπα.

### XVIII. — *De baptismate.*

Pro illis autem aspersionibus sufficit iis qui credunt donum sanctissimi baptismatis. Non solum enim remissionem donat veterum peccatorum, sed spem etiam ingerit promissorum bonorum, mortisque Dominicæ, et resurrectionis efficit participes, et doni Spiritus participationem largitur, et filios Dei reddit, nec filios solum, sed et hæredes Dei, et cohæredes Christi. Non enim, ut amentes putant Messaliani, novaculam tantum imitatur baptismus, præcedentia auferens peccata : hoc enim ex superabundanti largitur. Si enim hoc solum opus erat baptismatis, quorsum infantes baptizamus, qui peccatum nondum gustarunt? Non enim hoc solum pollicetur sacramentum, sed his majora et perfectiora. Est enim arrha futurorum bonorum, et typus futuræ resurrectionis, et Dominicæ passionis communicatio, et Dominicæ resurrectionis participatio, et pallium salutis, et tunica lætitiæ, et stola luminosa, vel potius lux ipsa. « Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis [a]. » Et : « Quicunque baptizati sumus in Christum, in mortem ipsius baptizati sumus : ut quomodo Christus surrexit per gloriam **442** Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim cum illo plantati sumus similitudine mortis ejus, simul et resurrectionis participes erimus [b]. » Hæc nos de sanctissimo baptismo sentire docuit divinus Apostolus, fore ut sepulti cum Christo resurrectionis participes simus. Verum hic magis mystico sermone opus est : et cum alioqui mysticos duodecim libros conscripserimus, studiosos ad eos remittemus. Nos autem quæ restant capita examinabimus.

A ### ΙΗ'. — *Περὶ βαπτίσματος.*

Ἀντὶ δὲ τῶν περιῤῥαντηρίων ἐκείνων ἀπόχρη τοῖς πιστεύουσιν ἡ τοῦ παναγίου βαπτίσματος δωρεά. Οὐ γὰρ μόνον τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων δωρεῖται τὴν ἄφεσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐλπίδα τῶν ἐπηγγελμένων ἐντίθησιν ἀγαθῶν, καὶ τοῦ Δεσποτικοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἀναστάσεως καθίστησι κοινωνούς, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος δωρεᾶς τὴν μετουσίαν χαρίζεται, καὶ υἱοὺς ἀποφαίνει Θεοῦ, καὶ οὐ μόνον υἱοὺς, ἀλλὰ καὶ κληρονόμους Θεοῦ, καὶ συγκληρονόμους Χριστοῦ. Οὐ γὰρ, ὡς (88) οἱ φρενοβλαβεῖς Μεσσαλιανοὶ νομίζουσι (89), ξυρὸν μόνον μιμεῖται τὸ βάπτισμα, τὰς προγεγενημένας ἀφαιρούμενον ἁμαρτίας. Τοῦτο γὰρ ἐκ περιουσίας χαρίζεται. Εἰ γὰρ τοῦτο μόνον
B ἔργον ἦν τοῦ βαπτίσματος, ἀνθ' ὅτου τὰ βρέφη βαπτίζομεν οὐδέπω τῆς ἁμαρτίας γευσάμενα. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον ἐπαγγέλλεται τὸ μυστήριον, ἀλλὰ τὰ τούτων μείζω καὶ τελεώτερα· ἀῤῥαβὼν γάρ ἐστι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ τῆς ἐσομένης ἀναστάσεως τύπος, καὶ κοινωνία τῶν Δεσποτικῶν παθημάτων, καὶ μετουσία τῆς Δεσποτικῆς ἀναστάσεως, καὶ ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτὼν εὐφροσύνης, καὶ στολὴ φωτοειδὴς, μᾶλλον δὲ αὐτὸ φῶς. « Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. » Καί· « Ὅσοι εἰς Χριστὸν (90) ἐβαπτίσθημεν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν ἵνα (91) ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς (92) διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς (93) περιπατήσωμεν. Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγό-
C ναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. » Ταῦτα φρονεῖν ἡμᾶς περὶ τοῦ παναγίου βαπτίσματος ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὅτι συνθαπτόμενοι τῷ Χριστῷ, τῆς ἀναστάσεως κοινωνήσομεν. Ἀλλὰ γὰρ μυστικωτέρων δεῖ λόγων ἐνταῦθα· ἄλλως τε δέκα καὶ δύο λόγους συγγράψαντες μυστικοὺς, εἰς ἐκεῖνα τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψομεν, ἡμεῖς δὲ τῶν λειπομένων κεφαλαίων ποιησόμεθα τὴν ἐξέτασιν.

### XIX. — *De resurrectione.*

Ita baptismi sacramentum peragentes, spem resurrectionis accipimus, et corporum resurrectionem exspectamus. Hoc enim ipsum quoque vocabulum declarat. Ἀνάστασις enim est status pristini restitutio. Corpus porro est quod corrumpitur et dissolvitur, et in pulverem convertitur. « Exibit enim, inquit, spiritus ejus, et revertetur in pulverem suum [c]. » Et rursus : « Auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur [d]. » Et Creator ipse Adamo dixit : « Terra es, et in terram reverteris [e]. » Hujus igitur in pristinum restitutio jure vocatur ἀνάστασις. Immortalis enim animæ non fit resurrectio, sed reditus ad corpus. Marcion

### ΙΘ'. — *Περὶ ἀναστάσεως.*

Οὕτω τελοῦντες τὸ μυστήριον τοῦ βαπτίσματος, τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδα δεχόμεθα, ἀνάστασιν δὲ σωμάτων περιμένομεν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἡ προσηγορία δηλοῖ. Ἀνάστασις γὰρ ἡ ἄνωθεν στάσις. Τὸ σῶμα δέ ἐστι τὸ φθειρόμενον καὶ διαλυόμενον, καὶ εἰς χοῦν μεταβαλλόμενον. « Ἐξελεύσεται γὰρ, φησὶ, τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὸν χοῦν (94) αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ἀντ-
D ανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσιν καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσι. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ποιητὴς πρὸς τὸν Ἀδὰμ ἔφη, ὅτι « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Τούτου τοίνυν ἡ ἄνωθεν σύστασις, εἰκότως καλεῖται ἀνάστασις. Τῆς γὰρ δὴ ἀθανάτου ψυχῆς οὐκ ἀνάστασις, ἀλλ' ἐπάνοδος γίγνεται πρὸς τὸ σῶμα.

[a] Galat. III, 27. [b] Rom. VI, 3-5. [c] Psal. CXLV, 4. [d] Psal. CIII, 29. [e] Gen. III, 19.

(88) ὡς, κ. τ. λ. Vid. supra l. 4, c. 11.
(89) νομ. Ita ad finem edit. Rom. emendatur lectio ὀνομάζουσι.
(90) Χρ. Deest. Ἰησοῦν, quod l. c. sequitur.
(91) ἵνα, κ. τ. λ. Desunt quæ l. c. ab initio vers. 4, præcedunt Συνετάφημεν — θάνατον.
(92) Χρ. Des. sequens ἐκ νεκρῶν.
(93) ζωῆς. Ex ed. Rom. supplétum.
(94) τ. χοῦν. t. I, p. 1566. leg. τὴν γῆν.

Digitized by Google

Μαρκίων (95) δὲ, καὶ Κέρδων, καὶ ὁ Μάνης, καὶ A ὅσοι τῶν σωμάτων οὐκ ἐδέξαντο τὴν ἀνάστασιν, ὡς ἀδύνατον παντελῶς τόνδε τὸν βίον ἐξέβαλον. Ὥσπερ γὰρ ᾠήθησαν ὕλης δίχα μὴ δύνασθαι δημιουργεῖν τὸν Θεὸν, οὕτως αὐτὸν ἐνόμισαν ἥκιστα δύνασθαι τὸ καθάπαξ διαλυθὲν, καὶ εἰς κόνιν ὀλίγην μεταβληθὲν, καὶ τῷ χρόνῳ δαπανηθὲν, εἰς τὴν προτέραν ἐπαναγαγεῖν αὖθις ἰδέαν. Καὶ μὴν καὶ αὐτοί φασι μίαν βῶλον ἐκ τῆς γῆς τὸν Θεὸν εἰληφότα διαπλάσαι τὸν ἄνθρωπον. Καὶ ἐχρῆν συνιδεῖν, ὅτι καθάπερ τότε τὴν βῶλον ἐκείνην ῥᾷστα εἰς σῶμα μετέβαλεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ πολλὰ καὶ διάφορα πεποίηκε μόρια, οὕτως αὐτῷ ῥᾴδιον ἐκ τῶν ὀλίγων τούτων λειψάνων τὴν οὐσίαν κατασκευάσαι τοῦ σώματος. Τοῦτο γὰρ δὴ καὶ νῦν κατὰ παλαιὰν δημιουργίαν ὁρῶμεν ἐν τῇ μήτρᾳ γιγνόμενον. B Ἐκ γὰρ τῆς ὀλίγης ὕλης τοῦ σπέρματος, καὶ ὀστᾶ φύεται, καὶ ὑμένες, καὶ νεῦρα, καὶ φλέβες, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ δέρμα, καὶ πιμελὴ, καὶ σάρκες, καὶ τἄλλα πάντα ἐξ ὧν τὸ σῶμα συνέστηκε. Κατὰ γὰρ δὴ τὸν θεῖον ὅρον ἡ φύσις ὁδεύει, καὶ οἷόν τις ἀγαλματοποιὸς, τὸ ἔμψυχον ἄγαλμα διαπλάττει, καὶ οὔτε ἡ τῆς ὕλης σμικρότης, οὔτε ἡ τοῦ χωρίου στενότης, οὔτε ὁ περικείμενος ζόφος τὴν δημιουργίαν περιέχει. Ἀνοίας τοίνυν ἐσχάτης τὸ τοῖς ὁρωμένοις διαπιστεῖν, καὶ μάλιστα ὑπισχνουμένου Θεοῦ. Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν ὁ Χριστὸς, ὅτι « Ἀκούσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις τῆς φωνῆς τοῦ (96) Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξελεύσονται (97) οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. » Ἐν δὲ τοῖς C μνημείοις οὐ τὰς ψυχὰς διάγειν εἴποι τις ἂν εὖ φρονῶν· τὰ σώματα γὰρ ἐν τούτοις κατάκεινται. Καὶ τοῖς Σαδδουκαίοις δὲ οὐ προσιεμένοις τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον ἐπιτιμῶν ὁ Κύριος, ἔφη ταῦτα· « Περὶ (98) τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν (99) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, λέγοντος, Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ; Καὶ ἐπήγαγεν· Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. » Καὶ τῇ Μάρθᾳ δὲ ἔφη· « Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου. » Ἐκείνη δὲ ἐκ τῆς Παλαιᾶς τοῦτο δεδιδαγμένη Γραφῆς, ἀπεκρίνατο· « Οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός μου (1) ἐν τῇ ἀναστάσει, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. » Εἶτα ὑπολαβὼν ὁ Κύριος, εἶπεν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ ζήσεται. » Ὥσπερ τοί- D νυν τηνικαῦτα εἰπών· « Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου, » οὐ τὴν ψυχὴν μόνην ἀνέστησε τοῦ Λαζάρου, ἀλλὰ ταύτην μὲν ἐπανήγαγε, τὸ δὲ σῶμα δυσῶδες καὶ διαλελυμένον ἀνέστησεν· οὕτω δὴ καὶ τὴν κοινὴν ἀνάστασιν ὑποσχόμενος, τὰ διαλυθέντα σώματα συνεστῶτα πάλιν ταῖς ψυχαῖς ἀποδώσει, ἐλεύθερα θανάτου καὶ φθορᾶς ἀποφήνας. Καὶ τοῦτο διαῤῥήδην ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν

A autem, et Cerdon, et Manes, et quotquot resurrectionem corporum non admiserunt, hunc in vitam regressum, ut qui omnino fieri nequeat, rejecerunt. Quemadmodum enim existimarunt Deum sine materia creare non posse, sic **443** ipsum putarunt minime posse id quod est penitus dissolutum, et in exiguum pulverem conversum, et tempore consumptum, in priorem rursus formam reducere. Attamen ipsi quoque fatentur Deum sumpto e terra cespite hominem formasse. Et considerare oportebat, quemadmodum cespitem illum tunc in corpus facillime convertit universorum Deus, et multa ac diversa membra condidit, sic facile illi esse ex paucis his reliquiis corporis substantiam constituere. Hoc enim nunc etiam, sicut in prima creatione, fieri cernimus B in matrice, ut ex parva materia seminis et ossa producantur, et membranæ, et nervi, et venæ, et arteriæ, et pellis, et adeps, et caro, et alia omnia ex quibus corpus componitur. Nam juxta divinum statutum natura procedit, et velut statuarius quispiam, animatam statuam effingit: et neque modicitas materiæ, neque loci angustiæ, nec tenebræ circumfusæ fabricationem prohibent. Extremæ igitur dementiæ est, iis quæ cernuntur fidem non habere, Deo præsertim pollicente. Christus enim ipse dixit: « Qui sunt in monumentis, audient vocem Filii Dei, et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui autem mala fecerunt, in resurrectionem judicii [7]. » In monumentis autem degere animas nemo C dixerit compos mentis: corpora enim in his sita sunt. Sadducæos quoque resurrectionis mentionem respuentes increpans Dominus, **444** hæc ait: « De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo, dicente, Ego sum Deus Abrahami, et Deus Isaaci, et Deus Jacobi. Et subjunxit: Deus non est Deus mortuorum, sed viventium [8]. » Et Marthæ dixit: « Resurget frater tuus [9]. » Et illa quod ex vetere Scriptura didicerat, respondit: « Scio fore ut resurgat frater meus in resurrectione die novissimo [10]. » Deinde excipiens Dominus dixit: « Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet [11]. » Quemadmodum ergo qui tunc dixit: « Resurget frater tuus, » non solam Lazari animam suscitavit, sed hanc quidem D reduxit, corpus autem fœtidum et dissolutum suscitavit: ita etiam qui communem resurrectionem est pollicitus, dissoluta corpora iterum composita reddet animabus, a morte et corruptione libera efficiens. Et hoc aperte docuit divinus Apostolus: « Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem [12]. » Et rursus: « Eo quod nolumus exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est, a vita [13]. » Et iterum: « Seminatur in corru-

[7] Joan. v, 28, 29. [8] Matth. xxii, 31, 32. [9] Joan. xi, 23. [10] Ibid. 24. [11] Ibid. 25. [12] I Cor. xv, 53. [13] II Cor. v, 4, 5.

(95) Μαρκ., κ. τ. λ. Vid. supra, l. i, c. 24 et 26.

(96) τοῦ inserendum fuit. Sed l. c. legi solet τῆς φωνῆς αὐτοῦ.

(97) ἐξελ. Rec. lectio est ἐκπορεύσονται.

(98) περί. Deest δέ, quod l. c. sequitur.

(99) ῥηθ. Loco cit. sequitur ὑμῖν.

(1) ὁ ἀδ. μου. Hæc desunt ¹

Digitized by Google

ptione, resurgit in incorruptione; seminatur in infirmitate, resurgit in virtute; seminatur in ignominia, resurgit in gloria; seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale[14]. » Et rursus : « Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti[15]. » **445** Posuit autem simul ea quæ a non credentibus objiciuntur : « Sed dicet quispiam, Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore venient[16]? » Ac primum quidem stultos illos appellavit, ut qui viderent in seminibus typum resurrectionis, et ex eo non inducerentur ad credendam corporum resurrectionem. « Insipiens enim, inquit, tu quod seminas non vivificatur, nisi mortuum fuerit, et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum[17]. » Respice, inquit, ea quæ fiunt quotidie. Sulci enim nihil differunt a sepulcris. In his enim tanquam in sepulcris semina defodiuntur, universorum autem Conditor pluviam suppeditans facit ut radices producant et folia, et culmos, et stipulas, et aristas: et agricolis aliud nihil præstantibus nisi quod semina sepeliant, ejus qui omnia fabricatus est decretum reliqua efficit. Hoc enim etiam dixit divinus Apostolus : « Deus autem dat illi corpus sicut vult[18]. » At, ne quis existimaret aliud corpus fingi, necessario adjecit : « Et unicuique semini proprium corpus[19]. » Et ad Philippenses scribens diserte dicit : « Conversatio enim nostra in cœlis est, unde etiam Servatorem exspectamus Dominum Jesum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut sit ipsum conforme corpori ejus glorioso[20]. » Transformationem autem appellavit, non mutationem in aliam formam, sed mutationem ex corruptione in incorruptionem. Et **446** Thessalonicenses, qui mortuorum causa nimium dolorem capiebant, consolans, resurrectionis injecit mentionem. « Nolo enim, inquit, vos ignorare, fratres, de dormientibus, ne contristemini ut cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Jesus mortuus sit et resurrexerit : ita Deus etiam eos qui dormierunt per Jesum ducet cum ipso[21]. » Et ne quis existimaret illum ex suo sensu hæc dicere, subjunxit : « Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, fore ut nos qui vivimus, qui residui sumus in adventu Domini, non præveniamus eos qui dormierunt[22]. » Alia quoque innumerabilia apud eum testimonia reperire licet, quæ resurrectionem aperte prædicant. Hierosolymis quoque, cum accusaretur quod legem transgrederetur, clamabat : « De resurrectione mortuorum ego judicor hodie[23]. » Et quid dico apostolos, qui manifestiorem de resurrectione doctrinam a Domino

A τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν. » Καὶ πάλιν· « Ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. » Καὶ αὖθις· « Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ· σπείρεται (2) ἐν ἀσθενείᾳ (3), ἐγείρεται ἐν δυνάμει· σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. » Καὶ πάλιν· « Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται (4) ἄφθαρτοι. » Τέθεικε δὲ τὴν τῶν ἀπιστούντων ἀντίθεσιν· « Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; Καὶ πρῶτον μὲν ἄφρονας αὐτοὺς προσηγόρευσεν, ὡς ὁρῶντας ἐν τοῖς σπέρμασι τὸν τῶν ἀναστάσεων τύπον, καὶ μὴ ποδηγουμένους ἐντεῦθεν εἰς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν. Ἄφρον, γὰρ ἔφη, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ, καὶ ὃ B σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον εἰ τύχοι σίτου, ἤ τινος τῶν λοιπῶν. » Ἀπόβλεψον, φησὶν, εἰς τὰ καθ' ἡμέραν γιγνόμενα. Οὐδὲν γὰρ διενηνόχασι τῶν τάφων αἱ αὔλακες. Ἐν γὰρ ταύταις ὡς ἐν τάφοις τὰ σπέρματα καταχώννυνται, ὁ δὲ τῶν ὅλων Δημιουργὸς τὸν ὑετὸν χορηγῶν, καὶ ῥίζας ταῦτα φῦσαι παρασκευάζει, καὶ φύλλα, καὶ καλάμην, καὶ τοὺς ἀθέρας, καὶ τοὺς ἀστάχυς· καὶ τῶν γηπόνων οὐδὲν ἕτερον δρώντων ἢ θαπτόντων τὰ σπέρματα, ὁ τοῦ τὰ πάντα τεκτηναμένου ὅρος ἐργάζεται τὰ λοιπά. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος εἶπεν Ἀπόστολος· « Ὁ δὲ Θεὸς δίδωσιν αὐτῷ (5) σῶμα καθὼς ἠθέλησεν (6). » Καὶ ἵνα μή τις ὑπολάβῃ ἕτερον διαπλάττεσθαι σῶμα, ἀναγκαίως προστέθεικε· C « Καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. » Καὶ Φιλιππησίοις δὲ ἐπιστέλλων βοᾷ· « Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν (7), ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. » Μετασχηματισμὸν δὲ κέκληκεν, οὐ τὴν εἰς ἕτερον εἶδος ἐναλλαγὴν, ἀλλὰ τὴν ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν μεταβολήν. Καὶ Θεσσαλονικεῦσι δὲ λίαν ἐπὶ τοῖς τελευτῶσιν ἀθυμοῦσι ψυχαγωγῶν, τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῖς προσενήνοχε λόγον. « Οὐ θέλω (8) γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτως ὁ Θεὸς καὶ τοὺς κοιμηθέντας D διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. » Καὶ ἵνα μή τις αὐτὸν ὑπολάβῃ ταῦτα λέγειν οἰκείοις χρώμενον λογισμοῖς, ἐπήγαγε· « Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. » Καὶ μυρίας δὲ ἑτέρας ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τούτῳ μαρτυρίας ἐναργῶς τὴν ἀνά-

[14] I Cor. xv, 42-44. [15] ibid. 52. [16] ibid. 35. [17] ibid. 36, 37. [18] ibid. 38. [19] ibid. [20] Philipp. iii, 20, 21. [21] I Thess. v, 12, 13. [22] Ibid. 14. [23] Act. xxiv, 21.

(2) σπείρεται — ἐν δόξῃ. Inversa est propositionum series.
(3) ἀσθ. Edit. Rom. habet. δυνάμει, sed ad calcem libri ponitur ἀσθενείᾳ.
(4) ἐγερθ. Supra, tom. II, pag. 965, leg. ἀναστήσονται.
(5) δίδ. αὐτ. Rec. lectio l. c. est αὐτῷ δίδωσι.
(6) ἠθ. t. III, p. 277 (ubi pro αὐτό leg. αὐτῷ), est ἤθελε.
(7) Ἰησ. Deest. Χριστόν, quod l. c. sequitur.
(8) θέλω, κ. τ. λ. Alias lectiones vide t. III, pag. 518 sq.

στασιν κηρυττούσας. Κἂν τοῖς Ἱεροσολύμοις δὲ ὡς παραβάτης τοῦ νόμου κρινόμενος ἐβόα· « Ὑπὲρ (9) ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι σήμερον. » Καὶ τί λέγω τοὺς ἀποστόλους, τοὺς σαφεστέραν παρὰ τοῦ Κυρίου περὶ τῆς ἀναστάσεως δεξαμένους διδασκαλίαν; Καὶ γὰρ οἱ θεσπέσιοι προφῆται ταύτην ἔχοντες διετέλεσαν τὴν ἐλπίδα. Ἀκούομεν γὰρ τοῦ θειοτάτου Δαβὶδ πρὸς τὸν Θεὸν λέγοντος· « Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν· ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Ἀκούομεν δὲ καὶ Ἡσαΐου τοῦ θεσπεσίου βοῶντος· « Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις. Ὁ δὲ τρισμακάριος Ἰεζεκιὴλ, καὶ αὐτὸν εἶπεν ἑωρακέναι τὸν τρόπον τῆς ἀναστάσεως· πάμπολλα γὰρ ὀστᾶ θεασάμενος, αὐτὸς ἐκελεύσθη παρεγγυῆσαι τούτοις, καὶ σάρκα φῦσαι, καὶ νεῦρα, καὶ δέρματα. « Καὶ ἐγένετο (10), φησὶν, ἐν τῷ ἐμὲ (11) προφητεῦσαι, καὶ ἰδοὺ σεισμὸς, καὶ προσήγαγεν (11*) ὀστᾶ, ὀστέον πρὸς ὀστέον, ἕκαστον πρὸς ἁρμονίαν αὐτοῦ. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐπεγένοντο (12) αὐτοῖς νεῦρα, καὶ σάρκες ἀνεφύοντο, καὶ ἀνέβαινον (13) ἐπ' αὐτὰ, καὶ περιετάθη (14) ἐπ' αὐτοῖς δέρμα ἐπάνωθεν. » Εἶτα διδάσκει, πῶς κελευσθέντα πανταχόθεν ἐπανῆλθε τὰ πνεύματα, καὶ ὡς τούτων τούτοις συναφθέντων, ὁ τῆς μελλούσης ἀναστάσεως προδιεγράφη τύπος. Εἰ δὲ καὶ πρὸ τῆς τοῦ (15) Σωτῆρος ἐπιφανείας ταῦτα προὔλεγον οἱ προφῆται, ποίαν οὐκ ἂν εἰκότως τίσαιεν δίκην οἱ μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν, καὶ τὰ τῶν ἀποστόλων κηρύγματα, διαπιστοῦντες τῷ λόγῳ τῆς (16) ἀναστάσεως;

A acceperant? Nam divini etiam prophetæ hanc spem perpetuo habuere. Audimus enim divinissimum Davidem ad Deum sic loquentem : « Auferes spiritum eorum et deficient, et in terram suam revertentur. Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [24]. » Audimus et divinum Isaiam clamantem : « Resurgent mortui, et suscitabuntur qui sunt in monumentis [25]. » Beatissimus autem Ezechiel ipsum etiam resurrectionis modum se vidisse dixit. Ossa enim plurima cum vidisset, præcipere illis jussus est, 447 ut carnem producerent, et nervos, et pellem. « Et factum est, inquit, cum prophetarem, et ecce terræmotus, et attulit ossa, os ad os, unumquodque ad juncturam suam. Et vidi et ecce super iis erant nervi, et carnes nascebantur et excreverunt B super eis, et pellis super ea extensa est desuper [26]. » Deinde docet, quomodo jussi undique reversi sunt spiritus, et quod, his cum illis conjunctis, resurrectionis futuræ typus designatus sit. Quod si etiam ante Servatoris adventum hæc vaticinabantur prophetæ, quo non digni sunt supplicio, qui, post Servatoris resurrectionem apostolorumque prædicationem, iis quæ de resurrectione docentur non credunt?

### Κ'. — *Περὶ κρίσεως.*

C

Πῶς δὲ καὶ ἡ κρίσις ἐνδίκως γενήσεται, ἥκιστα μὲν τῶν σωμάτων κατὰ τὸν τῶν ἀπίστων λόγον ἀνισταμένων, μόνων δὲ τῶν ψυχῶν εἰσπραττομένων τὰς τῶν πεπλημμελημένων εὐθύνας; Οὐδὲ γὰρ δίκαιον, τὴν μετὰ σώματος ἡμαρτηκυῖαν ψυχὴν, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ φθόνον, καὶ πόθους ἐκτόπους εἰσδεξαμένην, διὰ δὲ τῶν ἀκοῶν λόγοις παρανόμοις καταθελχθεῖσαν, καὶ δι' ἑκάστου μορίου τοῦ σώματος ἐρεθισμούς τινας οὐκ ἀγαθοὺς δεξαμένην, μόνην εἰσπράττεσθαι τὴν ὑπὲρ τῶν πεπλημμελημένων ποινὴν, καὶ τοῦτο ὑπομένειν, οὐκ ἐν σμικρῷ τινι χρόνῳ, ἀλλ' ἐν ἀπείροις αἰῶσιν; τοῦτο γὰρ ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς ἐδιδάχθημεν. « Οὗτοι γὰρ ἀπελεύσονται, φησὶν, εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κόλασιν καὶ αἰσχύνην (17) αἰώνιον. » Πῶς δ' αὖ πάλιν ὅσιον, τὰς D τῶν ἁγίων ψυχὰς μόνας τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀπολαύειν μετὰ τῶν σωμάτων κατωρθωκυίας τὴν ἀρετήν; Ὀφθαλμοὶ μὲν γὰρ τὰ τῆς κατανύξεως προχέουσι δάκρυα, αἱ δὲ ἀκοαὶ τὰ θεῖα λόγια διαπορθμεύουσι τῇ ψυχῇ, ἡ δὲ γλῶττα καὶ ὑμνεῖ τὸν εὐεργέτην καὶ διηνεκῶς προσφέρει τὴν προσευχὴν, αἱ δὲ χεῖρες ὑπουργοῦσι τῇ θεραπείᾳ τῶν δεομένων, καὶ

### XX. — *De judicio.*

Quomodo autem juste fiet judicium, si corpora, ut infideles dicunt, minime resurgant, et a solis animabus peccatorum ratio exigatur? Neque enim justum est, ut anima, quæ cum corpore peccavit, et per oculos invidiam et improba desideria suscepit, per aures verbis nefariis delinita est, et per singula corporis membra illecebras quasdam non bonas admisit, peccatorum pœnas sola luat, et hoc sustineat non brevi aliquo tempore sed sæculis infinitis? Hoc enim e divina Scriptura didicimus. 448 « Hi enim, inquit, ibunt in vitam æternam, hi vero in supplicium et ignominiam sempiternam [27]. » Quomodo rursus fas sanctumque sit, ut sanctorum animæ promissis bonis solæ fruantur, quæ una cum corporibus recte se gesserunt? Oculi enim compunctionis lacrymas fundunt, aures divina eloquia ad animam transmittunt, lingua et benefactorem laudat, et assidue offert orationem, manus egentium inserviunt subventioni, pedes nunc ad oratoria currunt, nunc inter orandum stant, et plurimum laborem perferunt. Quomodo ergo justum sit, ut corpus, quod una cum anima virtutis opes comparavit, pulvis sit et abjicia-

[24] Psal. CIII, 29, 30. [25] Isa. XXVI, 19. [26] Ezech. XXXVII, 7, 8. [27] Matth. XXV, 46.

(9) ὑπέρ. Loco cit. est περί.
(10) ἐγ. Deest φωνή, quod l. c. sequitur.
(11) ἐμέ. ibid. est μέ, tom. II, p. 996.
(11*) πρ. ibid. προσήγαγον.
(12) ἐπεγ. ibid. ἐπεγένετο.
(13) ἀν. ibid ἀνέβαινεν.
(14) περ. ibid. περιεστάθη.
(15) τοῦ. Ex edit. Rom. suppletum.
(16) τῆς. Ex eadem edit. insertum.
(17) κ. αἰσχ. Hæc desunt l. c. exstant etiam infra. c. 21.

tur, sola autem anima ut victrix præconium publicæ laudis obtineat. Quod si absurdum hoc est, justum ergo, ut resurgant prius corpora, deinde ut gestorum in vita rationem una reddant. Hoc enim divinus quoque dicit Apostolus. « Nam omnes, inquit, admovebimur tribunali Christi, ut referat unusquisque ea quæ gessit per corpus, prout fecerit, sive bonum, sive malum [28]. » His porro consentanea dicit et beatus David : « Quoniam tu reddes unicuique secundum opera sua [29]. » Pythagoras ergo animarum in corpora transitus fabulatus est, dicens eas non solum in corpora brutorum, sed etiam in arbores transire. Et hanc fabulam nescio quo pacto secutus est etiam Plato. Hinc Manes, et ante hunc impia Gnosticorum quos vocant caterva, occasionem sumentes, **449** hoc supplicium esse dixerunt. Scelerati autem Carpocrates, et Epiphanes, et Prodicus, et Caieni, suillam plane vitam instituentes, ideo animas in corpora transmitti dixerunt, ut per libidinem, omnemque intemperantiam, unumquemque conditorum angelorum demererentur. Piorum autem Ecclesia has et similes fabulas exsecratur : divinis autem eloquiis obsequens, credit corpora resurgere, et cum his judicari animas, et eos qui vitiose vixerint puniri, qui virtutis studiosi fuerint promissa præmia consequi.

A οἱ πόδες νῦν μὲν εἰς εὐκτηρίους θέουσιν οἴκους, νῦν δὲ στάσιν ἐν προσευχαῖς, καὶ πλεῖστον ὅσον ὑπομένουσι πόνον. Πῶς οὖν δίκαιον, τὸ σῶμα μετὰ τῆς ψυχῆς συναθροῖσαν τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς, κόνιν εἶναι καὶ παρεῤῥίφθαι, μόνην δὲ τὴν ψυχὴν ὡς νικηφόρον ἀνακηρύττεσθαι; Εἰ δὲ τοῦτο σχέτλιον, δίκαιον ἄρα πρότερον ἀναστῆναι τὰ σώματα, εἶθ' οὕτως κοινῇ δοῦναι τὰς τῶν πεπολιτευμένων εὐθύνας. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος εἶπεν Ἀπόστολος. « Πάντες (18) γὰρ, φησὶ, παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. » Συνῳδὰ δὲ λέγει καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· « Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Πυθαγόρας μὲν οὖν τὰς μετενσωματώσεις ἐμυθολόγησε τῶν ψυχῶν, οὐκ B εἰς ἀλόγων σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς φυτὰ μεταβαίνειν ταύτας εἰπών. Ἠκολούθησε δὲ οὕτω πως καὶ ὁ Πλάτων τῷδε τῷ μύθῳ. Ἐντεῦθεν ὁ Μάνης, καὶ πρό γε τούτου, ὁ τῶν καλουμένων Γνωστικῶν δυσσεβὴς ὁρμαθὸς, τὰς ἀφορμὰς εἰληφότες, ταύτην ἔφασαν εἶναι κόλασιν. Οἱ δὲ παμμίαροι, Καρποκράτης καὶ Ἐπιφάνης, καὶ Πρόδικος, καὶ οἱ Καϊηνοὶ (19), τὸν συώδη βίον νομοθετοῦντες, εἶπον εἰς σώματα μεταπέμπεσθαι τὰς ψυχὰς, ὥστε διὰ λαγνείας, καὶ πάσης ἀκολασίας, τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων ἕκαστον θεραπεῦσαι. Ἡ δὲ τῶν εὐσεβῶν Ἐκκλησία τούτους μὲν καὶ τοὺς τοιούτους μύθους μυσάττεται, τοῖς δὲ θείοις ἑπομένη λόγοις, ἀνίστασθαι πιστεύει τὰ σώματα, καὶ σὺν τούτοις κρίνεσθαι τὰς ψυχὰς, καὶ τοὺς μὲν κακίᾳ συνεζηκότας κολάζεσθαι, τοὺς δὲ ἀρετῆς πεφροντικότας τυγχάνειν τῶν ἀναῤῥήσεων.

### XXI. — *De promissionibus.*

C Promisit autem munificus donator, se daturum esse non caducum aut temporaneum quid, sed æternam bonorum fruitionem. Non enim secundum Cerinthi, et similium ejus hæresin, terrenum erit Dei et Servatoris nostri regnum, non certo tempore circumscriptum. Fingant illi sibi mille annorum curriculum, et interituras delicias, et alias voluptates, ac præterea sacrificia et Judaicas solemnitates. Nos vitam senii expertem exspectamus. « Hi enim, inquit Dominus, resurgent in vitam æternam, hi vero in supplicium et ignominiam sempiternam [30]. » Et rursus : « Venite, benedicti Patris mei, hæredes estote regni vobis parati ante constitutionem mundi [31]. » Et : « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est **450** regnum cœlorum [32]. » Et : « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [33]. Et divinis apostolis prædicantibus dicere præcepit : « Appropinquavit regnum cœlorum [34]. » Et alio loco eis dixit : « Cum exaltatus fuero de terra, omnes traham ad meipsum [35]. Et rursus : « Multæ sunt mansiones apud

### ΚΑ'. — *Περὶ ἐπαγγελιῶν.*

Ἐπηγγείλατο δὲ δώσειν ὁ μεγαλόδωρος, ἐπίκηρον μὲν οὐδὲν οὐδὲ πρόσκαιρον, αἰώνιον δὲ ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν· οὐ γὰρ, κατὰ τὴν Κηρίνθου, καὶ τῶν ἐκείνῳ παραπλησίων, ἐπίγειος ἔσται τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ βασιλεία, οὐ χρόνῳ περιγεγραμμένη ῥητῷ. Ἐκεῖνοι γὰρ φανταζέσθωσαν τῶν χιλίων ἐτῶν τὴν περίοδον, καὶ τὴν φθειρομένην χλιδὴν, καὶ τὰς ἄλλας ἡδυπαθείας, καὶ πρὸς τούτοις τὰς θυσίας, καὶ τὰς Ἰουδαϊκὰς πανηγύρεις· ἡμεῖς γὰρ τὴν ἀγήρω προσμένομεν βιοτήν. « Οὗτοι γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, ἀναστήσονται (20) εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κόλασιν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον. » Καὶ πάλιν· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν πρὸ (21) καταβολῆς D κόσμου. » Καὶ, « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Καί· « Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Καὶ τοῖς θείοις δὲ ἀποστόλοις κηρύττουσι λέγειν ἐκέλευσεν· « Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν (22). » Καὶ ἑτέρωθι πρὸς αὐτοὺς εἴρηκεν· « Ὅταν (23) ὑψωθῶ ἐκ

[28] II Cor. v, 10; Coll. Rom. xiv, 10. [29] Psal. LXXI, 13. [30] Matth. xxv, 46. [31] Ibid. 34. [32] Matth v, 3. [33] Matth. v, 10. [34] Luc. x, 9. [35] Joan. xii, 32.

(18) πάντες — Χριστοῦ. Hæc ex loco ad Rom. xiv, 10, reliqua ex II Cor. v, 10 desumpta sunt. Utrumque locum conjungit Noster in fine orat. 9, *De Provid.*

(19) Καϊηνοί. Vid. p. 289, schol. 1.

(20) ἀναστ. Loco cit. est ἀπελεύσονται. Reliqua respondent lectionibus istis pag. præced.

(21) πρό. Loco cit. est ἀπό.

(22) τ. οὐρ. Loco cit. leg. τοῦ Θεοῦ.

(23) ὅτ. Loco cit. est ἐάν.

Digitized by Google

τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ αὖ- A θις· « Πολλαὶ (24) μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί μου· εἰ δὲ μή γε, εἶπον ἂν ὑμῖν ὅτι πορεύσομαι καὶ ἑτοιμάσω τόπον ὑμῖν. » Καί· « Πάλιν ἐλεύσομαι (25), καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτὸν, ἵν' ὅπου ἐγώ εἰμι, ἦτε καὶ ὑμεῖς. » Καὶ πάλιν· « Ὁ ἐσθίων (26) μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ μέντοι καὶ πρὸς τὸν Πατέρα διαλεγόμενος, οὕτως ἔφη· « Πάτερ (27), οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵν' ὅπου ἐγώ εἰμι, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ἣν ἔδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου. » Ταῦτα μεμαθηκὼς ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἔλεγεν· « Ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου (28), καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. » Καὶ πάλιν· « Πιστὸς ὁ λόγος· εἰ B γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν (29). » Καὶ Ῥωμαίοις δὲ ἐπιστέλλων ἔφη· « Εἰ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς καὶ (30) τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ πάλιν· « Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. Τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. » Ὁ δὲ τῶν ἀγαθῶν κολοφὼν, τὸ ἁμαρτίας ἐλευθέραν εἶναι τὴν ἐπηγγελμένην ζωήν. Ἀφθάρτων γὰρ τῶν σωμάτων C ἀνισταμένων καὶ τῶν ψυχῶν τὸ ἄτρεπτον δεχομένων, οὐδὲ μίαν λοιπὸν ἕξει χώραν ἡ ἁμαρτία. Τῆς δὲ ἁμαρτίας ἐκποδὼν γενομένης, καὶ τοῦ διαβόλου μετὰ τῶν δαιμόνων τῇ γεέννῃ παραδοθέντος, παυθήσονται καὶ τῶν ἀγώνων οἱ πόνοι, καὶ τῆς ἥττης τὸ δέος, καὶ ἡ περὶ τῆς νίκης φροντίς. Ἄλυπος δὲ βίος καὶ θυμήρης τοῖς ἀξίοις δοθήσεται, καὶ φωτὸς ἀπολαύσουσι νοεροῦ τε καὶ θείου, μᾶλλον δὲ αὐτοὶ φωτοειδεῖς γενήσονται. « Τότε γάρ, φησὶν ὁ Κύριος, ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος. »

A Patrem meum. Sin minus, dixissem vobis, quia vado, et parabo vobis locum [36]. » Et : « Iterum veniam, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, sitis et vos [37]. » Et rursus : « Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam [38]. » Patrem quoque alloquens sic dixit : « Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum, ut videant gloriam meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi [39]. » Quæ cum didicisset divinus Apostolus, dicebat : « Rapiemur in nubibus in occursum Domini, et ita semper cum Domino erimus [40]. » Et rursus : « Fidelis sermo : nam si una mortui sumus, una quoque vivemus : si sustinebimus, et simul regnabimus [41]. » Et ad Romanos B scribens ait : « Si unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ et donationis et justitiæ accipientes in **451** vita regnabunt per unum Jesum Christum [42]. » Et iterum : « Quod enim in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ cernuntur, sed quæ non cernuntur. Quæ enim cernuntur, temporalia sunt; quæ autem non cernuntur, æterna sunt [43]. » Bonorum autem colophon est, quod immunis sit a peccato vita promissa. Cum enim resurgant corpora immortalia, et animarum immutabilitatem adipiscantur, nullus de cætero locus erit peccato. Sublato autem peccato, et diabolo cum dæmonibus gehennæ tra- C dito, cessabunt etiam labores certaminum, et succumbendi metus, et sollicitudo de victoria. Vita autem jucunda et tristitiæ expers dabitur iis qui digni erunt, et luce fruentur intellectuali et divina, vel ipsi potius fient luminosi. « Tunc enim, ait Dominus, fulgebunt justi sicut sol [44]. »

### ΚΒ'. — *Περὶ τῆς δευτέρας τοῦ (31) Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας.*

Ἔσται δὲ ταῦτα μετὰ τὴν δευτέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν. Οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὑπέσχετο· « Ὑπάγω καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. » Καὶ αὖθις· « Πάλιν ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ· D « Τότε (32) ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ. Τότε καθίσει (33) ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφορί-

### XXII. — *De secundo Dei et Servatoris nostri adventu.*

Erunt autem hæc post secundum Servatoris nostri adventum. Sic enim apostolis promisit : « Revertor, et venio ad vos [45]. » Et rursus : « Veniam ad vos, et accipiam vos ad meipsum [46]. » Et alio loco : « Tunc videbitis Filium hominis venientem in D nubibus cœli in gloria sua, et omnes sancti angeli cum ipso. Tunc sedebit in throno gloriæ suæ, et **452** congregabuntur ante ipsum omnes gentes, et separabit illos ab invicem, sicut pastor separat oves ab hædis, et statuet quidem oves a dextris suis, hæ-

[36] Joan. xiv, 2. [37] Ibid. 3. [38] Joan. vi, 54. [39] Joan. xvii, 24. [40] I Thess. iv, 17. [41] II Timoth. ii, 11, 12. [42] Rom. v, 17. [43] II Cor. iv, 17, 18. [44] Matth. xiii, 43. [45] Joan. xiv, 18. [46] Ibid. 3.

(24) Πολλαὶ — ἑτ. τ. ὑμῖν. Aliæ sunt lectiones l. c.

(25) ἐλ. ibid. ἔρχομαι. In iis quæ sequuntur, verba sunt transposita.

(26) ἐσθ. Loco cit. est τρώγων.

(27) Πάτ. κ. τ. λ. Paulo aliter leg. l. c.

(28) τοῦ Κυρ. Deest εἰς ἀέρα, quod sequitur l. c.

(29) συμβ. Edit. Sirm. et Rom. συμβασιλεύομεν, sed sequimur lectionem emendatam ad calcem edit. Rom. notatam.

(30) καί. Abesse solet ab h. l. Exstat etiam hæc particula, t. III, p. 58.

(31) τοῦ — ἡμῶν. Supra, p. 375, τοῦ Σωτῆρος.

(32) Τότε — οὐρανοῦ. Aliter l. c. leg.

(33) καθ. Edit. prior. habebat καθίσῃ.



Digitized by Google

dos autem a sinistris [47]. » Hunc autem ejus adventum divinus quoque Daniel conspexit. « Aspiciebam, inquit, donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Vestimentum ejus candidum quasi nix, et capillus capitis ejus quasi lana munda. Thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accensus, fluvius igneus proripiebat sese egrediens ante ipsum. Millia millium ministrabant ipsi, et decies centena millia assistebant ipsi. Judicium sedit, et libri aperti sunt [48]. » — « Et ecce in nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit. Et data est illi potestas et regnum. Potestas ejus potestas æterna, et regnum ejus in æternum erit [49]. » — Et : « Translatum est imperium bestiarum, et datum regnum sanctis Altissimi [50]. » Tanta est concordia prædicationis evangelicæ et propheticarum prædictionum. Unius enim Dei sunt hæc et illa oracula. De hoc igne loquitur etiam Isaias propheta : « Quis annuntiabit vobis locum æternum [51]? » Et in fine prophetiæ ait : « Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur [52]. » Hunc ipsum adventum vaticinans divinus David **453** dixit : « Deus, deorum Dominus, locutus est, et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum. Ex Sione species decoris ejus. Deus manifeste veniet, Deus noster, et non tacebit. Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida [53]. » In alio quoque psalmo : « Nubes et caligo in circuitu ejus, justitia et judicium correctio sedis ejus. Ignis ante ipsum præcedet, inflammabit in circuitu inimicos ejus [54]. » Et iterum : « Quoniam venit judicare terram, ut judicet orbem terrarum in justitia, et populos in æquitate [55]. » Et per Malachiam prophetam, ipse universorum Deus : « Ecce ego mitto vobis Eliam Thesbitam, ne veniens percutiam terram funditus [56]. » Et divinus Apostolus beato Tito scribens, cum priore Servatoris nostri adventu posteriorem etiam conjunxit : « Apparuit enim, inquit, gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi [57]. » Ostendit autem his verbis, priorem adventum posterioris gratia factum esse. Propterea enim, inquit, apparuit, ut ab impietate nos et iniquitate liberans, et omnem virtutem docens, efficeret ut læto et alacri animo secundum adventum exspectaremus. Et Thessalonicenses quoque laudat [58], quod conversi essent ad Deum a simulacris, **454** et servire voluerint

A σει (34) αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. » Ταύτην δὲ αὐτοῦ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ ὁ θεῖος ἐθεάσατο Δανιήλ. « Ἐθεώρουν, φησὶν, ἕως (35) οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθισε· τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιὼν, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν· ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον, ποταμὸς πυρὸς πορευόμενος εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. » — « Καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἤρχετο ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε (36), καὶ αὐτῷ ἐδόθη
B ἡ ἐξουσία (37) καὶ ἡ βασιλεία. Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται (38). » Καὶ, « Μετεστάθη ἡ ἀρχὴ τῶν θηρίων, καὶ ἐδόθη ἡ βασιλεία ἁγίοις Ὑψίστου. » Τοσαύτη συμφωνία τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων καὶ τῶν προφητικῶν θεσπισμάτων. Ἑνὸς γὰρ Θεοῦ ταῦτα κἀκεῖνα τὰ λόγια. Περὶ τούτου τοῦ πυρὸς καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης φησί· « Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον; » — Καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς προφητείας φησίν· « Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει; καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται. » Ταύτην καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ θεσπίζων τὴν ἐπιφάνειαν ἔφη· « Θεὸς, θεῶν Κύριος, ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν, ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν. Ἐκ
C Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τῷ ψαλμῷ· « Νεφέλη καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ, δικαιοσύνη καὶ κρίμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ· πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύσεται (39), καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ὅτι ἥκει κρῖναι τὴν γῆν, κρῖναι (40) τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. » Καὶ διὰ Μαλαχίου τοῦ προφήτου αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, ἵνα μὴ ἐλθὼν πατάξω τὴν γῆν ἄρδην. » Καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος τῷ μακαρίῳ Τίτῳ γράφων, τῇ προτέρᾳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείᾳ καὶ τὴν δευτέραν συνέταξεν· « Ἐπεφάνη
D γὰρ, φησὶν, ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ

[47] Matth. xxv, 31-33. [48] Dan. vii, 9, 10. [49] Ibid. 13, 14. [50] Ibid. 17, 18. [51] Isa. xli, 26. [52] Isa. lxvi, 24. [53] Psal. lix, 1-3. [54] Psal. xcvi, 2, 3. [55] Psal. xcvii, 9. [56] Malach. iv, 5. [57] Tit. ii, 11-13. [58] I Thess. i, 9, 10.

(34) ἀφ. Edit. prior ἀφοριεῖ.
(35) ἕως, κ. τ. λ. Alias lectiones vide t. II, p. 1197.
(36) ἔφθ. Desunt ea quæ loc. cit. sequuntur, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη.
(37) ἡ ἐξουσ. Supra t. II, pag. 1200, leg. ἡ τιμὴ καὶ ἡ ἀρχή. Omissa etiam sunt quæ l. c. sequuntur post καὶ ἡ βασιλεία.
(38) εἰς τ. αἰῶνα ἔστ. Rec. lectio est/ οὐ διαφθαρήσεται.
(39) ἐν αὐτ. προπ. T. II, p. 1296, leg. ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται.
(40) κρ. Legendum esse videtur κρινεῖ.

Digitized by Google

Χριστοῦ. » Ἔδειξε δὲ διὰ τούτων καὶ τὴν προτέραν ἐπιφάνειαν διὰ τὴν δευτέραν γεγενημένην. Τούτου γὰρ ἕνεκα, φησὶν, ἐπεφάνη, ἵνα ἀσεβείας ἡμᾶς καὶ παρανομίας ἐλευθερώσας, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐκπαιδεύσας, μετὰ θυμηδίας τὴν δευτέραν ἐπιφάνειαν προσμένειν παρασκευάσῃ. Καὶ Θεσσαλονικέας δὲ θαυμάζει, ὅτι τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης ἀπαλλαγέντες εἵλοντο δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, καὶ ἀναμένειν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν (41), Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. Καὶ Ἑβραίοις δὲ γράφων, τήνδε τὴν παρουσίαν ἐμήνυσε προφητικῇ χρησάμενος μαρτυρίᾳ. « Ἔτι γὰρ, φησὶν, ὅσον ὅσον (42), ὁ ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ. » Ταῦτα δὲ καὶ Φιλιππησίους ἐδίδαξεν· « Ἡμῶν γὰρ, ἔφη, τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν. » Ὡσαύτως δὲ καὶ Θεσσαλονικέας· « Αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι (43) Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτοι (44), » καὶ τὰ ἑξῆς. Ῥᾴδιον δὲ καὶ ἄλλας παραγαγεῖν μαρτυρίας, τὴν δευτέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν κηρυττούσας, ἀλλ' ἀποχρῶσι καὶ αὗται πεῖσαι καὶ τοὺς λίαν ἐριστικούς.

A Deo viventi et vero, et exspectare Filium ejus e cœlis, quem suscitavit a mortuis, Jesum qui liberat nos ab ira ventura. Et ad Hebræos scribens hunc adventum significavit prophetico utens testimonio. « Adhuc enim, inquit, modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, et non tardabit [59]. » Hæc autem etiam Philippenses docuit : « Nostra enim, inquit, conversatio est in cœlis, unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum Jesum [60]. » Similiter et Thessalonicenses : « Ipse enim, inquit, Dominus cum classico, cum voce archangeli, et cum tuba Dei, descendet de cœlo, et mortui in Christo resurgent primi [61], » et quæ sequuntur. Facile autem esset alia quoque proferre testimonia, secundum Servatoris nostri adventum prædicantia : sed sufficiunt B hæc ad persuadendum vel maxime contentiosis.

## ΚΓ'. — Περὶ ἀντιχρίστου (45).

Ἐκεῖνο μέντοι ἀναγκαῖον προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις, ὡς πρὸ τῆς Δεσποτικῆς ἐπιφανείας ἥξει φύσιν ἀνθρωπείαν ὑποδὺς ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ, ὁ ἀντίθεος δαίμων, ὁ τῆς θείας προσηγορίας λῃστής. Καὶ καθάπερ πάλαι τὸ Θεὸς ὄνομα κεκλοφὼς ἐπιτέθεικεν ἑαυτῷ, καὶ τοῖς τῆς πονηρίας αὐτοῦ συνεργοῖς, καὶ πέπεικε τοὺς ἀνθρώπους διὰ τῶν χειροτμήτων ξοάνων τὸ θεῖον αὐτῷ σέβας προσενεγκεῖν, οὕτω τὴν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ προσηγορίαν σφετερισάμενος, πάντας μὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐξαπατήσει, C φεναχίσει δὲ καὶ τῶν σεπτὸν ὄνομα περικειμένων πολλοὺς, ἑαυτὸν εἶναι λέγων Χριστὸν, ὃν οἱ θεῖοι χρησμῳδοῦντες προφῆται ἐπιφανήσεσθαι προὔλεγον. Δελεάσει δὲ καὶ τοὺς εὐαλώτους, θαυματουργίαις τισὶν ἀπατηλαῖς κεχρημένος· καὶ τοῦτο πολλοὶ μὲν τῶν προφητῶν αἰνιγματωδῶς προεῖπον ἐν τῇ Παλαιᾷ. Εὐρύτερον δὲ καὶ σαφέστερον τὰ περὶ τούτου τεθέσπικεν ὁ θεῖος Δανιήλ. Εἰ δέ τινα τούτων καὶ σαφηνίσαι δεῖ, προανεπτύξαμεν ταῦτα, πᾶσαν κατὰ λέξιν ἡρμηνευκότες τὴν προφητείαν. Καὶ τὰ Θεσσαλονικεῦσι δὲ ὑπὸ τοῦ θείου Παύλου γραφέντα μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιστολῶν ἑρμηνεύσαντες, μακροτέροις ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐχρησάμεθα λόγοις τὸ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου χωρίον διερευνώμενοι. Τινὰς γὰρ ὑπειληφότας τὸν τῆς Δεσποτικῆς παρουσίας πελάσαι καιρὸν, D ἀναγκαίως ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐξεπαίδευσεν, ὡς χρὴ πρότερον ταῖς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖσι καταυγασθῆναι τὴν οἰκουμένην, καὶ δήλους γενέσθαι τοὺς τροφίμους τῆς πίστεως, καὶ ἀποκριθῆναι τῶν πεπιστευκότων τοὺς ἀντιλέγοντας, εἶθ' οὕτω πρότερον ἐπιφανῆναι τὸν τοῦ ψεύδους τεχνίτην, εἰς ἔλεγχον τῶν τῆς ἀληθείας μὴ δεξαμένων τὸ κήρυγμα. Τοῦτο γὰρ καὶ (46)

## XXIII. — *De antichristo.*

Illud sane ad ea quæ dicta sunt addi necesse est, ante adventum Dominicum venturum, induta humana natura, hominibus infestum, Dei adversarium dæmonem, divini nominis prædonem. Et quemadmodum olim Dei nomen raptum sibi imposuit, et nequitiæ suæ administris, persuasitque hominibus ut per manufactas statuas divinum ipsi cultum exhiberent : ita Christi Domini appellatione usurpata, omnes ut semel dicam **455** decipiet, imponetque multis eorum qui venerandum nomen susceperunt, dicens se Christum esse, quem vaticinantes divini prophetæ venturum prædixerunt. Inescabit vero etiam simpliciores, fraudulentis quibusdam miraculis utens; quod multi ex prophetis in Veteri ænigmatice prædixerunt. Prolixius autem et apertius de hoc vaticinatus est divinus Daniel [62]. Quod si aliqua ex his declaranda sunt, ea etiam ante explicavimus, qui totam ejus prophetiam interpretati sumus. Sed et quæ ad Thessalonicenses a divino Paulo scripta sunt, cum reliquis Epistolis interpretantes, prolixiori quam pro consuetudine nostra usi oratione sumus, eum locum qui de antichristo agit excutientes [63]. Quosdam enim, qui Dominici adventus instare tempus existimabant, necessario docuit divinus Apostolus, oportere divinæ cognitionis radiis illustrari orbem terræ, et manifestos fieri alumnos fidei, et secerni a credentibus eos qui contradicunt, deinde tum prius apparere artificem mendacii, ad convincendos eos qui veritatis prædicationem non admiserint. Hoc enim etiam Dominus Judæis dixit : « Ego veni in nomine Patris mei, et non assumitis me : venit alius in proprio nomine, et il-

[59] Hebr. x, 37. [60] Philipp. iii, 20. [61] I Thess. iv, 16. [62] Dan. vii, 1 seqq. [63] II Thess. ii, 7, 8.

(41) νεκρ. Des. τῶν, quod l. c. præcedit.
(42) ὅσον. Deest μικρὸν, quod l. c. præcedit.
(43) ἐν σάλπ. Sic quoque t. II, p. 1201, leg. Sed t. III, p. 519, deest ἐν.
(44) ἀναστ. πρ. Tom. II, l. c. leg. ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, t. III, l. c. ἐγερθήσονται πρῶτον.
(45) ἀντ. In Indice p. 375, præm. τοῦ.
(46) καί. Ex edit. Rom. insertum.

Digitized by Google

lum assumetis [64]. » Quod ipsum dixit etiam divinus Apostolus : « Eo quod amorem veritatis non susceperunt, ut ipsi salvi fierent : ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, et judicentur **456** omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati ad reprobationem [65]. » Eorum ergo, qui veritatis prædicationi non crediderunt, nequitiæ pater et magister veniet. Quia enim Judæi, pro Deo videlicet pugnantes, Dominum tanquam Dei adversarium cruci affixerunt, maximum eorum impietatis argumentum erit præsentia antichristi. Christus enim Dominus, cum verus Deus esset, verique Dei Filius, Filium hominis et hominem seipsum appellavit, a natura quæ cernebatur sibi nomina imponens, raro autem seipsum Dei Filium nominavit. Scelestissimus autem dæmon deum maximum seipsum appellabit. Hoc enim Danielem prophetam docuit sanctus angelus : « Super deos, inquit, patrum suorum non intelliget, et deum Mazurim in loco suo glorificabit [66], » hoc est, fortem et potentem se ipsum vocabit deum. Et tamen qui Dominum crucifixerunt, quod se Dei Filium nominasset, huic cum apparebit credent : vel hoc ipso ostendentes, quod veritati sint infestissimi, et mendacii operarii. Hanc ob causam permittet sapientissimus ut adveniat nequissimus : clarum enim est, quod si Deus nollet, non veniret. Non tamen operationem vocamus voluntatem. Deus enim malorum causa non est, secundum exteros quoque philosophos. Neque enim Cainum ipse fecit homicidam, quia cum fratrem vellet occidere non prohibuit. Neque ut filii Jacobi venderent Josephum, ipse perfecit, **457** quia illorum conatum non repressit. Invenire enim est illos male usos libero mentis arbitrio, et sapientissimum Dominum per illorum improbitatem somniorum veritatem ostendisse. Sic ergo et hunc venire permittit, ut et illius malitiam patefaciat, et Judæorum malitiam convincat. Affert autem quamprimum huic quidem exitium, Judæis vero remedium. « Mittet enim Eliam Thesbitam, qui et illius fraudem redarguat, et salutarem ejus adventum prænuntiet [67]. » Hic autem veritatis adversarius Dominicum adventum omni ex parte imitabitur, delectoque humano instrumento propria operatione digno, sic hominibus abutetur, falsis utens miraculis. Quod aperte docuit ad Thessalonicenses scribens divinus Apostolus. Sic autem ait : « Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi et nostræ congregationis ad ipsum, ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermones, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini [68]. » Per hæc autem ostendit, quod deceperint illos quidam, affirmantes

A ὁ Κύριος ἔφη τοῖς Ἰουδαίοις· « Ἐγὼ (47) ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με. Ἔρχεται ἄλλος ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, κἀκεῖνον λήψεσθε. » Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· « Ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς· καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες (48) τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ (49) εἰς ἔλεγχον (50). » Τοιγαροῦν τῶν ἠπιστηκότων τῷ τῆς ἀληθείας κηρύγματι ἥξει τῆς πονηρίας ὁ πατὴρ καὶ διδάσκαλος. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαῖοι, τοῦ Θεοῦ δῆθεν ὑπερμαχοῦντες, ὡς ἀντίθεον τῷ σταυρῷ τὸν Δεσπότην προσήλωσαν, μέγιστος αὐτῶν ἔλεγχος τῆς ἀσεβείας γενήσεται τοῦ Ἀντιχρίστου ἡ παρουσία. B Ὁ μὲν γὰρ Δεσπότης Χριστὸς, Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ Υἱὸς, Υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν καὶ ἄνθρωπον προσηγόρευσεν, ἀπὸ τῆς ὁρωμένης φύσεως τὰς προσηγορίας τιθεὶς, ὀλιγάκις δὲ Θεοῦ Υἱὸν ὠνόμασεν ἑαυτόν. Ὁ δὲ παμπόνηρος δαίμων, θεὸν μέγιστον ἑαυτὸν ὀνομάσει. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἅγιος ἄγγελος τὸν προφήτην ἐδίδαξε Δανιήλ· « Ἐπὶ θεοὺς γὰρ, ἔφη, τῶν πατέρων αὐτοῦ οὐ συνήσει, καὶ θεὸν Μαζουρὶμ (51) ἐπὶ τόπῳ (52) ἑαυτοῦ δοξάσει· » τουτέστιν, ἰσχυρὸν καὶ δυνατὸν ἑαυτὸν προσαγορεύσει θεόν. Ἀλλ' ὅμως οἱ τὸν Δεσπότην ἐσταυρωκότες, ὡς Υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ὀνομάσαντα, τούτῳ φανησομένῳ πιστεύσουσι, καὶ ταύτῃ δεικνύντες, ὡς ἔχθιστοι μὲν εἰσὶ τῆς ἀληθείας, ἐργάται δὲ τοῦ ψεύδους. Τούτου δὴ χάριν ἐνδίδωσιν ὁ πάνσοφος ἐπιφανῆναι τὸν ἀλιτήριον. C Εὔδηλον γὰρ ὡς οὐκ ἂν ὤφθη μὴ βουλομένου Θεοῦ. Οὐ μὴν ἐνέργειαν καλοῦμεν τὴν βούλησιν. Κακῶν γὰρ ἀναίτιος ὁ Θεὸς, καὶ κατὰ τοὺς ἔξω σοφούς. Οὐδὲ γὰρ τὸν Κάϊν αὐτὸς ἀνδροφόνον ἀπέφηνεν, ἐπειδὴ βουληθέντα τὸν ἀδελφὸν ἀνελεῖν οὐκ ἐκώλυσεν. Οὐδὲ τοῦ Ἰακὼβ τοὺς παῖδας αὐτὸς ἀποδόσθαι τὸν Ἰωσὴφ παρεσκεύασεν, ἐπειδήπερ αὐτῶν οὐκ ἔπαυσε τὴν ἐγχείρησιν. Ἔστι γὰρ εὑρεῖν, κἀκείνους μὲν κακῶς χρησαμένους τῷ αὐθαιρέτῳ τῆς γνώμης, τὸν δὲ πάνσοφον Δεσπότην διὰ τῆς ἐκείνων πονηρίας δείξαντα τὴν τῶν ὀνείρων ἀλήθειαν. Οὕτω τοιγαροῦν καὶ τοῦτον συγχωρεῖ φανῆναι, τὴν ἐκείνου πονηρίαν γυμνῶν, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων μοχθηρίαν ἐλέγχων. Ἐπιφέρει δὲ ὅτι τάχιστα, τούτῳ μὲν πανωλεθρίαν, D Ἰουδαίοις δὲ θεραπείαν. « Ἀποστελεῖ γὰρ τὸν Θεσβίτην Ἠλίαν, καὶ ἐξαπάτην διελέγχοντα τὴν ἐκείνου, καὶ τὴν σωτήριον αὐτοῦ προμηνύοντα παρουσίαν. » Ὁ μέντοι τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος τὴν Δεσποτικὴν ὡς ἅπασαν μιμήσεται παρουσίαν, καὶ σκεῦος ἀνθρώπειον ἐκλεξάμενος τῆς οἰκείας ἄξιον ἐνεργείας, οὕτω παραχρήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ταῖς ψευδέσι κεχρημένος τερατουργίαις. Καὶ τοῦτο διαῤῥήδην ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος δι' ὧν Θεσσαλονικεῦσιν ἐπέστειλε. Λέγει δὲ οὕτως· « Ἐρωτῶμεν

[64] Joan. v, 43. [65] II Thess. II, 10, 11. [66] Dan. XI, 37, 38. [67] Malach. IV, 5. [68] II Thess. II, 1, 2.

(47) ἐγὼ, κ. τ. λ. Aliter leg. l. c.
(48) πιστ. Supra, t. III, p. 536. est πιστεύοντες.
(49) τῇ ἀδ. Loco cit. præm. ἐν, juxta rec. lect.
(50) εἰς ἔλ. Hæc solent abesse a loco cit. Desunt etiam t. III, l. c.
(51) Μαζ. Supra, t. II p. 1289, et t. III, p. 533, leg. Μαωζεὶμ.
(52) τόπῳ. T. II, l. c. est τόπου.

Digitized by Google

A δὲ ὑμᾶς, ὦ (53) ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μηδὲ (54) θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγων (55), μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα Κυρίου (56). » Διὰ δὲ τούτων δεδήλωκεν, ὥς τινες αὐτοὺς ἐξηπάτησαν, εἰρηκότες τὸν Ἀπόστολον φάναι πελάσαι τοῦ Κυρίου τὴν παρουσίαν. Ὅθεν οὐ μόνον τὴν διὰ ῥημάτων καὶ διὰ γραμμάτων ἀπηγόρευσεν ἀπάτην, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς νομιζομένης προφητικῆς προῤῥήσεως. Τοῦτο γὰρ εἶπε· « Μήτε διὰ πνεύματος. » Εἶτα ἐπάγει· « Μή τις (57) ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρ- B τίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν καὶ εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὡς Θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός. » *Ἀποστασίαν* αὐτὴν τοῦ Ἀντιχρίστου καλεῖ τὴν παρουσίαν. Πολλοὶ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐσομένων τεράτων ἐξαπατώμενοι τῆς ἀληθείας ἀποστήσονται, καὶ τὸ ψεῦδος ἀσπάσονται. *Ἄνθρωπον* δὲ αὐτὸν *ἁμαρτίας*, καὶ *υἱὸν ἀπωλείας* ἐκάλεσε, καὶ τὴν ὁρωμένην φύσιν ἐπιδεικνὺς, καὶ τὴν παντοδαπὴν τῆς ἁμαρτίας ἀποκαλύπτων ἐνέργειαν. Ἐδήλωσε δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν τυραννίδα, καὶ τὸν τῦφον, καὶ τὴν ἀλαζονείαν, *ἀντικείμενον καὶ ὑπεραιρόμενον* καλέσας, καὶ δείξας, ὡς οὐ μόνον τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἑαυτὸν ὑπέρτερον ὀνομάσει, ἀλλὰ κἂν τῷ θείῳ νεῷ ὡς Θεὸς προσ- C εδρεύσει. *Θεῖον* δὲ *νεὼν* τὰς ἐκκλησίας καλεῖ. Εἶτα αὐτοὺς ἀναμιμνήσκων ἃ πολλάκις ἐδίδαξεν· « Οὐ μνημονεύετε, φησὶν (58), ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν τῷ (59) ἑαυτοῦ καιρῷ. » Ἤδη ἂν ὤφθη, φησὶν, εἴπερ αὐτὸν μὴ ἡ θεία (60) διεκώλυσε χάρις, καὶ τῷ ἁρμοδίῳ τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἀπεκλήρου καιρῷ. « Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη (61) ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας. » Διὰ δὲ τούτων αἰνίττεται τὰς τηνικαῦτα φυείσας αἱρέσεις. Μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται. Ὁ θεῖος αὐτὸν, φησὶν, ὅρος ἐπέχει φανῆναι. Δεῖ γὰρ, κατὰ τὴν θείαν πρόῤῥησιν, εἰς πάντα τὰ ἔθνη κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, εἶθ' οὕτως ἐκεῖνον ὀφθῆναι. « Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ (62) τῷ πνεύ- D ματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. » Σαφῶς ἔδειξεν, ὡς εὐθὺς ὁ Δεσπότης ἐπιφανεὶς, φροῦδον ἀποφανεῖ τὸν ἀλάστορα, καὶ τοῖς αἰωνίοις παραδώσει κολαστηρίοις, οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους, καὶ

A Apostolum dixisse instare adventum Domini. Unde non solum deceptionem prohibuit, quæ verbis fit et scriptis, sed etiam eam quæ per propheticam, ut videbatur, prædictionem fiebat. Hoc enim est quod ait: « Neque per spiritum. » Deinde subjungit: « Ne quis **458** vos seducat ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut quoque in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus[69]. » *Defectionem* appellat ipsam antichristi præsentiam. Multi enim per futura miracula decepti a veritate deficient et mendacium amplectentur. *Hominem* B vero *peccati*, et *filium perditionis* ipsum appellavit, et naturam oculis expositam indicans, et omnis generis peccati operationem revelans. Ostendit autem quoque ejusdem tyrannidem, et fastum, et arrogantiam, eum *qui adversatur et qui extollitur* appellans, et ostendens fore ut non solum falsis diis superiorem se nominet, sed et in Dei templo tanquam Deus sedeat. *Dei* vero *templum* ecclesias vocat. Deinde in memoriam eis revocans quæ sæpe docuerat: « Anne meministis, inquit, me, cum adhuc essem apud vos, hoc dixisse vobis? et nunc quid detineat scitis, ut reveletur ille suo tempore[70]. » Jam, inquit, apparuisset, nisi divina eum gratia prohibuisset, congruentique ejus adventum tempori destinasset. « Nam mysterium jam operatur iniquita- C tis[71]. » His autem verbis hæreses tunc exortas significat. Usque dum qui nunc detinet e medio discesserit. Divinum, inquit, decretum prohibet illum ne appareat. Oportet enim, **459** juxta divinam prædictionem, per omnes prius gentes prædicari Evangelium, ac tum demum apparere. « Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui[72]. » Aperte ostendit, fore ut cum primum apparuerit Dominus, sceleratum illum evanescere faciat, tradatque æternis suppliciis illum, cujus est præsentia secundum operationem Satanæ, in omni virtute, et signis, et prodigiis falsitatis, et in omni deceptione iniquitatis in iis qui pereunt. Non enim omnes venabitur ad interitum, sed eos qui mobilem et fraudibus expo- D sitam mentem habent. Docuit porro, fore ut Satanæ quoque diaboli operationem suscipiat. Quemadmodum enim unigenitus Dei Filius sanctis quidem prophetis, et sacris apostolis, aliisque adeo sanctis, sanctissimi Spiritus dona distribuit: homo autem factus, non particularem aliquam assumptæ naturæ gratiam dedit, sed omnem divinitatis plenitudinem,

[69] I Thess. II, 3, 4. [70] Ibid. II, 5, 6. [71] Ibid. 7. [72] Ibid. 8.

(53) ὦ. Deest t. III, p. 531.
(54) μηδέ. Ibid. μήτε.
(55) λόγ. ibid. λόγου.
(56) Κυρ. ibid. præm. τοῦ. Rec. lectio est τοῦ Χριστοῦ.
(57) Μή τις, κ. τ. λ. Alias lectiones vid. supra, t. II, p. 1196 seq. et t. III, p. 532.
(58) φησί. Supplendum fuit h. l.
(59) τῷ. Loco cit. præcedit ἐν.
(60) ἡ θεία, κ. τ. λ. Decretum divinum esse τὸ κατέχον, docetur pluribus in commentario ad l. c. t. III.
(61) ἤδη — ἀνομ. Ita fert recepta lectio. Sed mutatur verborum positus, t. III, p. 534.
(62) ἀν. Rec. lectio est ἀναλώσει.

Digitized by Google

ut loquitur Apostolus [73], visum ' ipsi est in eo habitare : sic diabolus aliis quidem hominibus, quotquot persuasit operarios esse iniquitatis, non omnes indidit species pravitatis : huic autem totus ipse conjunctus, omnes per illum nequitiæ suæ machinas ostendet. Deinde permissionis quoque causam exponit : « Eo quod amorem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, **460** ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati [74]. » Hæc de antichristo e divina Scriptura didicimus. Summatim autem quæ ad illum spectant scripsimus, quoniam et Danielem prophetam, et Apostolum interpretantes, prolixius de ejus adventu locuti sumus, et facile est commentarios illos adire, si quis volet, in iisque reperire si quid hoc loco prætermisimus Hæc a divinis viris, prophetas dico et apostolos eorumque successores, dogmata accepit Ecclesia, non impias confingens fabulas nec humanas secuta rationes, sed divinis credens eloquiis. Quoniam autem moralem quoque doctrinam impurissimi corruperunt, et contrarias invicem semitas excogitarunt (alii enim matrimonium fornicationem appellarunt, alii omnem illicitam et nefariam libidinem amplexi sunt), age quid etiam in moralibus sentiat Ecclesia ostendamus.

A ἐν πάσῃ ἀπάτῃ ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. Οὐ γὰρ πάντας ἀγρεύσει πρὸς ὄλεθρον, ἀλλὰ τοὺς εὐρίπιστον καὶ εὐεξαπάτητον κεκτημένους τὴν γνώμην. Ἐδίδαξε δὲ, ὡς καὶ Σατᾶν (63) τοῦ διαβόλου τὴν ἐνέργειαν δέξεται. Καθάπερ γὰρ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, τοῖς μὲν ἁγίοις προφήταις, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις, καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἁγίοις, διένειμε τοῦ παναγίου Πνεύματος τὰ χαρίσματα, ἐνανθρωπήσας δὲ οὐ μερικήν τινα τῇ ληφθείσῃ φύσει δέδωκε χάριν, ἀλλὰ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ηὐδόκησεν ἐν αὐτῷ κατοικῆσαι· οὕτως ὁ διάβολος, τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις, ὅσους ἔπεισεν ἐργάτας γενέσθαι πονηρίας, οὐ πάσας ἐντέθεικε τὰς τῆς κακίας ἰδέας· τούτῳ δὲ ὅλος (64) αὐτὸς συναφθεὶς, τὰς παντοδαπὰς αὐτοῦ τῆς πονηρίας δι' B αὐτοῦ μηχανὰς ἐπιδείξει. Εἶτα λέγει καὶ τῆς συγχωρήσεως τὴν αἰτίαν· « Ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο, εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς. Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει· ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες (65) τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ (66). » Ταῦτα καὶ περὶ τοῦ ἀντιχρίστου παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ἐδιδάχθημεν. Ἐν κεφαλαίῳ δὲ καὶ τὰ περὶ τούτου γεγράφαμεν, ἐπειδήπερ καὶ τὸν προφήτην Δανιὴλ, καὶ τὸν Ἀπόστολον ἑρμηνεύοντες, μακροτέροις τοῖς περὶ τῆς τούτου παρουσίας ἐχρησάμεθα λόγοις, καὶ ῥᾴδιον τῷ βουλομένῳ τοῖς ὑποδείγμασιν ἐντυχεῖν ἐκείνοις, καὶ εἴ τι παραλελοίπαμεν ἐν τούτοις, ἐν ἐκείνοις εὑρεῖν. Ταῦτα παρὰ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν, προφητῶν, φημὶ, καὶ ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐκείνους διαδεξαμένων, παρείληφεν ἡ Ἐκκλησία τὰ δόγματα, οὐ δυσσεβεῖς διαπλάσασα μύθους, οὐδὲ ἀνθρωπίνοις ἀκολουθήσασα λογισμοῖς, ἀλλὰ θείοις λόγοις πιστεύσασα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὴν ἠθικὴν διδασκαλίαν διέφθειραν οἱ παμμίαροι, καὶ ἐναντίας ἀλλήλοις ἐπενόησαν ἀτραπούς· οἱ μὲν γὰρ τὸν γάμον πορνείαν ὠνόμασαν, οἱ δὲ πᾶσαν ἔκθεσμον καὶ ἀθέμιτον ἀκολασίαν ἠσπάσαντο· φέρε καὶ τὸ ἐν τοῖς ἠθικοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἐπιδείξωμεν φρόνημα.

## XXIV. — *De virginitate.*

Cerdon itaque, et Marcion, virginitatem lege sanciverunt, adversus Creatorem bellum gerentes, ne per matrimonium illius augerent opificium. Manes autem nuptias dixit adjutrices esse materiæ, et hac de causa virginitatem observari jussit. Saturnilus vero et Tatianus, nuptias aperte nominarunt diabolicas. Deus autem Dominus leges quidem de virginitate non tulit : rem enim supra naturam esse intellexit : eam autem laudibus prosequens, ad certamen **461** eos qui vellent hortatus est. Cum enim dixissent apostoli : « Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit uxorem ducere [75]; » respondens Dominus dixit : « Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, ' qui facti sunt tales ab hominibus, et sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum Dei [76]. »

## C КΔ'. — *Περὶ παρθενίας.*

Κέρδων μὲν οὖν καὶ Μαρκίων τὴν παρθενίαν ἐνομοθέτησαν τῷ Δημιουργῷ πολεμοῦντες, ἵνα μὴ διὰ τοῦ γάμου τὴν ἐκείνου δημιουργίαν αὐξήσωσιν. Ὁ δὲ Μάνης τὸν γάμον τῆς ὕλης ὠνόμασε συνεργὸν, καὶ τούτου χάριν παρθενεύειν ἐκέλευσε. Σατορνῖλος δὲ καὶ Τατιανὸς προφανῶς τὸν γάμον τοῦ διαβόλου ὠνόμασαν. Ὁ Δεσπότης δὲ Θεὸς νόμους μὲν περὶ παρθενίας οὐ τέθεικεν· οἶδε γὰρ ὑπὲρ φύσιν τὸ χρῆμα· ταῖς δὲ ταύτης εὐφημίαις ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τοὺς βουλομένους προέτρεψεν. Εἰρηκότων γὰρ τῶν ἀποστόλων· « Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ (67) ἀνδρὸς μετὰ γυναικὸς, οὐ συμφέρει γῆμαι, » ὑπολαβὼν ὁ Κύριος εἶπεν· « Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται. D Εἰσὶ γὰρ (68) εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καί εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τοῦ

[73] Coloss. II, 9. [74] II Thess. II, 10, 11. [75] Matth. XIX, 10. [76] Ibid. 11, 12.

(63) Σατ. Legendum esse videtur τοῦ Σατανᾶ.
(64) ὅλος. Sic lectio ed. Rom. ὁ λόγος emendatur ad calcem libri.
(65) πιστ. Ita quoque supra. Vid. pag. 456, schol. 47.
(66) τῇ ἀδ. Præmitti solet ἐν.
(67) τοῦ, κ. τ. λ. Rec. lectio est, τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυν. οὐ συμφ. γαμῆσαι.
(68) εἰσὶ γὰρ, κ. τ. λ. Desunt quæ l. c. præcedunt εἰσὶ — οὕτω.

Digitized by Google

Θεοῦ (69). » Τοῦτο δὲ οὐ περὶ τῆς τῶν μορίων, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν ἀτόπων λογισμῶν εἴρηκεν ἐκτομῆς. Εἶτα ἐπήγαγεν· « Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. » Οὗ δὴ χάριν καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος περὶ παρθενίας εἰσφέρων φησίν· « Ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· νόμον γὰρ περὶ παρθενίας ὁ Κύριος οὐ τέθεικε· γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. » Συμβουλεύω δὲ, φησὶν, οὐ νομοθετῶ, καὶ τοῦτο, οὐ θρασύτητι χρώμενος, ἀλλὰ ψήφῳ θείᾳ τὴν τοῦ κηρύγματος ὑπουργίαν δεξάμενος. « Νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν ἀνθρώπῳ (70) τὸ οὕτως εἶναι. » Τὸ δὲ *νομίζω* τέθεικεν, οὐκ ἐνδοιάζων περὶ ὧν συνεβούλευεν, ἀλλὰ κολάζων τὸν λόγον, ἵνα μὴ γένηται νόμος. Ὁ γὰρ νόμος καὶ παράβασιν ἔχει, ἡ δὲ παράβασις ἐπιφέρει καὶ τιμωρίαν. Τούτου δὲ ἕνεκα τὸ *νομίζω* προστέθεικεν, ἵνα δείξῃ συμβουλὴν, ἀλλ' οὐ νόμον, ὄντα τὸν λόγον. Εἶτα δείκνυσι, τί καλὸν προσηγόρευσεν· « Δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. Λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. » Τῶν γὰρ αἱρετικῶν τὰ δηλητήρια φάρμακα προορῶν, κατασκευάζει τὴν προφυλακτικὴν θεραπείαν. Διὸ δὴ πρότερον ἐβεβαίωσε τοῦ γάμου τὸν νόμον, εἶθ' οὕτως τὰς περὶ τῆς παρθενίας ὑποθήκας εἰσήνεγκεν. Ἵνα γὰρ μή τις αὐτὸν ὑπολάβῃ τοῦ γάμου (71) κατηγοροῦντα τὴν ἁγνείαν νομοθετεῖν, ἀναγκαίως τοῦ γάμου τὸν νόμον ἐκράτυνεν, εἰπών· « Μὴ ζήτει λύσιν· » ταὐτὸ δὲ τοῦτο τεθεικὼς ἐπὶ τῆς ἁγνείας, καὶ εἰπών· « Μὴ ζήτει γυναῖκα, » οὐκ ἐνέμεινε τῷ ὅρῳ, ἀλλ' ἐπήγαγεν· « Ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες, καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτεν. » Οὐ γὰρ ὡς παρανομίαν παραινῶ φεύγειν τὸν γάμον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ κρείττονα βίον προτρέπων. Ἐπιδείκνυσι δὲ καὶ τὸ κέρδος τῆς παρθενίας. Περὶ γὰρ τῶν γαμούντων ἔφη· « Θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. » Εἰς (72) πολλὰς γὰρ ὁ γεγαμηκὼς περισπᾶται φροντίδας, οὐ μόνον γυναικὸς, ἀλλὰ καὶ παίδων, καὶ οἰκετῶν, καὶ θεραπαινίδων ἐπιμελούμενος· καὶ τοῦτο σημαίνων ἔφη· « Θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. » Γυμνοῖ δὲ καὶ τὴν οἰκείαν φιλοστοργίαν· ἔφη γάρ· « Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Θέλω δὲ ἀμερίμνους ὑμᾶς (73) εἶναι. » Εἶτα σύγκρισιν ποιεῖ καὶ παρεξέτασιν τοῦ γεγαμηκότος καὶ τοῦ τὴν ἀγαμίαν ἀσπαζομένου. « Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ· ὁ δὲ γαμήσας, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ (74), ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι. Ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. » Διαῤῥήδην δὲ ἐδίδαξεν ἐν τούτοις τῆς παρθενίας τὴν χρείαν. Οὐ γὰρ ὡς παράνομον κελεύει φεύγειν τὸν

A Hoc vero non de testium, sed de pravarum cogitationum amputatione dixit. Deinde subjunxit : « Qui potest capere, capiat [77]. » Qua de causa divinus etiam Apostolus de virginitate loquens ait : « Præceptum Domini non habeo (legem enim de virginitate Dominus non tulit), consilium autem do, tanquam misericordiam a Domino consecutus ut sim fidelis [78]. » Consulo autem, inquit, non legem fero, idque non abutens audacia, sed ad prædicationis ministerium divino elatus suffragio, « Existimo igitur bonum homini hoc esse ut ita sit [79]. » *Existimo* autem dixit, non ambigens de quibus consilium dabat, sed orationem castigans, ne lex esset. Lex enim transgressionem quoque habet, transgressio autem inducit supplicium. Propterea igitur adjecit B *existimo*, ut ostenderet consilium esse quod dicebat, non legem. Deinde ostendit, quid bonum appellarit : « Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem [80]. » Prævidens enim letalia hæreticorum venena, præservativam medicinam constituit. Ideo nuptiarum **462** legem prius stabilivit, tum de virginitate monita intulit. Ne quis enim existimaret eum nuptias damnando de castitate legem ferre, matrimonii legem necessario confirmavit, dicens : « Noli quærere solutionem. » Hoc idem autem de castitate cum posuisset, dixisselque : « Noli quærere uxorem, » non perstitit in decreto, sed subjunxit : « Si autem duxeris uxorem, non peccasti, et si nupserit virgo, C non peccavit [81]. » Non enim tanquam iniquitatem suadeo fugere matrimonium, sed tanquam ad meliorem vitam adhortans. Ostendit autem etiam lucrum virginitatis. De iis enim qui matrimonio junguntur dicit : « Tribulationem tamen carnis habebunt tales [82]. » In multas enim sollicitudines distrahitur qui uxorem duxit, non solum uxoris, sed etiam filiorum, et famulorum, et ancillarum curam gerens. Et hoc significans dixit : « Tribulationem tamen carnis habebunt tales. » Suam etiam benevolentiam declarat. Ait enim : « Ego autem vobis parco [83]. » Et paulo post : « Volo autem vos esse sine sollicitudine [84]. » * Deinde contentionem quamdam et comparationem instituit ejus qui uxorem duxit, cum eo qui cælibatum amplexus est : D « Qui sine uxore est, sollicitus est de illis quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui autem cum uxore est, sollicitus est de illis quæ mundi sunt, quomodo placeat uxori. Divisa est et uxor, et virgo. Quæ innupta est, cogitat **463** quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino, ut sit sancta et corpore et spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat

[77] Matth. XIX, 11, 12. [78] I Cor. VII, 25. [79] Ibid. 26. [80] Ibid. 27. [81] I Cor. VII, 28. [82] Ibid. [83] Ibid. [84] Ibid. 32.

(69) τ. Θεοῦ. Loco cit. leg. τῶν οὐρανῶν.
(70) ἀνθρ. Desunt h. l. nonnulla ex vers. 26.
(71) γάμ. Edit. Rom. νόμου.
(72) εἰς — φιλοστοργίαν· ἔφη γάρ. Edit. Rom. habet tantum hæc pauca εἰς πολλὰς — φροντίδας. Hæc statim excipiunt ista ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. Sed ad calcem libri post οἱ τοιοῦτοι scribendum esse jubetur : γυμνοῖ δὲ καὶ τὴν οἰκείαν φιλοστοργίαν, ἔφη γὰρ ἐγὼ δὲ, κ. τ. λ.
(73) ἀμ. ὑμ. Transposita sunt hæc verba.
(74) πῶς ἀρ. τῷ Κυρ. Hæc solent abesse a loco cit. Desunt etiam t. III, p. 215.

Digitized by Google

quæ sunt mundi, quomodo placeat viro [85]. » Diserte autem in his docet utilitatem virginitatis. Non enim tanquam illicitum fugere jubet matrimonium, sed ut curis liberam sectari virginitatem. Forum enim qui matrimonio juncti sunt in multa divisa cogitatio exactam et perfectam vitam ducere vetat. Qui vero solitariam vitam elegerunt, omnem in res divinas curam conferunt. Pergit autem et utilitatem ostendere, et legis necessitatem a verbis suis amovere : « Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam [86]. » Neque enim nolentem vi traho, sed quæ hinc oritur utilitatem ostendo. Propterea subjungit : « Sed ad id quod honestum est et quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi [87]. » Qui enim a vinculo matrimonii liber est, jugum ejus facile trahit, nemine illum alio ab assidua attentione abducente. Et infandorum hæreticorum legem pergit refellere, sic dicens : « Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua quod sit superadulta, et ita oportet fieri, quod vult faciat : non peccat ; nubant [88]. » Hoc autem de iis dicit quæ de virginitate pacta non fecerunt. « Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, **464** et hoc judicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit [89*]. » *Non habens necessitatem* idem est quod, qui non est in alterius potestate. Servos enim, quominus faciant quæ velint, domini prohibent. Ita tum ei qui despondere vult, tum ei qui castam servare cupit filiam suam, facta potestate subjunxit : « Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam bene facit, et qui non jungit melius facit [89]. » Hujusmodi de virginitate sanctiones a rerum divinarum magistris accepimus, quæ non matrimonium accusent, * sed ad vitam curarum expertem volentes hortentur.

### XXV. — *De matrimonio.*

Operæ autem pretium existimo matrimonii quoque leges persequi, et eorum qui illud accusant audaciam retundere. Sufficit autem vel sexus differentia, ut creationis causam ostendat. Hujus enim gratia feminam formavit universorum Opifex, unde et illam adjutricem vocavit. « Faciamus enim, inquit, Adamo adjutorium simile illi [90]. » Non solum autem formavit, sed etiam viro conjunxit, et juxta morem qui nunc obtinet ad virum deduxit, et ipsemet fuit paranymphus ac pronubus, ipse velut donum quoddam matrimonio hanc benedictionem impertiit, « Crescite, dicens, et multiplicamini, et replete terram, et dominamini ipsi [91]. » Hanc primam hominum genus ab universorum Deo benedictionem accepit. Multis autem post annis, cum

A γάμον, ἀλλ' ὡς φροντίδων ἐλευθέραν μετιέναι τὴν παρθενίαν. Εἰς πολλὰ γὰρ ἡ τῶν γεγαμηκότων μεριζομένη διάνοια, τὸν ἀκριβῆ καὶ τέλειον κατορθῶσαι βίον κωλύεται· οἱ δὲ τὴν μοναδικὴν ζωὴν προελόμενοι πᾶσαν ἀπονέμουσι τοῖς θείοις τὴν μέριμναν. Ἐπιμένει δὲ, καὶ τὸ συμφέρον ἐπιδεικνὺς, καὶ τὴν νομικὴν ἀνάγκην ἐκβαλὼν τοῦ λόγου· « Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω. » Οὐ γὰρ ἀνάγκῃ τὸν οὐ βουλόμενον ἕλκω, ἀλλὰ τὴν φυομένην ὄνησιν ἐπιδείκνυμι. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν· « Ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως. » Ὁ γὰρ τῆς γαμικῆς ζεύγλης ἐλεύθερος, εὐπετῶς ἕλκει τὸν τούτου ζυγὸν, οὐδενὸς αὐτὸν ἑτέρου τῆς ἀγαθῆς προσεδρείας ἀφέλκοντος. Καὶ ἐπιμένει τὴν τῶν δυσωνύ-
B μων αἱρετικῶν διελέγχων νομοθεσίαν· φησὶ γάρ· « Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ (75) νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γίγνεσθαι (76), ὃ θέλει ποιείτω, οὐχ ἁμαρτάνει, γαμείτωσαν. » Τοῦτο δὲ λέγει περὶ τῶν μηδέπω τὰς περὶ τῆς παρθενίας πεποιημένων συνθήκας. « Ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ (77) μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, καλῶς ποιεῖ. » Τὸ *οὐκ ἔχων ἀνάγκην*, ἀντὶ τοῦ, μὴ ὑπ' ἄλλου τελῶν ἐξουσίαν. Τοὺς γὰρ οἰκέτας δρᾷν ἃ θέλουσιν οἱ δεσπόται κωλύουσιν. Οὕτω καὶ τῷ κατεγγυᾷν βουλομένῳ, καὶ τῷ φυλάττειν ἁγνὴν τὴν θυγατέρα προθυμουμένῳ δεδωκὼς ἐξουσίαν, ἐπήγα-
C γεν· « Ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων (78) καλῶς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων, κρεῖσσον ποιεῖ. » Τοιούτους περὶ παρθενίας ὅρους παρὰ τῶν θεολόγων ἀνδρῶν ἐδεξάμεθα, οὐ τοῦ γάμου κατηγοροῦντας, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἀφρόντιδα βίον τοὺς βουλομένους προτρέποντας.

### ΚΕ'. — *Περὶ γάμου.*

Προὔργου δὲ οἶμαι, καὶ τοὺς περὶ τοῦ γάμου νόμους διεξελθεῖν, καὶ τῶν τούτου κατηγορούντων διελέγξαι τὸ θράσος. Ἀπόχρη δὲ καὶ ἡ τοῦ γένους διαφορὰ, δεῖξαι τὴν τῆς δημιουργίας αἰτίαν. Τούτου γὰρ δὴ χάριν γυναῖκα διέπλασε τῶν ὅλων ὁ Ποιητὴς, ἀνθ' ὅτου καὶ αὐτὴν βοηθὸν προσηγόρευσεν. « Ποιήσωμεν
D γὰρ, ἔφη, τῷ Ἀδὰμ βοηθὸν κατ' αὐτόν. » Οὐ μόνον δὲ διέπλασεν, ἀλλὰ καὶ συνέζευξε τῷ ἀνδρὶ, καὶ (79) κατὰ τὸν νῦν πολιτευόμενον νόμον, ἀπήγαγε πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ αὐτὸς ἐγένετο νυμφοστόλος καὶ νυμφευτὴς, αὐτὸς οἷόν τι δῶρον τῷ γάμῳ τήνδε τὴν εὐλογίαν προσήνεγκεν, « Αὐξάνεσθε, λέγων, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. » Ταύτην πρώτην τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τὴν εὐλογίαν ἐδέξατο. Καὶ πολλοῖς

[85] I Cor. vii, 32-34. [86] Ibid. 35. [87] Ibid. [88] Ibid. 36. [89*] Ibid. 37. [89] Ibid. 38. [90] Gen. ii, 18. [91] Gen. i, 28.

(75) τ. παρθ. αὐτ. T. III, p. 211, leg. τὴν ἑαυτοῦ παρθένον.
(76) γίγν. Rec. lectio est γίνεσθαι.
(77) ἑδρ. ἐν τ. καρδ. A recepta hac lectione recessit Noster t. III, l. c.
(78) ἐκγαμ. T. III, l. c. est ἐγγαμίζων. Sicque etiam post pauca.
(79) καί. Suppletur ad calcem edit. Rom.

Digitized by Google

δὲ ὕστερον χρόνοις, τοῦ κατακλυσμοῦ τὴν πανωλεθρίαν ἐπαγαγὼν, οὐκ ἄνδρας μόνους, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας ἰσαρίθμους τοῖς ἀνδράσιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν κιβωτὸν παρηγγύησε, καὶ μετὰ τὴν παῦλαν τῆς τιμωρίας, τὴν προτέραν εὐλογιαν ἀνενεώσατο. Καὶ τούτοις γὰρ εἶπεν· « Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. » Καὶ Ἀβραὰμ δὲ τὸν πατριάρχην ἐκ τῆς πατρῴας ἐξαγαγὼν γῆς, ἐκέλευσεν ἰδεῖν τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὑπέσχετο τούτων ἰσαρίθμους ἀποφῆναι τοὺς ἀνθρώπους· « Ποιήσω (80) γὰρ, ἔφη, τὸ σπέρμα σου, ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλασσης. » Εἰ δὲ πονηρὸς ἦν ὁ γάμος, οὐκ ἂν τοῦτον ἐξ ἀρχῆς ἐνομοθέτησεν ὁ Δεσπότης Θεὸς, οὐκ ἂν εὐλογίαν τὴν παιδογονίαν ἐκάλεσε. Διὰ γὰρ δὴ τοῦτο καὶ πλείους ἔχειν γυναῖκας τοὺς παλαιοὺς οὐκ ἐκώλυσεν, ἵνα αὐξηθῇ τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, καὶ οἱ θεοφιλεῖς ἄνδρες, καὶ δυσὶ, καὶ τρισὶ, καὶ πλείουσι συνήπτοντο γυναιξὶ, πλειόνων γενέσθαι πατέρες παίδων ἐπιθυμοῦντες. Ὅτι γὰρ οὐχ ἡδυπαθείᾳ δουλεύοντες τῆς τῶν πλειονων γυναικῶν ὁμιλίας ἠνείχοντο, μαρτυρεῖ μὲν Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης μετὰ τὰς πολλὰς τῆς Σάῤῥας παρακλήσεις τῇ Ἄγαρ ὡμιληκὼς, εἶτα μετὰ τὸν τόκον οὐκ ἔτι ταύτῃ πελάσας. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ πάνσοφος Ἰακὼβ, ὁ παρὰ γνώμην μὲν τὴν Λείαν λαβὼν, διὰ δὲ τὴν τῶν ὁμοζύγων ζηλοτυπίαν, τῆς τῶν παιδισκῶν ἀνασχόμενος κοινωνίας. Κἀκεῖναι δὲ, οὐχ ἡδονῇ δουλεύουσαι, ἀλλὰ πλειόνων παίδων ἐπιθυμοῦσαι γενέσθαι μητέρες, τὴν ἔριν πρὸς ἀλλήλας ἐσχήκασιν. Τοὺς μὲν οὖν τροφίμους τῆς πίστεως καὶ ἡ Παλαιὰ διδάσκει Γραφὴ τοῦ γάμου τὸν σκοπόν. Οἱ δὲ τοὺς παλαιοὺς οὐ δεχόμενοι νόμους, ἐκ τῆς Καινῆς διδασκέσθωσαν τὰ ὅμοια. Πάντως γὰρ κἀνταῦθα τῶν ἐπαινουμένων ὁ γάμος. Τῶν γὰρ ἀποστόλων ὁ πρῶτος ἐκ τῆς τῶν γεγαμηκότων ἐκλήθη συμμορίας. Καὶ μάρτυρες οἱ εὐαγγελισταὶ, διαῤῥήδην διδάσκοντες ὡς τὴν τούτου πενθερὰν πυρέττουσαν ὁ Δεσπότης ἰάσατο. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος οὐ μόνον οὐκ ἀπηγόρευσε γάμον, ἀλλὰ καὶ εἱστιάθη ἐν γάμῳ, καὶ τὸν ἀγεώργητον οἶνον δῶρον τῷ γάμῳ προσήνεγκεν. Οὕτω δὲ τοῦ γάμου τὸν νόμον ἐκράτυνεν, ὅτι καὶ τὸν διαλῦσαι τὸν γάμον δίχα πορνείας βουλόμενον ἑτέρῳ νόμῳ κωλύει. « Πᾶς γὰρ, φησὶν, ὁ ἀπολύων (81) τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι. » Εἶτα τῶν Φαρισαίων εἰρηκότων τὸν παλαιὸν προστεταχέναι νόμον δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου, ἡρμήνευσεν αὐτοῖς τὸν τοῦ νόμου σκοπόν· ἔφη γάρ· « Πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην· ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ Θεός. » — « Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ (82) καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα (83) αὐτοῦ, καὶ ἔσονται

diluvii **465** excidium induceret, non viros solos, sed uxores etiam numero pares arcam ingredi jussit, et cum pœna cessasset, priorem benedictionem renovavit. Nam et his quoque dixit : « Crescite et multiplicamini et replete terram [92]. » Et cum Abrahamum patriarcham ex paterna terra eduxisset, cœli stellas intueri jussit, et pares illis numero productorum se homines promisit. « Faciam enim, inquit, semen tuum sicut stellas cœli multitudine, et sicut arenam quæ est in littore maris [93]. » Si autem malum esset matrimonium, minime illud a principio constituisset Dominus Deus, nec liberorum susceptionem benedictionem vocasset. Propterea enim veteres plures habere uxores non vetuit, ut genus humanum augeretur. Eaque de causa etiam viri religiosi, cum plurium filiorum patres esse cuperent, duabus, et tribus et pluribus uxoribus jungebantur. Quod enim non voluptati servientes, plurium uxorum consuetudinem ferebant, testatur Abrahamus patriarcha, qui post multas Saræ adhortationes cum Agare congressus est, et post ejus partum ad eam non amplius accessit [94]. Testatur et sapientissimus Jacob, qui præter sententiam quidem Leam accepit, propter uxorum autem zelotypiam cum ancillis coire sustinuit [95]. Et illæ porro, non voluptati servientes, sed quod plurium liberorum matres fieri cuperent, inter se contenderunt. Fidei ergo alumnos, **466** quis scopus sit matrimonii, vetus etiam Scriptura docet. Qui autem antiquas leges non admittunt, similia discant ex Novo Testamento. Prorsus enim hic etiam laudatur matrimonium. Apostolorum enim primus ex conjugatorum classe vocatus est. Ejusdem rei testes sunt evangelistæ [96], qui diserte narrant ejus socrum febricitantem a Domino curatam esse. Ipse autem Dominus non solum non prohibuit matrimonium, sed et in nuptiis convivatus est, et vinum sine cultura productum nuptiis donum dedit [97]. Legem porro matrimonii adeo confirmavit, ut eum qui excepta fornicationis causa matrimonium solvere velit, alia lege inhibeat. « Quicunque enim, inquit, uxorem suam dimittit, nisi ob fornicationem, facit eam mœchari [98]. » Deinde, cum dixissent Pharisæi veterem legem jussisse dari libellum repudii, interpretatus est illis scopum legis. Dixit enim : « Ob duritiem cordis vestri legem hanc scripsit vobis : ab initio autem creationis masculum et feminam fecit illos Deus [99]. » — « Propter hoc dimittet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo illi caro una [1]. » Ita cum primam legisset legem quam ipse dederat, subjunxit : « Itaque jam non sunt duo. Quod ergo Deus conjunxit, homo ne separet [2]. » Hæc autem omnia ostendunt licitum et legitimum esse matrimonium. Sed et magnus Petrus [3] Ananiam et Sap-

[92] Gen. IX, 1. [93] Gen. XXII, 17. [94] Gen. XVI, 2. [95] Gen. XXIX, 23. [96] Matth. VIII, 14 ; Luc. IV, 38. [97] Joan. II, 2 seqq. [98] Matth. V, 32. [99] Matth. XIX, 8. [1] Ibid. 5. [2] Ibid. 6. [3] Act. V, 1 seqq.

(80) ποιήσω. Loco cit. est πληθύνων πληθυνῶ.
et legum cultoribus **483** nobis sermo est: * alteros vero illos et ingratos et transgressores nominare consuevimus, qui pœnas quoque suis facinoribus dignas persolvunt. Quodsi vero pro parentibus liberos, pro dominis servos, pro civitatibus cives, pro regibus satellites regiique corporis custodes natura pugnare jubet : multo utique sanctius et justius est, ut qui a Deo et conditi et salvati sunt, pro Deo non verbis modo pugnent, sed et mortem extremam eligant. Hic enim et parentibus propinquior est nobis (hujus enim beneficium est, quod illi parentes vocantur), et dominis præstantior (hic enim ipsa natura, non casus aut calamitas illum constituit servorum dominum), et omni muro tutior (hic enim etsi adamantinus fuerit, hominum tamen manibus factus est, licetque machinarum vim et robur effugiat, temporis tamen manus non unquam effugere potest : ille autem æternus et perpetuus est, et ad omnem custodiam ac tutelam sufficit), tum regibus tanto regalior est, quanto excellentius apparet quod æternum est, si cum eo quod et factum est, et corrumpi solet, conferatur. Deus quippe æternus est, et cognatum (æternæ) suæ essentiæ imperium obtinet : rex autem tam idipsum quod est, quam imperium a Deo acceptum habet; et quidem ad breve temporis spatium paucissimis duntaxat, non omnibus qui ejusdem naturæ participes sunt, imperat. Quandoquidem ergo Deus et parentibus nobis propinquior est, et dominis præstantior, et omnibus benefactoribus magis providens, tum omni muro tutior, cunctisque regibus in immensum excellentior, decet omnino, ut nos, qui et hoc ipsum quod sumus, et quod salvi sumus, **484** ab ipso accepimus, impiis quæ illum conviciari audent linguis nostras opponamus, et piis rationibus impios illorum sermones retundamus : non quidem ut tanquam indigo nostri opem feramus (nullius enim rei indiget qui omnium Creator est, et luteæ hujus atque terrenæ linguæ patrocinio non habet opus : eamdem tamen suas laudes celebrantem probat, et pro se pugnantem dignis præmiis remunerat, et mendacium confutantem coronat); sed ut nostram erga hunc testemur benevolentiam, et conservorum * audaciam, si quidem id fieri potest, dissolvamus : vel si minus, arguamus saltem, et iis quoque spectandam exhibeamus, qui ipsam ignoraverunt hactenus.

Πολλὰ μὲν οὖν καὶ παντοδαπὰ τῶν δυσσεβεῖν D αἱρουμένων τὰ στίφη, καὶ διάφορα τῆς βλασφημίας τὰ βέλη· πολυσχιδὲς (5) γὰρ καὶ ποικίλον τὸ ψεῦδος, ἁπλῆ δὲ τῆς ἀληθείας ἡ χάρις. Ἡ μὲν γὰρ ποιητικὴ φάλαγξ, εἰς (6) πολλὰ τὸ Θεῖον τῷ λόγῳ καταμερίσασα, καὶ τὸ ψεῦδος τῷ τερπνῷ τοῦ μυθώδους κεράσασα, καὶ οἷόν τινα κυκεῶνα κατασκευάσασα, τῆς πολυθέου πλάνης τὴν μέθην (7) τοῖς ἀνθρώποις προσήνεγκεν. Ἡ δὲ ἐν τρίβωνι λευκῷ, καὶ πώγωνι μακρῷ, καὶ κόμῃ κεφαλῆς τὴν φιλοσοφίαν ὁριζομένη, τῆς ποιητικῆς θεολογίας τὸ καταγέλαστον ὁρῶσα, ἑτέρας πλάνης ἐπενόησεν ἀτραπούς, εἰς αὐτὸ τὸ ποιητικὸν

Atqui valde multi et varii eorum qui impietati operam dare student, sunt cunei, et diversa blasphemiarum jacula. Mendacium enim multiplex et varium, sed veritatis gratia simplex est. Siquidem poetarum phalanx, dum divinum numen verbis quasi in partes dividit, et mendacia fabularum voluptate condit, ex multis quodammodo et diversis herbis confusam potionem miscens, eo errore qui deorum multitudinem docet, hominum mentes inebriavit. Altera autem illa, quæ pallio albo, et barbæ prolixitate, et capitis capillitio philosophiam metitur, poeticæ theologiæ ludicrum figmentum

(4) ἀπροσδ. Editio prior habebat ἀπρόσδεής.
(5) πολ. Edit. Paris. πολυσχεδές.

(6) εἰς. Des. l. c.
(7) Loco cit. leg. τοῖς ἀνθρ. τ. μέθην.

Digitized by Google

cerneus, alias errorum semitas excogitavit, quæ tamen in idem poetici erroris exitium homines deduxere. Quidam enim illorum fastuoso orationis ornatu, atque argumentorum fortissimis copiis, turpe illud poetarum de diis commentum velaverunt. **485** Alii vero ipsis hominum affectibus Dei nomina tribuere ausi sunt. Et voluptatem quidem Veneris, iram vero Martis, ebrietatem Bacchi, furtum Mercurii, prudentiam Minervæ nominibus appellaverunt. Ac dum hujusmodi quædam admodum superbo supercilio, et Attica facundia (non sine summa auditorum admiratione) effundunt, complures hominum in aliam traduxerunt erroris speciem: adeo ut qui philosophiam professi, et eo qui ab externo habitu provenit honore ab omnibus condecorati, homines affectibus dominari jusserunt, iisdem ut affectus colerent auctores fuerint, mentemque hominis liberam, cui affectuum habenæ commissæ sunt, concupiscentiæ et iræ, furto et ebrietati, aliisque affectibus sacrificare imprudenter persuaserint. Alii rursus, cum nihil præter ea quæ oculis cernuntur, mente concipere possent, sed sensibilium duntaxat consideratione mentem constringerent, res istas externas et visibiles deos dixerunt. Et augustum illud quod horrore hominum aures concutit nomen, alii quidem elementis, alii vero eorumdem partibus assignare dignati sunt. Et hi quidem mundum per se temere factum esse, alii pro uno plures stulta quadam imaginatione somniaverunt. Alii item Deum omnino nullum esse, alii vero, esse quidem, sed nullam eorum quæ in rerum natura sunt, curam gerere: alii rursus, illum quidem res mundi curare dixerunt, sed id perparce admodum et negligenter facere, et lunæ finibus providentiam terminare, reliquam vero mundi partem fati necessitati servire coactam fortuito ferri tradiderunt. Sunt præterea alii quidam, qui Christianorum **486** quidem nomine gloriantur, veritatis autem dogmata palam oppugnant. Hi enim illud, quod increatum dicimus, in tria secant, et hoc quidem Bonum, illud vero Malum, tertium autem Justum appellant. Alii duo ingenita principia sibique invicem ex diametro pugnantia verbis depingunt. Alii rursus, dum se impia hæc dogmata oppugnare pollicentur, aliam impietatis viam excogitant. Nam licet unigenitum illud Dei Verbum, Filium scilicet, confiteantur, ipsum tamen quasi factum rebus creatis annumerant, et Creatorem rei creatæ parem constituunt. Sed et Spiritum sanctum impia sua disputatione a divina natura excludere nituntur. Alii quoque per multos et diversos errores amissa recta via, dum præeuntium vestigiis insistere nolunt, quam longissime a veritate deflexerunt. E quibus alii quidem incarnationem quæ pro nobis facta est, penitus abnegaverunt: alii vero Deum quidem Verbum hominem factum esse fatentur, sed solum corpus ab hoc assumptum

A ἐκεῖνο βάραθρον ἀπαγούσας. Οἱ μὲν γάρ, τῇ κομψείᾳ τοῦ λόγου, καὶ τῇ τῶν ἐνθυμημάτων δεινότητι, τὴν ποιητικὴν περὶ τῶν θεῶν αἰσχρολογίαν ἐκάλυψαν. Οἱ δὲ, τοῖς πάθεσι τὴν θείαν προσηγορίαν ἀνέθεσαν, καὶ τὴν μὲν ἡδονὴν, Ἀφροδίτην ὠνόμασαν· Ἄρεα δὲ, τὸν θυμόν· τὴν δὲ μέθην, Διόνυσον· Ἑρμῆν δὲ, τὴν κλοπήν· τὴν δὲ φρόνησιν, Ἀθηνᾶν· καὶ τοιαῦτά τινα μετὰ ἀλαζονικῆς ὀφρύος, καὶ τῆς Ἀττικῆς στωμυλίας τερατευόμενοι, τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων εἰς ἑτέραν εἴδους ἀπάτην μετήγαγον. Καὶ οἱ τὸ φιλοσοφεῖν ὑπισχνούμενοι, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ σχήματος τιμὴν παρὰ πάντων δρεπόμενοι, καὶ τῶν παθῶν κρατεῖν ἐπαγγελλόμενοι (8), προσκυνεῖν τὰ πάθη τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησαν, καὶ τὸν αὐτοκράτορα νοῦν τῶν παθῶν ἡνίοχον, θύειν ἐπιθυμίᾳ, καὶ B θυμῷ, καὶ κλοπῇ, καὶ μέθῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις πάθεσιν ἀνοήτως πεπείκασιν. Ἄλλοι δὲ πάλιν, οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ὁριώμενα νοῆσαι δυνηθέντες, ἀλλὰ τοῖς αἰσθητοῖς τὸν νοῦν ἐγκαθείρξαντες, τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰς θεωρίαν προκείμενα, θεοὺς προσηγόρευσαν. Καὶ τὸ σεπτὸν ὄνομα, φρίκην ἐμποιοῦν τοῖς ἀκούουσιν, οἱ μὲν τοῖς στοιχείοις, οἱ δὲ μέρεσι τούτων ἐπέθεσαν. Καὶ οἱ μὲν, ἀπὸ ταυτομάτου γεγενῆσθαι τὸν κόσμον· οἱ δὲ, πολλοὺς ἀνθ' ἑνὸς ἐφαντάσθησαν. Καὶ οἱ μὲν, μηδὲ εἶναι παντελῶς τὸ Θεῖον· οἱ δὲ, εἶναι μὲν, οὐδενὸς δὲ τῶν ὄντων ἐπιμελεῖσθαι· οἱ δὲ, ἐπιμελεῖσθαι μὲν ἔφασαν, σμικρολόγως δὲ τοῦτο ποιεῖν, καὶ τῇ σελήνῃ περιορίζειν τὴν πρόνοιαν, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ κόσμου μέρος ὡς ἔτυχε φέρεσθαι, τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ C δουλεύειν ἠναγκασμένον. Εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ Χριστιανῶν μὲν προσηγορίαν ἔχουσιν, ἄντικρυς δὲ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασι πολεμοῦσιν. Οἱ μὲν γὰρ τὸ ἀγένητον εἰς τρία τέμνουσι· καὶ τὸ μὲν καλοῦσιν ἀγαθόν· τὸ δὲ, κακόν· τὸ δὲ, δίκαιον. Οἱ δὲ δύο ἀρχὰς ἀγεννήτους ζωγραφοῦσι τῷ λόγῳ, ἀλλήλαις ἐναντίας ἐκ διαμέτρου. Ἄλλοι δὲ, τοῖς μὲν ἀσεβέσι τούτοις πολεμεῖν ἐπαγγέλλονται δόγμασιν, ἑτέραν δὲ δυσσεβείας ἐπινοοῦσιν ὁδόν. Τὸν γὰρ μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον ὁμολογοῦντες Υἱὸν, ὡς ποίημα τῇ κτίσει συναριθμοῦσι, καὶ τὸν Κτίστην ἰσοῦσι μετὰ τῆς κτίσεως. Καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ δυσσεβεῖ λόγῳ τῆς θείας (9) ἐξορίζουσι φύσεως. Ἄλλοι δὲ ἄλλως τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἀπολέσαντες, καὶ τοῖς τῶν προωδευκότων ἴχνεσιν ἀκολουθῆσαι μὴ βουληθέντες, πόῤῥω που τῆς ἀληθείας D ἐγένοντο. Καὶ οἱ μὲν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν γεγενημένην οἰκονομίαν παντελῶς ἀπηρνήσαντο· οἱ δὲ ὁμολογοῦσι μὲν ἐνανθρωπῆσαι (10) τὸν Θεὸν Λόγον, σῶμα δὲ μόνον ἀνειληφέναι. Οἱ δὲ, ἔμψυχον μὲν καλοῦσι τὴν ληφθεῖσαν σάρκα, οὐ τὴν λογικὴν δὲ καὶ νοερὰν ἐν ταύτῃ γεγενῆσθαι ψυχήν· ἴσως τὴν οἰκείαν ἄνοιαν τούτου τεκμήριον ἔχοντες. Ἡμεῖς δὲ ἀνθρώπου ψυχὴν οὐδεμίαν ἴσμεν ἑτέραν, ἢ τὴν λογικὴν καὶ ἀθάνατον. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας ἐπὶ τοῦ παρόντος καταλίπωμεν· οὐ γὰρ δύναται κατὰ πάντων ὁ λόγος κατὰ ταὐτὸν ἀφιέναι τῶν ἐλέγχων τὰ βέλη ὡς ἐν παρατάξει. Τοιγαροῦν τὰ μὲν ἄλλα πάντα στίφη τῶν δυσσεβῶν ἡσυχίαν ἀγέτω, τῶν δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ

(8) ἐπ. Loco cit. est ἐπειγόμενοι.
(9) θείας. Loco cit. leg. ἀληθινῆς.

(10) Ibid. leg. ἐνανθρωπῖσαι.

Digitized by Google

προνοίᾳ πολεμούντων εἰς μέσον ἀγαγόντες τὴν φάλαγγα, ῥήξωμέν τε αὐτὴν τοῖς ἐλέγχοις, καὶ διασπάσωμεν, καὶ τὴν πυκνότητα διαλύσωμεν, καὶ δορυαλώτους ἀγάγωμεν, καὶ ἑλκύσωμεν πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. Ὁ δὲ λοιπὸς τῶν δυσσεβούντων ὅμιλος, θεωρῶν τάξιν ἐχέτω, καὶ τὸν ἀγῶνα θεασάσθω (11). Εἰκὸς γὰρ κἀκείνων ἕκαστον τῶν ταγμάτων συμπλοκῆς ἰδίας μὴ δεηθῆναι, ἀλλ' αὐτομολῆσαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, τὴν τούτων ἧτταν θεασαμένους, καὶ λογισαμένους τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως μέλλων ὁ λόγος, καὶ σχολαιότερον ὁδεύων, ἐπονήσει καὶ τοὺς νῦν ἀκροωμένους, καὶ τοὺς ὕστερον ἐντευξομένους. Περιθέμενοι (12) τοιγαροῦν τὴν πανοπλίαν τοῦ πνεύματος, τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ὑποδυσάμενοι (13) τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, τῶν ἀγώνων ἐφαψώμεθα, καὶ ὑπηχείτω μὲν ἡ θεία σάλπιγξ, τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ὑπερείδουσα.

A esse contendunt. Rursus alii carnem, quæ assumpta est, animatam quidem vocant, at vero rationalem et intellectivam in ea animam fuisse negant : suam fortasse propriam insaniam hujus opinionis suæ argumentum habentes. Nos vero hominis animam nullam præter eam, quæ et rationalis et immortalis est, novimus. Cæterum alios quidem omnes nunc omittamus : nec enim fieri potest ut sermo noster, ceu in acie consistens, contra omnes hosce simul argumentorum jacula emittat. Quapropter omnes aliæ impiorum turmæ facessant, * nos vero eorum qui Dei providentiam negare audent, 487 acie in medium protracta, eamdem argumentorum vi perrumpere, perruptam distrahere, et confertis illorum cohortibus dissolutis ipsos captivos ducere B conemur, omnemque intellectum in Christi pertrahamus obedientiam. Reliqua vero impiorum turba spectatorum vices agat, et pugnæ certamen spectet. Nam verisimile est nequaquam opus fore, ut cum singulis privatim congressi decertemus : sed ipsæ sua sponte ad veritatis castra confugient, ubi devictorum stragem viderint, et veritatis vim ac potentiam considerarint. Quin sequens quoque oratio, etiamsi tardior incedat, eos tamen fortasse qui nunc audiunt, et qui post in ipsius lectionem inciderint, aliquo modo afficiet. Induti ergo armaturam spiritus, thoracem justitiæ, scutum fidei, galeam salutis, et circumcincti lumbis balteo per veritatem, et calceati pedibus in præparatione Evangelii pacis : super omnia autem arrepto gladio Spiritus, qui est verbum Dei, pugnam capessamus : divina autem tuba nostram infirmitatem fulciens succinat [1].

Ἡμεῖς δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς βαλβῖδος τῶν ἀντιπάλων πυθώμεθα, τί δήποτε τῷ τῆς *προνοίας* ἀντιλέγουσι λόγῳ, καὶ ταῦτα ποιητὴν αὐτῶν εἶναι φάσκοντες. C Πρὸς γὰρ τούτους ἡμῖν ὁ λόγος ἐπὶ τοῦ παρόντος γινέσθω. Πόθεν ἐπὶ ταύτην ὡρμήθητε τὴν ἀσέβειαν; Τί τῶν ὁρωμένων ὑμῖν ἄκοσμον διαφαίνεται; Τί τῶν γενομένων ἄτακτον καθορᾶται; Ποῖον τῆς κτίσεως μέρος ἐνδεὲς ἁρμονίας; Ποῖον κάλλους, ἢ μεγέθους προσδεῖται; Ποῖον οὐκ εὐαρμόστως κινούμενον ταύτην ἐν ἡμῖν (14) ἐγέννησε τὴν ἀσέβειαν; Ἐπισκέψασθε νῦν γοῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, τῶν ὁρωμένων τὴν φύσιν, τὴν θέσιν, τὴν τάξιν, τὴν στάσιν, τὴν κίνησιν, τὸν ῥυθμόν, τὴν ἁρμονίαν, τὴν ὥραν, τὸ κάλλος, τὸ μέγεθος, τὴν χρείαν, τὴν τέρψιν, τὴν ποικιλίαν, τὴν ἀλλοίωσιν, τὴν εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἐπάνοδον, τὴν ἐν φθαρτοῖς διαμονήν. Βλέπετε αὐτὴν τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, δι' ἑκάστου μορίου τῆς κτίσεως διακύπτουσαν, καὶ φαινομένην, καὶ φθεγγομένην, καὶ δι' αὐτῶν D τῶν πραγμάτων μονονουχὶ βοῶσαν, καὶ τὰ ἀθύρωτα ὑμῶν ἐπιστομίζουσαν στόματα, καὶ τὰς ἀχαλινώτους ὑμῶν χαλινοῦσαν γλώττας. Βλέπετε αὐτὴν ἐν οὐρανῷ, καὶ τοῖς κατ' οὐρανὸν φωστῆρσιν, ἡλίῳ, φημὶ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστρασιν· ἐν ἀέρι, καὶ ἐν νέφεσιν, ἐν γῇ, καὶ ἐν θαλάσσῃ, καὶ τοῖς περὶ τὴν γῆν ἅπασιν· ἐν φυτοῖς καὶ βοτάναις, καὶ σπέρμασιν· ἐν ζώοις λογικοῖς καὶ ἀλόγοις, πεζοῖς καὶ πτηνοῖς, καὶ νηκτοῖς, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ἀμφιβίοις, ἡμέροις τε καὶ ἀγρίοις, χειροήθεσί τε καὶ ἀτιθασσεύτοις. Σκοπήσατε παρ'

Nos vero in ipso statim limine adversarios interrogemus, quam ob causam *providentiæ* verbo contradicant, atque hoc, cum Creatorem suum esse fateantur. Ad hos enim nobis in præsentia sermo sit. Unde ad hanc impietatem tanto proruistis impetu? Quid ex omnibus, quæ oculis exposita sunt, inornatum vobis videtur? Quid in toto rerum creatarum numero inordinatum cernitis? Et quænam creaturæ totius pars justa proportione caret? Quænam vel formæ vel quantitatis defectu laborat? Aut 488 quæ res non rite et concinne mota hanc nobis impietatem peperit? Inspicite ergo nunc (siquidem hactenus noluistis) visibilium omnium naturam, situm, ordinem, statum, motum, proportionem, consonantiam, decorem, pulchritudinem, quantitatem, usum, delectationem, varietatem, immutationem, et illum qui subinde in idem fit regressum, imo et eam, quæ in corruptibilibus est, durationem. Cernite, inquam, ipsam Dei providentiam, quæ per singulas mundi partes prospicit, apparet, et loquitur, tum etiam per ipsas res tantum non clamitans indomita vestra obturat ora, et effrenes linguas vestras * freno coercet. Videte eam in cœlo et in luminibus, quæ in cœlo sunt, sole nimirum, luna et stellis : in aere et nubibus, in terra et mari, in omnibus item quæ in terra sunt, in plantis et herbis, in seminibus, in animalibus tam rationalibus quam brutis, pedestribus, volatilibus,

[1] Ephes. VI, 11-17.

(11) Θεασ. Ibid. θεάσθω.
(12) περιθ., κ. τ. λ. Alius est l. c. verborum ordo.
(13) ὑποδ. Ita quoque t. III, p. 410, leg. Sed recepta lectio est ὑποδησάμενοι.
(14) ἐν ἡμ. Edit. Paris. ὑμῖν, omisso ἐν.

Digitized by Google

aquatilibus, reptilibus et amphibiis, mansuetis et feris, cicuribus et indomitis. Ipsi vobiscum perpendite, quisnam ille sit, qui cœlestes orbes continet, ut in tot annorum millibus cœlum nec consenuerit, nec aliquam e temporis diuturnitate subierit mutationem, idque cum natura patiendi necessitati obnoxia constet, sicut beatus ille David docet: « Ipsi (cœli), inquit, peribunt, tu vero permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent, et quasi pallium involves ipsos, et mutabuntur. Tu autem unus et idem es, et anni tui non deficient [a]. » Verumtamen cum et passibili et corruptibili substantia constet, integrum tamen et salvum permansit hactenus, **489** non alia re, quam Creatoris sui verbo conservatum. Quod enim hoc condidit verbum, ipsum quoque conservat, et firmitatem simul soliditatemque illi, quoad voluerit, largitur. Hanc ergo ob causam, cum tantus circa hoc ignis volvatur, solis nimirum, lunæ, et reliquorum siderum, tot tamen annorum evolutionibus nec liquefactum funditur, nec arescit, nec incensum ardet. Hasce enim vires ignis natura a Creatore acceptas habet. Aurum quippe et argentum, ferrum item, et æs, plumbum et stannum, ceram et picem, et quæcunque alia sunt hujus generis, liquefacta dissolvit, et in fluxam naturam transmutat. Lutum vero, et palustria aquisque cœnosa loca humore consumpto arere facit. Lapides autem excoquit, et omni duritie exuit, quin solidissimam horum naturam in pulverem redigit. Lignum vero et fenum et stipulam ocius et facillime incendit. Atqui nihil horum cœli natura patitur. Nec enim quod in illo glaciale apparet, liquefactum funditur, cum tanta adsit illi ignis copia, nec eadem illius lævitati nocet, nec sphæricam quæ in eo est figuram inæqualem reddit: sed quem primo situm accepit, eumdem in finem usque conservat. Qui enim hoc ceu fornicem constituit, et idem quasi tentorium ad inhabitandum extendit, contrarias sibi invicem naturas amicitiæ legibus constrinxit. Nec ignis naturam aquarum copia exstinguit, nec glaciale illud vel aerium et nubilum cœli corpus nimio illo et ardenti ignis ardore liquescit aut perit. Sed licet vicina sibi cohabitent, celant tamen hostiles vires, et Creatoris sui verbo persuasa perpetuam sanciverunt **490** amicitiam, idque cum inanimata sint, et mente gubernatrice careant: manent tamen, et eum, qui ab initio ipsis constitutus est, terminum custodiunt. Creaturam enim ipse Creator regit, nec navim, quam ipse construxit, gubernatore destitui patitur. Sed cum idem ipse navim fabricarit, et materiam e qua constat plantaverit, simulque materiam crearit, navimque exstruxerit, clavum quoque ejusdem constanter tenet. Testantur hoc ipsum tot annorum circuli, et longissimum temporis spatium, quod navim hanc non corrupit, sed salvam et integram non primis modo hominibus, sed posteritati quoque spectandam exhibet.

A ὑμῖν αὐτοῖς, τίς ὁ συνέχων τὰς οὐρανίους ἁψῖδας· πῶς ἐν τοσαύταις ἐτῶν χιλιάσιν ἀγήρως ἔμεινεν ὁ οὐρανὸς, οὐδεμίαν μεταβολὴν ἐκ τοῦ χρόνου δεξάμενος, καὶ ταῦτα παθητὴν ἔχων τὴν φύσιν, ὡς ὁ μακάριος διδάσκει Δαβίδ· « Αὐτοὶ (οὐρανοὶ) φησὶν, ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. » Ἀλλ' ὅμως καὶ παθητὴν ἔχων καὶ φθαρτὴν τὴν οὐσίαν, ἔμεινεν οἷός περ ἦν, τῷ τοῦ πεποιηκότος κατεχόμενος λόγῳ. Ὁ γὰρ δημιουργήσας αὐτὸν λόγος, συνέχει καὶ κατέχει, καὶ τὸ σταθερὸν αὐτῷ καὶ ἑδραῖον μέχρις ἂν ἐθέλῃ χαρίζεται. Τούτου χάριν, τοσούτου περὶ αὐτὸν πυρὸς ὀχουμένου, ἡλίου φημὶ, καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄλλων φωστήρων, ἐν τοσούτοις B ἐνιαυτῶν κύκλοις οὐ τήκεται, οὐ ξηραίνεται, οὐκ ἐμπίπραται· ταύτας γὰρ τοῦ πυρὸς ἡ φύσις τὰς ἐνεργείας ὑπὸ τοῦ πεποιηκότος ἐδέξατο. Χρυσὸν μὲν γὰρ, καὶ ἄργυρον, καὶ σίδηρον, καὶ χαλκὸν, καὶ μόλιβδον, καὶ κασσίτερον, καὶ κηρὸν, καὶ πίσσαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τήκει καὶ διαλύει, καὶ εἰς τὴν ῥοώδη μεταφέρει φύσιν· πηλὸν δὲ, καὶ τὰ τελματώδη τῶν ὑδάτων, ξηραίνει, τὸ ὑγρὸν δαπανῶσα. Λίθους δὲ ἕψει, καὶ τὸ στερέμνιον αὐτῶν ἀφαιρεῖται, καὶ τὴν στεῤῥοτάτην φύσιν ἀποδείκνυσι κόνιν· ξύλα δὲ, καὶ χόρτον, καὶ καλάμην μάλα ῥᾳδίως ἐμπίπρησιν. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁ οὐρανὸς ὑπομένει. Οὐ τήκει γὰρ αὐτοῦ τὸ κρυσταλλῶδες τοσαύτη οὖσα τοῦ πυρὸς ἡ οὐσία, οὐδὲ λυμαίνεται τῇ λειότητι, οὐδὲ χαλαρὸν ποιεῖ τὸ σφαιC ροειδὲς αὐτοῦ σχῆμα· ἀλλ' ἣν ἐξ ἀρχῆς ἔλαχε στάσιν, ταύτην εἰς τέλος διαφυλάττει. Ὁ γὰρ στήσας αὐτὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν κατοικεῖσθαι, τὰς ἐναντίας φύσεις εἰς φιλίαν συνήγαγε. Καὶ οὔτε τοῦ πυρὸς ἡ φύσις ὑπὸ τοῦ πλήθους σβέννυται τῶν ὑδάτων, οὔτε τὸ κρυσταλλῶδες, ἢ ἀερῶδες, ἢ νεφελῶδες οὐράνιον σῶμα, τῇ τοῦ πυρὸς οὐσίᾳ πλείστῃ οὔσῃ τήκεται καὶ φθείρεται· ἀλλ' ἐκ γειτόνων ἀλλήλοιν οἰκοῦντες, τὰς πολεμίας (15) κρύπτουσιν ἐνεργείας, καὶ τῷ τοῦ πεποιηκότος λόγῳ πεισθέντες, τὴν δι' αἰῶνος φιλίαν ἐσπείσαντο, καὶ ταῦτα ἄψυχα ὄντα, καὶ νοῦν κυβερνήτην οὐκ ἔχοντα, ἀλλ' ὅμως μένει τὸν ἐξ ἀρχῆς ὅρον φυλάττοντα. Κυβερνᾷ γὰρ τὴν κτίσιν ὁ Ποιητὴς, καὶ οὐ κατέλιπεν ἀκυβέρνητον ὃ πεποίηκε σκάφος, ἀλλ' αὐτὸς ὢν καὶ ναυπηγὸς, καὶ D τῆς ὕλης φυτουργὸς, καὶ κατὰ ταὐτὸν τήν τε ὕλην δημιουργήσας, καὶ τὸ σκάφος ὑφάνας, κατέχων διατελεῖ τὰ πηδάλια. Καὶ μαρτυρεῖ τῶν τοσούτων ἐνιαυτῶν ὁ κύκλος, καὶ ὁ μακρότατος χρόνος, μὴ διαφθείρας τὸ σκάφος, σῶον δὲ αὐτὸ, καὶ ἀκραιφνὲς, οὐ μόνον τοῖς πρώτοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀψιγόνοις ἐπιδεικνύς.

Postquam ergo Dei providentiam in cœlo apparere

Ἐπειδὴ τοίνυν εἶδες, ὦ φίλος, ἐν οὐρανῷ τὴν τοῦ

[a] Psal. CI, 27, 28.

(15) πολ. Edit. Paris. habet πολεμικάς.

Θεοῦ πρόνοιαν φαινομένην, φέρε σε ξεναγήσωμεν A ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῆς κτίσεως μέρη· καὶ καθάπερ τὰ βρέφη τὸ (16) πρῶτον τοῦ βαδίζειν ἀρξάμενα, τῆς δεξιᾶς σου λαβόμενοι, κατὰ βραχὺ τὴν κτίσιν περινοστῆσαι παρασκευάσωμεν. Κατάβηθι τοίνυν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, οἷον εἴς τινα βαθμὸν πρῶτον τὸν ἥλιον, καὶ μὴ δείσῃς τὸν ἐμπρησμὸν, ἀλλ' ἐπίβηθι καὶ περισκόπησον· οὐ γὰρ ἐμπρήσει σε εὐγνωμόνως περὶ τὸν Ποιητὴν διακείμενον, ἀλλ' ὑποδείξει σοι τὸν Δημιουργὸν, ἐναντίως κεχρῆσθαι τῇ τῆς φύσεως ἐνεργείᾳ κελεύοντα. Φιλεῖ μὲν γὰρ τὸ πῦρ κατὰ φύσιν τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω φορὰν, ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸν ἐπὶ τὸ πρανὲς δρόμον. Καὶ οὔτε τοῦτο ἐξ ὑπωρείας εἰς ἀκρώρειαν ἀνάγειν δυνατὸν, οὔτε ἐκεῖνο πεῖσαι κάτω πέμψαι τὴν φλόγα· ἀλλὰ κἂν μυριάκις τις φιλονεικήσει, B λαμπάδα κατέχων, ἢ δᾷδα, κάτω ταύτην μετενεγκεῖν τῇ χειρὶ, ἡ φλὸξ ἐπὶ τὰ ἄνω πάλιν χωρεῖ, καὶ κατὰ τῆς κατεχούσης ᾄττει χειρὸς, καὶ ἣν ἔλαχεν ἐξ ἀρχῆς ὁρμὴν οὐκ ἐᾷ, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς φύσεως ἕστηκε. Τῷ δὲ Ποιητῇ πάντα ῥᾴδια. Τὸ γὰρ τῇ σῇ μὴ πειθόμενον δεξιᾷ, τοῖς τοῦ Δημιουργοῦ νεύμασιν εἴκει. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὸν τῶν ἀστέρων χορὸν, τῷ μὲν οὐρανῷ τὰ νῶτα διδόντας, κάτω δὲ τὰς ἀκτῖνας ἀφιέντας· δοῦλα γάρ ἐστι τοῦ κεκτικότος, καὶ φύσις αὐτοῖς ὁ τοῦ ποιήσαντος ὅρος. Σοὶ μὲν γὰρ οὐ πείθεται τοῦ πυρὸς ἡ φύσις, οὐδὲ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἐξίσταται· ὁμόδουλος γὰρ ὑπάρχει· τοῖς δὲ τοῦ Ποιητοῦ νεύμασι πειθομένη, μεταῤῥυθμίζεται (17), καὶ κατωφερὴς ἡ ἀνωφερὴς γίγνεται φύσις. Οὕτω τῶν ὑδάτων τὴν C φύσιν, ῥοώδη τε καὶ χαύνην οὖσαν, ἄγει καὶ φέρει μετέωρον, καὶ κάτωθεν ἀνέλκων, μέσην οὐρανοῦ καὶ γῆς ἵστησιν, ἐπ' οὐδενὸς ἐρηρεισμένην, ἀλλὰ λόγῳ μόνῳ ᾐωρημένην καὶ κρεμαμένην. Ἀλλὰ τέως περὶ τῶν νεφῶν μηδὲν ἀκοῦσαι ποθήσῃς, μηδὲ δραμεῖν ἐθελήσῃς, οὐδέπω βαδίζειν μεμαθηκὼς, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ τὴν κτίσιν ὁδεύων, μάθε τῆς εὐσεβείας τὸν δρόμον. Βλέπε τοιγαροῦν κἀνταῦθα τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, ἐφεστῶσαν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ τοῖς ἄλλοις φωστῆρσι, καὶ οἷόν τινι φωνῇ παρακελευομένην δᾳδουχεῖν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ οὐχ ἁπλῶς δᾳδουχεῖν, ἀλλὰ κατὰ χρόνου διανομήν. Ἀνίσχων μὲν γὰρ ὁ ἥλιος τὴν ἡμέραν ποιεῖ, δυόμενος δὲ καὶ οἱονεὶ κρυπτόμενος, παραχωρεῖ τῇ νυκτὶ, ἧς τὸ ζοφῶδες διὰ σελήνης καὶ ἀστέρων ὁ Δημιουργὸς κεράννυσι (18). D Καὶ ἔστιν ἰδεῖν οἷόν τινας ἀδελφὰς, τὴν ἡμέραν φημὶ καὶ τὴν νύκτα, παρ' ἀλλήλων δανειζομένας εἰς χρείαν τῶν (19) ἀνθρώπων τὸν χρόνον, καὶ πάλιν εὐγνωμόνως ἀποδιδούσας. Τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος λήγοντος, καὶ τοῦ ἔαρος ὑπολάμποντος, ἡνίκα πλείους τῶν ἀνθρώπων οἱ περὶ τὴν ἐργασίαν πόνοι, ὁδοιπορίαι τε καὶ ἐκδημίαι, καὶ ἀπὸ λιμένων ἀναγωγαὶ, καὶ θάλαττα ἐστορεσμένη, καὶ τῆς χειμερινῆς ἀπηλλαγμένη τραχύτητος, καὶ ἡ γῆ τοῖς ληΐοις κομῶσα τὸν γηπόνον εἰς ἐπιμέλειαν καλεῖ, καὶ τὰ φυτὰ τὸν φυτουργὸν εἰς τομὴν καὶ κάθαρσιν καὶ ἀρδείαν, καὶ

(16) τό. Edit. prior habet τά.
(17) μετ. Edit. Paris. μεταρυθμίζεται.
(18) κεράννυσι. Sequimur edit. Paris. cujus lectionem etiam Gualtherus expressit per *temperat* Sirm. legit σκεδάννυσι.

vidisti, o amice, age nunc ad alias naturæ creatæ partes te deducamus, et ut in pueris fieri consuevit, qui primos gressus figere incipiunt, dextera tua apprehensa, te pedetentim omnem hanc totius creaturæ machinam obambulare et lustrare doceamus. A cœlis itaque in solem ceu in gradum primum descendito, nec incendium metuas, sed ipsum conscende, et diligenter undiquaque inspice : nec enim aduret te, si animus tibi erga Creatorem candidus sit : quin potius opificem illum tibi monstrabit, qui ipsum naturæ suæ viribus in contrarium uti jussit. Ignis enim naturali motu in altum ferri consuevit, quemadmodum aqua fluxu deorsum vergente labitur. Nec fas est aquam, ut a montis radice exorta cacumen versus sursum feratur, dirigere, vel igni ut flammam suam deorsum emittat persuadere. Quin si quis lampadem aut facem tenens illam manu deorsum deprimere vel millies **491** contendat, flamma tamen in altum fertur, manumque qua fax tenetur impetit, et motum sibi naturalem non relinquit, sed intra naturæ fines consistit. Creatori autem facilia factu sunt omnia. Nam quod tuæ dextræ parere recusat, Creatoris nutibus facile cedit. Et quidem solem et lunam, una cum toto illo stellarum cœtu, cœlo terga vertisse, et radios suos deorsum emittere videmus. Creatori enim serviunt, et natura illis est, quem Creator constituit, terminus. Tibi quidem minime parebit ignis natura, nec a propria sua potentia recedet, conservus enim tibi est, Creatoris autem nutibus sese accommodans immutatur, et cujus natura erat sursum tendendo in altum ferri, deorsum ferri incipit. Similiter et aquarum naturam, cum fluida et laxa sit, sublimem tamen in altum evehit (idem opifex), et ex imis mundi partibus in altum subductam, mediam inter cœlum et terram constituit, non aliquo suffultam præsidio, sed solo verbo in altum subvectam simul et suspensam. Interea nihil de nubibus audire desideres, nec currere velis priusquam ingredi possis : sed pedetentim circa mundi machinam obambulans, pietatis cursum perdiscito. Verumtamen hic quoque Dei providentiam contemplare, quæ soli et lunæ et reliquis stellis insistit, et has ceu voce quadam hominibus faces præferre jubet : nec simpliciter modo faces præferre, sed et temporis divisiones et spatia absolvere. Exoriens enim sol diei auctor est : occidens vero, et se veluti occultans, nocti cedit, cujus caliginosas tenebras lunæ et stellarum **492** beneficio ille rerum Conditor temperat. Et sane diem et noctem veluti sorores quasdam videre est, quæ temporis spatia ad hominum usus invicem mutuantur, simul et benevole reddunt. Deficiente enim jam hieme, et novo illucescente vere, quando multi admodum hominibus circa sua opera labores exoriuntur, utpote profectiones et peregrinationes, naviumque e portu de-

(19) τῶν. Des. in edit. Paris.

Digitized by Google

ductiones, quando et mare sıratum et hiberni frigoris rigore liberum est, terraque segetibus superbiens agricolam ad culturam vocat, et plantæ hortulanum ad putationem, purgationem, rigationem et sarritionem invitant : tunc, inquam, dies operationis tempus hominibus augens a nocte horas mutuo sumit, et paulatim quidem eas reddit, ne nimio augmento iis noceat, qui ejus opera ad res suas conficiendas utuntur. Nimius enim * labor, si subitus incidat, corporibus non mediocriter nocet, quæ nullos aliquandiu labores exercuerunt. Quapropter paulatim suum illud incrementum recipit (dies). Ubi vero ad medium æstatis perventum est, desinit quidem mutuo sumere, mox vero debiti solutionem aggreditur, adeo ut hanc ne vel in unius diei moram procrastinando rejiciat. Paulatim autem et sensim, quemadmodum ante acceperat, ita acceptum reddit. Deinde ubi autumni tempore nocti æqualis factus est, se hac minorem fieri non pudet, nec sororem conjugem debito fraudare sustinet, sed deficere non cessat, priusquam debitum omne persolverit, et tunc quoque longam quietis, qua homines curari possint, opportunitatem suppeditat. **493** Cum enim frigoris, pluviarum item, luti et cœni molestia domi desidere cogimur, nox ipso die nobis multo jucundior est. Quin tales quoque est invenire homines, qui ne sic quidem in tantum extenso noctis spatio, quietis et somni satietatem capiunt, sed diluculi orientis fulgorem molestissime ferunt. Porro ubi debitum omne nox recepit, idem diei mutuo reddere non recusat. Et sic quidem omnis vitæ nostræ cursus his spatiis absolvitur, nec minorem, quam dies, nox utilitatem hominibus affert. Primo etenim tenebrarum lucisque varietas nobis jucundiorem magisque gratam reddit lucem. Unde aurora meridie multo desiderabilior est. Ubi enim nos lucis satietas interdiu cepit, nocturna quiete nobis opus est. Hanc autem assecuti, satietatis fastidium deponimus, et denuo lux nobis gratissima oritur. Similiter laborum quoque diurnorum tædio capti, fatigatum operibus corpus noctu quieti tradimus : et ubi hoc lecto simul et somno atque quiete probe curatum est, idem sub auroram ceu novum ad opera afferimus. Tantæ nobis et talis utilitatis nox auctor est. Hujus beneficio mercenarius requiescit, et servus laborum finem et quietem invenit. Noctis enim tenebræ vel laboriosissimos quosque a laboribus cessare cogunt. Hanc ipsam belligerantes quoque et pugnantes sæpius optaverunt, hi nempe qui et victoria usi, hostes fugientes persecuti sunt : et hanc adventantem * conspicati, persequendi finem fecerunt, fugientibus vero fugam concessere securiorem et magis tutam. Eadem homines domum congregat, et dulcem somnum illis conciliat : **494** feras autem ad pastum educit, et liberum tutumque pascendi tempus exhibet. Quapropter magnus ille David, Deum omnium Dominum celebrans exclamat :

A τὴν διὰ σκαπάνης ἐπιμέλειαν, τηνικαῦτα δανείζεται παρὰ τῆς νυκτὸς ἡ ἡμέρα, αὔξουσα τοῖς ἀνθρώποις τὸν τῆς ἐργασίας καιρόν· κατὰ βραχὺ δὲ κομίζεται, ἵνα μὴ τῷ ἀθρόῳ τοῖς χρωμένοις λυμήνηται. Πλείων γὰρ ἐξαίφνης ὁ πόνος γιγνόμενος, λωβᾶται λίαν τοῖς ἀργοῖς ἐπὶ πλεῖστον διαμείνασι σώμασι. Τούτου χάριν κατὰ βραχὺ προσλαμβάνει τὴν αὔξησιν. Τοῦ δὲ θέρους ἤδη μεσοῦντος, παύεται μὲν δανειζομένη, παραυτίκα δὲ τῆς ἐκτίσεως ἅπτεται, οὐδὲ μίαν ἡμέραν ἀναβαλλομένη τὴν ἔκτισιν. Κατὰ βραχὺ δὲ ὅμως, καθάπερ ἔλαβεν, ἀποδίδωσιν ὅπερ ἔλαβεν. Εἶτα κατὰ τὸ μετόπωρον ἰσόμετρος γιγνομένη, οὐκ αἰσχύνεται μειουμένη, οὐδὲ πλεονεκτεῖν ἀνέχεται τὴν ὁμόζυγα, ἀλλ' ἕως ἂν ἅπαν ἐκτίσῃ τὸ ὄφλημα, οὐ παύεται λήγουσα, καὶ τοῖς ἀνθρώποις μακρὰν πραγματευομένη
B τὴν θεραπείαν. Οἴκοι γὰρ μένειν κρυμοῦ χάριν, καὶ ὑετοῦ, καὶ πηλοῦ, καὶ τελμάτων ἀναγκαζόμενοι, θυμηρεστέραν ἔχομεν τῆς ἡμέρας τὴν νύκτα. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ (20) μακρᾶς οὕτω τῆς νυκτὸς γιγνομένης, τῆς ἀναπαύλης οὐ λαμβάνουσι κόρον, ἀλλὰ τὸν ὄρθρον βλέποντες ὑπολάμποντα, δυσχεραίνουσιν. Οὕτω πάλιν ἡ νὺξ ἀπολαβοῦσα τὸ χρέος, οὐ παραιτεῖται τὸ δάνεισμα. Οὕτως ἅπας ἡμῶν ὁ βίος διὰ τούτων ὁδεύει, καὶ χρείαν οὐκ ἐλάττω τῆς ἡμέρας ἡ νὺξ τοῖς ἀνθρώποις παρέχει. Πρῶτον μὲν γὰρ τοῦ σκότους καὶ τοῦ φωτὸς τὸ διάφορον τερπνότερον ἡμῖν καὶ χαριέστερον τὸ φῶς ὑποδείκνυσι· διὸ ποθεινότερος ἡμῖν τῆς μεσημβρίας ὁ ὄρθρος. Κόρον γὰρ τοῦ φωτὸς μεθημέραν λαμβάνοντες, τῆς νυκτερινῆς ἀναπαύλης δεόμεθα· εἶτα ταύτης τυχόντες, τὸν μὲν
C κόρον ἀποτιθέμεθα, ἐπέραστον δὲ ἡμῖν αὖθις γίνεται τὸ φῶς. Οὕτω καὶ τῶν πόνων κορεννύμενοι μεθημέραν, καὶ (21) κοπούμενον τὸ σῶμα νύκτωρ διαναπαύομεν· καὶ κλίνῃ, καὶ ὕπνῳ, καὶ ἡσυχίᾳ τοῦτο καλῶς θεραπεύσαντες, αὖθις αὐτὸ νέον τοῖς ἔργοις ὑπὸ τὴν ἕω προσφέρομεν. Τοσαύτην ἡμῖν καὶ τοιαύτην ἡ νὺξ παρέχει τὴν χρείαν. Διὰ ταύτην μισθωτὸς ἀναπαύεται, καὶ οἰκέτης παῦλαν λαμβάνει τῶν πόνων. Παύει γὰρ καὶ τοὺς λίαν φιλοπονωτάτους τῆς ἐργασίας τῆς νυκτὸς τὸ ζοφῶδες. Ταύτην ἠδέσθησαν πολλάκις καὶ πολεμοῦντες ἄνθρωποι, καὶ νικῶντες, καὶ τοὺς ἀντιπάλους διώκοντες· καὶ θεασάμενοι παραγενομένην, τοῦ μὲν διώκειν ἐπαύσαντο, σχολαιότερον δὲ φεύγειν τοὺς δραπετεύοντας εἴασαν.
D Αὕτη τοὺς μὲν ἀνθρώπους οἴκαδε συνάγει, καὶ γλυκὺν αὐτοῖς ἐπιφέρει τὸν ὕπνον, ἐξάγει δὲ πρὸς νομὴν τὰ θηρία, καὶ παῤῥησίαν αὐτοῖς τοῦ νέμεσθαι δίδωσιν. Ἐπὶ τούτοις ὑμνῶν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ὁ μέγας ἐβόα Δαβίδ· « Ἐποίησε σελήνην εἰς καιρούς, ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ. Ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ· ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ, σκύμνοι ὠρυόμενοι τοῦ ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τῷ Θεῷ (22) βρῶσιν αὐτοῖς. Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ συνήχθησαν, καὶ εἰς τὰς μάνδρας αὐτῶν κοιτασθήσονται. Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕως ἑσπέρας. » Ὥστε καὶ ταύτην παρέχει τὴν χρείαν ἡ νὺξ, καὶ

(20) οἱ καί. Edit. Paris. καὶ οἱ.
(21) καί. Des. ibid.

(22) τῷ Θεῷ. Supra, t. I, p. 1337, leg. τοῦ Θεοῦ.

Digitized by Google

τοὺς ἀνθρώπους διαναπαύουσα, ἀδεῶς τὴν (23) τροφὴν παρέχει τοῖς θηρίοις πορίζεσθαι. Καὶ ἴσως ἄν τις εἴποι τῶν τὴν πρόνοιαν ἀρνουμένων· Τί δήποτε γὰρ ἐδημιουργήθη τὰ θηρία; Ποίαν δὲ τοῖς ἀνθρώποις χρείαν πληροῖ; Ἀλλὰ τὴν περὶ τούτων ἀπολογίαν ἐν τῷ περὶ τῶν θηρίων ἀναμενέτω λόγῳ· τέως δὲ ὁ λόγος ὁδῷ βαδιζέτω. Ὅτι τοίνυν ἀναγκαία, καὶ λίαν τοῖς ἀνθρώποις ὠφέλιμος τῆς νυκτὸς ἡ χρεία, ἀπόχρη μὲν, ὡς οἶμαι, καὶ τὰ εἰρημένα διδάξαι. Προσθήσει δὲ ὅμως ὁ λόγος ἕτερα, τοῖς προτέροις συμμαρτυροῦντα. Ἐπειδὴ γὰρ θνητὴν εἴχομεν τὴν φύσιν, καὶ περιωρισμένην ζῶμεν ζωὴν, ἐχρῆν ἡμᾶς μαθεῖν καὶ τοῦ χρόνου τὰ μέτρα. Ἡ (24) νὺξ τοιγαροῦν, μέση τῶν ἡμερῶν γινομένη (25), μετρεῖσθαι τὸν χρόνον ποιεῖ. Εἰ γὰρ ἀδιάδοχον ἐμεμενήκει (26) τὸ φῶς, οὐκ ἂν ἐνιαυτῶν ἐμεμαθήκειμεν (27) κύκλους, B οὐκ ἂν μηνῶν ἐδιδάχθημεν ἀριθμὸν, μία δ' ἂν ἔδοξεν ἡμέρα παντὸς εἶναι τοῦ παρόντος αἰῶνος τὸ μέτρον, ὅπερ (28) ἕξειν τὸν προσδοκώμενον αἰῶνα πιστεύομεν· ἀνέσπερον γὰρ τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ παντελῶς ἀδιάδοχον ἔσεσθαι δεδιδάγμεθα. Τοιοῦτος γὰρ τοῖς ἀθανάτοις ἐσομένοις καὶ ὁ αἰὼν ἁρμόττει. Ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος πολλῶν ἐνδεεῖς ὄντας διὰ τὸ τῆς φύσεως θνητὸν καὶ ἐπίκηρον, ἔδει τοῦ χρόνου τὰ μέτρα γινώσκειν, ἵνα παραῤῥέοντα (29) τοῦτον ἡμᾶς ὁρῶντες, ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελώμεθα, καὶ πρὸς τὴν ἀποδημίαν ἑτοίμους παρέχωμεν. Διαδεχομένη τοιγαροῦν ἡ νὺξ τὴν ἡμέραν, μέτρον γίνεται τοῦ χρόνου, καὶ τοῦτο ἑπτάκις γιγνόμενον τὴν ἑβδομάδα ποιεῖ. Τοῦ δὲ μηνὸς ἐκ τῆς σελήνης τὸ μέτρον λαμβάνομεν· C ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τῆς προσηγορίας μετέλαχε· μήνην γὰρ ὀνομάζουσι τὴν σελήνην. Αὕτη γὰρ αὐξουμένη καὶ φθίνουσα, καὶ μηνοειδὴς γιγνομένη, καὶ διχότομος, ἀμφίκυρτός τε καὶ πλησιφαὴς, καὶ πάλιν εἰς τὸ ἀμφίκυρτον μεταβαίνουσα σχῆμα, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς τὸ διχότομον, καὶ εἰς τὸ μηνοειδὲς, αὖθις τὸν τῶν τριάκοντα ἡμερῶν ὀλίγων ὡρῶν δεόμενον ἀριθμὸν πληροῖ. Τὸν ἐνιαύσιον δὲ κύκλον, οὐκ ἐκ τῶν μηνῶν μόνον (30), ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἡμερῶν διδασκόμεθα. Ἔαρος γὰρ ὑπολάμποντος, μέσον τὸν οὐρανὸν ὁδεύων ὁ ἥλιος, ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ τὴν ἰσότητα πραγματεύεται. Ἐκεῖθεν τὰ βορειότερα τῶν ἑῴων καταλαμβάνων, κἀκεῖθεν ἀνίσχων, σμικρύνει μὲν τὰς νύκτας, αὔξει δὲ τὰς ἡμέρας· θερμότερος δὲ τῇ γῇ προσβάλλων, τοὺς ταύτης πεπαίνει καρπούς. Μέχρι δὲ τῶν εἰωθότων ὅρων ὁδεύσας, ἐπάνεισιν ἀπὸ τῶν ἀρκτῴων ἐπὶ D τὰ νότια, καὶ πάλιν ἐν τῷ μετοπώρῳ νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τὴν ἰσότητα πρυτανεύσας, νοτιώτερος γίνεται, καὶ ταῖς μὲν νυξὶν ἀποδίδωσιν, ἅπερ αὐτῶν λαβὼν δέδωκε ταῖς ἡμέραις· παραχωρεῖ δὲ τῷ ἀέρι πυκνοῦσθαι, καὶ νεφῶν πληροῦσθαι, καὶ πᾶσαν ἄρδειν τὴν ἤπειρον. Ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν ἰσημερινὴν ἐπανιὼν τροπὴν, πληροῖ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον. Ἐπειδὴ τοίνυν εἶδες ἡλίου καὶ σελήνης τὴν χρείαν, καὶ νυκτὸς καὶ

A « Fecit lunam pro temporibus, et sol cognovit occasum suum. Posuisti tenebras, et facta est nox : in ipsa transibunt omnes feræ silvestres. Catuli leonum rugientes ut rapiant, et quærant a Deo escam sibi. Ortus est sol, et congregati sunt, et in cubilibus collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vesperum [8]. » Quare hanc etiam commoditatem nox præstat, ut et homines quiete foveat, et feris escam suam tuto quærendi occasionem præbeat. Sed objiciat forte aliquis ex eorum qui providentiam negant numero : Cur autem feras creavit Dominus? Et quænam ab his ad homines redit utilitas? Sed objectionis hujus dilutionem exspectet, donec ad feras deveniat oratio nostra : interea suum institutum persequatur B oratio. Atqui noctis usum hominibus necessarium et cumprimis utilem esse, sufficienter meo quidem judicio ea, quæ modo diximus, docere possunt : addemus tamen et alia quædam, quæ priora ista suo testimonio confirment. Quoniam enim natura nobis mortalis est, certisque circumscriptam spatiis vitam vivimus, oportebat utique nos temporum quoque mensuras edoceri. Nox itaque diebus media intercedens, temporis mensuras constituit. Nam si lux quædam perpetua nullo alio intercedente medio permansisset, certe nec annorum orbes, 495 nec mensium numerum discere vel edoceri potuissemus : sed unica illa dies continua totius præsentis sæculi mensura fuisset : qualem nimirum futuri illius sæculi conditionem fore credimus. Illum quippe diem C sine vespero fore, et omni alia successione cariturum esse edocti sumus. Etenim hujusmodi sæculum iis, qui immortales futuri sunt, convenit. Cum vero in hoc ævo propter naturam nostram mortalem fatoque obnoxiam multa nobis desint, temporis mensuras novisse necessarium est : ut dum tempus hoc elabi cernimus, nostri curam habeamus, nosque ad discessum ex hoc sæculo præparemus. Nox itaque diei succedens, temporis mensura est. Et cum hæc septies diem excepit, hebdomadis spatium complet. Mensis vero spatium ex luna colligimus, unde nomen etiam illi inditum est. Nam (Græci) lunam μήνην nominare consueverunt. Hæc enim crescens simul et deficiens, ubi falcata et dividua, deinde D utrinque gibbosa, tandemque plena pleno lumine fulserit, indeque in gibbosam figuram denuo transiens, rursus quoque dividua et falcata apparuerit, triginta dierum, paucis duntaxat horis demptis, numerum absolvit. Anni vero circulum, non ex mensibus modo, sed ex dierum quoque numero didicimus. Ineunte enim vere medium cœlum sol transiens, æquale diei et noctis spatium constituit. Hinc vero eam, quæ magis ad septentrionem vergit, orientis partem occupans, et inde oriens noctes brevio-

[8] Psal. CIII, 20-24.

(23) τήν. Edit. Paris. τε μέν.
(24) ἡ. Dcs. in edit. Paris.
(25) γιν. Ibid. γιγνομένη.
(26) ἐμ. Ibid. μεμενήκει.
(27) ἐμ. Ibid. μεμαθήκειμεν.
(28) ὅπ. Ibid. ὥσπερ.
(29) παρ. Edit. Paris. παραθέοντα.
(30) μόν. Edit. prior hab. μόνων.

Digitized by Google

res, diesque longiores reddit : imo et terræ ferventior imminens illius fructus ad maturitatem exequit. **496** Ubi vero ad solitos usque terminos pervenerit, a septentrione in australes mundi partes revertitur, rursusque circa autumnale tempus æquinoctium afferens australior fit, et noctibus horas reddit, quas ab illis acceptas diebus ante tradiderat : aerem vero condensari permittit, ut nubibus obductus universam tellurem irriget. Inde vero ad æquinoctialem circulum reversus, anni complet circulum. Postquam igitur solis et lunæ usum, simulque noctis et diei æquales successiones una cum fructu, qui inde ad homines redit, cognovisti, nunc quoque quatuor (anni) partium jucundissimam simul utilissimamque successionem considera. Nec enim bifariam anni circulum divisit rerum opifex, nec æstatem duntaxat dedit et hiemem, nec ab extremis sine medio ad extrema transimus, sed ver et autumnus, quibus medium quoddam temperamentum inest, inter frigus et æstum media sunt. Et quidem extreme humidam et frigidam hiemem non æstas extreme sicca et calida excipit, sed vernum tempus, quod dum hujus quidem calori et illius frigori ' participat, optimum inter extremas hasce anni qualitates temperamentum constituit, et ab iis quæ sibi invicem contrariæ sunt, ceu manibus quibusdam apprehensum, nempe hiemis frigore et æstatis calore, in consortium et amicitiam pertrahit, quæ alioqui hostiliter pugnant. Quapropter dum ab hieme ad æstatem progredimur, sine omni molestia id facimus. Nam dum pedetentim illius frigus deserimus, et hujus calori appropinquamus, non ullum damnum ob nimiam mutationem subire cogimur. Similiter ab æstate quoque **497** ad hiemem transimus, medio rursus intercedente autumno, qui nos extreme contrariis non subito appelli patitur, sed summum calorem summo frigori miscens, et aliud quoddam temperamentum constituens, paulatim ad illud quoque extremum nos deducit. Tantam nostri curam gerit summus ille rerum Conditor, qui hoc modo per anni partium successiones non molestia modo nos liberat, sed voluptate quoque delectat.

A ἡμέρας τὰς ἰσομέτρους διαδοχὰς, καὶ τὴν ἐντεῦθεν τοῖς ἀνθρώποις προσφερομένην ὠφέλειαν, βλέπε μοι καὶ τῶν ὡρῶν τοῦ ἔτους τὴν τερπνοτάτην καὶ χρειωδεστάτην χορείαν. Οὔτε γὰρ διχῇ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἐμέρισεν ὁ Ποιητὴς, οὔτε θέρος ἡμῖν ἁπλῶς δέδωκε καὶ χειμῶνα, οὐδὲ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἀμέσως ἐπὶ τὰ ἄκρα μεταβαίνομεν, ἀλλὰ τὸ ἔαρ καὶ τὸ μετόπωρον μέσην λαχόντα τὴν κρᾶσιν, τοῦ κρυμοῦ (31) καὶ τοῦ φλογμοῦ μέσα γίγνεται. Καὶ τὸν ἄκρως ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν χειμῶνα, οὐ τὸ ἄκρως ξηρὸν καὶ θερμὸν διαδέχεται θέρος, ἀλλὰ τὸ ἔαρ, ὃ καὶ τῆς τούτου (32) μετέχον θερμότητος, καὶ τῆς ἐκείνου ψυχρότητος, μῖξιν ἀρίστην τῶν ἀφεστηκότων ἐργάζεται, καὶ οἷόν τισι χερσὶ τῶν ἐναντίων ἐπειλημμένον, τῇ μὲν ψυχρότητι τοῦ χειμῶνος, τῇ δὲ θερμότητι τοῦ θέρους, B εἰς σύμβασιν ἄγει καὶ φιλίαν τὰ κομιδῇ πολέμια. Διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χειμῶνος ἐπὶ τὸ θέρος ὁδεύοντες, ἀλύπως ὁδεύομεν. Κατὰ βραχὺ γὰρ τῆς τούτου ψυχρότητος ἀφιστάμενοι, καὶ τῇ ἐκείνου θερμότητι πλησιάζοντες, οὐδεμίαν βλάβην ἐκ τῆς ἀθρόας μεταβολῆς ὑφιστάμεθα. Οὕτως ἀπὸ τοῦ θέρους ἐπὶ τὸν χειμῶνα μεταβαίνομεν, μέσου πάλιν τοῦ μετοπώρου γιγνομένου, καὶ οὐκ ἐῶντος ἡμᾶς εὐθὺς τοῖς ἄκρως πάλιν ἐναντίοις προσψαῦσαι, ἀλλὰ κεραννύντος τὴν ἄκραν θερμότητα τῇ ἄκρᾳ ψυχρότητι, καὶ κρᾶσιν ἑτέραν ἐργαζομένου, καὶ κατὰ σμικρὸν ἡμᾶς ἐπ' ἐκεῖνο ξεναγωγοῦντος (33) τὸ ἄκρον. Τοσαύτη περὶ ἡμᾶς ἡ τοῦ πεποιηκότος κηδεμονία. Οὕτω καὶ ἐν (34) ταῖς τῶν ὡρῶν μεταβολαῖς, οὐ μόνον ἡμῖν τὸ ἄλυπον, ἀλλὰ καὶ τὸ τερπνὸν πραγματεύεται.

Sed exsurgat fortasse ingratus quispiam, qui ea quoque quæ bene et pulchre facta sunt, simulque sapienter et commode administrantur, reprehendere volens dicat : Cur sodes istæ (anni) conversiones fiunt? et quænam ex hisce anni partium successionibus ad nos utilitas redit? Sed ohe! sapientissime fortissimeque Providentiæ accusator, quænam bona non harum beneficio nobis contingunt? Initium enim sumente hieme semina terris mandamus : qui vero eam nobis artem tradidit, pluviis e nubibus demissis illa nutrit ac fovet, et marinas aquas verbo in altum subvehens, atque sublimes ferens salsas illas dulcedine conditas transmutat, et in guttas discernit, quas nunc quidem parvulas demittit, nunc vero majores, et torrentis instar ruentes, perinde ac si cribro aliquo hosce nubium fetus discernat. In hunc ergo usum hibernum tempus conditum est, ut te ingratissimum alat, ut tibi iniquissimo beneficiorum cœlestium censori necessa-

C Καὶ ἴσως ἄν τις τῶν ἀχαρίστων τοῖς εὖ καὶ καλῶς γεγενημένοις, καὶ σοφῶς καὶ συμφερόντως οἰκονομουμένοις ἐπιμεμφόμενος εἴποι· Τί δήποτε αἱ τροπαὶ γίγνονται; Ποίαν δὲ χρείαν ἡμῖν αἱ τῶν ὡρῶν μεταβάσεις ποιοῦσι; ποίων δὲ ἀγαθῶν, ὦ σοφώτατε καὶ δεινότατε τῆς Προνοίας κατήγορε, οὐ διὰ τούτων τυγχάνομεν; Ἀρχομένου μὲν γὰρ χειμῶνος, σπέρματα καταβάλλομεν· ὁ δὲ ταύτην ἡμᾶς διδάξας τὴν τέχνην, τρέφει ταῦτα, ὕων ἐκ νεφῶν, καὶ τὸ θαλάττιον ὕδωρ ἀνέλκων τῷ λόγῳ, καὶ μετέωρον ἄγων, καὶ τὴν ἁλμυρὰν ἐκείνην εἰς γλυκεῖαν μεταβάλλων ποιότητα, καὶ τὰς ψεκάδας διακρίνων, καὶ νῦν μὲν σμικρὰς ἀφιεὶς, νῦν δὲ μεγάλας καὶ κρουνηδὸν φερομένας, καὶ οἷόν τινι κοσκίνῳ διαιρῶν τῶν νεφῶν τὰς ὠδῖνας. Διὰ τοῦτο ἡ χειμέριος ὥρα, ἵνα σε τὸν ἀχάD ριστον διαθρέψῃ, ἵνα σοι τῷ ἀγνώμονι παράσχῃ τῶν ἀναγκαίων τὴν χρείαν. Ἔαρος δὲ πάλιν ἀρχομένου, οἱ μὲν τῶν γηπόνων τέμνουσι τὰς ἀμπέλους, οἱ δὲ ἑτέρας φυτεύουσι, χαυνούμενα δὲ τῇ τοῦ ἀέρος θερ-

(31) κρ. Edit. Paris. habet κρυμνοῦ. Minus recte.
(32) τούτ. Ibid. τούτων.

(33) ξεναγ. Edit. Paris. ξεναγοῦντος.
(34) καὶ ἐν. Ibid. κἂν.

Digitized by Google

μήτητι τὰ κλήματα, πρὸς ὠδῖνας ἐπείγεται. Τοῦ δὲ θέρους ἀκμάζοντος, καὶ τοῦ ἡλίου σφόδρα τὸν ἀέρα θερμαίνοντος, ὁ μὲν σῖτος εἰς ἀμητὸν τὸν γηπόνον καλεῖ, περκῶσι δὲ σταφυλαὶ, βρίθουσι δὲ ἐλαῖαι τοῦ καρποῦ τρεφομένου, πεπαίνεται δὲ τῶν ὀπωρῶν τὰ γένη. Εἶτα τὸ μετόπωρον ἐπιγινόμενον, ταῦτα τελείως πέπονα τοῖς φυτουργοῖς παραδίδωσιν· οἱ δὲ τὴν συλλογὴν ποιησάμενοι, πάλιν ἅπτονται τῶν σπερμάτων. Παῦσαι τοίνυν ἀχαριστῶν, καὶ τοῖς τῆς Προνοίας δώροις τὴν Πρόνοιαν διαβάλλειν ἐπιχειρῶν, καὶ τοῖς δοθεῖσιν ἀγαθοῖς τὸν τούτων δοτῆρα τοξεύων. Ἐν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις τὴν τοῦ Θεοῦ κατάμαθε πρόνοιαν, ἰθύνουσάν σε (35) καὶ κυβερνῶσαν, καὶ πάντων σοι τῶν ἀγαθῶν πραγματευομένην τὴν ἀφθονίαν. Βλέπε καὶ τῶν ἀστέρων τὴν φύσιν, τὴν θέσιν, τὴν τάξιν, τῶν σχημάτων τὴν ποικιλίαν (36), τὴν τέρψιν, τὴν χρείαν, τὴν χορείαν, τὰς ἐπιτολὰς, τὰς δύσεις· τούτους ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς πεποίηκεν, οὐχ ἵνα μόνον τὸ ζοφῶδες τῆς νυκτὸς φωτίζωσι, καὶ ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ τοῦ φωτὸς τοῖς ἀνθρώποις τὴν χρείαν παρέχωσιν, ἀλλ' ἵνα καὶ ὁδίτην παραπέμπωσι, καὶ τοὺς πλέοντας ξεναγῶσιν. Εἰς γὰρ τούτους ἀφορῶντες οἱ ναυτιλλόμενοι, τὴν ἀτριβῆ τρίβον ὁδεύουσι, καὶ τῇ τούτων θέσει προσέχοντες, τὸ σκάφος ἰθύνουσι, καὶ πρὸς οὓς ἂν ἐθέλωσιν ἀπευθύνουσι λιμένας. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ δέχεται τῶν ὑδάτων ἡ φύσις ἵππων, καὶ ὄνων (37), καὶ ἡμιόνων, καὶ ὁδοιπόρων ἴχνη, καὶ ἁμαξῶν καὶ ὀχημάτων (38) γραμμὰς, οἷς οἱ ὁδῖται προσέχοντες, ἀναμφιβόλως τὴν πορείαν ποιοῦνται, δέδωκε τῶν ὅλων ὁ Δεσπότης τοῖς τὰ μακρὰ πελάγη διαπερῶσιν, οἷον ἴχνη τινὰ τῶν θαλαττίων τρίβων, τῶν ἀστέρων τὴν θέσιν. Ὢ τῆς ἀρρήτου φιλανθρωπίας! Ὢ τῆς ἀφράστου σοφίας! Τίς ἂν ἀξίως θαυμάσειε τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τὸ ἀγαθὸν, τὸ δυνατὸν, τὸ ἐν ἀπόροις εὔπορον, τὸ ἐν ἀμηχάνοις εὐμήχανον, τὴν μεγαλουργίαν, τὴν εὐπορίαν; Ἀληθῶς « ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτὴν, » βοῶ κἀγώ. Εἰ δὲ ἐμοὶ πείθοιο, ταύτην σὺν ἐμοὶ καὶ σὺ τὴν φωνὴν ἀφήσεις, καὶ τὸν εὐεργέτην εἰς δύναμιν ὑμνήσεις, καὶ μυρίοις ἔργοις εὐεργετούμενος, λόγους εὐγνώμονας ἀποδώσεις. Ἵνα δέ σε νῦν τοῦ βαδίζειν ἀρξάμενον, μὴ μακρὰν ὁδὸν ὁδεῦσαι παρασκευάσαντες, πόνον σοι προξενήσωμεν, ἐνταῦθά σε τέως διαναπαύσομεν, καὶ τὴν ἐν οὐρανῷ, καὶ τοῖς κατ' οὐρανὸν φωστῆρσι, πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ φαινομένην θεωρεῖν καταλείψομεν. Εἰκὸς γάρ σε ποδηγηθέντα, καὶ καθ' ἑαυτὸν τὴν θεωρίαν αὐξῆσαι, καὶ τὰ συντομίας χάριν ὑπὸ τοῦ λόγου καταλειφθέντα, ἐκ τῶν εἰρημένων εὑρεῖν, καὶ μετὰ τοῦ Προφήτου βοῆσαι· « Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. » Σοὶ δόξα, καὶ τιμὴ, καὶ προσκύνησις (39), εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

rium victum suppeditet. Novo autem ineunte vere, alii quidem ex agricolis vites putare incipiunt, alii vero novas **498** conserunt, aerisque calore relaxati palmites gemmare ' coguntur. Deinde ubi æstas viguerit, et solares radii aerem vehementiori calore incenderint, triticum agricolam ad messem vocat, uvæ nigrescunt, oleæ enutrito jam fructu turgent, et maturescunt pomorum genera. His superveniens autumnus hæc permatura cultoribus suis exhibet: qui ubi fructus omnes collegerunt ad sementem faciendam denuo accinguntur. Desine igitur ingratus esse; desine per ipsius Providentiæ munera illi calumnias struere; desine, inquam, bona, quæ tibi data sunt, contra largitorem eorum ceu tela ejaculari. Quin potius in omnibus, quæ hactenus dicta sunt, Dei providentiam agnoscere discito, quæ (omnia) regit et gubernat, simulque omnium bonorum copiam tibi liberaliter parat. Sed stellarum quoque naturam, earumdem situs, ordinem, figuras varias, jucunditatem, utilitatem, motum, ortus et occasus inspice. Has enim summus ille rerum Opifex non in hunc modo finem condidit, ut noctis tenebras suo fulgore illuminent, et luna non fulgente lucis usum hominibus exhibeant: sed ut iter facientes deducant, et navigantibus viam monstrent. In has enim respicientes nautæ nullis tritas vestigiis aquarum semitas secant, et harum situs observantes navim regunt, et ad quoscunque voluerint portus appellunt. Quandoquidem enim aquarum natura nec equorum, nec asinorum, nec mulorum, nec viatorum vestigia admittit, nec curruum rotis percurri, nec etiam aliquibus indiciis notisque signari potest, **499** in quæ viatores respicere, et iter certum percurrere queant, astrorum situs ceu vestigia quædam marinorum itinerum per alta maria navigantibus constituere summo illi rerum Domino visum est. O amorem erga homines ineffabilem! o sapientiam inenarrabilem! Quis utique divinæ providentiæ bonitatem, potentiam, in dubiis copiam, in difficilibus facilitatem, operum magnitudinem, divitias, pro dignitate admiretur? Revera « mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad eam (pertingere) [a]. » Idem et ego clamo. Quod si vero mihi parueris, eamdem mecum vocem edes, et benefactorem pro virili laudabis, et infinitis beneficiis affectus gratos sermones illi referes. Porro ne tibi nunc primum gressus figere incipienti longioris viæ ' spatio molestiam pariamus, hic te quiescere jubentes, ut Dei providentiam, quæ in cœlo et cœlestibus luminibus apparet, contempleris, relinquemus. Credo enim fore, ut qui hucusque deductus es, contemplationem hanc ipse augeas, et quæ brevitatis studio in hac oratione nostra omissa sunt, ex iis quæ diximus facile colligas, tandemque cum Propheta

[a] Psal. CXXXVIII, 6.

(35) σε. Legendum esse videtur τε.
(36) τ. σχημ. τ. ποικ. Edit. Paris. τὴν ποικιλίαν τῶν σχημάτων.
(37) καὶ ὄν. Des. in edit. Paris.
(38) ὀχημ. Ibid. σχημάτων.
(39) κ. τ. κ. προσκ. Des. in edit. Paris.

Digitized by Google

exclames: « Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia sapienter fecisti [a]. » Tibi sit gloria, honor et adoratio in æternum. Amen.

## 500 ORATIO II.

*Demonstratio (Providentiæ) ex aere, terra, mari, fluviis et fontibus.*

Qui Providentiæ habenis fidem habere nolunt, et mundum hunc, qui cœlo et terra constat, sine gubernatore tanta cum consonantia et ordine ferri, nimium imprudenter asseverant, perinde mihi facere videntur, ac si quis in navi sedens pontumque trajiciens, gubernatorem quidem clavum tenere, et gubernacula prout opus est movere, et nunc quidem in dexterum, nunc vero in sinistrum latus declinare, navimque ad quoscunque velit portus appellere videat, interim tamen manifeste mendax veritatem oppugnare studens, gubernatorem puppi insistere neget, tum ipsam navim nec remis instructam esse, nec clavi motu dirigi, sed sua sponte ferri, et per se fluctuum procellas superare, cumque ventorum incursionibus decertare dicat, imo nec nautarum auxilio, nec nauclero, qui in commune consulens nautis quæ facienda sint, imperet, opus esse contendat. Hi enim cum palam et luce clarius omnium rerum Dominum, mundum, quem condidit, gubernare, et omnia convenienter et justo ordine deducere et movere videant, simulque in omnibus quæ fiunt convenientem proportionem, ac tum in tota hac mundi machina pulchritudinem usumque commodum, tum in singulis hujus partibus utraque hæc evidenter apparere cernant, volentes tamen cæcutiunt, imo videntibus oculis impudentiam suam produnt. Et cum Providentiæ munera percipiant, 501 illa ipsa tamen quæ percipiunt, conviciis lacerant, et per ea quibus fruuntur, Gubernatorem suum oppugnant. Possent autem quæ heri de cœlo, sole, luna, et reliquis stellis dicta sunt, gratis et benevolis auditoribus sufficienter persuadere, ut et sapientius judicarent, et benefactorem dignis celebrarent laudibus. Porro ne quis illorum, qui lunam Providentiæ terminum constituentes, hujus vires ad illius orbem usque extendi dixerunt, eamque nimis exilem finxerunt, ex sermonis nostri brevitate blasphemiæ ansam arripiat, hinc rursus te, o amice, per aerem ad terram usque deducemus, et ut hesterno die, ita nunc quoque pedetentim gressus tuos formantes, Providentiam in minimis quoque mundi partibus sese exserere demonstrabimus iis qui animum advertere voluerint: quin simpliciter omnibus iis, quæ facta vel genita sunt, tam communiter quam privatim adesse semper et obsequi ostendemus.

Recta ergo progressi aeris naturam inquiramus, ut nimirum hæc tenuissima sit, et labilis, adeo ut facillime evanescens aliis ipsum cohibentibus mediis

A

## ΛΟΓΟΣ Β'.

*Ἀπόδειξις ἀπὸ ἀέρος, καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, καὶ ποταμῶν, καὶ πηγῶν.*

Οἱ ταῖς τῆς Προνοίας ἡνίαις ἀπιστοῦντες, καὶ τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς κόσμον ἡνιόχου δίχα μετὰ τοσαύτης ἁρμονίας καὶ τάξεως φέρεσθαι λίαν ἀνοήτως ἰσχυριζόμενοι, ἐοικέναι μοι δοκοῦσιν, ὥσπερ ἄν τις ἐν νηῒ καθήμενος, καὶ τὸ πέλαγος διαπεραιούμενος, καὶ τὸν κυβερνήτην ὁρῶν τῶν οἰάκων ἐπειλημμένον, καὶ τὰ πηδάλια πρὸς τὴν χρείαν κινοῦντα, καὶ νῦν μὲν τὸ δεξιὸν φέροντα, νῦν δὲ τὸ εὐώνυμον μεταφέροντα, καὶ τὸ σκάφος πρὸς οὓς ἂν ἐθέλῃ λιμένας ἰθύνοντα, ἀρνοῖτο, προφανῶς οὕτω ψευδόμενος, καὶ ἄντικρυς τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος, μήτε (40) κυβερνήτην ἐπὶ B τῆς (41) πρύμνης ἑστάναι, μήτε πηδάλια τὸ σκάφος ἔχειν, μήτε τῇ κινήσει τῶν οἰάκων ἰθύνεσθαι, ἀλλ' αὐτόματον φέρεσθαι, καὶ τῆς τῶν κυμάτων οὕτω (42) περιγίνεσθαι ῥύμης, καὶ τῇ τῶν πνευμάτων ἐμβολῇ διαμάχεσθαι, καὶ μήτε ναυτῶν ἐπικούρων δεῖσθαι, μήτε κυβερνήτου τὸ κοινῇ συμφέρον τοῖς ἐρέταις προστάττοντος. Ἐναργῶς γὰρ καὶ οὗτοι, καὶ λίαν προφανῶς, τὸν ἁπάντων Δεσπότην ὁρῶντες ἣν ἐποίησεν ἰθύνοντα κτίσιν (43), καὶ πάντα ἐν ῥυθμῷ καὶ τάξει ἄγοντά τε καὶ φέροντα, καὶ τὴν ἁρμονίαν ἑκάστῳ τῶν γινομένων ἐμπρέπουσαν, κάλλος ὁμοῦ καὶ χρείαν ἐν ἁπάσῃ θεωροῦντες τῇ κτίσει, καὶ ἐν ἑκάστῳ δὲ μορίῳ ταύτης ἄμφω ταῦτα διαλάμποντα, ἑκόντες τυφλώττουσι, μᾶλλον δὲ ὁρῶντες ἀναισχυντοῦσι, καὶ τὰ δῶρα τῆς Προνοίας λαμβάνοντες, οἷς C λαμβάνουσι λοιδοροῦνται, καὶ δι' ὧν ἀπολαύουσι, τῷ Κηδεμόνι πολεμοῦσιν. Ἤρκει μὲν οὖν, εἴπερ ἤθελον εὐγνωμόνως ἀκούειν, καὶ τὰ χθὲς ἡμῖν (44) εἰρημένα περὶ οὐρανοῦ, καὶ ἡλίου (45), καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄλλων φωστήρων, πεῖσαι αὐτοὺς σωφρονεῖν, καὶ τὸν εὐεργέτην ὑμνεῖν. Ἵνα δὲ μή τις τῶν τὴν σελήνην ὅρον τῇ Προνοίᾳ τεθεικότων, καὶ μέχρι ταύτης αὐτὴν διήκειν εἰρηκότων, καὶ λίαν αὐτὴν σμικρολόγον ἀποφηναμένων, ἐφόδιον εἰς βλασφημίαν λάβῃ τῶν λόγων τὴν συμμετρίαν, δεῦρο δή σε πάλιν, ὦ φιλότης, ἐκεῖθεν διὰ τοῦ ἀέρος ἐπὶ τὴν γῆν καταβιβάσωμεν, καὶ κατὰ βραχύ σε πάλιν καθάπερ τῇ προτεραίᾳ ποδηγήσαντες, ὑποδείξωμεν καὶ ἐν τοῖς βραχυτάτοις τῆς κτίσεως μορίοις φαινομένην ταύτην καὶ δεικνυμένην τοῖς προσέχειν ἐθέλουσι, καὶ ἁπα- D ξαπλῶς τοῖς γεννητὴν λαχοῦσι φύσιν, κοινῇ καὶ ἰδίᾳ συμπαρομαρτοῦσαν ἀεί.

Ὁδῷ τοίνυν βαδίζοντες, ἐξετάσωμεν τοῦ ἀέρος τὴν φύσιν, πῶς λεπτοτάτη μέν ἐστι, καὶ διολισθαίνουσα, καὶ ῥᾳδίως διαφεύγουσα, καὶ τῶν συνεχόντων

[a] Psal. CIII, 24.

(40) μήτε. Edit. Paris. præm. καί.
(41) τῆς. Des. ibid.
(42) οὕτω. Des. ibid.
(43) ἰθ. κτ. Ibid. κτίσιν ἰθύνοντα.
(44) ἡμ. Des. in edit. Paris.
(45) καὶ ἡλ. Ibid ponitur post καὶ σελήνης.

Digitized by Google

δεομένη. Διὸ τῶν ὅλων ὁ Ποιητής, οὐρανὸν καὶ γῆν A δημιουργήσας, ἐν μέσῳ τοῦτον (46) διέχεε, καὶ τούτῳ τεῖχος ἀῤῥαγὲς διὰ τῶν δύο τούτων σωμάτων μηχανησάμενος, καὶ αὐτὸν τοῖς ἐν μέσῳ τούτων ἐμψύχοις σώμασι ζωῆς συνεργὸν ἀποφῆναι. Τοῦτον γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀναπνέοντες ζῶμεν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τῶν ἀλόγων δὲ ζώων ὅσα πτηνὰ, καὶ ἑρπετὰ, καὶ ἀμφίβια, τοῦτον ἔχει τῆς ζωῆς συνεργόν. Οὗτος κινούμενος, τῶν (47) ἀνέμων ἡμῖν παρέχει τὰς αὔρας· οὗτος πυκνούμενος, τὴν ἀπὸ τῶν νεφῶν ἀρδείαν παραπέμπει τῇ γῇ· τούτῳ τὸ φῶς ὀχήματι κεχρημένον, ἑστιᾷ τῶν ὁρώντων τὰς ὄψεις· οὗτος ἡλίῳ καὶ γῇ μεσιτεύων, τὸ σφοδρὸν τῆς ἀκτῖνος κεράννυσι, καὶ τῇ οἰκείᾳ ὑγρότητι καὶ ψυχρότητι, τὴν ἐκείνου καταπραΰνων ξηρότητα καὶ θερμότητα, ἄλυπον ἡμῖν πραγματεύεται τοῦ φωτὸς τὴν ἀπόλαυσιν. Ἵνα δὲ B μὴ νομίσῃς αἴτιον τουτωνὶ τῶν ἀγαθῶν τὸν ἀέρα, μάθε ὡς καὶ τούτου τὴν ἀμετρίαν ἡ τοῦ ἡλίου κοιμίζει θερμότης. Ἀκραιφνῆ γὰρ οὐδεὶς ἂν ἤνεγκε τὴν τοῦ ἀέρος ψυχρότητα· καὶ μάρτυς ἡ χειμέριος ὥρα· ἐν ταύτῃ γὰρ ἐπὶ τὰ νοτιώτερα τοῦ πόλου διατρέχων ὁ ἥλιος, καὶ τὰ βορειότερα καὶ τὰ μέσα καταλιμπάνων, ἄδειαν δίδωσι τῷ ἀέρι κεχρῆσθαι τῇ φύσει· οὗ χάριν, μηκέτι ὁμοίως δαπανώμενος ὑπὸ τῆς τοῦ ἡλίου θερμότητος, πυκνούμενος δὲ καὶ συχνὸς γινόμενος, καὶ ὑετὸν ἀφίησι λαῦρον (48), καὶ τῇ σφοδροτέρᾳ τῶν ἀνέμων προσβολῇ τοῦτον ἐξαφρίζων, εἰς νιφετὸν μεταπήγνυσι καὶ χάλαζαν, καὶ τὴν ἐν ταῖς καθαραῖς αἰθρίαις ἀποστάζουσαν δρόσον τῇ αὔρᾳ (49) πηγνὺς, ψυχρότητι τὴν πάχνην ἐργάζεται· καὶ ταῦτα εἰ C καὶ πόῤῥωθεν, ἀλλ' ὅμως τῷ ἡλίῳ θερμαινόμενος ἀποβάλλει. Ἔστι δὲ καὶ ἐντεῦθεν ἀκριβῶς καταμαθεῖν τοῦ Θεοῦ τὴν προμήθειαν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴ καὶ μεγάλη τῶν στοιχείων ἡ χρεία, καὶ πρὸς τῇ χρείᾳ, πολὺ τὸ κάλλος, καὶ ἄῤῥητος ἡ ὥρα, τὰ δοκοῦντα λυπηρὰ γίνεσθαι διὰ τούτων ὁ πάνσοφος ᾠκονόμησεν, ἵνα μὴ θεοὺς, ἀλλὰ Θεοῦ ποιήματα ταῦτα εἶναι πιστεύωμεν, ἰθυνόμενά τε καὶ κυβερνώμενα ᾗ ἂν ἐκεῖνος ἰθύνῃ. Τούτου χάριν ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν συνεργὸς ἀὴρ, ὃν ἀναπνέοντες διαζῶμεν ἅπαντες, ὁ κοινὸς οὗτος θησαυρὸς, καὶ πενομένων καὶ ἐπὶ πλούτῳ βρενθυομένων, οἰκετῶν καὶ δεσποτῶν, ἰδιωτῶν καὶ βασιλέων, ὃν οὐ μᾶλλον τοῦ πένητος ἀναπνέουσιν οἱ τῇ ἀλουργίδι κοσμούμενοι, ἀλλὰ τῇ ἰσομοιρίᾳ κατὰ τὴν τούτου χρείαν ἅπασα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις D τετίμηται, οὐ μόνον ἡμᾶς εὐφραίνει ταῖς ἀναπνοαῖς, καὶ ταῖς αὔραις, καὶ τῇ τοῦ ὑετοῦ χορηγίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἀνιᾷ τῷ κρυμῷ, διδάσκων ἡμᾶς, ὡς οὐκ ἀρκεῖ μόνος εἰς ζωογονίαν, καὶ τῶν ζώντων τὴν θεραπείαν. Οὕτως ὁ ἥλιος οὐ μόνον εὐφραίνει τῇ προσβολῇ τῶν ἀκτίνων ἡμᾶς, καὶ τὴν διαφορὰν ἡμᾶς τῶν ὁρωμένων διδάσκει (50) σωμάτων, ὄγκων τε καὶ χρωμάτων, ἀλλὰ καὶ ἀνιᾷ τῇ θερμοτέρᾳ (51) προσβολῇ τῶν ἀκτίνων· κἂν μὴ τὸν ἀέρα κινήσας ὁ τοῦ

opus habeat. Quapropter rerum opifex, cum cœlum et terram perfecisset, aerem inter hæc medium diffundi voluit: adeo ut illi per duo ista corpora validissimum murum ædificarit, illumque simul cunctis quæ inter illa sunt animatis corporibus vitæ opitulatorem fecerit. Hunc enim respirando, tum nos homines vivimus, tum bruta quoque omnia, tam volatilia quam reptilia et amphibia, hoc ceu vitæ suæ opitulatore utuntur. **502** Idem commotus ventorum auras nobis præbet: densatus idem nubium irrigationibus terram humectat; eodem sol instar vehiculi usus videntium oculos suo lumine pascit. Idem medius inter solem terramque diffusus, radiorum vehementem vim temperat, et naturali suo humore et frigore illius siccam et calidam naturam mitigans, ut luce sine molestia et dolore frui possimus, efficit. Et ne aerem tanti boni (primarium) auctorem esse putes, vide ut et sol eum, si temperamento opus habet, suo calore fovens reprimat. Aeris enim immensum frigus, si omni temperamento careat, nemo ferret: quod ipsum hibernum tempus abunde testatur. Tunc enim ad australes poli partes sol transcurrens, et boreales mediasque cœli regiones deserens, quasi impunitatem aeri præbet, ut sua natura liberius utatur. Quapropter quia tunc solis calore non consumitur, sed (frigore) astrictus constipatur, largissimas quoque pluvias distillat, quas vehementioribus ventorum procellis exasperans in nivem et grandinem condensat: tum rorem quoque sereno cœlo distillantem aura constipans frigore in pruinam convertit. Et hæc quidem cum sol longius abest, licet adhuc illius calorem et vires nonnihil sentiat, parere consuevit. Cæterum hinc quoque Dei providentiam evidenter conspicere licet. Cum enim magna multaque elementis utilitas insit, et eorumdem eximius sit usus, ad hæc insigni quoque pulchritudine et specie ineffabili luceant, Deus ea quoque, quæ nobis adversa videntur, ideo condidit, ne res **503** creatas pro diis haberemus, sed Dei opera crederemus esse, quæ nutu ejus et regantur et gubernentur. Quapropter hic vitæ nostræ adjutor aer, cujus respiratione omnes nos vivimus, hic, inquam, communis pauperum simul et opibus superbientium, servorum et dominorum, privatorum regumque thesaurus, cujus respiratione non magis, quam pauper aliquis, fruuntur qui purpura ornati sunt: sed qui æqualiter distributus universam hominum naturam, quoad singulis necessarius est, honorat, non modo jucundis auræ respirationibus, et pluviarum generatione nos delectat, verum etiam frigore nobis molestior est: hoc ipso nimirum nos docens, quod solus ad vitæ generationem et viventium salutem minime sufficiat. Similiter et solis ra-

(46) τοῦτ. Ibid. τούτου.
(47) τῶν — πυκν. Des. ibid.
(48) λαῦρον. Ita habet edit. Paris. quam sequimur. Sirm. λάβρον.
(49) αὔρᾳ. Sirm. ἄκρᾳ. Sed aptior huic loco videtur lectio edit. Paris. quam exprimimus, posito commate ad πηγνύς.
(50) ἡμ. τ. ὁρ. διδ. Edit. Paris. διδάσκει τῶν ὁρωμένων, omisso ἡμᾶς.
(51) θερμ. Des. ibid.

Digitized by Google

dii non modo nos delectant, et visibilium corporum tum quantitatis tum coloris differentiam ostendunt, sed iidem quoque si vehementius in nos irruunt, contristant quoque: et nisi summus ille rerum gubernator aeris motu auras frigidulas nobis cieret, idem ille sol, quem stulti adorare solent, uno omnia incendio simul miscens, cultoribus quoque suis vitam eriperet. ' Nullum itaque ex elementorum numero solum per se vitam largiri potest, imo nec omnia simul temperata, sine suprema illa, qua omnia gubernantur, potentia, alicujus boni causa esse possunt. Nam videre licet, etiam cum aer est temperatissimus, cum tempestivis imbribus terras rigat. sol item radiorum viribus clementer utitur, cum ventorum auræ convenienter spirant, cum agricolæ etiam terram studiose colunt, **504** et sementem rite faciunt, tamen nec terram fructus liberaliter grateque persolvere, nec humanum genus a morbis esse liberum. Horum autem summus ille rerum administrator auctor est: hoc nimirum argumento nobis persuadere volens, ne creatis rebus fidamus, neque iis, sed earum Opifici, bona hæc feramus accepta. Quoniam ergo ipsum aerem quoque divinæ Providentiæ gubernatione frui, et eumdem illum hujus beneficio per tot jam annorum millia suffecisse vidisti, adeo ut nec animalium respirationibus absumptus sit, nec se extra fines corporum quibus continetur, ejecerit, agedum, ad terram quoque communem omnium nutricem, matrem, ac sepulcrum, te ducamus: e qua corpus tibi est luteum, et os illud, quod contra Creatorem suum, juxta Danielis visionem, tam grandia loquitur.

A παντὸς ἡνίοχος αὔρας ἡμῖν ψυχρὰς προσενέγκῃ, ὁ προσκυνηθεὶς οὗτος ὑπὸ τῶν ἀνοήτων ἥλιος ἄρδην ἐμπίπρησιν ἅπαντα, καὶ τὸ ζῆν ἀφαιρεῖται τῶν προσκυνούντων. Οὐδὲν τοιγαροῦν τῶν στοιχείων αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τῆς ζωῆς τυγχάνει παρεκτικὸν, οὔτε μὴν ἅπαντα κοινῇ κεραννύμενα, δίχα τῆς τὰ πάντα κυβερνώσης δυνάμεως, ἀγαθοῦ τινος αἴτια γίνεται. Ἔστι γὰρ πάλιν ἰδεῖν, εἰς εὔκρατον μὲν τὸν ἀέρα γεγενημένον, ἐπὶ καιρὸν δὲ τὸν ὑετὸν παρασχεθέντα (52) τῇ γῇ, ἀλύπως τὸν ἥλιον ταῖς ἀκτῖσι χρησάμενον, τὰς τῶν ἀνέμων αὔρας κινηθείσας ἐν τάξει, τοὺς γηπόνους ἐπιμελῶς τὴν γῆν γεωργήσαντας (53), συνήθως καταβαλόντας (54) τὰ σπέρματα, καὶ οὔτε τὴν γῆν εὐγνωμόνως ἐκτίσασαν τοὺς καρποὺς, οὔτε τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν ἄνοσον διαμείB νασαν. Ταῦτα δὲ ποιεῖ τῶν ὅλων ὁ πρύτανις, πείθων ἡμᾶς μὴ τῇ κτίσει θαῤῥεῖν, μηδ' εἰς αὐτὴν ἀναφέρειν τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ τῷ ταύτης Δημιουργῷ πιστεύειν (55). Ἐπειδὴ τοίνυν εἶδες, καὶ τὸν ἀέρα τῆς τοῦ Θεοῦ ἀπολαύοντα προμηθείας, καὶ δι' ἐκεῖνον τοσαύταις ἐτῶν χιλιάσιν ἀρκέσαντα, καὶ μήτε ὑπὸ τῶν ἀναπνεόντων ζώων δαπανηθέντα, μήτε ἐκτὸς τῶν συνεχόντων αὐτὸν σωμάτων ἐκρεύσαντα, δεῦρό σε πρὸς τὴν γῆν ἀγάγωμεν, τὴν κοινὴν τροφὸν, καὶ μητέρα, καὶ τάφον· ἐξ ἧς σου τὸ σῶμα τὸ πήλινον, καὶ τὸ στόμα τὸ κατὰ τοῦ Πλάστου λαλοῦν μεγάλα, κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ ὀπτασίαν.

Ante omnia autem hujus situm considera, et multiformem ejus speciem. Nec enim omnia vel supina, vel plana, aut etiam ardua sunt, sed in montes, valles nemorosas, et campos tota terra divisa est. Videas enim in patentissimis campis colles in altum surgere, inter montes autem medios loca prona et plana maris sinus forma sua referre. Sed et ipsos montes in hominum usus et utilitatem rerum conditor distribuit: quos dum vallium præcipitiis discrevit, hibernis (et nivalibus) aquis meatus struxit, tum hominibus quoque in iniquis et asperis locis faciles viarum semitas extendit. Præterea montes quidem ædium exstruendarum arti materiam exhibent, campi vero montium cultoribus frumenti copiam retribuunt. Sed et situs ille varius **505** non alit modo, verum etiam intuentium oculos mirifice delectat. Quæ enim unam et eamdem formam habent, mox satietatem sui parere solent. Dic ergo mihi quisnam sit, qui hæc tam pulchre disposuit? qui tantis ' facultatibus hæc instruxit, ut tot annorum evolutiones thesaurum hunc non potuerint consumere? quis item ille, qui ea quæ in rerum natura sunt, firma et immota conservat? Quis fluviorum fluenta urget? quis fontium venas impellit? Ecce enim, ut illi hic quidem in summis

C Βλέπε τοιγαροῦν ταύτης πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὴν θέσιν, καὶ τῶν σχημάτων τὴν ποικιλίαν. Οὔτε γὰρ ὑπτία πᾶσα, οὔτε προσάντης, ἀλλ' εἰς ὄρη, καὶ νάπας, καὶ πεδία διῄρηται. Ἴδοι δ' ἄν τις πεδίων ἐν μέσῳ μεγάλων λόφους εἰς ὕψος ἐγηγερμένους, καὶ μεταξὺ τῶν ὀρῶν, πρηνεῖ τινας τόπους καὶ λείους, ἐν κόλπων τινῶν θαλαττίων σχήματι. Καὶ τὰ ὄρη δὲ αὐτὰ πρὸς τὴν (56) χρείαν τῶν ἀνθρώπων διεῖλεν ὁ Ποιητὴς, καὶ εἰς κρημνοὺς διαστήσας βαθεῖς, τοῖς χειμερίοις ὕδασι τὰς πορείας ἐμηχανήσατο, καὶ τοῖς ἀνθρώποις εὐπόρους ἐν ταῖς δυσχωρίαις τὰς ὁδοὺς ἐτεκτήνατο. Καὶ τὰ μὲν ὄρη παρέχει τῇ τῶν οἰκοδόμων τέχνῃ τὰς ὕλας, τὰ δὲ πεδία τοῖς ἐν τοῖς ὄρεσι διαιτωμένοις ἀντιδίδωσι τῶν πυρῶν τὴν ἀφθονίαν. Καὶ τὸ ποικίλον τῆς θέσεως οὐ τρέφει D μόνον, ἀλλὰ καὶ τέρπει τῶν ἀνθρώπων τὰς ὄψεις· φιλεῖ γὰρ τὰ μονοειδῆ ταχὺν ἐπάγειν τὸν κόρον. Εἰπέ μοι, τίς ὁ ταῦθ' οὕτω διακοσμήσας; τίς ὁ τοσαύτην αὐτοῖς ἐναποθέμενος δύναμιν, ὥστε τοσούτους (57) ἐνιαυτῶν κύκλους μὴ δαπανῆσαι τὸν θησαυρόν; τίς ὁ τὰ ὄντα διαφυλάττων ἀκίνητα; τίς ἐπείγει τῶν ποταμῶν τὰ ῥεύματα; τίς ὠθεῖ τῶν πηγῶν τὰς ὠδῖνας; Βλέπε ταύτας ὧδε μὲν, ἐν ταῖς τῶν ὀρῶν κορυφαῖς ἀναβλυζούσας, καὶ (58) ἄνωθεν κάτω προχεούσας τὰ ῥεύματα· ἐκεῖ δὲ, οὐδ' ἐν ταῖς

(52) παρ. Ibid. ponitur ante τὸν ὑετόν.
(53) γεωργ. Ibid. γεωργοῦντας.
(54) κατ. Ibid. καταβάλλοντας.
(55) πιστ. Ibid. προσφέρειν.

(56) τήν. Des. ibid.
(57) τοσ. Edit. Paris. τοσούτων.
(58) καὶ — ῥεύματα. Des. ibid.

Digitized by Google

A ὀπωρείαις φαινομένας, ἀλλ' ἐκ βαθυτάτων φρεάτων παρεχούσας τοῖς ἀνθρώποις τὰ νάματα. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς αὐτόματον ᾄττειν ἄνω τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, διδάσκει σε ὁ Ποιητὴς διὰ τῶν πραγμάτων, ὡς τῷ θείῳ λόγῳ πειθόμενον τὸ ὕδωρ, καὶ τὰς ἀκρωρείας ἀπόνως καταλαμβάνον, οὐδὲ βιαζόμενον ὑπὸ τῆς σῆς τέχνης, εἰς τὴν τῶν πεδίων ἄνεισιν ἐπιφάνειαν· ἀλλ' ὀρύττεις μὲν καὶ βαθύνεις τὰ φρέατα, ἀπολαύεις δὲ τῶν ὑδάτων κάτωθεν ἀνιμώμενος· ὁμόδουλος γάρ, ἀλλ' οὐ ποιητὴς τῶν στοιχείων ὑπάρχεις. Τῷ δὲ Ποιητῇ ῥᾴδιον, οὐκ εἰς ἀκρώρειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀέρα μέσον ἀνασπᾶσαι τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ τὴν πικρὰν γλυκᾶναι, καὶ πῆξαι τὴν λελυμένην, καὶ λῦσαι τὴν δεδεμένην, καὶ τὴν συνεχῆ διακρῖναι, καὶ τὴν ῥοώδη στῆσαι (59), B καὶ τὴν κάτω φέρεσθαι πεφυκυῖαν ἀνατρέχουσαν δεῖξαι, καὶ τὴν ψυχρὰν δίχα πυρὸς θερμῆναι (60). Καὶ ταῦτα ποιεῖ διὰ σὲ τὸν ἀχάριστον, ἵν' ἔχῃς ἀπολαύειν καὶ θερμῶν ἀχειροποιήτων, ἵνα τὰ τοῦ σώματος θεραπεύσῃς παθήματα. Καὶ ταῦτα δὲ πάλιν ποικίλα σοι προὔθηκεν καὶ εἰς ἐναντίας χρείας ἁρμόζοντα. Τὰ μὲν γὰρ χαυνοῖ τὰ τεταμένα τῶν νεύρων· τὰ δὲ σφίγγει καὶ τονοῖ τὰ λελυμένα· καὶ τὰ μὲν φλέγματι πολεμεῖ, τὰ δὲ μελαίνῃ χολῇ· τὰ δὲ ἕλκη ξηραίνει. Τοσαύτην καὶ ἐν τοῖς θερμοῖς ὕδασι χρείαν ὁ κηδεμὼν σοι προτέθεικε (61)· σὲ δὲ οὐδὲν πείθει μὴ βλασφημεῖν, ἀλλὰ μένεις ἀχαριστῶν, καὶ λοιδορούμενος, καὶ τὰ Μανιχαίου νοσῶν, ὃς (62) σιτίων καὶ ποτῶν ἀπολαύων, λοιδορεῖται τοῖς χορηγοῦσι, καὶ θερισταῖς ὁμοῦ καὶ ἀρτοποιοῖς (63), καὶ C τοῖς τὸν ἄρτον διχῇ τέμνουσιν ἐπαρᾶται, αὐτὸς τέμνειν μὲν οὐκ ἀνεχόμενος, ἐσθίων δὲ τὸ τεμνόμενον. Οὕτω καὶ σύ, μυρίων ὅσων ἀγαθῶν ἀπολαύων, ὧν ὁ Δημιουργός σοι προσφέρει καθεκάστην ἡμέραν διὰ τῆς κτίσεως, ἀχαριστεῖς τῷ προσφέροντι, καὶ λοιδορῇ, καὶ βλασφημεῖς, λέγων αὐτὸν μὴ προνοεῖν ὧν πεποίηκεν. Ὅρα δὲ πόσην ἀδικίαν αὐτοῦ καταψηφίζῃ, τοιαῦτα συκοφαντῶν. Τί δήποτε γὰρ καὶ πεποίηκε, τούτων ἐπιμελεῖσθαι μὴ θέλων; Τίνος δὲ χάριν οὐ κήδεται; ὡς δυνάμενος μέν, οὐ βουλόμενος δέ; ἢ βούλεται μέν, οὐ δύναται δέ; Ἀλλ' ὅτι μὲν δύναται, μαρτυρεῖ τὰ γεγονότα. Πῶς γὰρ ἂν ἐποίησε τῶν ὁρωμένων τὰ μεγέθη (64), τὰ κάλλη, τὴν ἁρμονίαν, δύναμιν οὐκ ἔχων ἀρκοῦσαν τῇ γνώμῃ (65); D Πῶς δ' ἂν εἰς κοινωνίαν καὶ σχέσιν τὰ διεστῶτα συνήγαγεν, ὕδωρ καὶ πῦρ, ἡμέραν καὶ νύκτα, καὶ μίαν ἐκ πάντων ἁρμονίαν καὶ συμφωνίαν εἰργάσατο, ὁ προνοεῖν οὐ δυνάμενος; Μεῖζον γὰρ πολλῷ τῷ μέτρῳ, τὸ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγεῖν, τοῦ τῶν ὄντων προνοεῖν. Ἀλλ' ὅτι μὲν δύναται, μάρτυς ἡ κτίσις· ὅτι δὲ καὶ βούλεται, πάλιν αὐτὴ μαρτυρεῖ. Οὐ γὰρ ἄλλου τινὸς ἀναγκάζοντος ἐπὶ τὴν δημιουργίαν ἐλήλυθεν, οὔτε μὴν ὡς δεόμενος τὴν κτίσιν παρήγαγεν· ἀλλὰ ἀγαθὸς ὤν, καὶ ἀγαθότητα

A scateant montium verticibus, et aquas deorsum ex superioribus effundant, alibi vero ne sub imis quidem montium radicibus ulli appareant, sed e profundissimis puteis aquarum usum hominibus offerant. Ne enim hanc aquarum naturam esse arbitreris, ut sua sponte in altum tendant, re ipsa contrarium te docet mundi Conditor : adeo ut aqua Dei verbo obediens, summos montium vertices facile occupet, nec si arte tua eam cogere velis, unquam in camporum planitiem redeat : sed illic effodiendo et terræ profunda rimando puteos construis, ut aquis e profundo exhaustis frui queas. Elementorum enim conservus, non creator es. Creatori autem facillimum est factu, aquarum naturam non modo in montium vertices, sed in medium quoque aerem subvehere, B et amaram dulcedine condire, liquidam condensare, gelu astrictam solvere, continuam discernere, fluidam sistere, eamque, cujus naturalis motus deorsum fertur, sursum currentem ostendere, et frigore torpentem sine ignis adminiculo calefacere. Et hæc **506** quidem propter te ingratissimum facit, ut illarum quoque beneficio, quæ citra omnem hominum operam calefactæ sunt, frui possis, ut nimirum corporum morbis per has mederi liceat. Sed eas ipsas varias tibi exhibuit, et quæ diversis quoque et contrariis usibus conveniant. Aliæ enim nervos rigentes laxant, aliæ vero laxatos astringunt et roborant. Rursus hæ quidem phlegmata infestant, aliæ autem melancholiæ medentur, et aliæ ulcera exsiccant. C Tantam in calentibus quoque aquis commoditatem rerum gubernator tibi contulit. Te vero nihil horum movere potest, quominus blasphemus sis : sed ingratus esse pergis, convicia exspuis, et Manichæi morbo laboras, qui cum cibo et potu fruatur, eos conviciis lacerat, qui hæc ipsi exhibent : imo messores quoque et pistores impetit, et illos qui panem * dissecant exsecratur, ipse quidem secare non ausus, sed secatum comedere minime veritus. Simili modo et tu, cum infinita hæc et innumera bona percipias, quæ rerum conditor tibi quotidie per ipsam creaturam offert, tuo tamen largitori te ingratum præbes, nec a conviciis et blasphemiis abstines, dum illum iis providere negas, quæ ipse condidit. Vide autem quantæ illum iniquitatis ac- D cuses, dum has illi intendis calumnias. Cur enim hæc creavit, si eorumdem curam habere noluit? Quam vero ob causam horum curam detrectat? Num quod illam quidem gerere posset, sed id facere nolit, aut velit quidem, sed non possit? Atqui hoc illum posse, omnia hæc quæ facta sunt, testantur. Quomodo **507** enim visibilium horum magnitudinem, pulchritudinem, et proportionem condidit, si potentiam menti respondentem non habet? Quomodo item in consortium et habitum unum

(59) στῆσ. Ibid. στῆναι.
(60) θερμ. Ibid. θερμανθῆναι.
(61) προτ. Ibid. προστέθεικε.
(62) ὃς, κ. τ. λ. Vid. *Hær. fab.* l. 1, c. 26, p. 321.
(63) ἀρτ. Edit. Paris. ἀρτοποιοῖς.
(64) τὰ μεγ. In edit. Paris. post τὰ κάλλη ponitur.
(65) γν. Ibid. γλώττῃ.

Digitized by Google

redegit quæ inter se diversa sunt, nempe aquam et ignem, diem et noctem, unamque ex omnibus istis harmoniam et consonantiam constituit, qui nihil providere potest? Multo majus enim est, iis quæ non sunt exsistentiam dare, quam iis quæ sunt providere. Verumtamen, quod hæc possit, mundus ipse testis est: quod vero et velit, idem ipse locupletissime testatur. Nec enim aliquo cogente mundi opificium aggressus est, nec quasi rerum indigus mundum introduxit, sed quia bonus est, et bonitatem omni mensura majorem possidet, iis quæ non erant ipsum *esse* dare voluit. Qui autem tanta erga ea quæ non erant bonitate usus est, qua ratione ea quæ jam facta sunt negligeret? Nec enim dicere possumus, quod operibus suis Dominus invideat. Natura enim ab invidia et omni affectu libera præditus est. Porro ut quam abundantissime impietatis imbecillitatem demonstremus, de paucis quibusdam eos percontemur.

A ἔχων μέτρου παντὸς μείζονα, ἠθέλησε καὶ τοῖς μὴ οὖσι τὸ εἶναι δωρήσασθαι. Ὁ δὲ τοσαύτῃ περὶ τὰ μὴ ὄντα χρησάμενος ἀγαθότητι, πῶς ἂν γεγονότων ἀμελήσειεν; Οὔτε γὰρ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς ἐφθόνησε γεγονόσιν· ἄφθονον γὰρ ἔχει τὴν φύσιν, καὶ πάθους παντὸς ἐλευθέραν. Ἵνα δὲ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος γυμνώσωμεν (66) τὴν τῆς ἀσεβείας ἀσθένειαν, σμικρόν τι αὐτοὺς προσερωτήσωμεν.

Quam ob causam, cedo, Deum mundo, qui ipsum *esse* ab ipso accepit, invidisse dicitis? Num propter magnitudinem? Atqui ipse et increatus et infinitus est, qui nec initium habuit unquam, nec finem quoque habiturus est, omnia complectitur, ipse vero a nullo circumscriptus est; nam in manu ejus sunt fines terræ, et ipse manu sua dimensus est aquas, et cœlum spithama, omnemque terram pugno. Num vero propter pulchritudinem? Atqui ab ipso **508** factus est. Atqui nemo vel invidissimorum hominum, si domum elegantem et splendidam ædificarit, illi invidet unquam: quin potius voluptatem inde capit, delectatur, gaudet, et si qui eam non viderunt ante, iisdem illam spectandam monstrat. Quæ autem hominis oratio unquam digne expendet, quanto omnem mundi hujus formam et pulchritudinem intelligibilis illius lucis, cujus virtute omnia hæc condita sunt, pulchritudo exsuperet? Videte ergo, quorsum tandem evadat impietas. Cum enim pessimi quique homines domibus a se exstructis non modo non invideant, sed illis vel maxime superbiant, vos in omnis bonitatis fontem, cujus natura est nullo affectu turbari, invidiæ affectum cadere si dicitis, quisnam impietatis gradus hoc sublimior nobis relictus est? Quoniam ergo mundi hujus gubernacula Deus administrare potest, et eumdem bonis omnibus frui vult, manifeste utique constat, quod eum curet simul et illi præsit: quin apprehensis habenis ejus, ceu peritus aliquis auriga, omnem naturam a se creatam regit, nihilque incuratum relinquit.

Τί δήποτε γάρ, εἴπατε, τῇ τὸ (67) εἶναι παρ' αὐτοῦ λαβούσῃ ἐφθόνησε κτίσει; Διὰ τὸ μέγεθος; Ἀλλ' αὐτὸς ἄκτιστός ἐστι καὶ ἀόριστος, οὔτε ἀρχὴν B ἐσχηκώς, οὔτε τέλος δεξάμενος πώποτε, πάντα περιέχων, ὑπ' οὐδενὸς δὲ (68) περιγραφόμενος· ἐν τῇ χειρὶ γὰρ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ αὐτὸς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί. Ἀλλὰ διὰ τὸ κάλλος; Ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ γεγένηται. Οὐδεὶς δέ, οὐδὲ τῶν ἄγαν φθονερωτάτων ἀνθρώπων, οἰκίαν εὐπρεπῆ καὶ λαμπρὰν δειμάμενος, ἐφθόνησε ταύτῃ πώποτε, ἀλλ' ἐναβρύνεται, καὶ σεμνύνεται, καὶ οὗτός τε γάνυται, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ὑποδείκνυσιν. Ὅσον δὲ τὸ τῆς κτίσεως κάλλος τοῦ νοεροῦ φωτὸς τοῦ πεποιηκότος ἀφέστηκε, τίς ἂν μετρήσειε λόγος; Ὁρᾶτε τοιγαροῦν ποῦ τὰ τῆς ἀσεβείας κεχώρηκε. Τῶν γὰρ πονηροτάτων ἀνθρώπων, οὐ μόνον οὐ φθονούντων ταῖς ὑπ' αὐτῶν οἰκοδομουμέναις οἰκίαις, ἀλλὰ καὶ C λίαν ἐπ' αὐταῖς λαμπρυνομένων, τὴν τῆς ἀγαθότητος πηγήν, καὶ ὑπ' οὐδενὸς πάθους θολοῦσθαι πεφυκυῖαν, φθόνῳ βάλλεσθαι λέγειν, ποίας ἀσεβείας ὑπερβολὴν καταλείπει; Εἰ τοίνυν καὶ δύναται κατέχειν τοὺς τῆς κτίσεως οἴακας, καὶ βούλεται αὐτὴν πάντων ἀγαθῶν ἀπολαύειν, δῆλον ὅτι καὶ κήδεται, καὶ ἐφέστηκε, καὶ τῶν ἡνιῶν ἐπειλημμένος, τὴν γενητὴν ἅπασαν φύσιν ἡνιοχεῖ, καὶ οὐδὲν ἀτημέλητον καταλείπει.

Porro, ut hæc tibi plenius constent, ad mare rursus te transfer, et illius profunditatem, amplitudinem, fretorum interstitia, littora, portus, et in medio ejus sitas insulas, piscium item genera, species, formas, varietatem, et amorem, quo terras appetunt, considera. Simul et fluctuum saltus, et providentiæ frenum, quod illis injectum est, inspice, quo nimirum impediti terras inundare nequeunt: sed dum contra arenam impetuose feruntur, positos sibi terminos pertimescunt, et dum legem a Deo sibi latam illic inscriptam **509** vident, instar contumacis equi, qui a sessore freno retractus collum reflectit, retroque cedit, refugiunt, quasi et ejus facti illos pœniteat, quod arenis appellere ausi sunt. Ad hæc per mare terras divisas videmus, quo etiam ceu

Καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, μετάβηθι (69) πάλιν ἐπὶ τὴν θάλατταν, καὶ βλέπε ταύτης τὰ κύτη, τὰ μεγέθη, τὴν εἰς πελάγη διαίρεσιν, τὰς ἀκτάς, τοὺς ὅρμους, τὰς ἐν μέσῳ νήσους, τῶν ἰχθύων τὰ γένη, D τὰ εἴδη, τὰ σχήματα, τὴν ποικιλίαν, τὴν πρὸς τὴν χέρσον φιλίαν, τὰ τῶν κυμάτων σκιρτήματα, τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς τῆς προνοίας χαλινόν, δι' ὃν τὴν ἤπειρον ἐπικλύζειν οὐ δύναται, ἀλλ' ὁρμῶντα κατὰ τῆς ψάμμου φοβεῖται τοὺς ὅρους, καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖ νόμον γεγραμμένον ὁρῶντα, οἷόν τις γαῦρος ἵππος ἀγχόμενος ὑπὸ πωλοδάμνου, ἀνακλᾷ τὸν αὐχένα, καὶ εἰς τοὐπίσω χωρεῖ, ὥσπερ μεταμελόμενα ὅτι καὶ τῇ ψάμμῳ προσέψαυσε. Διὰ ταύτης ἔστιν ἰδεῖν τὰς μεμερισμένας ἠπείρους, καὶ πόῤῥωθεν ἀλλήλων καθημένας, εἰς φιλίαν συναγομένας. Ὁμόνοιαν γὰρ

(66) γυμν. In edit. Paris. γυμνάσωμεν.
(67) τό. Ibid. τῷ.

(68) δέ. Deest ibid.
(69) μετ. Edit. Paris. κατάβηθι.

ἐνθεῖναι τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὁ Ποιητὴς ἐθελήσας, ταῖς χρείαις αὐτοὺς ἀλλήλοις συνέδησε. Διὰ ταύτης τὰς μακρὰς ἀποδημίας ποιούμεθα, καὶ τὰς χρείας παρ' ἀλλήλων ἐρανιζόμεθα, καὶ τῶν ἀναγκαίων τὰς ὕλας ἀντιδιδόαμεν (70). Οὔτε γὰρ εἴασεν ὁ κηδεμὼν ἕκαστον τμῆμα τῆς γῆς ἅπασαν τοῖς ἀνθρώποις φέρειν (71) τὴν χρείαν, ἵνα μὴ τὸ ἀνενδεὲς τῇ φιλίᾳ λυμήνηται. Ὑβριστὴς γὰρ ὁ κόρος, καὶ ἀταξίας πατήρ. Πρόκειται τοιγαροῦν (72) ἡ θάλασσα μέση τῆς οἰκουμένης, εἰς κόλπους μυρίους διῃρημένη, οἷόν τις πόλεως μεγίστης ἀγορὰ, πᾶσαν τῶν ἀναγκαίων τὴν ἀφθονίαν παρέχουσα, καὶ πολλοὺς πρατῆρας καὶ ὠνητὰς δεχομένη, καὶ τούς τε ἐντεῦθεν ἐκεῖσε (73) παραπέμπουσα, καὶ τοὺς ἐκεῖθεν ἄγουσα τῇδε. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπίπονος ἡ διὰ τῆς ἠπείρου πορεία, οὐκ (74) ἐπίπονον δὲ μόνον ἦν, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον, διὰ ταύτης πᾶσαν ἀναπληρῶσαι τὴν ἔνδειαν, πρόκειται τῆς θαλάττης τὰ νῶτα, σκάφη καὶ σμικρὰ καὶ μεγάλα δεχόμενα, καὶ φόρτον πολὺν καὶ ἀναγκαῖον τοῖς δεομένοις κομίζοντα. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν μιᾶς ὁλκάδος φορτία πολλὰς κτηνῶν χιλιάδας ἀχθοφορούσας. Ἵνα δὲ μὴ δυσχεραίνωσιν οἱ ταύτης ὁδῖται, οἷόν τινας σταθμοὺς κατέπηξε τὰς νήσους ὁ Ποιητὴς, ἐν αἷς καταγόμενοι, καὶ (75) διαναπαυόμενοι, καὶ τὰς χρείας ὠνούμενοι, πάλιν ἀπαίρουσιν (76) ἔνθα ἂν τὴν ὁρμὴν ἔχωσιν. Αἰσχύνθητι τοιγαροῦν τῶν εὐεργεσιῶν τὸ πλῆθος, εἶπεν ἡ θάλασσα. Ἁρμόττει σοι γὰρ μᾶλλον, ἢ τῇ Σιδῶνι, τοῦ προφήτου τὰ ῥήματα. Ἡ μὲν γὰρ ἀγνοοῦσα τὸν Ποιητὴν, εἰς πολλοὺς τὸ Θεῖον διῄρει θεοὺς, καὶ τὴν μίαν προσκύνησιν κατατέμνουσα, τοῖς μὴ οὖσι ταύτην προσέφερεν, οὐκ ἀρνουμένη τὴν Πρόνοιαν, ἀλλὰ τούτοις αὐτὴν προσάπτουσα. Οὐ γὰρ ἂν ἔθυσεν οἷς ἐνόμιζε θεοῖς, εἰ μὴ λίαν ἑαυτὴν ἔπειθεν, ὡς καὶ ὠφέλειαν πορίζουσι, καὶ βλάβην ἀποτρέπουσι. Σὺ δὲ τῆς πολυθέου πλάνης ἀπηλλαγμένος καὶ πάντα τὰ ὁρώμενα ὁμολογῶν εἶναι ποιήματα, καὶ τὸν τούτων Ποιητὴν προσκυνῶν, ἐκβάλλεις αὐτὸν ὧν ἐποίησε, καὶ πόῤῥω που καθίζεις τῆς κτίσεως, καὶ τὸν τοσοῦτον κόσμον ἀκυβέρνητον εἶναι λέγεις, καὶ οἷόν τι σκάφος ἀνερμάτιστον ὡς ἔτυχε φέρεσθαι. Αἰσχύνθητι τοιγαροῦν τὰς διὰ θαλάττης εὐεργεσίας, τὰς ἐκ γῆς, τὰς ἐξ ἀέρος, τὰς ἐξ ἡλίου, οὐρανὸν τὸν ἐπικείμενον ὄροφον. Αἰδέσθητι τὸν δασμὸν, ὃν λαμβάνεις παρὰ τῆς κτίσεως· δασμοφορεῖ γάρ σοι τῶν εἰρημένων ἕκαστον, καὶ οἷόν τινα φόρον προσφέρει τὴν χρείαν· ἥλιος μὲν φωτίζει, θερμαίνει, τοὺς ἐκ γῆς πεπαίνει καρπούς· σελήνη δᾳδουχεῖ σοι νύκτωρ· ἀστέρες, ἐπὶ γῆς μένοντί σοι τὸν νυκτερινὸν δηλοῦσι καιρὸν, καὶ τῶν ὡρῶν τὰς μεταβολὰς προσημαίνουσι, θαλαττίῳ δὲ γινομένῳ (77) ποδηγοὶ γίνονται πρὸς τὴν ἤπειρον· ἀὴρ, ἀναπνεόμενος μὲν, τὴν ἔμφυτόν σου καταψύχει θερμότητα· ὕων δὲ, τοὺς τῆς γεωργίας ἐκτρέφει καρπούς· κρυμὸν ἐργαζόμενος, παύει μὲν τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω βλάστην, καὶ φυτῶν, καὶ σπερμά-

A sequestro quæ procul inter se distant in amicitiam coierunt. Concordiam enim humano generi inserere volens Dominus, mutuis illos operis et auxiliorum necessitate constrinxit. Per mare longinquas peregrinationes facimus, et ea quibus indigemus a nobis invicem petimus, simulque aliis, quæ ipsis necessaria sunt, rependimus. Nec * enim aliquam terræ partem summus ille rerum administrator cultoribus suis omnia simul ad usum victumque necessaria proferre passus est, ne nullius indigens copia mutuæ amicitiæ noceret. Injuriis enim gaudet rerum saturitas, et turbarum parens est. Unde in medium telluris mare prominet quod in plurimos sinus divisum, ingentis alicujus civitatis forum repræsentat, omnem necessariorum copiam liberaliter exhibens, B multosque tam venditores quam emptores capiens, quos hinc inde dimittit simul et adducit. Quia enim profectiones quæ per terram fiunt, plenæ laborum sunt, quin non modo laboriosum, verum etiam impossibile erat, ut per has omnis inopia sarciretur, maris dorsum paratum est quod tam magnarum quam parvarum navium capax est, quæ multam necessariarum rerum copiam indigis hominibus advehunt. Nam unius navis onera vix aliquot millibus jumentorum vehi posse videmus. Ne vero qui per mare **510** iter faciunt nimia afficerentur molestia, insulas veluti stationes quasdam rerum Conditor infixit, in quas delati, refectis corporibus et emptis necessariis, rursus eo solvant quo illis cursus C est. Reverere ergo beneficiorum multitudinem, dixit mare. Magis etenim tibi quam Sidoni, hæc prophetæ verba conveniunt. Hæc enim cum mundi Creatorem ignoraret, ipsum Numen in multos deos distraxit et unicum illum cultum dissecans, iis illum qui dii non erant impendit: Providentiam interim non negans, sed illis hanc tribuens. Nec enim sacra fecisset iis, quos deos esse putabat, nisi plene sibi persuasisset, quod et utilitatem conferrent, et damnum averterent. Tu autem eo errore qui deorum multitudinem fingit, liberatus, cum visibilia hæc omnia facta esse fatearis, et horum Creatorem adores, eumdem tamen ab operibus suis ejicis, et quam longissime a creatura collocas, hancque tantam mundi machinam gubernatore carere, et ceu D navim quamdam omni præsidio destitutam, fortuitis casibus ferri contendis. Reverere ergo ea, quæ ex mari accipis beneficia: tum et illa, quæ ex terra, ex aere, ex sole tibi proveniunt. Reverere et cœli, quod tibi incumbit, fastigium. Reverere tributum, quod ex creaturis percipis. Singula enim horum quæ * modo recensuimus, tibi quasi tributaria sunt, et sui usum ceu reditus quosdam et vectigal tibi offerunt. Et sol quidem illuminat, calefacit, et e terra prognatos fructus excoquit. Luna noctu prælucet; stellæ tibi in terris versanti nocturnum

(70) ἀντιδ. ibid. præm. ἀλλήλους.
(71) φέρ. ibid. παρέχειν.
(72) τοιγ. ibid. γάρ
(73) ἐντ. ἐκ. ibid. ἐκεῖθεν ἐντεῦθεν.
(74) οὐκ. ibid. οὐδ'.
(75) καί. Des. ibid.
(76) ἀπ. ibid. ἀπαίρωσιν.
(77) γιν. Edit. Paris. præm. σοι.



Digitized by Google

res, diesque longiores reddit : imo et terræ ferventior imminens illius fructus ad maturitatem excoquit. **496** Ubi vero ad solitos usque terminos pervenerit, a septentrione in australes mundi partes revertitur, rursusque circa autumnale tempus æquinoctium afferens australior fit, et noctibus horas reddit, quas ab illis acceptas diebus ante tradiderat : aerem vero condensari permittit, ut nubibus obductus universam tellurem irriget. Inde vero ad æquinoctialem circulum reversus, anni complet circulum. Postquam igitur solis et lunæ usum, simulque noctis et diei æquales successiones una cum fructu, qui inde ad homines redit, cognovisti, nunc quoque quatuor (anni) partium jucundissimam simul utilissimamque successionem considera. Nec enim bifariam anni circulum divisit rerum opifex, nec æstatem duntaxat dedit et hiemem, nec ab extremis sine medio ad extrema transimus, sed ver et autumnus, quibus medium quoddam temperamentum inest, inter frigus et æstum media sunt. Et quidem extreme humidam et frigidam hiemem non æstas extreme sicca et calida excipit, sed vernum tempus, quod dum hujus quidem calori et illius frigori * participat, optimum inter extremas hasce anni qualitates temperamentum constituit, et ab iis quæ sibi invicem contrariæ sunt, ceu manibus quibusdam apprehensum, nempe hiemis frigore et æstatis calore, in consortium et amicitiam pertrahit, quæ alioqui hostiliter pugnant. Quapropter dum ab hieme ad æstatem progredimur, sine omni molestia id facimus. Nam dum pedetentim illius frigus deserimus, et hujus calori appropinquamus, non ullum damnum ob nimiam mutationem subire cogimur. Similiter ab æstate quoque **497** ad hiemem transimus, medio rursus intercedente autumno, qui nos extreme contrariis non subito appelli patitur, sed summum calorem summo frigori miscens, et aliud quoddam temperamentum constituens, paulatim ad illud quoque extremum nos deducit. Tantam nostri curam gerit summus ille rerum Conditor, qui hoc modo per anni partium successiones non molestia modo nos liberat, sed voluptate quoque delectat.

A ἡμέρας τὰς ἰσομέτρους διαδοχὰς, καὶ τὴν ἐντεῦθεν τοῖς ἀνθρώποις προσφερομένην ὠφέλειαν, βλέπε μοι καὶ τῶν ὡρῶν τοῦ ἔτους τὴν τερπνοτάτην καὶ χρειωδεστάτην χορείαν. Οὔτε γὰρ διχῇ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἐμέρισεν ὁ Ποιητής, οὔτε θέρος ἡμῖν ἁπλῶς δέδωκε καὶ χειμῶνα, οὐδὲ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἀμέσως ἐπὶ τὰ ἄκρα μεταβαίνομεν, ἀλλὰ τὸ ἔαρ καὶ τὸ μετόπωρον μέσην λαχόντα τὴν κρᾶσιν, τοῦ κρυμοῦ (31) καὶ τοῦ φλογμοῦ μέσα γίγνεται. Καὶ τὸν ἄκρως ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν χειμῶνα, οὐ τὸ ἄκρως ξηρὸν καὶ θερμὸν διαδέχεται θέρος, ἀλλὰ τὸ ἔαρ, ὃ καὶ τῆς τούτου (32) μετέχον θερμότητος, καὶ τῆς ἐκείνου ψυχρότητος, μῖξιν ἀρίστην τῶν ἀφεστηκότων ἐργάζεται, καὶ οἷόν τισι χερσὶ τῶν ἐναντίων ἐπειλημμένον, τῇ μὲν ψυχρότητι τοῦ χειμῶνος, τῇ δὲ θερμότητι τοῦ θέρους,
B εἰς σύμβασιν ἄγει καὶ φιλίαν τὰ κομιδῇ πολέμια. Διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χειμῶνος ἐπὶ τὸ θέρος ὁδεύοντες, ἀλύπως ὁδεύομεν. Κατὰ βραχὺ γὰρ τῆς τούτου ψυχρότητος ἀφιστάμενοι, καὶ τῇ ἐκείνου θερμότητι πλησιάζοντες, οὐδεμίαν βλάβην ἐκ τῆς ἀθρόας μεταβολῆς ὑφιστάμεθα. Οὕτως ἀπὸ τοῦ θέρους ἐπὶ τὸν χειμῶνα μεταβαίνομεν, μέσου πάλιν τοῦ μετοπώρου γιγνομένου, καὶ οὐκ ἐῶντος ἡμᾶς εὐθὺς τοῖς ἄκροις πάλιν ἐναντίοις προσψαῦσαι, ἀλλὰ κεραννύντος τὴν ἄκραν θερμότητα τῇ ἄκρᾳ ψυχρότητι, καὶ κρᾶσιν ἑτέραν ἐργαζομένου, καὶ κατὰ σμικρὸν ἡμᾶς ἐπ' ἐκεῖνο ξεναγωγοῦντος (33) τὸ ἄκρον. Τοσαύτη περὶ ἡμᾶς ἡ τοῦ πεποιηκότος κηδεμονία. Οὕτω καὶ ἐν (34) ταῖς τῶν ὡρῶν μεταβολαῖς, οὐ μόνον ἡμῖν τὸ ἄλυπον, ἀλλὰ καὶ τὸ τερπνὸν πραγματεύεται.

Sed exsurgat fortasse ingratus quispiam, qui ea quoque quæ bene et pulchre facta sunt, simulque sapienter et commode administrantur, reprehendere volens dicat : Cur sodes istæ (anni) conversiones fiunt? et quænam ex hisce anni partium successionibus ad nos utilitas redit? Sed ohe! sapientissime fortissimeque Providentiæ accusator, quænam bona non harum beneficio nobis contingunt? Initium enim sumente hieme semina terris mandamus : qui vero eam nobis artem tradidit, pluviis e nubibus demissis illa nutrit ac fovet, et marinas aquas verbo in altum subvehens, atque sublimes ferens salsas illas dulcedine conditas transmutat, et in guttas discernit, quas nunc quidem parvulas demittit, nunc vero majores, et torrentis instar ruentes, perinde ac si cribro aliquo hosce nubium fetus discernat. In hunc ergo usum hibernum tempus conditum est, ut te ingratissimum alat, ut tibi iniquissimo beneficiorum cœlestium censori necessa-

C Καὶ ἴσως ἄν τις τῶν ἀχαρίστων τοῖς εὖ καὶ καλῶς γεγενημένοις, καὶ σοφῶς καὶ συμφερόντως οἰκονομουμένοις ἐπιμεμφόμενος εἴποι· Τί δήποτε αἱ τροπαὶ γίγνονται; Ποίαν δὲ χρείαν ἡμῖν αἱ τῶν ὡρῶν μεταβάσεις ποιοῦσι; ποίων δὲ ἀγαθῶν, ὦ σοφώτατε καὶ δεινότατε τῆς Προνοίας κατήγορε, οὐ διὰ τούτων τυγχάνομεν; Ἀρχομένου μὲν γὰρ χειμῶνος, σπέρματα καταβάλλομεν· ὁ δὲ ταύτην ἡμᾶς διδάξας τὴν τέχνην, τρέφει ταῦτα, ὕων ἐκ νεφῶν, καὶ τὸ θαλάττιον ὕδωρ ἀνέλκων τῷ λόγῳ, καὶ μετέωρον ἄγων, καὶ τὴν ἁλμυρὰν ἐκείνην εἰς γλυκεῖαν μεταβάλλων ποιότητα, καὶ τὰς ψεκάδας διακρίνων, καὶ νῦν μὲν σμικρὰς ἀφιείς, νῦν δὲ μεγάλας καὶ κρουνηδὸν φερομένας, καὶ οἷόν τινι κοσκίνῳ διαιρῶν τῶν νεφῶν τὰς ὠδῖνας. Διὰ τοῦτο ἡ χειμέριος ὥρα, ἵνα σε τὸν ἀχά-
D ριστον διαθρέψῃ, ἵνα σοι τῷ ἀγνώμονι παράσχῃ τῶν ἀναγκαίων τὴν χρείαν. Ἔαρος δὲ πάλιν ἀρχομένου, οἱ μὲν τῶν γηπόνων τέμνουσι τὰς ἀμπέλους, οἱ δὲ ἑτέρας φυτεύουσι, χαυνούμενα δὲ τῇ τοῦ ἀέρος θερ-

(31) κρ. Edit. Paris. habet κρυμνοῦ. Minus recte.
(32) τούτ. Ibid. τούτων.
(33) ξεναγ. Edit. Paris. ξεναγοῦντος.
(34) καὶ ἐν. Ibid. κἀν.

Digitized by Google

μήτητι τὰ κλήματα, πρὸς ὠδῖνας ἐπείγεται. Τοῦ δὲ θέρους ἀκμάζοντος, καὶ τοῦ ἡλίου σφόδρα τὸν ἀέρα θερμαίνοντος, ὁ μὲν σῖτος εἰς ἀμητὸν τὸν γηπόνον καλεῖ, περκῶσι δὲ σταφυλαί, βρίθουσι δὲ ἐλαῖαι τοῦ καρποῦ τρεφομένου, πεπαίνεται δὲ τῶν ὀπωρῶν τὰ γένη. Εἶτα τὸ μετόπωρον ἐπιγενόμενον, ταῦτα τελείως πέπονα τοῖς φυτουργοῖς παραδίδωσιν· οἱ δὲ τὴν συλλογὴν ποιησάμενοι, πάλιν ἅπτονται τῶν σπερμάτων. Παῦσαι τοίνυν ἀχαριστῶν, καὶ τοῖς τῆς Προνοίας δώροις τὴν Πρόνοιαν διαβάλλειν ἐπιχειρῶν, καὶ τοῖς δοθεῖσιν ἀγαθοῖς τὸν τούτων δοτῆρα τοξεύων. Ἐν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις τὴν τοῦ Θεοῦ κατάμαθε πρόνοιαν, ἰθύνουσάν σε (35) καὶ κυβερνῶσαν, καὶ πάντων σοι τῶν ἀγαθῶν πραγματευομένην τὴν ἀφθονίαν. Βλέπε καὶ τῶν ἀστέρων τὴν φύσιν, τὴν θέσιν, τὴν τάξιν, τῶν σχημάτων τὴν ποικιλίαν (36), τὴν τέρψιν, τὴν χρείαν, τὴν χορείαν, τὰς ἐπιτολάς, τὰς δύσεις· τούτους ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς πεποίηκεν, οὐχ ἵνα μόνον τὸ ζοφῶδες τῆς νυκτὸς φωτίζωσι, καὶ ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ τοῦ φωτὸς τοῖς ἀνθρώποις τὴν χρείαν παρέχωσιν, ἀλλ' ἵνα καὶ ὁδίτην παραπέμπωσι, καὶ τοὺς πλέοντας ξεναγῶσιν. Εἰς γὰρ τούτους ἀφορῶντες οἱ ναυτιλλόμενοι, τὴν ἀτριβῆ τρίβον ὁδεύουσι, καὶ τῇ τούτων θέσει προσέχοντες, τὸ σκάφος ἰθύνουσι, καὶ πρὸς οὓς ἂν ἐθέλωσιν ἀπευθύνουσι λιμένας. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ δέχεται τῶν ὑδάτων ἡ φύσις ἵππων, καὶ ὄνων (37), καὶ ἡμιόνων, καὶ ὁδοιπόρων ἴχνη, καὶ ἁμαξῶν καὶ ὀχημάτων (38) γραμμάς, οἷς οἱ ὁδῖται προσέχοντες, ἀναμφιβόλως τὴν πορείαν ποιοῦνται, δέδωκε τῶν ὅλων ὁ Δεσπότης τοῖς τὰ μακρὰ πελάγη διαπερῶσιν, οἷον ἴχνη τινὰ τῶν θαλαττίων τρίβων, τῶν ἀστέρων τὴν θέσιν. Ὢ τῆς ἀῤῥήτου φιλανθρωπίας! Ὢ τῆς ἀφράστου σοφίας! Τίς ἂν ἀξίως θαυμάσειε τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τὸ ἀγαθόν, τὸ δυνατόν, τὸ ἐν ἀπόροις εὔπορον, τὸ ἐν ἀμηχάνοις εὐμήχανον, τὴν μεγαλουργίαν, τὴν εὐπορίαν; Ἀληθῶς «ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν,» βοῶ κἀγώ. Εἰ δὲ ἐμοὶ πείθοιο, ταύτην σὺν ἐμοὶ καὶ σὺ τὴν φωνὴν ἀφήσεις, καὶ τὸν εὐεργέτην εἰς δύναμιν ὑμνήσεις, καὶ μυρίοις ἔργοις εὐεργετούμενος, λόγους εὐγνώμονας ἀποδώσεις. Ἵνα δέ σε νῦν τοῦ βαδίζειν ἀρξάμενον, μὴ μακρὰν ὁδὸν ὁδεῦσαι παρασκευάσαντες, πόνον σοι προξενήσωμεν, ἐνταῦθά σε τέως διαναπαύσομεν, καὶ τὴν ἐν οὐρανῷ, καὶ τοῖς κατ' οὐρανὸν φωστῆρσι, πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ φαινομένην θεωρεῖν καταλείψομεν. Εἰκὸς γάρ σε ποδηγηθέντα, καὶ καθ' ἑαυτὸν τὴν θεωρίαν αὐξῆσαι, καὶ τὰ συντομίας χάριν ὑπὸ τοῦ λόγου καταλειφθέντα, ἐκ τῶν εἰρημένων εὑρεῖν, καὶ μετὰ τοῦ Προφήτου βοῆσαι· «Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας.» Σοὶ δόξα, καὶ τιμή, καὶ προσκύνησις (39), εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A rium victum suppeditet. Novo autem ineunte vere, alii quidem ex agricolis vites putare incipiunt, alii vero novas **498** conserunt, aerisque calore relaxati palmites gemmare * coguntur. Deinde ubi æstas viguerit, et solares radii aerem vehementiori calore incenderint, triticum agricolam ad messem vocat, uvæ nigrescunt, oleæ enutrito jam fructu turgent, et maturescunt pomorum genera. His superveniens autumnus hæc permatura cultoribus suis exhibet: qui ubi fructus omnes collegerunt ad sementem faciendam denuo accinguntur. Desine igitur ingratus esse; desine per ipsius Providentiæ munera illi calumnias struere; desine, inquam, bona, quæ tibi data sunt, contra largitorem eorum ceu tela ejaculari. Quin potius in omnibus, quæ B hactenus dicta sunt, Dei providentiam agnoscere discito, quæ (omnia) regit et gubernat, simulque omnium bonorum copiam tibi liberaliter parat. Sed stellarum quoque naturam, earumdem situs, ordinem, figuras varias, jucunditatem, utilitatem, motum, ortus et occasus inspice. Has enim summus ille rerum Opifex non in hunc modo finem condidit, ut noctis tenebras suo fulgore illuminent, et luna non fulgente lucis usum hominibus exhibeant: sed ut iter facientes deducant, et navigantibus viam monstrent. In has enim respicientes nautæ nullis tritas vestigiis aquarum semitas secant, et harum situs observantes navim regunt, et ad quoscunque voluerint portus appellunt. Quandoquidem enim C aquarum natura nec equorum, nec asinorum, nec mulorum, nec viatorum vestigia admittit, nec curruum rotis percurri, nec etiam aliquibus indiciis notisque signari potest, **499** in quæ viatores respicere, et iter certum percurrere queant, astrorum situs ceu vestigia quædam marinorum itinerum per alta maria navigantibus constituere summo illi rerum Domino visum est. O amorem erga homines ineffabilem! o sapientiam inenarrabilem! Quis utique divinæ providentiæ bonitatem, potentiam, in dubiis copiam, in difficilibus facilitatem, operum magnitudinem, divitias, pro dignitate admiretur? Revera «mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad eam (pertingere) [a].» Idem et ego clamo. Quod si vero mihi parueris, D eamdem mecum vocem edes, et benefactorem pro virili laudabis, et infinitis beneficiis affectus gratos sermones illi referes. Porro ne tibi nunc primum gressus figere incipienti longioris viæ * spatio molestiam pariamus, hic te quiescere jubentes, ut Dei providentiam, quæ in cœlo et cœlestibus luminibus apparet, contempleris, relinquemus. Credo enim fore, ut qui hucusque deductus es, contemplationem hanc ipse augeas, et quæ brevitatis studio in hac oratione nostra omissa sunt, ex iis quæ diximus facile colligas, tandemque cum Propheta

[a] Psal. CXXXVIII, 6.

(35) σε. Legendum esse videtur τε.
(36) τ. σχημ. τ. ποικ. Edit. Paris. τὴν ποικιλίαν τῶν σχημάτων.
(37) καὶ ὄν. Des. in edit. Paris.
(38) ὀχημ. Ibid. σχημάτων.
(39) κ. τ. κ. προσκ. Des. in edit. Paris.

Digitized by Google

exclames: « Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia sapienter fecisti *. » Tibi sit gloria, honor et adoratio in æternum. Amen.

## 500 ORATIO II.

*Demonstratio (Providentiæ) ex aere, terra, mari, fluviis et fontibus.*

Qui Providentiæ habenis fidem habere nolunt, et mundum hunc, qui cœlo et terra constat, sine gubernatore tanta cum consonantia et ordine ferri, nimium imprudenter asseverant, perinde mihi facere videntur, ac si quis in navi sedens pontumque trajiciens, gubernatorem quidem clavum tenere, et gubernacula prout opus est movere, et nunc quidem in dexterum, nunc vero in sinistrum latus declinare, navimque ad quoscunque velit portus appellere videat, interim tamen manifeste mendax veritatem oppugnare studens, gubernatorem puppi insistere neget, tum ipsam navim nec remis instructam esse, nec clavi motu dirigi, sed sua sponte ferri, et per se fluctuum procellas superare, cumque ventorum incursionibus decertare dicat, imo nec nautarum auxilio, nec nauclero, qui in commune consulens nautis quæ facienda sint, imperet, opus esse contendat. Hi enim cum palam et luce clarius omnium rerum Dominum, mundum, quem condidit, gubernare, et omnia convenienter et justo ordine deducere et movere videant, simulque in omnibus quæ fiunt convenientem proportionem, ac tum in tota hac mundi machina pulchritudinem usumque commodum, tum in singulis hujus partibus utraque hæc evidenter apparere cernant, volentes tamen cæcutiunt, imo videntibus oculis * impudentiam suam produnt. Et cum Providentiæ munera percipiant, **501** illa ipsa tamen quæ percipiunt, conviciis lacerant, et per ea quibus fruuntur, Gubernatorem suum oppugnant. Possent autem quæ heri de cœlo, sole, luna, et reliquis stellis dicta sunt, gratis et benevolis auditoribus sufficienter persuadere, ut et sapientius judicarent, et benefactorem dignis celebrarent laudibus. Porro ne quis illorum, qui lunam Providentiæ terminum constituentes, hujus vires ad illius orbem usque extendi dixerunt, eamque nimis exilem finxerunt, ex sermonis nostri brevitate blasphemiæ ansam arripiat, hinc rursus te, o amice, per aerem ad terram usque deducemus, et ut hesterno die, ita nunc quoque pedetentim gressus tuos formantes, Providentiam in minimis quoque mundi partibus sese exserere demonstrabimus iis qui animum advertere voluerint: quin simpliciter omnibus iis, quæ facta vel genita sunt, tam communiter quam privatim adesse semper et obsequi ostendemus.

Recta ergo progressi aeris naturam inquiramus, ut nimirum hæc tenuissima sit, et labilis, adeo ut facillime evanescens aliis ipsum cohibentibus mediis

A

## ΛΟΓΟΣ Β'.

*Ἀπόδειξις ἀπὸ ἀέρος, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, καὶ ποταμῶν, καὶ πηγῶν.*

Οἱ ταῖς τῆς Προνοίας ἡνίαις ἀπιστοῦντες, καὶ τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς κόσμον ἡνιόχου δίχα μετὰ τοσαύτης ἁρμονίας καὶ τάξεως φέρεσθαι λίαν ἀνοήτως ἰσχυριζόμενοι, ἐοικέναι μοι δοκοῦσιν, ὥσπερ ἄν τις ἐν νηῒ καθήμενος, καὶ τὸ πέλαγος διαπεραιούμενος, καὶ τὸν κυβερνήτην ὁρῶν τῶν οἰάκων ἐπειλημμένον, καὶ τὰ πηδάλια πρὸς τὴν χρείαν κινοῦντα, καὶ νῦν μὲν τὸ δεξιὸν φέροντα, νῦν δὲ τὸ εὐώνυμον μεταφέροντα, καὶ τὸ σκάφος πρὸς οὓς ἂν ἐθέλῃ λιμένας ἰθύνοντα, ἀρνοῖτο, προφανῶς οὕτω ψευδόμενος, καὶ ἄντικρυς τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος, μήτε (40) κυβερνήτην ἐπὶ
B τῆς (41) πρύμνης ἑστάναι, μήτε πηδάλια τὸ σκάφος ἔχειν, μήτε τῇ κινήσει τῶν οἰάκων ἰθύνεσθαι, ἀλλ' αὐτόματον φέρεσθαι, καὶ τῆς τῶν κυμάτων οὑτω (42) περιγίνεσθαι ῥύμης, καὶ τῇ τῶν πνευμάτων ἐμβολῇ διαμάχεσθαι, καὶ μήτε ναυτῶν ἐπικούρων δεῖσθαι, μήτε κυβερνήτου τὸ κοινῇ συμφέρον τοῖς ἐρέταις προστάττοντος. Ἐναργῶς γὰρ καὶ οὗτοι, καὶ λίαν προφανῶς, τὸν ἁπάντων Δεσπότην ὁρῶντες ἣν ἐποίησεν ἰθύνοντα κτίσιν (43), καὶ πάντα ἐν ῥυθμῷ καὶ τάξει ἄγοντά τε καὶ φέροντα, καὶ τὴν ἁρμονίαν ἑκάστῳ τῶν γινομένων ἐμπρέπουσαν, κάλλος ὁμοῦ καὶ χρείαν ἐν ἁπάσῃ θεωροῦντες τῇ κτίσει, καὶ ἐν ἑκάστῳ δὲ μορίῳ ταύτης ἄμφω ταῦτα διαλάμποντα, ἑκόντες τυφλώττουσι, μᾶλλον δὲ ὁρῶντες ἀναισχυντοῦσι, καὶ τὰ δῶρα τῆς Προνοίας λαμβάνοντες, οἷς
C λαμβάνουσι λοιδοροῦνται, καὶ δι' ὧν ἀπολαύουσι, τῷ Κηδεμόνι πολεμοῦσιν. Ἤρκει μὲν οὖν, εἴπερ ἤθελον εὐγνωμόνως ἀκούειν, καὶ τὰ χθὲς ἡμῖν (44) εἰρημένα περὶ οὐρανοῦ, καὶ ἡλίου (45), καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄλλων φωστήρων, πεῖσαι αὐτοὺς σωφρονεῖν, καὶ τὸν εὐεργέτην ὑμνεῖν. Ἵνα δὲ μή τις τῶν τὴν σελήνην ὅρον τῇ Προνοίᾳ τεθεικότων, καὶ μέχρι ταύτης αὐτὴν διήκειν εἰρηκότων, καὶ λίαν αὐτὴν σμικρολόγον ἀποφηναμένων, ἐφόδιον εἰς βλασφημίαν λάβῃ τῶν λόγων τὴν συμμετρίαν, δεῦρο δή σε πάλιν, ὦ φιλότης, ἐκεῖθεν διὰ τοῦ ἀέρος ἐπὶ τὴν γῆν καταβιβάσωμεν, καὶ κατὰ βραχύ σε πάλιν καθάπερ τῇ προτεραίᾳ ποδηγήσαντες, ὑποδείξωμεν καὶ ἐν τοῖς βραχυτάτοις τῆς κτίσεως μορίοις φαινομένην ταύτην καὶ δεικνυμένην τοῖς προσέχειν ἐθέλουσι, καὶ ἁπαξ-
D απλῶς τοῖς γεννητὴν λαχοῦσι φύσιν, κοινῇ καὶ ἰδίᾳ συμπαρομαρτοῦσαν ἀεί.

Ὁδῷ τοίνυν βαδίζοντες, ἐξετάσωμεν τοῦ ἀέρος τὴν φύσιν, πῶς λεπτοτάτη μέν ἐστι, καὶ διολισθαίνουσα, καὶ ῥᾳδίως διαφεύγουσα, καὶ τῶν συνεχόντων

* Psal. CIII, 24.

(40) μήτε. Edit. Paris. præm. καί.
(41) τῆς. Des. ibid.
(42) οὕτω. Des. ibid.
(43) ἰθ. κτ. Ibid. κτίσιν ἰθύνοντα.
(44) ἡμ. Des. in edit. Paris.
(45) καὶ ἡλ. Ibid ponitur post καὶ σελήνης.

Digitized by Google

membris sanguinem advehunt, ex tenuissimis membranis composuit, et illorum poris quasi fungosa quædam palliola circumdedit. Sanguis enim crassus est, et majoribus ad excretionem poris indiget. Ne itaque totus simul efflueret, sed modo quasi humorem aliquem vicinis membris exhiberet, hujusmodi vasorum naturam constituit. Arterias autem quibus vitalis ille spiritus per totum corpus vehitur, qui et tenuissimus est, et facillime evacuari potest, utpote qui per minimos quoque meatus mox effluit, non simili modo contexuit summus ille rerum Opifex, nec una duntaxat tunica, sed duabus, iisque densis simul et solidis, constare voluit. Venis autem arterias circumposuit, **519** ut sanguis calidi spiritus commotione excitatus undequaque discurrat. Hic enim, si immotus consistat, condensari consuevit. Quam ob causam in membris quibusdam has sibi invicem minutissimis poris vel ' meatibus inseruit, ut nimirum sanguis spiritum paulisper suscipiat, quo impulsus moveatur, spiritus vero humore aliquo humectetur et madefiat, qui ipsum non patiatur in universum exarescere. Et quis, sodes, eorum, qui et ambitiosissimi et opulentissimi sunt, domum ædificans tanta providentia aquæ ductus disponit, scaturigines illorum tam sufficienti aquarum copia instruit, et fontes ac phialas ad tantam delectationem ædificat, ut summus ille omnium architectus rationalem hanc domum ædificare volens, ipsam tot ac tantis circumsepsit vasculis, quæ illi ad omnem necessitatem inserviunt? Quis item tam peritus faber, qui zephyri flatibus domum perflari volens, ventorum vias ita dilatet, quemadmodum sapientissimus ille architectus Deus ista disposuit, ut spiritus qui (cordis calore adustus) fumidus et fuliginosus est, corpore egrediatur, purior autem et sincerior ingressus omnes arterias percurrat? Quis item vel herbas vel arbores plantans, aquas tanto studio deducit, et plantarum radices tam diligenter irrigat, ut qui vivam hanc plantam insevit, et omnem creaturam condidit, arcano quodam modo humani corporis membra per venas irrigare solet? Nam quod ad alimentum attinet, homines ab inanimatis arboribus nihil differimus. Perinde enim ut his, ita nobis quoque alimento opus est. **520** Arbor quippe nisi nutriatur, arescit: et homo fame pressus, similiter omni exhausta humorum copia morti truditur. Quemadmodum igitur arbores, ubi vel e nubibus demissas pluvias, vel fluviorum aut fontium latices susceperunt, per radices quidem humorem attrahunt, hoc modo autem et ramos, et corticem, et medullam enutriunt, qui simul folia producit, et flore enato fructus tandem ad maturitatem excoquuntur: sic et animal hoc, cibum quidem ore suscipit, qui illi instar fontis est, canalem

A τρυμαλιᾷ αὐτῇ περιβόλαια περιτέθεικε. Παχυμερὲς γὰρ τὸ αἷμα (88), καὶ μεγάλων εἰς ἔκκρισιν δεόμενον πόρων. Ἵνα τοίνυν καὶ μὴ ἅπαν ἐκρέῃ, καὶ οἷόν τινα νοτίδα τοῖς παρακειμένοις παρέχῃ μορίοις, τοιαύτην τοῖς ἀγγείοις τὴν φύσιν πεποίηκε. Τὰς δὲ ἀρτηρίας τὸ πνεῦμα πανταχοῦ κομιζούσας (λεπτομερὲς δὲ τοῦτο, καὶ ῥᾳδίως φροῦδον γινόμενον), καὶ διὰ τῶν σμικροτάτων μερῶν εὐπετῶς (89) ἐκκρινόμενον· οὐκέθ' ὁμοίως ὁ Πλάστης ἐξύφηνεν, οὐδὲ ἐξ ἑνὸς αὐτὰς μόνου χιτῶνος ἐποίησεν, ἀλλ' ἐκ δύο στεγανῶν καὶ λίαν συχνῶν. Παρέθηκε δὲ ταῖς φλεψὶ τὰς ἀρτηρίας, ἵνα τῇ κινήσει τοῦ θερμοῦ πνεύματος τὸ αἷμα νυττόμενον, πανταχοῦ διατρέχῃ. Οἶδε γὰρ ἡ στάσις τὴν πῆξιν ἐργάσασθαι. Τούτου χάριν ἔν τισι μορίοις ἐνέφυσε ταύτας ἀλλήλαις διὰ σμικροτάτων τινῶν πόρων, B ὅπως καὶ τὸ αἷμα βραχέος τινὸς μεταλαμβάνῃ πνεύματος, ὠθοῦντος αὐτὸ καὶ κινεῖσθαι βιαζομένου, καὶ τὸ πνεῦμα νοτίδος ἀπολαύῃ, τέγγοντος αὐτὸ καὶ ὑγραίνοντος, καὶ ξηραίνεσθαι αὐτὸ (90) παντελῶς οὐκ ἐῶντος. Τίς τῶν φιλοτίμων πώποτε, καὶ λίαν εὐπόρων, οἰκίαν δειμάμενος, οὕτως ὁλκῶν ὑδραγωγῶν προμηθεῖται, καὶ κρουνοῖς ἀφθονίαν ἐπινοεῖ, καὶ κρήνας καὶ ληνοὺς εἰς τέρψιν παρασκευάζει, ὡς ὁ Δημιουργὸς τῶν ὅλων τὴν λογικὴν ταύτην οἰκίαν τεκτηνάμενος, τοσούτοις αὐτὴν καὶ τηλικούτοις περιεστοίχισεν ἀγγείοις χορηγοῦσι τὴν χρείαν; Τίς δὲ οὕτως ἀρχιτέκτων ὤν, ζεφύρου πνοαῖς καταπνεῖσθαι τὰς οἰκίας μηχανώμενος, εὐρύνει τὰς εἰσόδους τοῦ πνεύματος, ὡς ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς, καὶ τὸ καπνῶδες καὶ λιγνυῶδες ἐκ τοῦ σώματος ἐξιέναι πνεῦμα, καὶ C τὸ καθαρὸν εἰσρεῖν καὶ διατρέχειν εἰς ἁπάσας τὰς ἀρτηρίας ἐμηχανήσατο; Τίς δὲ φυτουργῶν οὕτως ὀχετηγεῖ τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ ταῖς ῥίζαις τῶν φυτῶν τὴν (91) ἀρδείαν προσφέρει, ὡς ὁ τὸ ζῶον τοῦτο φυτεύσας, καὶ τὴν κτίσιν ἅπασαν δημιουργήσας, ἀῤῥήτως ἐπιφέρει διὰ τῶν φλεβῶν τὴν ἀρδείαν τοῖς τοῦ σώματος μέλεσιν; Τῶν γὰρ ἀψύχων δένδρων οὐδὲν (92) κατὰ τὴν τροφὴν οἱ ἄνθρωποι διαφέρομεν· ὁμοίως γὰρ ἐκείνοις ταύτης ὑπάρχομεν ἐνδεεῖς. Τό τε γὰρ δένδρον μὴ τρεφόμενον αὖον γίνεται καὶ ξηρὸν, καὶ ὁ ἄνθρωπος λιμῷ πιεζόμενος, ὡσαύτως πᾶν τὸ ὑγρὸν ἀποτίθεται, καὶ τῷ θανάτῳ παραπέμπεται. Καθάπερ τοίνυν τὰ δένδρα, ἢ τὸν ἐκ νεφῶν ὑετὸν, ἢ τὰ ἐκ ποταμῶν καὶ πηγῶν δεχόμενα νάματα, ἕλκει D μὲν διὰ τῶν ῥιζῶν τὴν νοτίδα, τρέφει δὲ (93) τοὺς κλάδους, καὶ τὸν φλοιὸν, καὶ τὴν ἐντεριώνην, τίκτει τε (94) φύλλα, καὶ ἄνθος φύει, καὶ πεπαίνει καρπούς· οὕτω τόδε τὸ ζῶον δέχεται μὲν ἐν τῷ στόματι τὴν τροφὴν, καὶ γίνεται τοῦτο (95) πηγὴ, ὁλκὸν δὲ ὁ οἰσοφάγος μιμεῖται, ὃν στόμαχον ὀνομάζειν εἰώθαμεν· ἡ δὲ γαστὴρ, οἷόν τις ῥίζα, ταύτην ὑποδεχομένη, καθάπερ τινὶ τῶν κλάδων ὑποβάθρᾳ, παραπέμπει τῷ ἥπατι. Τὸ δὲ, οὐκ ἀνέχεται μόνον τῆς χρείας ἀπολαύειν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς μορίοις τοῦ σώμα-

(88) αἷμα. Edit. Paris. σῶμα
(89) εὐπ. ibid. εὐχερῶς.
(90) αὐτό. Ex edit. Paris. suppletum.
(91) τήν. Ex eadem edit. insertum.
(92) οὐδέν. Edit. Paris. οὐδέ.

(93) δέ. Sequimur edit. Paris. Sirm. habebat τε.
(94) τε. Ita h. l. legendum esse videtur. Editio prior habebat δέ.
(95) τοῦτο. Edit. Paris. τούτῳ.

Digitized by Google

τος ταύτην διὰ τῶν φλεβῶν τὴν ἀρδείαν προσφέρει. A Οὕτω τὸ σῶμα τρεφόμενον, ἐν μὲν τοῖς βρέφεσιν αὔξεται, καὶ μηκύνεται, καὶ εὐρύνεται, καὶ πρόσφορον κατὰ βραχὺ προσλαμβάνει τὸν ὄγκον· ὅταν δὲ εἰς τὸ ὡρισμένον ἀφίκηται μέτρον, τηνικαῦτα τῆς μὲν αὔξης παύεται, τρέφεται δὲ μόνον· οὕτως ὁ τῶν ἁπάντων Ποιητὴς τῆς ἡμετέρας φύσεως προμηθεῖται, καὶ οὐ διαπλάττει μόνον, ἀλλὰ καὶ διατρέφων διατελεῖ, καὶ οὐ διατρέφει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἡμῶν κηδεμονίαν ποιεῖται. Ἀλλὰ γὰρ ἀπορῶ, πῶς ὑμνήσω τὸν Ποιητήν· νικᾷ γὰρ τὴν διάνοιαν τῆς περὶ ἡμᾶς προνοίας ἡ ποικιλία, παραχωρεῖ πᾶς λόγος τῇ τῆς δημιουργίας σοφίᾳ, οὐδεὶς ἐξικνεῖται διαγνῶναι τὴν τῶν σωμάτων κατασκευήν. Ἀπόχρη σοι καὶ τοῦτο μόνον εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ κτίσαντος. B Οὐκ εἰς γῆν διακύπτεις τοῖς ἀλόγοις παραπλησίως, οὐδ' εἰς γαστέρα διανεύεις κατὰ τοὺς χοίρους· ἀνάβλεψον (96) μόνον, καὶ βλέπε τὴν πρόνοιαν. Ὄρθιον σὲ μόνον τῶν ζώων ἐδημιούργησεν, ἐπὶ δύο ποδῶν ὀχούμενον, καὶ τούτων δὲ ἕκαστον, οὐκ ἐξ ἑνὸς πεποίηκε κώλου, ἀλλ' ἐκ τριῶν συνέθηκε, καὶ εἰς τρεῖς ἁρμονίας ἐνέδησε· καὶ τὴν μὲν τῷ ἰσχίῳ συνήρμοσε, τὴν δὲ τοῖς γόνασι συνέφυσε, τὴν ἑτέραν δὲ τοῖς ἀστραγάλοις ἐπίστευσε. Καὶ νεύροις ἰσχυροῖς τὰς ἁρμονίας συνέσφιγξε, καὶ μυσὶ τὰς ἑκουσίους κινήσεις ἐνέφυσε· καὶ οὔτε χαλαρὰ λίαν, οὔτε πάλιν κομιδῇ τεταμένα πεποίηκε τὰ δεσμά· τὰ μὲν γὰρ, παντάπασιν ἀφῃρεῖτο τὴν κίνησιν, τὰ δὲ, διαφεύγειν καὶ διολισθαίνειν ἀλλήλων ἐποίει τὰ ἄρθρα. Διὰ ταύτην αὐτοῦ τὴν προμήθειαν, καὶ βαδίζεις, καὶ τρέχεις C ὅταν θέλῃς, καὶ στάσεως καὶ καθέδρας τὴν ἐξουσίαν ἔχεις. Ὅρα δὲ καὶ ἕτερον κηδεμονίας εἶδος. Ἵνα γὰρ μὴ δυσχεραίνῃς ἐπὶ γυμνῶν τῶν ἄρθρων καθήμενος, ἀλλ' ἐπ' ἐδάφους καὶ λίθου τὴν καθέδραν ποιούμενος ἄλυπος διαμένῃς, οἷόν (97) τινά σοι στρωμνὴν αὐτοφυῆ τὸ τῶν γλουτῶν περιτέθεικε σῶμα· σὺ δὲ ὁμοίως ἀχαριστεῖς. Οὐ γὰρ αἰσθάνῃ τῶν δωρεῶν, ἀλλὰ μέμηνας καὶ λυττᾷς κατὰ τῆς οὕτω προμηθουμένης σου σοφίας. Καὶ ὁ μὲν κύων ἐπιγινώσκει τὸν τρέφοντα, καὶ παρόντι προσεδρεύει (98), καὶ ἀπόντα ποθεῖ, καὶ ἐπανιόντι δείκνυσι τὴν ἡδονὴν, χαλῶν τὰ ὦτα, καὶ τὴν κέρκον σείων, καὶ τὴν ὑποταγὴν σημαίνων, καὶ τὴν δουλείαν ὁμολογῶν, καὶ τὴν εὐεργεσίαν παραδηλῶν, καὶ ταῦτα ἀλογίᾳ δουλεύων, καὶ λόγου παντὸς ἐστερημένος, τῷ δὲ χρόνῳ, καὶ τῷ ἔθει, D καὶ συχναῖς εὐεργεσίαις, ἀγνῶτος καὶ γνωρίμου, καὶ φίλου καὶ ἐπιβούλου τὸ διάφορον μανθάνων. Σὺ δὲ, λόγου μετέχων, καὶ νοῦν ἡγεμόνα λαβὼν, τὸν (99) ὑπόπτερον, τὸν καὶ τῶν ὁρωμένων ἁπάντων ὀξύτερον. Ἥλιος μὲν γὰρ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τῆς οἰκουμένης διατρέχει τὸν δίαυλον, ὁ δὲ, ἅμα τε νεύει καὶ τὴν οἰκουμένην περινοστεῖ, καὶ τῶν οὐρανῶν (1) ἐφικνεῖται τῇ φαντασίᾳ, καὶ τούτους (2) ὑπερβαίνει, καὶ Θεὸν ὡς δύναται κατοπτρίζεται, καὶ τῶν ἀγγέλων τὰς ἀπείρους θεωρεῖ μυριάδας, καὶ τῶν ἀρχαγγέλων

A vero œsophagus, quem dicimus stomachum, refert: at venter ceu radix quædam hunc susceptum, tanquam per scalam quamdam ramorum jecinori transmittit: jecur autem, non sibi modo necessarium alimentum inde decerpit, sed ejusdem irrigatione omnia corporis membra per venas reficit. Et corpus quidem hoc modo enutritum in pueris crescit, et in longitudinem et latitudinem extenditur, ac brevi ad justæ magnitudinis mensuram pervenit; ubi vero constitutum sibi attigerit limitem, tunc quidem augeri desinit, et nutritur solummodo. Tanta diligentia naturæ nostræ Creator omnium prospicit, et non modo format, verum etiam nutriens conservat: nec id duntaxat, sed et omnem aliam, qua nobis opus est, curam adhibet. At vero B vix video, quo pacto summum illum Creatorem meritis laudibus celebrare possim. Omnem enim mentis cogitationem tanta providentiæ, quam circa nos gerit, varietas exsuperat: omnis oratio tantæ creationis sapientiæ cedit, nec ulla tam admirabilem corporum **521** nostrorum fabricam digne enarrare poterit. Sufficiat tamen vel hoc ut Deum conditorem celebres. Non terram versus ut bruta animalia vultum dimittis, nec instar porcorum pronus in ventrem nutas. Suspice saltem, et Dei providentiam cernito. Solum te ex animalibus erectum condidit, et binis pedibus incedere fecit. Sed et crura singula non ex uno duntaxat, sed ex tribus partibus composuit, et per tres compages colligavit. Et hanc C quidem coxendici coaptavit, alteram vero genubus conseruit, tertiam talis commisit. Præterea compages hasce nervorum vinculis validissime constrinxit, et musculis voluntarii motus facultatem indidit. Vincula quoque nec laxa nimis fecit, nec nimium intendit: plus æquo enim intensa omnem movendi facultatem impedirent, illa vero luxatas articulorum compages dilabi paterentur. Ejusdem ergo providentiæ Dei beneficio ingrederis, currisque quo libet, et standi simul sedendique libera tibi potestas est. Simul tamen hic aliud quoque hujus curæ specimen considera. Ne enim nudæ illi ossium compagi insidere coactus aliqua afficereris molestia, sed citra omnem dolorem vel nudo solo vel etiam saxo insidere posses, nates quasi conna- D tum tibi pulvinar substravit. Tu tamen ingratus esse pergis, et dona hæc ne sentire quidem vis, quin insanis et furis contra illam, quæ tam benigne tibi providit, sapientiam. Atqui canis nutritorem suum agnoscit, et præsenti constanter assidet, absentem desiderat, redeunti demissis auribus et cauda hinc inde jactata gaudium suum testatur, obedientiam **522** promittit, servitutem fatetur, et beneficentiam evidentissime prodit: hæc autem facit, cum et ratione careat, et sermonis usu destitutus, non nisi temporis diuturnitate ex consue-

(96) ἀν. Edit. Paris. ἀνάβλεπε.
(97) οἷον. ibid. οἷα.
(98) πρ. ibid. συνεδρεύει.
(99) τὸν — ὀξύτερον. Edit. Paris. τῶν ὁρωμένων καὶ τῶν ὑποπτέρων ἁπάντων ὀξύτερον.
(1) τ. οὐρ. Edit. Paris. εἰς οὐρανόν.
(2) τούτ. ibid. τοῦτον.

Digitized by Google

tudine et assiduis beneficiis inter ignotum et notum, interque amicum et hostem discernere didicerit. Tu vero sermonis usu instructus, et mente præditus es volatili, qua nihil in tota visibilium natura velocius est. Sol etenim uno quidem die totius orbis stadium percurrit, hæc vero uno nutu totum terrarum orbem obambulat, et phantasiæ cursu in cœlum tendit, et hoc ipsum transcendens, Deum quoque, quoad fieri potest, conspicatur, infinitas angelorum myriades cernit, et archangelorum millia lustrat, imo quæ sub terra sunt curiose inquirit, dum videlicet hæc quoque superare conatur quidem, sed non potest, utpote cum phantasiæ quasi terminus sit eorum quæ esse didicit notitia. Hunc, inquam, talem tantumque ducem, gubernatorem et vectorem habens, divina tamen beneficia non sentis, nec beneficiorum multitudinem consideras, sed ingratitudinis vitio pertinaciter inhæres. Et cum tot tibi magistri adsint, Providentiæ tamen elementa discere non vis. Cave ergo, ne te prorsus neglectum ille deserat, et experimento discas, quantum intersit inter Providentiæ tutelam ac curam, ejusque privationem. Denuo igitur adesto, o amice, ad aliam enim corporis partem te duceemus.

A τὰς χιλιάδας, πολυπραγμονεῖ τὰ ὑπὸ γῆν, ἐπέκεινα τούτων ὑπερβαίνειν φιλονεικεῖ μὲν, οὐ δύναται δέ· ὅρον γὰρ ἔχει τῆς φαντασίας ἃ μεμάθηκεν εἶναι. Τοῦτον ἔχων ἡγεμόνα, καὶ κυβερνήτην, καὶ ἡνίοχον, τῶν θείων δωρεῶν οὐκ αἰσθάνῃ· οὐ λογίζῃ τῶν εὐεργεσιῶν τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἐπιμένεις ἀχαριστῶν· καὶ τοσούτων σοι διδασκάλων προκειμένων, μαθεῖν οὐκ ἐθέλεις τὰ τῆς Προνοίας στοιχεῖα. Ὅρα μή σε παντελῶς ἀτημέλητον καταλίπῃ, καὶ τῇ πείρᾳ μάθῃς προνοίας, καὶ κηδεμονίας, καὶ ἐρημίας διαφοράν. Δεῦρο τοιγαροῦν, ὦ φιλότης, ἐφ' ἕτερόν σε μεταγάγωμεν τοῦ σώματος μέρος.

Dorsi spinam considera, quæ ubi a sacro, ut dicunt, osse, quod natibus adjacet, exorta est, pertingit ad collum usque, et instar fortis columnæ ex multis vertebris compositæ, **523** et ventrem, et humeros, et manus, et cervicem, et caput sustinet. Quoniam enim nihil ossei roboris rerum Conditor exteriori ventris parti addidit, ut videlicet cibo sumpto facilius sese extendere posset et dilatare, atque sufficiente tumore ad cibos capiendos extolleretur, eumdem in posteriori corporis parte dorsi fulcro sustineri voluit. Hujus autem spinam pluribus ossibus Deus construxit, ut cum homo incurvare sese vult, et facilius inflectatur, et inflexio eamdem non infringat. Alimentum vero huic dorsalis medulla exhibet, cujus origo ex cerebro ducitur. Cæterum quid hic de manibus dicere attinet, quarum utilitatem multiplices artes prædicant? Sed earum mentio in sequenti oratione fiet: unde usum illarum ejusque expositionem in illam usque reservemus. Hinc ergo ad collum ascendito, et illius formationem considera. Et hic aquæ ductuum castella in mentem revocabis, quæ ab infima parte sursum perforata multis foraminibus patent, unum tamen, quod medium est, maximum amplissimumque recipiunt, per quod aquarum canales plurimum quidem aquæ attrahunt, eamdem vero per alias et diversas fistulas distributam emittunt, et hanc quidem in australem civitatis partem, illam vero orientem versus, in occasum aliam, et aliam in septentrionem transvehunt. Eumdem usum humano corpori collum exhibet. Ars enim, ut supra diximus, naturam imitari consuevit, et sua illa figmenta ad hujus operum similitudinem effingit. Collum quippe ad stomachi os usque porrectum ventri cibum potumque transmittit. **524** Habet præterea arteriam trachiam a pulmone ad larynga usque ascendentem: et præter hanc venas quoque et læves arterias, per quas cerebrum sanguinem et spiritum recipit, at-

B Βλέπε δή μοι τὴν ῥάχιν, ἀπὸ μὲν τοῦ πλατέος ὀστοῦ τοῖς γλουτοῖς ἐπικειμένου τὴν ἀρχὴν ἔχουσαν, μέχρι δὲ τραχήλου διήκουσαν, καὶ κίονι παραπλησίως στεγανῷ, καὶ ἐκ σπονδύλων πολλῶν (3) συγκειμένῳ, τήν τε κοιλίαν φέρουσαν, καὶ ὤμους, καὶ χεῖρας, καὶ αὐχένα, καὶ κεφαλήν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν ἔξωθεν ὀστοῦν ὁ Ποιητὴς τῇ κοιλίᾳ περιτέθεικεν, ἵνα τὴν τροφὴν ὑποδεχομένη εὐρύνηται ῥᾳδίως, καὶ τὸν ἀρκοῦντα τοῖς σιτίοις ὄγκον ἐργάζηται, ὄπισθεν αὐτὴν ἡ ῥάχις ὑπερείδει. Ἐκ πλειόνων δὲ αὐτὴν ὀστῶν (4) ὁ Ποιητὴς συνέθηκεν, ὅπως καὶ κάμπτηται ῥᾳδίως, κύπτειν τοῦ ζώου βουλομένου, καὶ τῇ κάμψει μὴ θρύπτηται. Τρέφει δὲ ταύτην ὁ νωτιαῖος μυελὸς, πηγὴν τὸν ἐγκέφαλον ἔχων. Τί με δεῖ λέγειν περὶ χειρῶν, ὧν τὴν χρείαν αἱ παντοδαπαὶ κηρύττουσι C τέχναι; Ἀλλ' ἐκείνων τὴν μνήμην ἐν τῷ μετὰ ταῦτα ποιησόμεθα (5) λόγῳ· οὐκοῦν καὶ τῆς τῶν χειρῶν χρείας τὴν ἐξήγησιν ἐκείνῳ φυλάξωμεν. Ἀνάβηθι τοίνυν ἐπὶ τὸν τράχηλον, καὶ θεώρησον τὴν τούτου διάπλασιν· καὶ ἀναμνήσθητί μοι τῶν κιόνων, τῶν κάτωθεν ἄνω διατετρημένων, καὶ πολλὰς τοιαύτας διατρήσεις ἐχόντων, καὶ μίαν μέσην μεγίστην, δι' ἧς οἱ τῶν ὑδάτων ὀχετοὶ πλεῖστον μὲν ἀνάγουσιν ὕδωρ, διανέμοντες δὲ τοῦτο, κατιέναι διὰ τῶν ἄλλων παρακελεύονται, καὶ τὸ μὲν εἰς τὸ νότιον μέρος τῆς πόλεως παραπέμπουσι, τὸ δὲ εἰς τὸ ἑῷον, ἄλλο δὲ εἰς τὸ ἑσπέριον, ἕτερον δὲ εἰς τὸ βόρειον. Ταύτην ὁ τράχηλος τὴν χρείαν παρέχει τῷ σώματι. Μιμεῖται γὰρ, ὡς ἔφην ἤδη, τὴν φύσιν ἡ τέχνη, καὶ ἐξομοιοῖ τὰ οἰκεῖα μηχανήματα τοῖς ἐκείνης ποιήμασιν. Ὁ D τράχηλος τοιγαροῦν ἔχει μὲν τοῦ στομάχου τὸ στόμα, παραπέμπει δὲ τῇ γαστρὶ τὰ σιτία καὶ ποτά. Ἔχει δὲ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἀπὸ τοῦ πνεύμονος μέχρι τοῦ λάρυγγος ἀφικνουμένην· ἔχει δὲ καὶ τὰς φλέβας, καὶ τὰς λείας ἀρτηρίας, δι' ὧν ὁ ἐγκέφαλος δέχεται μὲν αἷμα καὶ πνεῦμα· τρεφόμενος δὲ καὶ αὐξόμενος, διὰ τῶν συμπεφυκότων ὀστῶν τὸν νωτιαῖον μυελὸν παραπέμπει τῇ ῥάχει· ἀφ' οὗ τρέφεται μὲν ἅπαντα

(3) πολλ. Des. ibid.
(4) ὀστ. ibid. post ὁ ποιητής ponitur.

(5) ποιησ. Edit. Paris. ποιησώμεθα.

τῶν ὀστῶν ἡ φύσις, ἀποφύεται δὲ νεῦρα τὰ ἰσχυρότατα, τά τε παχέα καὶ τὰ λεπτὰ, τά τε πλατέα καὶ τὰ στρογγύλα, δι' ὧν τά τε ἄρθρα δεσμεῖται, καὶ οἱ μύες τὴν κινητικὴν ἐνέργειαν δέχονται. Ἐπειδὴ δὲ εἰς αὐτὴν ἥκομεν (6) τὴν κεφαλὴν, βλέπε αὐτὴν ὥσπερ ἀκρόπολίν τινα τῆς τοῦ σώματος πόλεως ἐν ὕψει καθημένην, καὶ οἷόν τινα πλοῦτον καὶ θησαυρὸν ἐν ἰσχυροτάτῳ φρουρίῳ φυλάττουσαν τὸν ἐγκέφαλον. Τὸ γὰρ κρανίον οἷον ἕρκος καὶ κράνος· ἐπώνυμον γὰρ τούτου τὸ κράνος, πρὸς τὴν τούτου μίμησιν κατεσκευασμένον· τῷ ἐγκεφάλῳ περικείμενον, τὴν ἔξωθεν ἐπερχομένην βλάβην εἰς δύναμιν ἀπείργει. Ἵνα δὲ μὴ ὑπὸ τῶν ὀστῶν, σκληρῶν ὄντων καὶ ἀντιτύπων, μαλακὸς ὢν λίαν οὗτος, καὶ κομιδῇ χαῦνος, λώβην τινὰ νυττόμενος δέξηται, δύο αὐτῷ περιέθηκε χιτῶνας, ἃς μήνιγγας ἰατρῶν ὀνομάζουσι παῖδες. B Ἀλλὰ τὴν μὲν λεπτοτάτην καὶ χοροειδῆ (7) καλουμένην, συνέφυσεν αὐτῷ, καὶ λίαν αὐτῷ προσψαύειν πεποίηκε, καὶ συνέχειν αὐτὸν δυναμένην, καὶ πληκτικὴν οὐκ ἔχουσαν δύναμιν διὰ τὴν ἄγαν λεπτότητα· τὴν δὲ ἑτέραν στεγανὴν μὲν καὶ ἰσχυρὰν ἐποίησεν, ἐγκεφάλου δὲ αὕτη καὶ κρανίου τὴν μέσην ἀπεκλήρωσε χώραν, ἵνα μήτε λυπῇ τὸν ἐγκέφαλον σκληροτέραν ἔχουσα τὴν οὐσίαν, μήτε ὑπὸ τῶν ὀστῶν λυπῆται, μαλακωτέραν ἐκείνων ἔχουσα φύσιν. Ὁ μὲν οὖν ἐγκέφαλος, οἷόν τις πλοῦτος, ὡς ἔφην, ἐν τῇ κεφαλῇ καθάπερ ἐν ἀκροπόλει φυλάττεται. Ἐπειδὴ δὲ ἔδει τῷ φρουράρχῳ νῷ καὶ κατασκόπων, τά τε πολέμια καὶ τὰ φίλια προορώντων, δέδωκε καὶ τούτους ὁ Ποιητής, καὶ οὐχ ἑνὶ ταύτην τὴν περιωπὴν ἐνεχείρισεν, ἀλλὰ δύο φύλακας ἔστησε, καὶ τῷ μὲν τὰ δεξιὰ, C τῷ δὲ τὰ εὐώνυμα καραδοκεῖν καὶ περισκοπεῖν ἐνομοθέτησεν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ οὗτοι φυλάκων ἐδέοντο, καὶ ἐπάλξεων, καὶ προμαχώνων καὶ χαρακώματος, οὐδὲ τούτων ὁ τῆς πόλεως ταύτης ἠμέλησε Ποιητής· ἀλλ' ἐπέθηκε τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἷς τὴν ὀπτικὴν ἐνεχείρισεν αἴσθησιν, οἷόν τινας ἐπάλξεις καὶ προμαχῶνας, τῶν ὀφρύων τὰς προβολὰς, ὑφ' ἃς κρυπτόμενοι περισκοπεῖν ἀσφαλῶς τὰ πόῤῥωθεν δύνανται. Ταύταις δὲ ταῖς ἐπάλξεσιν, οἷόν τινα ὄροφον τῶν ἄνωθεν ἐπιπεμπομένων ὑετῶν, ἐνέφυσε τρίχας τινὰς (8) λεπτὰς, καὶ ἐπὶ τὸ (9) ἔξω τοῦ προσώπου νενευκυίας, τὸν ἐκ τοῦ μετώπου (10) καταῤῥεόμενον ἱδρῶτα δεχομένας, ἀλλήλαις δὲ παραπεμπούσας, καὶ διὰ τῶν κροτάφων ἀποσταζούσας, καὶ τοὺς ὀφθαλ- D μοὺς ταύτης ἐλευθερούσας τῆς λώβης. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πανοπλίας οἱ φύλακες ἐδέοντο, περιτίθησι μὲν αὐτοῖς τοὺς τῶν βλεφάρων χιτῶνας, καθάπερ δὲ δόρατα καὶ βέλη τὰς βλεφαρίδας συντίθησιν· οὐκέτι ὁμοίως ταῖς ὀφρύσι κεκλιμένας, ἵνα μὴ ἀντὶ προμάχων ἐπίβουλοι γίνωνται· οὔτε μὴν κατ' εὐθεῖαν γραμμὴν τεταμένας, ἵνα μὴ ἀλλήλαις ἐν τῇ μύσει τῶν βλεφάρων προστρίβωνται, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἔξω βραχύ τι νενευκυίας, ἵνα τῶν λεπτοτάτων σωμάτων ἀπωθῶ[ν]ται τὴν βλάβην. Ἀνέμου γὰρ σφοδρότερον πνέοντος, καὶ κόνις οὐ λεπτὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ παχυτέρα

(6) ἥκ. ibid. ἀφικόμεθα.
(7) χορ. Edit. Paris. χωροειδῆ.
(8) τινάς. ibid. post λεπτάς ponitur.

A que illis nutritum et auctum, per connexa sibi ossa dorsalem medullam spinæ dorsi transmittit: qua tota ossium natura alitur, simulque nervi enascuntur firmissimi, crassi et tenues, lati et rotundi, quorum vinculis articuli ligantur et musculi motus vim suscipiunt. Postquam vero ad ipsum caput perventum est, illud arcis instar in summo civitatis hujus, humani nimirum corporis, fastigio situm conspice, in quo opulentissimus quoque hominis thesaurus, nempe cerebrum, quasi in munitissimo castro custoditur. Cranium enim instar valli vel galeæ est: unde et galeam Græci κράνος nominant, eo quod ad hujus similitudinem fabricari soleat. Et cranium quidem, cerebrum ambiens, omne extrinsecus illi incidens malum pro virili arcere consuevit. Ne vero cerebrum, quod natura mollius et laxius est, ab ossibus, quæ dura et solida sunt, quassatum læderetur, duabus illud involvit tunicis rerum Opifex, quas membranas medicorum discipuli nominant. Et eam quidem * quæ tenuissima est, quamque (a secundarum seu extimi fetus involucri forma) Græci χοροειδῆ dicunt, ipsi connatam et propius conjunctam esse voluit, ut hoc firmius quidem continere posset, interim vero summa illa et subtilissima tenuitate non quidquam læderet. Alteram vero densiorem et robustiorem fecit, quæ media inter cerebrum et cranium extenditur, ne vel cerebro duriori sua **525** substantia noceat, vel ipsa ab ossibus cranii aliquid damni accipiat, ipsis mollior exsistens. Cerebrum ergo instar thesauri, ut diximus, in capite tanquam in arce custoditur. Quandoquidem autem arcis præfecto, menti scilicet, speculatoribus quoque opus erat, qui ea quæ hostilia forent et amica prospicerent, simul et hos addidit rerum Conditor; nec uni solummodo speculam istam concredidit, sed binos excubitores constituit, et hunc quidem ea quæ ad sinistram, alterum vero quæ a dextera sunt, observare et speculari jussit. Quia vero iidem illi custodibus simul et pinnis atque propugnaculis ac vallo opus habebant, nec in his constituendis urbis hujus Conditor negligentior visus est. Sed oculis, quibus videndi sensus commissus erat, pinnarum et propugnaculi loco superciliorum castella imposuit, quibus hi protecti ea quoque, quæ longius distant, tuto prospiciunt. Illis ipsis autem propugnaculis, tecti loco, quod superne delabentes pluvias arceat, tenues quosdam, et ad exteriores faciei partes vergentes pilos indidit, qui a fronte defluentem sudorem excipiant, et inter se divisum per tempora destillantes, hoc quoque damno oculos liberent. Porro cum armatura quoque muniendi essent illi custodes, palpebrarum tunicis illos induit, illisque ceu hastilia quædam et tela dedit cilia: quæ nequaquam ut superciliorum pili inflexa sunt, ne ex propugnatoribus hostes reddantur, nec etiam secundum rectam lineam exten-

(9) τό. ibid. τά.
(10) τοῦ μετ. ibid. τῶν μετώπων.

duntur, ne in palpebrarum compressione sese invicem atterant: sed foras nonnihil **526** extenduntur, ut ea quoque quæ ex tenuissimis corporibus damna accidunt, oculis arcerent. Cum enim ventus vehementiori flatu spirat, non tenuior modo, sed et crassior pulvis, tum festucæ etiam, et ' si quæ sunt alia hujusmodi, excitantur. Imo culices quoque, et quæcunque sunt his similia animalcula, in oculos involant: ubi vero cilia instar palorum et sudium præfixa conspexerint, retro fugiunt. Similiter spicas quoque summus ille omnium Conditor armavit. Nam tritici folliculis aristas imponens, minorum avium, quæ seminibus insidiantur, morsum hoc ceu vallo a frugibus prohibet, et his ceu hastarum cuspidibus territas fugat.

A κινεῖται, καὶ κάρφη, καὶ ἕτερα τοιαῦτα· ἐπίσηι (11) δὲ καὶ κώνωπες, καὶ ὅσα τοιαῦτα ζωΰφια, καὶ τὰς βλεφαρίδας ὁρῶντα καθάπερ σκόλοπας, δραπετεύει. Οὕτω καὶ τοὺς ἀστάχυας καθώπλισεν ὁ τῶν ἁπάντων Δημιουργός· ταῖς γὰρ θήκαις τῶν πυρῶν ἐπιθεὶς τοὺς ἀνθέρικας (12), οὐκ ἐᾷ τὰ σπερμολόγα τῶν ὀρνίθων σφόδρα λυμαίνεσθαι τῷ καρπῷ· ἀλλ' οἱόν τισιν αἰχμαῖς δοράτων δεδίττεται, καὶ δραπετεύειν ποιεῖ.

Sed dices fortassis, o ingratissime: Quid ergo mihi amplius quam spicis largitus est? Sed et spicas, o stupidissime, in usus tuos condidit. Quid ergo ingratus es, si quæ tua sunt, propter te tuis armis munivit? Tu, ingratissime, frugum semina telluri mandas, ipse autem irrigat, calore fovet, nutrit, custodit, et tibi maturas offert. Tu, ubi messe peracta in aream fruges intulisti, et artificiose dissectas a paleis repurgavisti, mola contritas et a furfure discretas manibus tuis subigis, et in clibano vel fornace excoctis panibus cum voluptate frueris, et tamen horum largitorem ignoras. Sed ad oculum revertamur. Hujus ergo naturam contemplare: vide quot ille tunicis munitus sit, vide quanta sit hujus exterior pulchritudo. Vide insuper pupillæ tenuitatem, huic circumfusam iridem, quam nos στεφάνην seu coronam nominare solemus; vide item corneum circulum, uveam tunicam, **527** crystallinam sphæram, quæ huic subjacet et per medium ejus prospicit; præterea, qui circa hanc diffusus est, humorem vitreum, imo et alteram tunicam, quæ a retis piscatorii figura nomen traxit. Inspice item glandulosam ejus sedem, cui totus innititur, et alimentum, quod ex cerebro per tenuissimum vasculum illi exhibetur, et superflui humoris per oculi angulos effluxum. Vide præterea in quot colorum species sanguis mutetur. Hic enim primo cibus erat, qui dentium vi contritus ventri transmissus est. Hic sibi concolorem efficiens album reddidit: eumdem autem suscipiens jecur, rursus in proprium colorem transmutavit. Postquam vero sanguinis natura hoc modo absoluta est, pars hujus in cerebrum conscendens denuo albescit, et in ossa condensatur, et in nervos densos quidem et firmos, sed flexibiles lentosque convertitur. Sed idem fortassis fecero, quod ii qui arenas numerare conantur, si omnem quæ in corporibus nostris apparet Dei providentiam exponere velim. Ipse igitur privatim omnes reliquos sensus, gustum nempe, olfactum, et auditum, mentis contemplatione percurrito. Ut nimirum olfactus odores percipiat, et suaves quidem admittat, fetidos autem repellat, et quæ ex capite excernuntur suo

'Αλλ' ἴσως ἂν εἴποις ἀχαριστίαν νοσῶν· Τί τοίνυν μοι πλέον τῶν ἀσταχύων κεχάρισται; 'Αλλὰ καὶ τῶν
B ἀσταχύων τὴν φύσιν, ἐμβρόντητε, διὰ τὴν σὴν χρείαν πεποίηκε. Τί τοίνυν ἀχαριστεῖς, εἰ καὶ τὰ σὰ διὰ σὲ τοῖς σοῖς ὅπλοις καθώπλισε; Σὺ σπείρεις τοὺς πυροὺς (13), ἀχαριστότατε· αὐτὸς ἄρδει καὶ θερμαίνει καὶ τρέφει καὶ φρουρεῖ καὶ φυλάττει, καὶ πέπονά σοι προτίθησι. Σὺ δὲ (14) ἀμήσας, καὶ τῇ ἅλῳ παραδοὺς, καὶ τεμὼν τῇ τέχνῃ, καὶ τῶν ἀχύρων ἀποκρίνας, καὶ μύλῃ λεπτύνας, καὶ τῶν πιτύρων χωρίσας, καὶ ταῖς χερσὶ μάξας, καὶ κλιβάνῳ ἢ ἰπνῷ παραδοὺς, ἐντρυφᾷς τοῖς ἄρτοις, καὶ τὸν χορηγὸν ἀγνοεῖς. 'Αλλ' ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπανέλθωμεν. Κατανόησον αὐτοῦ τὴν φύσιν· βλέπε πόσους ἔχει χιτῶνας· βλέπε τὴν ἔξωθεν εὐμορφίαν· βλέπε τὴν τῆς κόρης λεπτότητα, τὴν περικειμένην ἶριν, ἣν στεφάνην ὀνομάζομεν, τὸν κερατοειδῆ κύκλον, τὸν ῥαγοει-
C δῆ χιτῶνα, τὴν κρυσταλλοειδῆ σφαῖραν τὴν ὑπὸ τούτῳ κειμένην, καὶ διὰ μέσου διακύπτουσαν, τὸ περὶ ταύτην διακεχυμένον ὑελοειδὲς (15) ὑγρὸν, τὸ ἀμφιβληστροειδὲς περιβόλαιον, τὴν ἀδενώδη ἕδραν, ἐφ' ἧς ἅπας ἐρήρειςται, τὴν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου δι' ἀγγείου λεπτοτάτου χορηγουμένην τροφὴν, τὴν διὰ τῶν κανθῶν (16) τοῦ περιττώματος ἐκροήν. Σκόπησον εἰς πόσα τὸ αἷμα μετασχηματίζεται χρώματα. Τοῦτο πρῶτον μὲν ἦν σιτίον· τοῖς ὀδοῦσι δὲ λεπτυνθὲν, τῇ γαστρὶ παρεπέμφθη· ἐκείνη πρὸς τὴν οἰκείαν χρόαν τοῦτο μετέβαλε, καὶ λευκὸν ἀπειργάσατο· τοῦτο τὸ ἧπαρ δεξάμενον, πάλιν εἰς τὸ οἰκεῖον μετατίθησι χρῶμα. Οὕτω γενομένη τοῦ αἵματος ἡ φύσις, εἰς ἐγκέφαλον χωροῦσα, πάλιν λευκαίνεται, καὶ εἰς ὀστᾶ μεταπήγνυται, καὶ εἰς νεῦρα στεγανὰ μὲν, εὐκαμπῆ δὲ με-
D τατίθεται. 'Αλλὰ γὰρ ἴσως ὅμοιον ποιῶ τοῖς τὴν ψάμμον ἀριθμεῖν πειρωμένοις, τὴν ἐν τῷ σώματι φαινομένην τοῦ Ποιητοῦ προμήθειαν ἐρευνῆσαι φιλονεικῶν. Κατὰ σαυτὸν τοιγαροῦν πάσας τῇ θεωρίᾳ περινόστησον τὰς αἰσθήσεις, τὴν γεῦσιν, τὴν ὄσφρησιν, τὴν ἀκοήν· ὅπως ἡ μὲν τῶν ὀσμῶν τὴν ἀντίληψιν ἔχει, καὶ τὸ μὲν ἡδὺ προσίεται, τὸ δὲ δυσῶδες ἀπωθεῖται, καὶ τῶν τῆς κεφαλῆς περιττωμάτων τὰς ἐκκρίσεις πεπίστευται. 'Επειδὴ γὰρ τοὺς κάτωθεν ἅπαντας ἀναπεμπομένους ἀτμοὺς ὡς ὑπερκειμένη

(11) Sic edit. Paris. melius quam vulg. ἐπιᾶσι.
(12) ἀνθ. ibid. ἀθέρας.
(13) πυρ. ibid. καρπούς.
(14) δέ. Des. ibid.
(15) ὑελ. ibid. ὑμνοειδές, forsan pro ὑμενοειδές.

(16) κανθῶν. Ita emendanda fuit lectio edit. prioris ἀκανθῶν. Gualtheri interpretatio habebat « et superflui humoris per *hircos* effluxum. » Scribi debuisset *hirquos*. Sed ut omnis ambiguitas tolleretur, maluimus scribere *oculi angulos*.

Digitized by Google

τοῦ σώματος ὑποδέχεται (17), ἡ δὲ τούτων πλημμύρα πολλὴν ἂν εἰργάσατο τῷ κυριωτάτῳ μορίῳ, φημὶ δὴ τῷ ἐγκεφάλῳ, τὴν λώβην, οὐδὲ τούτου κατημέλησεν ὁ τῶν ὅλων Ποιητής, ἀλλὰ πόρους τινὰς ἐν αὐτοῖς ἐργασάμενος, καὶ σπογγοειδεῖς καὶ σηραγγοειδεῖς πεποιηκὼς, τὰ ὑγρὰ καὶ τὰ παχέα τῶν περιττωμάτων ἐπὶ τὴν ὑπερῴαν καὶ τοὺς μυκτῆρας ὡδήγησε, καὶ δύο τούτοις ἐκκρίσεων ἀπένειμε μόρια, ἵνα συντόμως τὸ βλαβερὸν ἐκφορῆται· τὸ δὲ ἀτμῶδες καὶ λιγνυῶδες περίττωμα ἄνωθεν διὰ τῶν τοῦ κρανίου ῥαφῶν διαφορεῖσθαι καὶ διεξωθεῖσθαι πεποίηκε. Θεώρησον δὲ καὶ τῆς ἀκοῆς τὴν ἐνέργειαν· βλέπε πῶς μυρίας δεχομένη φωνὰς οὐ κορέννυται, οὐ πληροῦται, οὐκ ἴσως ἅπαντα δέχεται, ἀλλ' οἶδεν ὀξείας καὶ βαρείας φωνῆς τὸ διάφορον· εὐφωνίᾳ τέρπεται, καὶ κακοφωνίαν ἀποστρέφεται. B Διὰ ταύτης τῶν θείων ἐπαΐομεν λογίων, διὰ ταύτης πᾶσαν ἀνθρωπείαν (18) ἡ φύσις παιδεύεται παίδευσιν, γραμματικὴν, ῥητορικὴν, σοφιστικὴν, ἀριθμητικὴν, ἰατρικὴν, μηχανικὴν, καὶ εἴ τινα ἑτέραν τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἐξεῦρε. Ταύτην ὑπόθες τοῖς ἡμετέροις λόγοις τὴν ἀκοὴν, δέξαι φάρμακον τὴν ψυχὴν καθαῖρον (19), καὶ τῆς πονηρᾶς αὐτὴν βλασφημίας ἐλευθεροῦν· ἐπίθες ταύτῃ πύλας, τὸν λόγον, καὶ πυλωρὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τῶν προσφερομένων (20) σοι λόγων γίνου κριτὴς, καὶ τοῖς μὲν εὐσεβέσιν ὁ πυλωρὸς ἀνοιγέτω τὰς πύλας, τοὺς δὲ βλασφήμους καὶ βδελυροὺς καὶ θεομισεῖς (21) ἀποπεμπέτω, καὶ τὰς πύλας κλειέτω, καὶ οἷόν τινα (22) μοχλὸν ἀῤῥαγῆ, τὸ στεῤῥὸν ἐπιτιθέτω τῆς πίστεως. C Οὕτω γὰρ δυνατὸν, τῶν τε πολεμίων ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τοὺς φίλους καὶ εὐεργέτας τῶν λόγων ἐπακούοντας (23), τὰς ψυχὰς ὑγιαίνειν· οὐ κνηθομένους, κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον, τὴν ἀκοὴν, οὐδὲ τοῖς τέρπουσι μὲν, βλάπτουσι δὲ τὸ λογικὸν λόγοις ταύτην ὑποτιθέντας· ἀλλὰ κριτὰς ὀρθοὺς καὶ δικαίους τῶν λεγομένων (24) γιγνομένους, καὶ τοὺς ὄνησιν φέροντας ἐκλεγομένους, καὶ τὸν Θεὸν, κατὰ τὸν προφήτην, διὰ παντὸς προορωμένους, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ βαδίζοντας καὶ καθημένους, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἢ δρῶντας ἢ πάσχοντας. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ (25) ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A ductu ejiciat. Cum enim ipse in superiori corporis parte constitutus, omnes ab imo ascendentes vapores excipiat, horum autem inundatio præstantissimæ corporis parti, cerebro **528** nempe, cumprimis noxia sit, in hoc quoque non negligens fuit rerum Conditor : sed meatus quosdam fungosos et fistulares fabricavit, per quos humida et crassa illa excrementa ad palatum naresque deduxit : simulque duo hisce excernendis membra designavit, quo facilius quod in his noxium est, effluеret. Vaporum vero excrementa et fuliginosa illa sursum per cranii suturas efferri et expelli fecit. Sed et auditus potentiam contemplare : hunc enim videbis qui, licet infinitas voces excipiat, tamen non saturatur nec etiam impletur, tum nec simili ratione omnes excipit ; sed acutæ et gravis vocis differentiam novit, vocis concinna modulatione delectatur, et dissonantem respuit. Hujus beneficio divina oracula percipimus: per eumdem omnem humanam scientiam natura tradit, nempe grammaticam, rhetoricam, sophisticam, arithmeticam, medicinam, mechanicam, et si quæ alia humano ingenio unquam inventa est. Hunc ipsum auditum nostris hisce verbis subjice : per hunc pharmacum quod animam tuam purget, et eamdem ab impia illa blasphemia liberet, suscipe. Huic portas impone, rationem; et janitorem adde, timorem Dei. Tum sermones qui afferuntur justo judicio examina : et piis quidem janitor fores patefaciat, blasphemos autem, profanos, et Deo adversos amandet, ac, clausis portis, fidei robur ceu infractum vectem objiciat. Sic enim fieri potest ut hostibus liberentur, et animarum saluti consulant, qui **529** amicos et utiles sermones admittunt, quibus et aures, ut Paulus inquit [9], non pruriunt, nec eas suavibus quidem, sed rationi noxiis sermonibus præbent : quin potius eorum quæ dicuntur, veros justosque judices agunt, et nonnisi salutares deligunt et utiles : qui denique noctes diesque, sive deambulent sive sedeant, et quidquid vel faciant vel patiantur, Deum, ut Propheta inquit [10], semper coram aspiciunt. Illi sit gloria, honor, et adoratio in æternum. Amen.

## ΛΟΓΟΣ Δ'.

*Ἀπόδειξις ἀπὸ τῶν χειρῶν τῶν ἀνθρωπείων καὶ τῶν ἐφευρεθεισῶν τεχνῶν.*

D Ἤκουσα τῆς προφητικῆς φωνῆς ᾀδούσης καὶ βοώσης· « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. » Ἀλλὰ φωνῆς μὲν ἐκεῖθεν φερομένης, ἣν ποιεῖ πνεῦμα διὰ τῆς ἀρτηρίας ὠθούμενον ἐπὶ τὸ στόμα, καὶ λόγος γλῶτταν ἐναρμονίως τοῖς ὀδοῦσι προσφέρων, καὶ χείλη πτυσσόμενα, καὶ ἀὴρ πλησσόμενος, καὶ τὴν ἀντιτυ-

## ORATIO IV.

*Demonstratio (Providentiæ) ex manibus humanis et inventis artibus.*

Propheticam illam vocem audivi, quæ canit et clamat : « Cœli enarrant gloriam Dei, opus vero manuum ipsius annuntiat firmamentum [11]. » Atqui vocem istiusmodi, quam spiritus per arteriam ad os delatus, et sermo linguam concinne dentibus applicans, labiorum item contractio et aeris percussi repercussio edit, nemo unquam hominum terre-

[9] II Tim. IV, 3. [10] Psal. XV, 8. [11] Psal. XVIII, 2.

(17) ὑποδ. Edit. Paris. ἀναδέχεται.
(18) ἀνθρ. — παιδ. ibid. ἐπιστήμην ἀνθρωπείαν ἡ φύσις παιδεύεται.
(19) καθ. ibid. sequitur διὰ ταύτης.
(20) προσφ. ibid. προφερομένων.
(21) θεομ. ibid. θεομίσεις.
(22) τινά. ibid. τί.
(23) ἐπ. Edit. Paris. δεχομένους.
(24) λεγ. ibid. additur καὶ γενομένων.
(25) καὶ — προσκ. Des. in edit. Paris.

Digitized by Google

strium audivit cœlitus deferri. Sed dum (cœlum) oculis nostris expositum, magnitudinem simul et pulchritudinem suam spectandam præbet, et hominibus tecti usum exhibet, tacens quoque Factorem suum prædicat, et omnium linguas ad laudis decantationem invitat. Et veluti, cum domum aliquam, quæ summo **530** artificio exstructa, et stabili fundamento innixa, angulis quoque rectissime coaptata, latitudine et longitudine altitudineque justæ proportioni per omnia respondet, tum fenestris etiam probe et ordine dispositis illustratur, et omnibus iis quæ ad ædificiorum splendorem faciunt ornata est, conspicimus, mox ipsum architectum admiramur, et absentis imaginem animo concipimus, omnemque proportionis quæ in ædificio cernitur, formam, ad illius artem solemus referre; sic etiam cum cœlum intuemur, et utiles illos commodosque cœlestium siderum motus, nequaquam hæc adoramus, sed horum Opificem encomiis pro virili nostra evehimus, et ex operum magnitudine et pulchritudine auctorem illorum justa animi contemplatione æstimamus. Vere enim et merito sic ratiocinamur: Si tanta est operum magnitudo et præstantia, quantus est ipse operum Conditor? et si tanta inest rebus conditis elegantia, quantam sapientissimi illius artificis et omnium Creatoris pulchritudinem esse convenit? Sic, inquam, « Cœli enarrant gloriam Dei, opus vero manuum ipsius annuntiat firmamentum [12]; » sic « Dies diei eructat verbum, et nox nocti annuntiat scientiam [13]. » Non quidem aliqua vocis emissione, vel linguæ loquela, sed mutua illa, qua se invicem excipiunt, successione et vicissitudine, qua hominum utilitati inserviunt: qua tam alte quodammodo exclamant, ut universum hominum genus illorum vocem exaudiat. « Nec enim sunt loquelæ, inquit, neque sermones, **531** quorum non audiantur voces [14]. » Omnes quippe gentes et linguæ diei et noctis præconia percipiunt. Nam linguæ quidem aliquo inter se discrimine differunt: una autem omnium natura eadem ex his utilitate fruitur. Unde idem ille, qui hæc locutus est, in alio etiam psalmo Creatorem celebrans dixit: « Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad eam (pertingere) [15]. » In meipsum enim, inquit, conversus, dum penes me ab omni externorum cura liberatus versor, propriam mei ipsius naturam contemplari, et rationalem illam animæ potentiam diligentius inspicere volui, scientias nempe, quarum ipsa capax est, et artes, quibus vitam omnem replevit, quarum etiam beneficio vitam suaviorem et jucundiorem transigit, tum immensam illam, quam tum ipsa parit, tum simul capit, verborum copiam, ut denique eadem recondat, et distincte singula custodiat, quam facile unumquodque illorum quæ ipsi commissa sunt pro suo

A πίαν ἐργαζόμενος, οὐδεὶς τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκήκοε πώποτε ἀνθρώπων. Φαινόμενος δὲ καὶ τό τε μέγεθος, τό τε κάλλος ὑποδεικνὺς, καὶ τῆς ὀροφῆς τοῖς ἀνθρώποις παρέχων τὴν χρείαν, σιγῶν κηρύττει τὸν Ποιητὴν, καὶ τὰς ἁπάντων γλώττας εἰς ὑμνῳδίαν κινεῖ· καὶ καθάπερ οἰκίαν ὁρῶντες τεχνικῶς μάλα γεγενημένην, καὶ ἐπὶ στεῤῥᾶς κρηπῖδος ἐρηρεισμένην (26), καὶ γωνίαις εὐθείαις συνηρμοσμένην, εὖρός τε καὶ μῆκος ἔχουσαν, καὶ ὕψος, τὴν πρὸς ταῦτα διασώζον ἀναλογίαν, καὶ φωταγωγοὺς ἐν ῥυθμῷ καὶ τάξει γεγενημένας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τὰς τοιαύτας οἰκίας λαμπρύνειν φιλεῖ, εὐθὺς τὸν τεχνίτην θαυμάζομεν, καὶ τὸν οὐ παρόντα ζωγραφοῦμεν τῇ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὴν ἐκείνου τέχνην πᾶσαν ἐκείνης τῆς εὐπρεπείας ἀναφέρομεν τὴν εὐμορφίαν· οὕτως οὐρανὸν ὁρῶντες, καὶ B τῶν κατ' οὐρανὸν φωστήρων τὴν χρειώδη χορείαν, οὐ ταῦτα προσκυνοῦμεν, ἀλλὰ τὸν τούτων Ποιητὴν ταῖς δυναταῖς ὑμνῳδίαις γεραίρομεν, καὶ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως τὸν Γενεσιουργὸν θεωροῦμεν. Λογιζόμεθα γὰρ ὀρθῶς καὶ δικαίως· Εἰ τηλικοῦτον τῶν ποιημάτων τὸ μέγεθος, πηλίκος ὁ Ποιητής; καὶ εἰ τοιαύτη τῶν γενητῶν ἡ ὥρα, οἷον τοῦ ἀριστοτέχνου καὶ Ποιητοῦ τῶν ὅλων τὸ κάλλος; Οὕτως, « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· » οὕτως, « Ἡμέρα (27) τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· » οὐ φωνὴν ἀφιεῖσαι, οὐδὲ διὰ γλώττης φθεγγόμεναι, ἀλλὰ διηνεκῶς ἀλλήλας διαδεχόμεναι, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων χρείαν C ὑπ' ἀλλήλων πλεονεκτούμεναι· καὶ τοσοῦτόν πως ἐκβοῶσιν, ὡς ἁπάντων ἀνθρώπων τὸ γένος τῆς τούτων ἐπαΐειν φωνῆς. « Οὐκ εἰσὶ γὰρ, φησὶ, λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ (28) ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. » Ἅπαν γὰρ ἔθνος, καὶ ἅπασα γλῶσσα τῶν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς κηρυγμάτων ἀκούει. Αἱ μὲν γὰρ γλῶτται τὸ διάφορον ἔχουσι, μία δὲ φύσις τὴν αὐτὴν παρὰ τούτων δρέπεται χρείαν. Οὕτω πάλιν ὁ ταῦτα εἰρηκὼς, ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ τὸν Δημιουργὸν ἀνυμνῶν, ἔλεγεν· « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. » Εἰς ἐμαυτὸν γὰρ, φησὶ, στραφεὶς, καὶ ἐν ἐμαυτῷ γενόμενος, καὶ τῶν ἔξωθεν ἁπάντων θορύβων ἀπαλλαγεὶς, ἐν θεωρίᾳ τῆς ἐμαυτοῦ γενέσθαι φύσεως ἠβουλήθην, καὶ τὴν λογικὴν τῆς ψυχῆς ἀκριβῶς δύ- D ναμιν κατιδεῖν, τὰς ἐπιστήμας, ὧν ἐστι δεκτικὴ, τὰς τέχνας, ὧν τὸν βίον ἐνέπλησε, δι' ὧν ἥδιον καὶ θυμηρέστερον βιοτεύει, ὧν ὠδίνει λόγων τὸ πλῆθος, ὧν δέχεται τὴν ἀμετρίαν· πῶς ἀποτίθεται ταῦτα, καὶ διακεκριμένως φυλάττει· πῶς προφέρει ῥᾳδίως τῶν ἀποκειμένων (29) ὃ βούλεται· πῶς ἰθύνει τὸ σῶμα, καὶ ὀφθαλμοῖς μὲν, ὄγκων καὶ χρωμάτων ἐγχειρίζει διάκρισιν· γλώττῃ δὲ, χυμοὺς δικάζειν ἐπίστευσε, καὶ διάκονον τῶν οἰκείων ὠδίνων ἐχειροτόνησεν, ὀσμῶν δὲ κριτήριον ἀπέφηνε τὰς ῥῖνας, καὶ λόγοις ἔξωθεν φερομένοις τὰς ἀκοὰς ἀνεπέ-

[12] Psal. XVIII, 2. [13] Ibid. 3. [14] Ibid. 4. [15] Psal. CXXXVIII, 6.

(26) ἐρηρ. Edit. Paris. ἐρειρισμένην.
(27) ἡμ. Edit. Paris. præm. ἡ.
(28) οὐχί. Supra, t. I, p. 719, erat οὐκ.
(29) ἀποκ. Edit. Paris. ὑποκειμένων.

Digitized by Google

τασι· τῷ δὲ λοιπῷ σώματι τὴν ἁπτὴν ἐνεχείρισε A δύναμιν· καὶ παρέχει μὲν τούτοις τὴν αἰσθητικὴν ἐνέργειαν, ἀντιλαμβάνει δὲ παρὰ τούτων καὶ λύπην καὶ εὐφροσύνην· ταῦτα καὶ ὅσα τοιαῦτά φησι λογιζόμενος, καὶ ὁρῶν τὴν τῶν ἐναντίων τούτων συνδρομὴν εἰς ἑνὸς ζώου κατασκευὴν, καὶ τοῦ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου συμφυΐαν καὶ συζυγίαν (30), νικῶμαι τῷ θαύματι, καὶ τῆς θεωρίας οὐκ ἐφικνούμενος, τὴν ἧτταν ὁμολογῶ, καὶ τῆς τοῦ Δημιουργοῦ σοφίας ἀνακηρύττων τὴν νίκην, καὶ τὸν Ποιητὴν ἀνυμνῶν, βοῶ· « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. » Καὶ ταῦτα καὶ (31) ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἁρμόττει τὰ ῥήματα, τὴν φαινομένην ἐν τοῖς τοῦ ἀνθρωπείου σώματος μορίοις σοφίαν κατιδεῖν ἐθελήσασι μὲν, τῇ δὲ πείρᾳ τὴν ἀσθένειαν διδαχθεῖσιν. Οὐ μικρὰ δὲ ὅμως ἐκ τῆς B ἀμυδρᾶς κεκερδήκαμεν θεωρίας· ἐθεασάμεθα γὰρ καὶ ἐν τῷ βραχυτάτῳ μορίῳ τοῦ σώματος τὴν τοῦ Θεοῦ διαλάμπουσαν προμήθειαν. Τί γὰρ τριχῶν εὐτελέστερον; τί δὲ οὕτως ἐν τοῖς τοῦ σώματος μορίοις αἰσθήσεως ἄμοιρον; Ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων τὴν χρείαν ἀναγκαίαν ἔδειξεν ὁ λόγος· καὶ μαρτυροῦσιν ὀφρύες καὶ βλεφαρίδες, μαρτυροῦσι δὲ καὶ αἱ τὴν κεφαλὴν κοσμοῦσαί τε ὁμοῦ καὶ καλύπτουσαι· καὶ γὰρ καὶ τούτων τὴν χρείαν οἱ τούτων ἐψιλωμένοι διδάσκουσι. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐρυθριῶσιν ὡς κάλλους ἐστερημένοι· ἔπειτα δὲ καὶ ἕτερα ἄττα ἐπινοοῦσι καλύμματα, τὴν ἐκείνων χρείαν ἀποπληροῦντα. Καὶ ὡς ἔοικε, τούτου χάριν καὶ γυμνωθῆναι τούτων ἐνίας κεφαλὰς ὁ Δημιουργὸς συνεχώρησεν, ἵνα μάθωμεν ὅπως καὶ τούτων προμηθούμενος ὁ Ποιητὴς, C οὕτω τὸ ζῶον διέπλασεν. Οὕτω τοὺς εἰς ἄνδρας λοιπὸν τελοῦντας, καὶ τὴν μειρακιώδη ὑπερβαίνοντας ἡλικίαν, τῷ γενείῳ καταχοσμεῖ, καὶ μοῖράν τινα τῶν παρειῶν σὺν τῷ ἀνθερεῶνι. Πρότερον μὲν γὰρ (32) ἴουλος ἀνθεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα κόμη μετρία καλύπτει, ἵνα τῇ προσθήκῃ διδάξῃ τῶν ἡλικιῶν τὸ διάφορον, καὶ πείσῃ διὰ τοῦ σχήματος, τῶν παιδικῶν μὲν ἀθυρμάτων ἀπέχεσθαι, τὰ δὲ σπουδαῖα τῶν ἔργων προσίεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ γυναιξὶν αἱ ὠδῖνες εἰς τοιαύτην διδασκαλίαν ἀρκοῦσι, μόνων οὕτω τὰς τῶν ἀνδρῶν παρειὰς ἐστεφάνωσεν. Εἰ δέ τις μόνον ἀντιλέγειν τῇ ἀληθείᾳ δεδιδαγμένος, τὰς ἐν ἄλλοις μορίοις τοῦ σώματος τῶν τριχῶν ἐκφύσεις προβάλλοιτο, μανθανέτω καὶ περὶ τούτων μάτην ἀχαριστῶν. D Αὐτοφυὲς γὰρ ἡ φύσις περιτέθεικε κάλυμμα, οἷς τὰ χειροποίητα περιτιθέναι σπουδάζομεν. Διὰ τοῦτο, οἷς μὲν τὸ λογικὸν οὐδέπω διακρίνειν ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐπίσταται, οὐ περιτέθεικεν ἡ φύσις τὸ ἐκ τριχῶν περιβόλαιον· τοὺς δὲ ἤδη τῆς γνώσεως ἀρξαμένους, καὶ τῶν μελῶν ἑκάστου τὴν χρείαν δεδιδαγμένους, εὖ μάλα καὶ λίαν καλῶς τούτῳ τῷ διαζώματι κατεκόσμησεν, ὥσπερ ἐρυθριῶντας ἐφ' οἷς οὐκ ἔδει καλύπτουσα· ταύτην γὰρ οὐκ εἶχεν ἐν τῷ παραδείσῳ τὴν αἰσχύνην ὁ γενάρχης Ἀδάμ. « Ἦσαν γὰρ, φη-

arbitrio proferat : ut corpus totum dirigat, ut eadem oculis quidem quantitatis et coloris discernendi judicium commiserit, linguæ autem humorum discrimina concrediderit, eamdemque ceu ministrum aliquem suorum fetuum (sermonum scilicet) delegerit, nares item odorum examine donarit, et aures, ut sermones qui exstrinsecus advehuntur capiant, patefecerit, per reliquum autem corpus tactum extenderit, et ut his quidem sentiendi vim largiatur, ipsa autem ab iisdem vel doloris vel lætitiæ affectum percipiat : hæc, inquam, **532** et quæcunque talia sunt animo volvens, et horum omnium, quæ sibi aliquo modo contraria sunt, in unius animalis fabrica concursum videns, una cum mortalis et immortalis naturæ conjunctione, tanto miraculo vincor, et contemplationis hujus mysterium minus assequens, me victum confiteor, et sapientiæ Creatoris victoriam prædicans, ipsumque Creatorem celebrans, exclamo : « Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad ipsam (pertingero) [16]. » Et hæc quidem verba nobis in præsenti negotio conveniunt, qui eam quæ in humani corporis membris apparet, sapientiam inspicere quidem conamur, infirmitatem vero nostram reipsa experimur. Non parum tamen emolumenti ex illa quoque subobscura contemplatione ad nos rediit. Nam in minima quoque corporis particula Dei providentiam clarissime elucentem spectavimus. Quid enim pilis vilius ? quid in cunctis corporis partibus omnis sensus perinde expers est ? Nihilominus tamen horum quoque necessarium usum sermo noster ostendit. Testantur hunc supercilia et palpebrarum pili : testantur eumdem, qui caput ornant teguntque capilli. Quæ enim horum sit utilitas et usus, calvi manifeste docent. Primo enim quasi decore suo spoliati erubescunt : deinde alia quædam velamenta comminiscuntur, quæ horum usum illis expleant. Et sane hanc ob causam ut mihi videtur, rerum Opifex quorumdam capita pilorum velamento destitui permisit, ut discamus, quod et horum cura habita hominem hoc modo formaverit. Sic eos qui virilem **533** ætatem ingrediuntur, et pueriles annos transierunt, barba exornat, quæ genas aliqua ex parte cum mento inferiori vestit. Et primum lanugine florent malæ : deinde modicum pilorum velamen easdem tegit, ut augmento hoc ætatis discrimen doceat, et ipsa vultus figura homini persuadeat, ut rejectis puerilibus ludis, ad res serias accingatur. Quoniam vero pariendi dolores muliebri sexui ad hanc doctrinam sufficere possunt, nonnisi virorum genas hoc modo coronavit. Quod si vero quis eorum numero qui nonnisi veritati obstrepere didicerunt, eos hic nobis pilos objiciat, qui in aliis quibusdam corporis partibus enascuntur, is se circa hos quoque ingratitudinem suam immerito testari sciat

[16] Psal. cxxxviii, 6.

(30) καὶ συζυγ. Des. in edit. Paris.
(31) καί. Des. ibid.

(32) γάρ. Ex edit. Paris. suppletum.

Digitized by Google

Velamento enim sponte enato eas partes natura A contexit, quas nos manu factis tegumentis velare studemus. Quapropter iis, quorum ratio adhuc infirmior inter virtutem et vitium discernere nequit, hæc pilorum velamina natura non apposuit : eos vero, quibus jam firmior esse incipit rerum cognitio, quique singulorum membrorum usum edocti sunt, bene et honeste hoc cingulo ornavit, quasi tegere volens erubescentes propter ea quorum aspectus neminem pudore suffundere deberet. Hunc certe pudoris affectum Adamus humani generis conditor in paradiso minime sensit. « Erant enim, inquit Scriptura, ambo nudi, tam Adam, quam uxor ipsius, et non erubescebant [17]. » Ubi vero legem transgressi, delictorum suorum vim senserunt, et Dei vocem auribus percepere, ficus folia consuerunt, et B fecerunt sibi cinctoria [18]. **534** Quamobrem vel in his quoque (corporis) partibus Creatoris circa te curam aspice, o amarulentissime creationis et providentiæ accusator. De iis, quarum vel sola mentio pudorem tibi injicit, Deus creator et opifex gloriatur et exsultat. « Vidit enim, inquit, Deus omnia quæcunque fecit, et ecce valde bona erant [19]. »—« Faciamus, ait, illi adjutorem similem ipsi [20]. » Et prima hæc est Dei benedictio : « Crescite, et multiplicamini, et implete terram, et dominamini super illam [21]. » Quoniam autem oratio ad ea corporis membra, quæ divino Paulo teste [22] inhonestiora censentur, nescio quo pacto ceu vi quadam delata est, denuo in his ineffabilem Creatoris erga huma- C num genus amorem considera. Os enim, cujus officium est sermoni servire, cibum excipere, et susceptum ventri transmitere, oculis vicinum constituit : excrementorum autem secessum, qui visum lædere, et cibi fastidium parere ac nauseam movere posset, non longo duntaxat ab his intervallo distare fecit, sed ex oculorum conspectu omnino removit, rectum videlicet intestinum in posteriores corporis partes deflectens, et inter nates meatum aperiens, horum quoque egestioni naturale quoddam velamentum construxit. Tantum itaque Dei erga nos amorem reverere. Ineffabilem ejus curam cum tremore suspice, dum hanc ea fabricare vides, quæ vel nominare te pudet : dum, inquam, eamdem illam sua providentia curare illa cernis, quorum mentio tibi pudorem offundit. Cum enim omne illud, quod in animali cernitur, mortale sit, et alimento, utpote **535** mortale exsistens, opus habeat, necessario utique et os et excrementorum secessum addidit, ac tortuosos intestinorum orbes condidit, qui feculentam alimenti partem exciperent, non autem recto statim ductu egererent, ne ciborum necessitas continua nobis molesta esset, evacuatione impletionem semper postulante.

σὶν, οἱ δύο γυμνοὶ, ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο. » Μετὰ δὲ τὴν τοῦ νόμου παράβασιν, εἰς αἴσθησιν ἐλθόντες τῶν ἐπταισμένων, καὶ τῆς θείας φωνῆς ἀκούσαντες, ἔῤῥαψαν φύλλα συκῆς, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα. Ἄθρει τοιγαροῦν, ὦ πικρὲ τῆς δημιουργίας ὁμοῦ καὶ τῆς προνοίας κατήγορε, καὶ ἐν τούτοις τοῖς μέλεσι τὴν τοῦ Ποιητοῦ κηδεμονίαν. Περὶ ὧν σὺ μὲν καὶ ἀκούων ἐρυθριᾷς, ὁ δὲ Δημιουργὸς καὶ διαπλάττων ἀγάλλεται· « Εἶδε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς πάντα (33) ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν· » καὶ, « Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν. » Καὶ πρώτη εὐλογία Θεοῦ· « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. » Ἐπειδὴ δ' ὁ λόγος εἰς τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος, κατὰ τὸν B θεῖον Παῦλον, ἀτιμότερα ὑπάρχειν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξελθεῖν ἐβιάσθη, βλέπε πάλιν τὴν ἄῤῥητον τοῦ Ποιητοῦ φιλανθρωπίαν. Τὸ μὲν γὰρ στόμα, καὶ λόγῳ διακονεῖν, καὶ τροφὴν ὑποδέχεσθαι, καὶ παραπέμπειν τῇ γαστρὶ πεπιστευμένον, πλησίον ἔθηκε τῶν ὀμμάτων· τὸν δὲ τῶν ἐκκρίσεων πόρον, ἀποκναίειν τὰς ὄψεις δυνάμενον, καὶ τροφῆς ἀποτρέπειν, καὶ βδελυγμίας ἀναπιμπλᾶναι, οὐ μόνον πόῤῥω που τούτων πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἀφανῆ τούτοις κατέστησεν, εἰς τοὐπίσω τὸ ἀπευθυσμένον ἔντερον ἀποκλίνας, μεταξὺ δὲ τῶν γλουτῶν τὸν πόρον ἀνοίξας, καὶ τῇ τούτων προβολῇ πάλιν αὐτοφυὲς αὐτῷ μηχανησάμενος κάλυμμα. Αἰσχύνθητι τοιγαροῦν τῆς θείας φιλανθρωπίας τὴν ἀμετρίαν· φρίξον αὐτῆς C τὴν ἄῤῥητον κηδεμονίαν, ὁρῶν αὐτὴν δημιουργοῦσαν, ἃ σὺ λέγειν αἰσχύνῃ, ὁρῶν αὐτὴν προμηθουμένην, ὧν καὶ τὴν μνήμην ἐρυθριᾷς. Ἐπειδὴ γὰρ θνητόν ἐστι τὸ ὁρώμενον τοῦ ζώου, καὶ τροφῆς ἅτε δὴ θνητὸν ἐνδεές. ἀναγκαίως αὐτῷ καὶ στόμα ἐνέφυσε, καὶ πόρους ἐκκρίσεων, καὶ κύκλους ἐντέρων πολυελίκτους ἐδημιούργησε, τὸ ἰλυῶδες, τῆς τροφῆς ὑποδεχομένων, καὶ οὐκ εὐθὺς προϊεμένων, ὅπως μὴ συνεχῶς ἡμῖν ἡ χρεία τῶν σιτίων παρενοχλῇ, τῆς κενώσεως ἀεὶ τὴν πλήρωσιν ἀπαιτούσης.

Et quid hic omnia naturæ miracula dicere attinet? Tempus enim nunc est ad manus transire, quarum mentionem hesterno die prætermittentes, earumdem usum nos hodie exposituros esse promisimus. Has ergo inspice, ut non longius quam opus est extensæ sunt, ne videlicet corpus reliquum onere suo aggravent, nec etiam minori quam usus postulat spatio contractæ, sed operibus, quorum executio ipsis destinata est, convenientem mensuram

D Καὶ τί δεῖ πάντα καταλέγειν τὰ τῆς φύσεως θαύματα; Καιρὸς γὰρ ἤδη λοιπὸν ἐπὶ τὰς χεῖρας ἐλθεῖν, ὧν τὴν μνήμην τῇ προτεραίᾳ παραλιπόντες, ὑπεσχόμεθα σήμερον τούτων ἑρμηνεῦσαι τὴν χρείαν. Βλέπε τοίνυν αὐτὰς, οὔτε πέρα τῆς χρείας ἐκτεταμένας, ἵνα μὴ φορτίον περιττὸν τῷ λοιπῷ γένωνται σώματι, οὔτε αὖ πάλιν ἐνδεέστερον ἢ ἔδει τὸ μῆκος (34) ἐχούσας, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις ὧν χάριν ἐγένοντο ἀναλογοῦν δεξαμένας τὸ μέτρον. Τούτου χάριν αὐ-

[17] Gen. II, 25. [18] Gen. III, 7. [19] Gen. I, 31. [20] Gen. II, 18. [21] Gen. I, 28. [22] I Cor. XII, 22.

(33) πάντα. Loco cit. præmittitur τά.

A καὶ φλεγμαίνειν οὐκ ἐᾷ, καὶ κατὰ τοῦ ἡνιόχου σκιρτᾷν, ὃ τοῖς τρυφῶσι καὶ γαστριζομένοις συμβαίνει. Ἔπειτα, ἡ ψυχὴ τῶν περιττῶν φορτίων ἀπαλλαττομένη, καὶ τῶν ἔξωθεν θορύβων (32) ἐλευθέρα τυγχάνουσα, καὶ ἡσυχίας ἁπάσης καὶ γαλήνης ἀπολαύουσα, εἰς ἑαυτὴν νενευκυῖα, τό τε οἰκεῖον ἀξίωμα καθορᾷ, καὶ τῶν ὑπηκόων παθῶν τὴν δουλείαν γνωρίζει· καὶ τῆς ἡγεμονίας ἐχομένη, νομοθετεῖ τοῖς ὑπηκόοις τὴν εὐταξίαν, καὶ κολάζει δι' ἀλλήλων ἀμφοτέρων τὴν ἀταξίαν. Καὶ νῦν μὲν ἐπανίστησι τὴν ἐπιθυμίαν φλεγμαίνοντι τῷ θυμῷ, καὶ τὸ τούτου σύντονον τῇ ταύτης μαλακότητι διαλύει· νῦν δὲ μετατίθησι κατὰ ταύτης τὴν τῆς τιμωρίας οἰκονομίαν, καὶ τῇ μάστιγι τοῦ θυμοῦ συστέλλει ταύτης τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω φοράν. B Συνεργοῦσι δὲ πάλιν τῷ λογικῷ πρὸς τὴν τῶν παθῶν εὐταξίαν οἱ πόνοι· ἡ γὰρ τῆς ἐνδείας ἀνάγκη πρὸς φιλοπονίαν ἐγείρει, καὶ τῶν μὲν ἀναγκαίων ἡ σπάνις προσφέρει τοὺς πόνους, ἡ δὲ τῶν πόνων ταλαιπωρία, τὰ πάθη μαραίνουσα, φλεγμαίνειν οὐκ ἐᾷ, δαπανῶσα τὰς ὕλας. Τί τοίνυν ἀχαριστεῖς τοῖς δικαίοις τὴν πενίαν συνεζευγμένην ὁρῶν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ὄργανον διαβάλλεις, ὅμοιον ποιῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις θρόνους μὲν ἐπαινοίη (33), καὶ βάθρα, καὶ κλίνας, καὶ θύρας, καὶ οἰκοδομημάτων κάλλη, τὰ δὲ τοῦ οἰκοδόμου καὶ τέκτονος ὄργανα σκώπτοι, καὶ μέμφοιτο (34) τῷ σκεπάρνῳ, καὶ τῷ τερέτρῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, δι' ὧν ἐκείνων ἕκαστον γίνεται; Ὅτι δὲ ῥᾷον διὰ πενίας μᾶλλον, ἢ πλούτου, τὴν ἀρετὴν κατορθῶσαι, μαρτυροῦσι μὲν τῆς ἀσεβείας (35) οἱ τρόφιμοι, C μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι σοφίας ἐρασθέντες (36), καὶ τῷ τῆς φύσεως νόμῳ μόνῳ διδασκάλῳ χρησάμενοι. Διὰ πενίας γὰρ ἅπαντες τὴν ἠθικὴν κατώρθωσαν ἀρετὴν, καὶ ταῦτα τῶν θείων οὐκ ἐπακούσαντες λογίων, τῶν ἄντικρυς βοώντων· « Ἐὰν μή τις ἀποτάξηται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. » Ἀλλ' ὅμως ἤρκεσεν αὐτοῖς εἰς διδασκαλίαν ἡ φύσις. Καὶ γὰρ ὁ θεῖος λόγος οὐ καινὰ προσφέρει παιδεύματα, ἀλλὰ τῶν τῆς φύσεως νόμων ἀναμιμνήσκει, καὶ ἃ διέφθειρεν ὁ χρόνος διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ῥᾳστώνην τῆς φύσεως γράμματα, ταῦτα ὁ τῆς φύσεως Ποιητὴς διὰ τῶν οἰκείων ἀναγράφει κηρύκων. Εἰ τοίνυν καὶ Σωκράτης, καὶ Διογένης, καὶ Ἀνάξαρχος καὶ οἱ τούτοις παραπλήσιοι, τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς τὴν κτῆσιν ποθήσαντες, τοῦ πλούτου τὴν κτῆσιν ἀπώσαντο, καὶ D πενίαν τῆς ἀγαθῆς κτήσεως ἔλαβον συνεργὸν, καὶ ταῦτα τυφλώττοντες περὶ τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν οὐ προσμένοντες, καὶ τὸ ὂν ἀγαθὸν ἀκριβῶς οὐκ εἰδότες, τί τῆς πενίας, ὦ φιλότης, κατηγορεῖς, δι' ἣν εὔπορος τῆς ἀρετῆς ὁ (37) δρόμος, καὶ ἡ τραχεῖα καὶ προσάντης ὁδὸς εὐπετὴς καὶ ῥᾳδία τοῖς ἀνιοῦσι γίνεται;

menti gubernatrici recalcitrare permittit, quod delicatis et ventri servientibus plerumque contingit. Deinde anima, cum superfluis liberata oneribus, et a curis externis expedita, quiete et tranquillitate summa fruitur, in seipsam respiciens, propriam suam dignitatem contemplatur, et subditorum sibi affectuum servitutem agnoscit: tum etiam imperium tenens, subditis ordinis leges præscribit, et utriusque (tam iræ quam cupiditatis), rebellionem alternis earumdem, vicibus punit et reprimit. Et nunc quidem iræ affectu intumescente **569** concupiscentiam excitat, et illius vehementiam hujus mollitia dissolvit: nunc vero translato puniendi officio, iræ affectu adversus hanc utitur, et flagello vehementiorem concupiscentiæ motum coercet. Rursus autem labores quoque rationi ad affectuum moderationem subserviunt. Inopiæ enim necessitas ad laborum studia excitat, et necessariorum penuria labores producit: laborum vero ærumna affectus tabefaciens, et materiam illorum consumens, eos intumescere non permittit. Cur ergo ingratum te præstas, cum paupertatem justis conjunctam esse vides, et virtutis instrumentum conviciis laceras? perinde faciens, ac si quis thronos, et gradus, et lectos, januas item et omnem ædificiorum elegantiam collaudet, fabri autem et architecti instrumenta vituperet, et securi, terebro, aliisque, quorum opera omnis illa structura conficitur, convicia ingerat. Porro quod virtus per paupertatem facilius quam per divitias comparari possit, ipsi etiam impietatis alumni testantur. Testantur idem quotquot apud Græcos sapientiæ cultores fuerunt, et naturæ lege unice usi sunt. Per paupertatem enim omnes isti moralem virtutem comparaverunt, idque cum divina oracula non audierint, quæ palam clamant: « Si quis non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus [41]. » Ad doctrinam tamen natura ipsis suffecit. Divina enim lex non novas traditiones affert, sed naturæ leges in memoriam revocat, et naturæ scripturas, quas temporis diuturnitas **570** hominum negligentia corrupit, naturæ Conditor per præcones suos rescribit. Cum ergo Socrates, Diogenes, Anaxarchus, et qui horum fuerunt similes, moralis virtutis desiderio moti, opes quas possidebant rejecerint, et paupertate ad præstantissimam virtutis possessionem adjutrice usi sint, idque cum circa veritatem doctrinæ cæci fuerint, et regnum cœlorum non exspectarint, nec veri illius (et summi) boni tenuerint notitiam, quid tu paupertatem accusas, o amice, per quam virtutis cursus facilis, et aspera illa ac ardua via per eam incedentibus expedita et plana redditur?

[41] Luc. XIV, 33.

(32) θορ. Edit. Paris. φροντίδων.
(33) ἐπαιν. Ibid. ἐπαινῶν.
(34) σκ. κ. μέμφ. Ibid. σκώπτων καὶ μεμφόμενος.
(35) ἀσεβ. Editio prior hab. εὐσεβεία.
(36) ἐρ. Ibid. ἐρασταί.
(37) ὁ. In edit. Paris. ponitur ante τῆς ἀρετῆς.



Digitized by Google

Hæc autem dicimus, non quod divitias accusemus, vel malum malo repellere studeamus (si enim divitiæ per se malæ dicantur, blasphemia in illarum largitorem redundat), sed divitias simul et paupertatem, tanquam materiam quamdam vel instrumenta, a rerum Opifice hominibus proposita esse dicimus; homines vero, ceu fabros quosdam, per hæc aut virtutis simulacrum effingere, aut malitiæ statuam exsculpere. Cæterum per divitias vix aliquis paucula quædam virtutis membra eleganter exsculpet: multi vero paupertate adjuti omnia simul fabricare possunt. Ne ergo paupertatem dicteriis proscindamus, quæ virtutis parens est: nec etiam opes conviciis laceremus, sed eos qui his perperam utuntur, accusemus. Nam et ferrum hominibus datum est, ut ædificantibus, agricolis, et navium fabricatoribus cooperetur, et alias humanæ vitæ artes adjuvet. Qui vero in se mutuo grassantur, illud necessariis **571** duntaxat usibus servire non permittunt, sed mutuas etiam cædes per illud perpetrant. Non tamen idcirco ferrum culpamus, sed eorum qui hæc abutuntur, detestamur malitiam. Similiter vini usus hominibus ad lætitiam cordis, non ad desipientiam datus est. Qui vero intemperantiæ student, et ebrietati dediti sunt, lætitiæ genitorem desipientiæ causam faciunt. Cæterum nos rite calculum subducentes, eos quidem qui divino munere abutuntur, vinosos, ebrios, et malos nominamus: vinum vero ceu divinitus collatum munus admiramur. Idem de divitiis harumque possessoribus judicium feramus, et divitias quidem omni crimine liberemus, illos vero, si quidem harum dispensatores justi fuerint, maximis præconiis ornemus: si autem, inverso rerum ordine, ipsi divitiis servierint, illarum nimirum jussa in omnibus exsequendo, et omne servitium malum subeundo, iniquitatis illos accusemus: quod nimirum, cum domini constituti sint, dominium illi corruperunt, et herilem potestatem cum servitute permutarunt.

Sed dicat forsitan aliquis illorum, qui nihil aliud quam bene dictis obstrepere norunt. Quare non cunctis hominibus divitias possidendas rerum Conditor largitus est, sed his quidem divitias cumulavit, illis vero paupertatem quasi sorte addixit, vitamque hanc admodum imparibus conditionibus disposuit? Quem et ego libens interrogaverim, cur non omnibus corporis nostri membris unam et eamdem vim rerum Opifex indiderit: sed oculis quidem colorum et figurarum **572** judicium commisit, auditum vero vocum et sonorum discrimina cognoscere voluit, nares autem ut vapores excipiant, et suavem odorem a fetore discernant, linguam item ut gustu sapores dijudicet, dulcis et acerbi, acris et amari et pinguioris discrimen deprehendat, instituit: et pedibus quidem incessus potentiam concessit, manibus vero multiplicem operationem ceu

A Καὶ ταῦτά φαμεν, οὐ τοῦ πλούτου κατηγοροῦντες, οὔτε κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενοι· εἰ γὰρ πονηρὸς ὁ πλοῦτος, ἡ βλασφημία κατὰ τοῦ δεδωκότος χωρεῖ· ἀλλὰ πλοῦτον μὲν καὶ πενίαν, οἷον ὕλας τινὰς, ἢ ὄργανα, τοῖς ἀνθρώποις παρὰ τοῦ Πεποιηκότος προκεῖσθαί φαμεν, διὰ δὲ τούτων τοὺς ἀνθρώπους, οἷόν τινας δημιουργοὺς, ἢ τὸ τῆς ἀρετῆς ἄγαλμα διαπλάττειν, ἢ τὸν τῆς κακίας ἐκτυποῦν ἀνδριάντα. Ἀλλὰ διὰ μὲν πλούτου μόλις ἂν ὀλίγα τις (38) ἀρετῆς εἰς κάλλος διαγλύψειε μόρια, διὰ δὲ πενίας καὶ πολλοῖς καὶ πάντα δημιουργεῖν ἔστι δυνατόν. Μὴ τοίνυν σκώπτωμεν τὴν πενίαν τῆς ἀρετῆς τὴν μητέρα, μήτε μὴν τὸν πλοῦτον διαβάλλωμεν, ἀλλὰ τῶν οὐκ εἰς δέον τούτῳ κεχρημένων κατηγορήσωμεν. Ἐπεὶ καὶ ὁ σίδηρος ἐδόθη μὲν τοῖς ἀνθρώποις, οἰκοδομίας, καὶ
B γηπονίας, καὶ ναυτιλίας συνεργὸς, καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπίκουρος. Οἱ δὲ κατ' ἀλλήλων λυττῶντες, οὐκ ἐῶσι τοῦτον μόνον ταῖς ἀναγκαίαις χρείαις ὑπηρετεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλλήλων σφαγὴν δι' αὐτοῦ μηχανῶνται. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο τοῦ σιδήρου κατηγοροῦμεν, ἀλλὰ τῶν κακῶς κεχρημένων (39) τὴν πονηρίαν διαβάλλομεν. Οὕτως ἡ τοῦ οἴνου χρῆσις ἐδόθη μὲν τοῖς ἀνθρώποις εἰς εὐφροσύνην, ἀλλ' οὐ παραφροσύνην καρδίας· οἱ δὲ τὴν ἀμετρίαν τιμῶντες, καὶ οἰνοφλυγίᾳ προστετηκότες, τὸν εὐφροσύνης γεννήτορα, παραφροσύνης ποιοῦσι πατέρα. Ἀλλ' ἡμεῖς τῇ δικαίᾳ ψήφῳ δικάζοντες, τοὺς μὲν κακῶς τῷ θείῳ δώρῳ χρωμένους (40), οἰνόφλυγας, καὶ μεθύσους, καὶ πονηροὺς
C ἀποκαλοῦμεν, τὸν δὲ οἶνον ὡς θεόσδοτον δῶρον θαυμάζομεν. Οὕτω τοιγαροῦν τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς χρωμένοις δικάζωμεν, καὶ τὸν μὲν, τῆς κατηγορίας ἐξέλωμεν, τοὺς δὲ, εἰ μὲν οἰκονόμοι τούτου δίκαιοι γένοιντο, ταῖς μεγάλαις στεφανώσωμεν εὐφημίαις· εἰ δὲ τὴν τάξιν ἀμείψαντες, δοῦλοι τοῦ πλούτου φανεῖεν, πᾶν τὸ κελευόμενον δρῶντες, καὶ πᾶσαν πονηρὰν διακονίαν μετιόντες, τὴν πονηρίας γραφὴν κατ' αὐτῶν εἰσενέγκωμεν, ὅτι δεσπόται χειροτονηθέντες, τὴν ἡγεμονίαν διέφθειραν, καὶ τὴν δουλείαν τῆς δεσποτείας ἠλλάξαντο.

Ἀλλ' ἴσως ἄν τις εἴποι τῶν μόνον τοῖς καλῶς λεγομένοις ἀντιλέγειν ἐπισταμένων· Τίνος χάριν οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις τοῦ πλούτου τὴν κτῆσιν ὁ Ποιητὴς ἐδωρήσατο, ἀλλὰ τοῖς μὲν πλοῦτον συνέζευξε, τοῖς
D δὲ πενίαν συνεκλήρωσε, καὶ πολλῆς ἀνωμαλίας πλήρη τὸν βίον πεποίηκεν; Ὃν ἡδέως ἂν ἐροίμην, τί δήποτε τοῖς τοῦ σώματος μέλεσιν, οὐ τὴν αὐτὴν ἅπασι δέδωκεν ὁ Δημιουργήσας ἐνέργειαν, ἀλλ' ὀφθαλμοῖς μὲν χρωμάτων καὶ σχημάτων διάκρισιν ἐνεχείρισεν, ἀκοαῖς δὲ φωνῶν καὶ ψόφων εἰδέναι διαφορὰν, τὰς δὲ ῥῖνας ἀτμῶν ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τοῦ ἡδέος τὸ δυσῶδες διακρίνειν, τὴν δὲ γλῶτταν ταῖς τῶν γεύσεων ποιότησι δικάζειν, καὶ γλυκέος καὶ ὀξέος, δριμέος τε καὶ πικροῦ, καὶ πιμελώδους τὸ διάφορον εἰδέναι, καὶ τοῖς μὲν ποσὶ τὴν βαδιστικὴν δέδωκε δύναμιν, ταῖς δὲ χερσὶ τὴν παντοδαπὴν ἀπένειμεν ἐργασίαν, καὶ γαστέρα μὲν τροφῆς δοχεῖον,

(38) τις — μόρια. Edit. Paris. τῆς ἀρετῆς εἰς κάλλους διαγλύψεται μόρια.

(39) κεχρ. Ibid. αὐτῷ χρωμένων.
(40) χρωμ. Ibid. κεχρημένους.

Digitized by Google

ἧπαρ δὲ τροφῆς καθαρτήριον, ἐγκέφαλον δὲ μυελῶν θησαυρὸν, πηγὴν δὲ θερμότητος τὴν καρδίαν, καὶ ταῖς μὲν ἀρτηρίαις ἐναπέκλεισε τὸ πνεῦμα, τὰς δὲ φλέβας ἀγωγοὺς ἀπέφηνεν αἵματος, καὶ ἄλλῳ ἄλλην ἐνέργειαν ἐνέφυσε (41) μορίῳ; Καὶ μὴν ἅπαντα τὰ εἰρημένα, καὶ ὅσα σεσίγηται, εἰς ἑνὸς σώματος συντελεῖ τελειότητα· ἀλλ' ὅμως ἕκαστον (42) καὶ ἴδιόν τι πεπίστευται, καὶ τῷ κοινῷ συντελεῖ. Ὄψις γὰρ ποδηγεῖ μὲν (43) τοὺς πόδας, καὶ τὸ λεῖον αὐτοῖς ὑποδείκνυσι, καὶ τῶν τραχυτέρων ἀποτρέπει χωρίων, φέρεται δὲ ὑπὸ ποδῶν. Καὶ ἀκοὴ δὲ κτύπους δεχομένη, διεγείρει τὴν ὄψιν εἰς θεωρίαν, διὰ δὲ τῆς ὄψεως μανθάνει τῶν κτύπων τοὺς ποιητάς. Καὶ ἵνα τῇ ἀποστολικῇ μαρτυρίᾳ τοὺς εἰρημένους βεβαιώσωμεν λόγους, «Οὐ δύναται ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί· Χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί· Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν ἀναγκαῖά ἐστι, καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι, τούτοις περισσοτέραν (44) τιμὴν περιτίθεμεν.» Καὶ οὐδεὶς ἐδυσχέρανέ πώποτε, διάφορον βλέπων ἐν τοῖς μέλεσι τὴν ἐνέργειαν, εἰ μὴ κομιδῇ παραπαίοι· ἀλλὰ καὶ στέργει καὶ θαυμάζει τὸν Ποιητὴν, οὕτω σοφῶς ἕκαστα διακρίναντα, καὶ ἑκάστῳ τὴν ἁρμόττουσαν ἀπονείμαντα χρείαν, καὶ τὴν ἰδίαν κοινὴν ποιησάμενον. Οὔτε γὰρ ὄψις μόνη τῶν ὁρατῶν ἀπολαύει, οὔτε ἀκοὴ τῶν ἀκουστῶν, οὔτε τὸ στόμα τῶν γεύσεων, οὔτε ἡ ῥὶν τῶν ὀσφρήσεων, οὔτε οἱ πόδες βαδίσεως, οὔτε ἐργασίας (45) αἱ χεῖρες, οὔτε τροφῆς ἡ γαστὴρ, οὔτε θερμότητος ἡ καρδία, οὔτε αἰσθήσεως ὁ ἐγκέφαλος· ἀλλ' ἰδιάζουσαν μὲν ἕκαστον ἔχει τὴν ἐνέργειαν, τῷ δὲ κοινῷ συνεισφέρει τὴν ὠφέλειαν. Καὶ τὸ μὲν ἅπαν θερμαίνει τὸ σῶμα, τὸ δὲ ἅπαν τρέφει· τὸ δὲ ἄλλον τινὰ φόρον παντὶ (46) προσφέρει τῷ ζώῳ· καὶ τὸ ποικίλον τῆς ἐνεργείας εἰς ἅπαντα μὲν τὰ τοῦ σώματος μεμέρισται μόρια, ἀπολαύει δὲ ἀλλήλων πάντα, καὶ γίνεται ἡ χρεία κοινή. Καὶ οὔτε ἀκοὴ ἀγανακτεῖ μὴ ὁρῶσα, οὔτε ὀφθαλμὸς δυσχεραίνει τῷ μὴ ἀκούειν, ἀλλ' ἕκαστον στέργει τοὺς ὅρους τῆς φύσεως, καὶ τὴν εἰσφορὰν ἀποδίδωσιν, ἣν ἐξ ἀρχῆς φέρειν ἐτάχθη. Σὺ δὲ λίαν ἀγανακτεῖς, ὅτι μὴ πάντες οἱ ἄνθρωποι τοῖς τοῦ πλούτου ῥεύμασι περικλύζονται, καὶ οἰκίας οἰκοῦσι λαμπρὰς, καὶ χιτώνων καὶ ἐφεστρίδων περιφανείᾳ κοσμοῦσι τὸ σῶμα, καὶ ἐφ' ἵππων καὶ ἡμιόνων ὀχούμενοι, πολλοὺς ἔχουσι τοὺς ἡγουμένους, καὶ (47) ἑπομένους, καὶ θεραπόντων ἑσμὸν ταῖς θεραπείαις διακονοῦντα, καὶ κλίνας χρυσοπάστους, καὶ στρωμνὴν μαλακὴν καὶ διαῤῥέουσαν, καὶ ὀψοποιῶν μαγγανείας, καὶ ἡδονῶν ἐπινοίας, καὶ χλιδὴν πανταχόθεν προσφερομένην, καὶ τὰς ἡδονὰς ἐξάπτουσαν. Καὶ πῶς ἂν τις ἐκτήσατο σωφροσύνην τοσούτους αὐτῇ (48) πολεμίους ἐγείρων, ἐξ ἁπάντων αὐτὴν τῶν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἐξελαύνων μορίων; Πῶς δ' ἂν φρονήσεως ἐν ἕξει γένοιτ' ἂν ἄνθρωπος, τοσούτοις

A sorte distribuit. Ventrem alimenti receptaculum, jecur vero ejusdem purgatorium, cerebrum medullarum thesaurum, caloris autem fontem cor constituit. Arteriis porro spiritum inclusit, venas autem sanguinis canales fecit, et alii membro aliud operationum ingeneravit officium. Atqui omnia quæ modo dicta sunt, imo et ea quæ silentio præterivimus, ad unius corporis perfectam fabricam pertinent: interim tamen singulis aliquid propriæ functionis commissum est, et in commune illud singula conferunt. Visus quidem pedes ducit, et viæ planitiem illis monstrat, et ab asperioribus locis avertit, ipse autem a pedibus fertur. Auditus quoque dum sonos percipit, visum ad videndum excitat, idem autem per visum sonorum auctores cognoscit. Et ut apo- B stolico testimonio quæ modo dicta sunt confirmemus: « Non potest oculus dicere manui: Non est mihi opus te; et rursus caput pedibus: Non est mihi opus vobis, imo potius quæ videntur imbecilliora esse membra corporis, necessaria sunt: et quæ putamus minus honesta esse, his honorem uberiorem exhibemus[44]. » **573** Nec unquam aliquis indignatur diversam in membris operationem cernens, nisi valde desipiat: quin potius Creatorem amat et admiratur, qui tam sapienter singula discrevit, et singulis commodam et idoneam alicujus officii functionem commisit, eamque quæ singulis propria erat, toti corpori communem fecit. Nec enim visus solus visibilium sensu fruitur, nec solus C auditus sonis juvatur, nec solum os sapores, nec solus nasus odores, nec soli pedes incessum, nec solæ manus operationes, nec solus venter alimentum, nec solum cor calorem, nec solum cerebrum sentiendi affectionem percipit: sed peculiarem vim singula habent, utilitatem vero omnem in commune conferunt. Et hoc quidem totum corpus calore fovet, hoc totum nutrit, illud vero aliud commodum, quasi tributum, animato corpori affert. Et operationis varietas in omnia quidem corporis membra divisa est, singula vero mutuum a se invicem fructum percipiunt, et communis omnium usus est. Nec auditus indignatur quod non videt, nec oculus audiendi sensu destitutus dolet: sed singula hæc naturæ limites studiose observant, et tri- D butum, quod ab initio ipsis injunctum est, persolvunt. Tu vero multum indignaris, quod non omnes homines divitiarum undis affluunt, et domos splendidas inhabitant, et tunicarum palliorumque splendore corpus exornant, et equis mulisque vecti magna præcursorum et asseclarum ac famulorum turba ministeriis addicta gaudent, tum etiam auro intertextas spondas, **574** lectumque mollem et fluxum, et nitidos obsoniorum apparatus et varia voluptatum inventa, ac undique affluentes atque voluptatem incendentes delicias possident. At quo

[44] I Cor. XII, 21-23.

(41) ἐνέφ. Edit. Paris. ἀνέφυσε.
(42) ἕκ. Ibid. ἕκαστόν τι καὶ ἴδιον πεπίστ.
(43) μέν. Ibid. ponitur post. ὄψις.
(44) περισσ. Ibid. præm. μᾶλλον.
(45) ἐργασ. Editio Paris. ἐνεργείας.
(46) παντί. Des. ibid.
(47) καί. Ibid. τούς.
(48) αὐτῇ. Edit. Paris. αὐτῷ.

Digitized by Google

A φορτίοις τὸ λογικὸν κατεχωννύς; Καὶ τί δεῖ λέγειν σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρείαν (49), καὶ φρόνησιν, ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας ἀκούειν ἀνέχονται; Πῶς ἂν ὁ πλοῦτος ὑφ' ἁπάντων ἐκτήθη, πάντων ὁμοτιμίᾳ τετιμημένων; Πῶς δ' ἂν ἰσονομίας οὔσης, καὶ χρημάτων ὁμοίως ἅπαντες εὐποροῦντες, τῶν ἀναγκαίων ἀπήλαυσαν; Ἢ τίς ἂν διακονεῖν ἠνέσχετο, τὴν αὐτὴν ἔχων περιουσίαν; Τίς ἐσχάρᾳ προσεδρεύειν, καὶ ὄψα κατασκευάζειν, οὐκ ἀναγκαζούσης ἐνδείας; Τίς ἀρτοποιεῖν, ἢ μύλῃ τὸν σῖτον ἀλήθειν, καὶ διακρίνειν κοσκίνῳ τὰ ἄλευρα, καὶ μάττειν (50), καὶ πέπτειν (51), καὶ πυρὸς ἀνέχεσθαι φλέγοντος (52); Τίς δ' ἂν βοῦς ἀροτῆρας ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγε, καὶ γῆν ἐνεούργησε καὶ σπέρματα (53) κατέβαλε, καὶ βλαστήσαντα καὶ ἀκμάσαντα τεμὼν, τῇ B ἅλῳ παρέδωκε, καὶ τῶν ἀχύρων ἀπέκρινε, μὴ τῆς πενίας ἐπὶ τοὺς πόνους ὠθούσης; Τίς ἂν λιθοτομίαις προσήδρευσε, καὶ τῶν λίθων τὰς ὕλας ταῖς οἰκοδομίαις προσήνεγκε, καὶ εὖ καὶ καλῶς συναρμόσας τὰς οἰκίας ἐτεκτήνατο, μὴ τῆς ἐνδείας νυττούσης, καὶ πρὸς ἐργασίαν κινούσης; Τίς ἂν ναυτικὴν μετελήλυθε τέχνην; τίς δὲ κυβερνητικὴν ἐμπορίαν, καὶ ναυτικὴν φιλοπονίαν; τίς ὑφαντικὴν καὶ σκυτοτομικὴν; τίς κεραμευτικὴν (54) καὶ χαλκευτικήν; Εἰ γὰρ ἴση ἦν τῶν χρημάτων ἡ κτῆσις, οὐκ εἴα διακονεῖν ἑτέρῳ τὸν ἕτερον· ἀλλὰ δυοῖν θάτερον ἀνάγκη, ἢ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος πᾶσαν μετὰ σπουδῆς (55) μετῄει διὰ τὴν χρείαν τέχνην, ἢ ἅπαντες ἂν κατὰ ταυτὸ τῇ σπάνει τῶν ἀναγκαίων διεφθάρημεν. Ὅτι δὲ πάσας ἄνθρωπον ἕνα μετελθεῖν C τέχνας τῶν ἀδυνάτων, οὐ δεῖ λόγων, μαρτυρούσης τῆς πείρας. Δύο γὰρ εἴ τις κατὰ ταυτὸ μαθεῖν ἐθελήσειεν, ἀμφοτέρας ἀπόλλυσι, θατέρας τῇ ἑτέρᾳ λυμαινομένης. Εἰς ἄμφω γὰρ ἡ διάνοια μεριζομένη, καὶ ἀμφοτέρων ἐπιλαβέσθαι μὴ δυναμένη, τινὰ μὲν ἐξ ἀμφοῖν ἐκμάττεται μόρια, ἀκριβῆ δὲ καὶ τελείαν οὐδὲ μιᾶς τὴν γνῶσιν εἰσδέχεται. Ὑπελείπετο τοίνυν ἅπαντας πανωλεθρίαν ὑπομεῖναι, διὰ τὴν ἴσην τῶν χρημάτων εὐπορίαν, καὶ συμβῆναι ταυτὸν τοῖς τῷ κόρῳ τῶν σιτίων τὴν ἡδονὴν ἀφανίζουσι. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῇ συνεχείᾳ τῶν ὄψων τὰς ὀρέξεις ἀμβλύνουσι· καὶ οὗτοι, διὰ τὸν τῶν χρημάτων ἔρωτα, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς γίνεσθαι ποθοῦσι, καὶ τὸν μετὰ χρημάτων ὄλεθρον τῆς μετὰ πενίας προτιμῶσι ζωῆς. D Ἀλλὰ τούτους μὲν ληρεῖν καταλίπωμεν, ἡμεῖς δὲ κἀνταῦθα τὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν ἐπιδείξωμεν, καὶ τὴν καλουμένην παρ' αὐτῶν ἀνωμαλίαν, ζωῆς θυμήρους ἀφορμὴν, καὶ πολιτείας ἀρίστης ὑπόθεσιν ἀποφήνωμεν. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων πρύτανις ἰσότητα κἀνταῦθα πρυτανεύων δειχθήσεται.

pacto aliquis temperantiam conservet, qui tot contra ipsam hostes concitat? qui illam omnibus tam animæ quam corporis partibus expellit? Quomodo prudentiæ habitum conquirat homo, qui tot sarcinis rationem obruit? Sed quid hic temperantiam, justitiam, fortitudinem, et prudentiam dicere attinet, quarum ne nomina quidem isti audire possunt? Quomodo item omnes simul divitiarum possessione fruantur, si ejusdem conditionis et sortis fuerint? Quo pacto denique, si æquales omnes sint, et omnes opibus similiter abundent, necessariorum inopiam homines supplerent? Aut quis, si eadem cum reliquis abundantia instructus sit, alteri servire volet? Quis, inquam, foco assidere, obsonia parare: quis item panes coquere, aut mola triticum conterere, * et farinas cribro discernere, pinsere, coquere, et ignis calorem ferre, nisi inopia cogatur, sustinebit? Quis vero boves aratores sub jugum misit, et terram novis sulcis secuit, sementem fecit, eamdemque ubi germinavit et excrevit falce amputatam in arcam transvexit, et a paleis separavit, quem non paupertas ad labores sustinendos compulerit? Quis porro lapicidinis assedit unquam, et lapidum materiam ædificiis struendis exhibuit, domusque bene et eleganter concinnatas exstruxit, nisi qui paupertate exstimulatus opus facere coactus est? Quis nauticam artem? quis marinam **575** negotiationem? quis nauticam in laboribus assiduitatem? quis textoriam? quis sutoriam? quis figulinam et ferrariam exercuit? Si enim æqualis esset opum possessio, nequaquam illa alium alii inservire permitteret, sed inter duo hæc alterutrum contingeret necessario. Nam aut singulis omnes artes tenendæ et obeundæ essent, aut nobis omnibus simul necessariorum penuria foret periclitandum. Quod vero unum aliquem omnes hominum artes addiscere impossibile sit, non utique multis rationibus demonstrare opus est: nam ipsa experientia testis est. Si quis enim vel duo tantum simul discere instituat, utrumque perdit, cum alterum alteri noceat. Mens enim in diversarum partium studia distracta, cum utrumque simul apprehendere non possit, particulas quidem aliquot ex utroque elicit, exactam vero et perfectam cognitionem nec unius quidem assequitur. Reliquum ergo est, si omnes æquali opum abundantia donati fuissent, eadem illa interitus causam fieri debuisse, idemque nobis contigisse, quod iis qui edendi voluptatem nimia saturitate perdunt. Nam et illi obsoniorum assiduo esu appetitum minuunt, et hi propter opum amorem, necessariorum quoque penuriam sibi asciscere concupiscunt, et divitiis junctum interitum præferunt vitæ cum paupertate conjunctæ. Sed hos quidem delirare sinamus: nos vero hinc quoque Dei erga nos curam demonstremus, et quam ipsi inæqualitatem vocant, jucundissimæ vitæ causam, et optimæ politiæ fundamentum esse ostendamus. Demonstrabitur enim summum illum * omnium principem hic **576** quoque rerum æqualitati quam maxime consuluisse.

(49) ἀνδ. Edit. Paris. ἀνδρίαν.
(50) μάττ. Ibid. μύττειν.
(51) πέπτ. Ib. πέττειν.
(52) φλέγ. Des. ibid.
(53) σπ. Ibid. σπέρμα.
(54) κερ. Ibid. κεραμεικήν.
(55) μετὰ σπ. Des. ibid.

Digitized by Google

Πρῶτον μὲν γὰρ κοινὸν ἅπασι τὴν γῆν ἔδαφος ἔδωκε (56), κοινὴν ἑστίαν, καὶ τροφὸν, καὶ μητέρα, καὶ τάφον, μίαν διαπλάσεως ἀφορμὴν, τὸν χοῦν τὸν προπάτορα, κοινὸν ὄροφον τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν. Ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους φωστῆρας, οἷόν τινας λαμπαδηφόρους, κοινοὺς ἐδωρήσατο· ἀέρα μέσον ἐξέχεε, κοινόν τινα καὶ τοῦτον πλοῦτον πᾶσιν ὁμοίως προτεθεικώς. Οὔτε γὰρ σπῶσιν αὐτὸν (57) πλέον τῶν πενήτων οἱ πλούσιοι, ἀλλὰ τὴν ἴσην μοῖραν κἀνταῦθα ἡ πενία λαμβάνει, μᾶλλον δὲ πλείονα· πλείους γὰρ ταύτης οἱ τρόφιμοι, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐῤῥωμενεστέρας ἔχοντες, καὶ τῶν περιττῶν φορτίων ἀπηλλαγμένας. Ποταμοὶ καὶ πηγαὶ, κοινὰ πάλιν ἅπασιν ἀναβλύζουσι νάματα· καὶ τὰ σώματα δὲ πάλιν ἴσα καὶ τούτοις κἀκείνοις ἐδημιούργησε· μᾶλλον δὲ κἀνταῦθα πλεονεκτοῦσιν οἱ πένητες· ἐῤῥωμενέστερα γὰρ τὰ τούτων. Ἔνδεια γὰρ μήτηρ ὑγείας, κατὰ τὸν σοφώτατον τῶν ἰατρῶν· καὶ πόνοι, καὶ γυμνασίαι, συνεργοὶ ὑγείας, κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον διδάσκαλον. Καὶ αἱ ψυχαὶ δὲ καὶ τούτων κἀκείνων, τὴν αὐτὴν φύσιν ἂν ἔχουσι· μία κυήσεως ἀφορμὴ καὶ τούτοις κἀκείνοις, μιᾶς δημιουργίας ὁ γάμος ὑπόθεσις, ἴσοι τῆς κυήσεως οἱ μῆνες. Οὐ γὰρ αἰδεῖται τῶν χρημάτων τὴν περιουσίαν ὁ χρόνος, οὐδὲ ἀνέχεται, τὸν πλοῦτον αἰσχυνόμενος, πρὸ τῶν κειμένων ὅρων παραπέμψαι τὸ βρέφος, ἢ πλείονα χρόνον ἐγκαθεῖρξαι τῇ μήτρᾳ· ἀλλ' ὁμοίως καὶ τὸ τοῦ πλουτοῦντος καὶ τὸ τοῦ πενομένου προέρχεται. Ὠδῖνες ἡγοῦνται καὶ τούτου κἀκείνου, μᾶλλον δὲ, εἰ τῇ πείρᾳ πιστεύεις, ῥᾴων ὁ τόκος τῆς πενομένης, καὶ μείους αἱ ὠδῖνες. Ἡ γὰρ περὶ τὸ πονεῖν συνήθεια δωρεῖται τὴν εὐκολίαν. Διὸ καὶ ταῖς τρυφώσαις ἰατρῶν παῖδες ἐν ταῖς πρὸ τῆς κυήσεως ἡμέραις ἀναγκαῖον ἐπιφέρουσι πόνον. Οὐκοῦν ὁμοίως μὲν κύουσιν, οὐχ ὁμοίως δὲ τίκτουσιν, ἀλλ' ἔνθα μὲν ἡ τοῦ πλούτου παραμυθία, πλείων ἡ δυσκολία, ἔνθα δὲ τῶν ἀναγκαίων ἡ ἔνδεια, ἡ φύσις ἐπικουρεῖ τῇ εὐκολίᾳ (58) ψυχαγωγοῦσα· μᾶλλον δὲ, ὁ τῆς φύσεως Ποιητὴς οὕτω κεράσας τὰ ἄνισα, καὶ τῇ μὲν ἐξ εὐπραγίας γινομένῃ περὶ τὸν τόκον δυσκολίᾳ, τὴν ἐκ τῶν ἰατρῶν καὶ τῶν φαρμάκων παραμυθίαν προσφέρων, τῇ δὲ διὰ τὴν πενίαν τῆς ἐπικουρίας ταύτης σπανιζούσῃ, παρέχων τῆς φύσεως τὴν βοήθειαν. Βλέπε τοῦ δικαίου κριτοῦ τὰ ζυγὰ, καὶ κίνησον εἰς εὐφημίαν τὴν γλῶτταν· βλέπε δὲ καὶ τὰ τικτόμενα, ὁμοίως γυμνὰ προϊόντα· οὐ γὰρ τὸ τοῦ πλουσίου βρέφος ἁλουργίδα (59) περιβέβληται, τὸ δὲ τοῦ πένητος ῥάκια περίκειται, ἀλλ' ἄμφω γυμνὰ προέρχεται, τοῦ Δημιουργοῦ κηρύσσοντος τὴν ἰσότητα. Ὁμοίως σπᾷ τὸν ἀέρα, ὁμοίως ἕλκει τὴν θηλὴν· οὐχ ἑτέρῳ γάλακτι τὸ τοῦ πένητος τρέφεται, ἕτερον δὲ τῷ τοῦ πλουσίου προσφέρεται, ἀλλ' ἴσης καὶ τοῦτο κἀκεῖνο καὶ τῆς αὐτῆς ἀπολαύει τροφῆς. Οὐ μόνον δὲ τὴν εἰς τὸν βίον εἴσοδον μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχομεν ἅπαντες, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔξοδον ἴσην. Εἷς γὰρ ἡμᾶς ὑποδέχεται θάνατος· οὐ γὰρ φοβεῖται τὸν

Primo etenim terram commune omnibus solum dedit, commune domicilium, et nutricem, et matrem, et sepulcrum : unum item creationis principium, pulverem nempe omnium progenitorem, et cœlum commune omnibus tectum extendit. Solem quoque et lunam, una cum reliquis stellis, ceu communes lampadum gerulos omnibus donavit; aerem medium effudit, hunc quoque similiter communem omnibus thesaurum proponens. Nec enim ex eo plus pauperioribus divites attrahunt, sed æqualem ex hoc quoque partem paupertas sumit : quin majorem quoque, utpote cum longe plures hujus alumni sint, quibus corporis sensus et validiores sunt, et a superfluis illis oneribus magis liberi. Fluvii item et fontes omnibus communes latices ebulliunt. Quin et corpora tam pauperibus quam opulentis similia condidit, imo in his etiam præstantiori conditione sunt pauperes : horum quippe corpora validiora sunt. Inopia enim bonæ valetudinis mater est, ut sapientissimus medicorum dixit : tum labores et exercitia, juxta ejusdem doctoris sententiam, maximum ad valetudinem tuendam momentum conferunt. Præterea animæ etiam, tam horum quam illorum, eamdem habent naturam. Una et eadem conceptionis origo tam his quam illis, ejusdem generationis scopus in utrorumque nuptiis, pares conceptionis menses. Nec enim pecuniarum copiam tempus veretur, nec divitias cum pudore suscipit, ut vel ante præscriptos limites fetum emittat, **577** aut eumdem diutius in utero detineat, sed simili modo tam divitis quam pauperis fetus prodeunt. Dolores et hunc et illum in lucem emittunt, imo, si experientiæ fidem habes, pauperculæ partus longe facilior est, et dolores pauciores. Laborum enim consuetudo facilitatem parit. Quamobrem delicatioribus quoque feminis medici, priusquam pariendi tempus adveniat, laborem ut necessarium injungunt. Proinde simili modo impræegnantur, non autem similiter pariunt : sed illic quidem divitiarum fiducia solatium præbet, et major difficultas cruciat, hic vero necessariorum penuria et natura consolatrix infirmitati succurrit. Quin potius naturæ Conditor disparem hanc vitæ conditionem temperans, partus difficultati, quæ ex delicatioris vitæ ratione oborta est, medicorum et pharmacorum solatia adhibet : ei vero, quæ propter inopiam hac ope destituitur, naturæ auxilium confert. Cerne justissimi judicis trutinam, et linguam ad laudes commove. Sed et ipsos fetus inspice, qui similiter omnes nudi in lucem prodeunt. Nec enim divitis fetus purpura vestitur, nec pauperis pannis laceris involutus est : sed uterque nudus in lucem editur, ipso Creatore æqualitatem prædicante. Simili modo respirans aerem attrahit, simili modo mamillam sugendo trahit, non alio lacte pauperis infans nutritur, nec aliud divitis infanti præbetur :

(56) ἔδ. ἔδ. Edit. Paris. δέδωκεν ἔδαφος.
(57) αὐτ. Ibid. αὐτοῦ.
(58) εὐκ. Ibid. ἀσθενείᾳ.

(59) ἁλ. — περίκ. Ibid. ἁλουργίδι περίκειται, οὐδὲ τὰ τοῦ πένητος ῥάκια περιβέβληται.

sed tam hic quam ille unum idemque alimentum percipiunt. Nec vero ingressum modo **578** in vitam hanc unum et eumdem omnes habemus, sed et exitus omnibus unus est. Una et eadem mors omnes excipit. Nec enim divitias mors metuit, nec lancearios satellites timet, nec purpuram horret : quin et muros, turres, regumque palatia contemnit, et in ipsos thalamos penetrat : lacrymantis non miseretur, orantis precibus non movetur, donis non corrumpitur, medicam artem non moratur, pharmacorum vires inefficaces esse ostendit. Sæpius etiam nec ultima mandata dare, nec opum hæredem scribere permittit, sed rapit, trahit, animamque a corpore separat. Finem ergo (vitæ) communem habent et hi qui divitiis superbiunt, et hi qui cum paupertate conflictantur. Tum ubi vita egressi sunt, eamdem etiam e mundo hoc peregrinationem sustinent. Simili enim modo putredo sequitur, et sanies defluit, et vermes enascuntur, et terribilis ille visus exstinguitur et contabescit : tum insatiabile illud os et lingua rabida vermibus arrodenda datur. Ad hæc elatum collum non modo inflectitur, sed et dissolvitur : inflata illa bucca non modo dissolvitur, sed etiam in tenuem pulverem abit : genarum flos languescit et evanescit prorsus, tum qui malitiam scripserunt, digiti tota compage dissipata jacent. Hæc itaque omnia divitibus simul et egenis communia sunt. Restat ergo, ipsas quoque divitias ' simul et paupertatem, quas tu quidem proprias quorumdam hominum esse arbitraris, omnibus communes esse, id quod sermo noster, divino favente Numine, demonstrabit. Divitum quippe opibus pariter et ii qui in paupertate victitant, **579** fruuntur. Communis enim utrorumque conditor multifariis artibus paupertatem excoluit, propter quas divites ad pauperum fores veniunt, et pro pecuniis, quæ sibi necessaria sunt ab illis recipiunt : et dum pluribus propter opes indigent, omnium necessariorum penuria laborant. Et ab his quidem panes, ab illis obsonia emunt : alii pedibus calceos conficiunt, alii tunicas, et togas, et pallia parant : alii tapetia, vittas, et amicula texunt : et hi rursus domos ac thronos ædificant, illi vero olerum et fructuum innumeras species : alii triticum, hordeum, et reliquas agriculturæ divitias proferunt, sine quibus vitam transigere impossibile est, licet vel Crœsi vel Midæ aurum aliquis possideat. Pauperi vero panis ex milio confectus vel etiam furfuraceus sufficit, et vulgari obsonio contentus est. Quem ergo, siquidem recte et juste pronuntiare voles, indigum vel egenum vocabis? aut quem pauperem esse, et necessariis carere dices? eumne qui paucis quibusdam, vel potius illum qui pluribus indiget? Eumne, inquam, qui ea, per quæ vita nostra consistit, manibus tenet, vel eum qui auro infido confidit, quod

A πλοῦτον ὁ θάνατος, οὐδὲ δειμαίνει τοὺς δορυφόρους, οὐ φρίττει τὴν ἁλουργίδα, καταφρονεῖ καὶ τείχους, καὶ πύργων, καὶ βασιλείων, καὶ ἐντὸς τῶν θαλάμων γίνεται, οὐκ ἐλεεῖ δακρύοντα, οὐκ οἰκτείρει παρακαλοῦντα, οὐ διαφθείρεται δώροις, τῆς ἰατρικῆς οὐκ ἀνέχεται τέχνης, ἀργὰς δείκνυσι τὰς τῶν φαρμάκων δυνάμεις, οὐδὲ ἐπισκῆψαι πολλάκις συγχωρεῖ, καὶ δῆλον ποιῆσαι τὸν τοῦ κλήρου διάδοχον, ἀλλ' ἁρπάζει, σύρει, χωρίζει τοῦ σώματος τὴν ψυχήν. Καὶ τὸ τέλος τοιγαροῦν κοινὸν ἔχουσιν οἱ πλούτῳ κομῶντες, καὶ οἱ πενίᾳ συζῶντες, καὶ τὰ (60) μετὰ τὸ τέλος δὲ καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν. Ὁμοίως γὰρ σηπεδὼν ἕπεται, καὶ ἰχὼρ καταῤῥεῖ, καὶ σκώληκες ἀποτίκτονται, καὶ τὸ βλοσυρὸν ὄμμα σβέννυταί τε καὶ διατήκεται, καὶ τὸ ἀκόρεστον στόμα, καὶ ἡ λυττῶσα B γλῶσσα, σκωλήκων γίνεται παρανάλωμα. Καὶ ὁ γαυριῶν τράχηλος οὐ κάμπτεται μόνον, ἀλλὰ καὶ διαλύεται· καὶ ἡ φυσωμένη γνάθος οὐ συστέλλεται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ὀλίγην κόνιν συνίσταται· καὶ τὸ τῆς παρειᾶς ἄνθος μαραίνεται, καὶ φροῦδον παντάπασι γίνεται· καὶ οἱ γράφοντες τὴν πονηρίαν δάκτυλοι, κεῖνται τῆς ἁρμονίας παντελῶς ἐσκεδασμένοι. Οὐκοῦν ταῦτα μὲν ἅπαντα (61) κοινὰ καὶ πλουσίοις καὶ πένησι πρόκειται. Ὑπολείπεται τοίνυν καὶ πενία καὶ πλοῦτος, ἃ σὺ μὲν νομίζεις ἴδια, δείξει δὲ ὁ λόγος, σὺν Θεῷ φάναι, κοινά. Ὁμοίως γὰρ τῆς τῶν πλουσίων περιουσίας οἱ πενίᾳ συζῶντες τυγχάνουσιν. Ὁ γὰρ τούτων κἀκείνων Δημιουργὸς, τέχναις παντοδαπαῖς τὴν πενίαν ἐκόσμησε, δι' ἃς παρὰ τὰς C τῶν πενήτων θύρας φοιτῶσιν οἱ πλούσιοι, καὶ χρήματα διδόντες, τὰς ἀναγκαίας παρ' αὐτῶν κομίζονται χρείας, καὶ πλειόνων διὰ τὸν πλοῦτον δεόμενοι, πάσης σπανίζουσι χρείας. Καὶ παρὰ μὲν τούτων, ἄρτους, παρὰ δὲ ἐκείνων, ὄψα ὠνοῦνται· ὑποδήματα ἕτεροι τοῖς ποσὶ προσαρμόττουσιν, ἄλλοι χιτῶνας, καὶ ἀμπεχόνας, καὶ ἐφεστρίδας κατασκευάζουσιν· ἄλλοι τάπητας, καὶ στέμματα, καὶ περιβόλαια· καὶ οἱ μὲν οἰκίας, οἱ δὲ κλίνας (62) καὶ θρόνους, οἱ δὲ λαχάνων γένη, καὶ ὀπωρῶν εἴδη μυρία, οἱ δὲ πυροὺς καὶ κριθὰς, καὶ τὰ ἐκ γεωργίας ἀγαθὰ, ὧν δίχα διαβιῶναι τῶν ἀδυνάτων, κἂν ἔχῃ τις τὸν Κροίσου καὶ Μίδου χρυσόν. Τῷ δὲ πένητι, καὶ ἄρτος ἀπόχρη κεγχριδίας, καὶ πιτυρίας, καὶ τὸ τυχὸν ὄψον ἀρκεῖ. Τίνα οὖν ὀρθῶς καὶ δικαίως δικάζων καλέσεις ἐνδεῆ D καὶ πένητα, καὶ τῶν ἀναγκαίων σπανίζοντα, τὸν τῶν ὀλίγων δεόμενον, ἢ τὸν παμπόλλων; τὸν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντα τῆς ζωῆς τὰς ἀφορμὰς, ἢ τὸν χρυσῷ τῷ ἀπίστῳ πιστεύοντα, ὃς καὶ (63) σφραγῖδας ὑπερβαίνει καὶ σήμαντρα, καὶ κλείθροις (64) καὶ θύραις ἐῤῥῶσθαι φράσας, ταῖς τῶν τοιχωρύχων χερσὶν ἐναπέρχεται; Καὶ τὴν μὲν τέχνην τοῦ πένητος οὐδεὶς ἂν λάβοι (65) λῃστὴς, τὸν δὲ πλοῦτον, οὐ λῃστὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ συκοφάντης ἀφαιρεῖται τοὺς κεκτημένους. Καὶ ὁ μὲν πένης ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς κάθηται, σκυτοτομῶν, ἢ χρυσὸν ἐλαύνων, ἢ ἄργυρον, ἢ ἐσθῆτα, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀναγκαίων ἀποδιδόμενος. Ὁ δὲ ἐπὶ τῷ πλούτῳ γαυ-

(60) τά. Des. in edit. Paris.
(61) ἅπ. Ibid. πάντα.
(62) οἱ δὲ κλ. Des. in edit. Paris.
(63) καί. Ibid. præmittitur κλεῖθρα.
(64) καὶ κλ. Des. ibid.
(65) ἂν λάβ. Ibid. ἀναλάβοι.

ριῶν, καὶ τὸ σῶμα ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν αἴρων, καὶ τὰς χεῖρας περιφέρων, μετὰ τῶν πολλῶν δορυφόρων παρὰ τοῦτον φοιτᾷ· καὶ ὁ μὲν, ὡς εἰκὸς, κάθηται, ἢ τὰ δέρματα ῥάπτων, ἢ διαγλύφων τὸν ἄργυρον, ἢ ἄλλο τι δρῶν ἧς μετέρχεται τέχνης· ὁ δὲ ἕστηκε προσδιαλεγόμενος, καὶ τὴν χρείαν τῇ παρουσίᾳ σημαίνων. Τί τοίνυν ἀγανακτεῖς, καὶ τῆς πενίας κατηγορεῖς, ὁρῶν τὸν πλοῦτον ταύτης μάλα (66) δεόμενον, καὶ τοὺς τοῦτον ἔχοντας ταύτης ἄνευ διαβιῶναι (67) μὴ δυναμένους; Θαύμασον τὸν οὕτω ταῦτα σοφῶς πρυτανεύσαντα, καὶ τούτοις μὲν χρήματα, τούτοις δὲ τέχνας ὀρέγοντα, καὶ εἰς ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν διὰ τῆς χρείας συνάγοντα. Οἱ μὲν γὰρ χορηγοῦσι χρήματα, οἱ δὲ παρέχουσι τὰ τῆς τέχνης βλαστήματα. Ἀντιφιλοτιμεῖται γὰρ ἡ πενία, καὶ νικᾷ τοῖς δώροις τὸν πλοῦτον. Ἃ γὰρ ἐκεῖνος ὡς ἄχρηστα ἔχει, ταῦτα διὰ τῆς τέχνης αὕτη μεταποιοῦσα, ἀναγκαῖα δείκνυσι, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐπιτήδεια χρείαν. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς καταμάθοι, καὶ αὐτὰς τοῦ πλούτου τὰς ὕλας ἡ πενία συλλέγει· αὕτη γὰρ μεταλλεύει (68) τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον, χαλκόν τε καὶ σίδηρον, δι' ὧν ὁ πλοῦτος συνίσταται. Ἐκ πάσης γὰρ τέχνης ἐρανιζόμενος γίνεται, αἱ δὲ τέχναι τῆς πενίας ἴδιαι. Καὶ ταύτας δὲ πάλιν τὰς ἀμόρφους ὕλας ἡ πενία λαβοῦσα, εἰδοποιεῖ καὶ μορφοῖ, καὶ κατασκευάζει δακτυλίους, ἕρματα, περιδέραια, ἔπιπλα, κύκλους, ἐκπώματα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα τῶν πλουσίων τὴν γνάθον φυσᾷ. Εἰ τοίνυν καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τῆς πενίας συνίσταται, καὶ ἡ πενία τὸν πλοῦτον ἔχει τῶν τεχνῶν ἐπίκουρον, τί ἀνισότητα κατηγορεῖς τῆς ἰσότητος; Τί δὲ ἐναντία τὰ φίλα προσαγορεύεις; Τί δὲ πολιτείαν διαβάλλεις, δι' ἧς καὶ τοῖς πένησι καὶ τοῖς πλουσίοις ὁ βίος ἐστὶ θυμηρέστερος; Παρ' ἀλλήλων γὰρ καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι τὸ ἐνδέον λαμβάνοντες, ἀναπληροῦσι τὴν χρείαν.

A seras atque signacula vincit, et claustris ac foribus valere jussis, perfossorum parietum, furumque manibus raptum aufugit? Atqui pauperis artem nullus prædo eripiet: opulentos autem non prædo duntaxat, sed sycophanta quoque divitiis spoliare potest. Et pauper quidem ad forum assidet, vel sutoriam exercens, vel aurum elaborans, vel argentum, **580** aut vestem, aliudve quidpiam necessariorum divendens. Qui vero divitiis superbit, qui corpus ultra capitis quoque verticem attollit, et manus circumferens, magna satellitum caterva stipatus, ad hunc venit. Et hic quidem, ut par est, sedet, vel corium consuens, vel argentum exsculpens, vel aliud quidpiam artis, quam profitetur, opus perficiens: hic vero cum illo sermones miscens, B et præsentia * sua necessitatem et usum indicans astat. Quid ergo indignaris, et paupertatem accusas, cum divitias quoque hujus opera cum primis indigere, eosque qui divitiis affluunt, sine hac vivere non posse videas? Quin illum admirare, qui hæc tam sapienter instituit: qui his quidem pecunias, illis vero artes largitur, et mutuam concordiam amicitiamque hac necessitate conciliat. Nam hi quidem pecunias largiuntur, illi vero artis suæ opera proferunt. Paupertas enim de honore contendit, et divitias suis muneribus superat. Quæ enim dives ceu inutilia possidet, ea paupertas arte transmutans, necessaria et ad omnem usum idonea exhibet. Quin etiam, si quis rem C omnem exacte cognoscat, ipsam quoque divitiarum materiam paupertas colligit. Ipsa enim aurum, argentum, æs, et ferrum, quibus divitiæ constant, effodit. Et divitiæ quidem ex omnibus artibus aliquid erogantes nascuntur: artes vero paupertatis propriæ sunt. Sed et hanc ipsam informem divitiarum materiam paupertas sumens effingit et format, et ex hac annulos, inaures, monilia, calices, torques, pocula, et quæcunque alia divitum buccas inflare solent, fabricat. Quapropter **581** cum divitiarum thesaurus paupertate constet, et paupertas vicissim divitiarum auxilio sublevata artes obeat, quid tu æqualitatis tantæ inæqualitatem accusas? Cur quæ sibi invicem amicissima sunt, contraria nominas? Cur politiam calumniose carpis, cujus beneficio et pauperibus et divitibus vita est suavior? Dum enim tam hi quam illi res necessarias a se mutuo recipiunt, omnem necessitatem sarciunt.

Ἀλλ' ἴσως ἂν εἴποις· Τί δήποτε τῶν εὐπόρων οἱ πλείους ἀδικίᾳ συζῶσι; διὰ τί δὲ οὐχ ἅπαντες δικαιοσύνης ὑπάρχουσι τρόφιμοι; Ἀλλὰ πάλιν κἀνταῦθα τὸ αὐτεξούσιον ἀφαιρῇ (69), καὶ ἀποστερεῖς τὸ ζῶον τιμῆς, ἣν παρὰ τοῦ Πεποιηκότος ἐδέξατο. Ἄλλως τε δὲ καὶ πολλὴν ἂν χώραν ἀπολογίας ἔλαβον οἱ τῆς κακίας ἐργάται, εἰ κατὰ τὸν παρόντα βίον μόνοις τοῖς δικαίοις τὸν πλοῦτον ἀπένειμεν ὁ κριτής. Εἶπον γὰρ ἄν, ἅπερ αὐτῶν ὁ διδάσκαλος κατὰ τοῦ Ἰὼβ ἐφθέγξατο· « Ὅτι σὺ περιέφραξας τὰ ἔσωθεν καὶ τὰ ἔξωθεν τῆς οἰκίας αὐτῶν πάντα, σῖτον (70) καὶ οἶνον ἐπλήθυνας αὐτοῖς· ἀλλ' ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι πάντων ὧν ἔχουσιν,

Sed dicas fortasse: Cur autem plures divitum injuste vivunt? cur non omnes justitiæ sunt cultores? Verum hic denuo liberam homini voluntatem eripis, et præstantissimum hoc animal honore, quem D a Conditore suo accepit, spolias. Præterea apertissimum defensionis campum haberent malitiæ operarii, si in hac vita solis justis thesauros judex ille distribuisset. Eadem enim, quæ ipsorum magister contra Jobum locutus est, dicerent: « Quia tu circumvallavisti interiora et exteriora domus ipsorum, frumentum et vinum multiplicavisti eis: sed emitte manum * tuam, et tange quæcunque habent, anne in faciem tibi valedixerint [44]. » Hæc, inquam,

[44] Job I, 10, 11.

(66) τ. μάλα. Edit. Paris. μάλα ταύτης.
(67) ἄν. διαβ. Ibid. δίχα βιῶναι.
(68) μετ. Ibid. μεταβάλλει.

(69) ἀφ. Edit. Paris. ἀφαιρεῖ.
(70) σῖτον — αὐτοῖς. Hæc desunt apud Jobum l. c.

Digitized by Google

dicerent homines improbissimi, si soli virtutis cultores divitiarum munera accepissent. Postquam vero paupertatem et divitias, quasi materias quasdam, in medium proposuit rerum Conditor, his vero quidam ad virtutem comparandam utuntur, alii vero easdem malitiæ suæ materiam habent, jam nec pauperibus nec divitibus, qui in malitia vitam transigunt, excusationis vel veniæ locus relinquitur. Qui enim divitias bene **582** et honeste administrant, nec aliorum ærumnis has augent, et opulentiæ suæ consortes adhibent egenos, ii in illorum accusationem justam sufficiunt, qui divitiis male utuntur, et avaritiæ student. Qui item paupertatem sapientiæ studio temperant, et illius insultus forti et generoso animo sustinent, eorum justi accusatores erunt, qui malitiam in paupertate imbibere. Simul autem aliam quoque summi illius Gubernatoris dispensationem contemplare, ut eo alacrius illius gloriam decantes. Postquam enim multam circa divites curam vidit, corporis valetudinem integram paupertati ceu sorte attribuit. Et dives quidem magno cum studio gestatur, pauper vero alienis pedibus nequaquam opus habens incedit. Et hic quidem pauperis valetudinem optat, ille vero divitis infirmitatem miseratur. Sed in ipsis quoque morbis videre est, hunc quidem multorum cura foveri, interim vero acerrimis doloribus excruciari, et morbi vehementiam sustinere non posse. Et hiberno quidem tempore in tepidis ædibus habitat, molli lecto affixus jacet, vestibus multis et calidis involvitur, focos undique circumstantes habet, qui frigoris vim arceant, pharmaca item innumera, quæ cum morbis certent, medicorum quoque pollicitationes consolationis plenas audit, et amicorum præsentia fruitur, qui morbi vires suavibus colloquiis infringunt vel fallunt. Quod si **583** vero æstivum advenerit tempus, mox aliæ illum domus suscipiunt, patentiores nimirum, quæ ventorum auras facile admittant, et ubi hæ cessaverint, famuli flabellis motis ventulum studiose faciunt. Rami circumquaque fixi astant, qui hortum ex tempore referant, et domum * nemori similem reddant. Fontes quoque in summis ædium fastigiis ingeniose parantur, quorum strepitu palpebris ipsius somnum conciliare student. Tanta licet undique cura adhibeatur, nihilominus ille nudus huc et illuc sese circumvolutans cruciatur, et manuum jactatione latentem morbi calorem indicat. Pauper vero unicam domunculam, eamque sæpe mercede conductam inhabitat. Imo eos etiam invenire licet, qui cum mercedem exsolvere non possint, foro pro domo utuntur, quibus lecti loco solum est, et straguli mollioris usum storea exhibet, illisque nec medicus astat, nec coquus medici mandatis subserviens, non famulus, non famula, et

A ἦ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσουσι.» Ταῦτα ἂν εἶπον οἱ τῇ κακίᾳ συζῶντες, εἰ μόνοι (71) οἱ τῆς ἀρετῆς τρόφιμοι τοῦ πλούτου τὸ δῶρον ἐδέξαντο. Ἐπειδὴ δὲ προὔθηκε μὲν πενίαν καὶ πλοῦτον εἰς μέσον, οἷόν τινας ὕλας, ὁ Ποιητὴς, χρῶνται δὲ τούτοις τινὲς μὲν εἰς ἀρετῆς κτῆσιν, τινὲς δὲ εἰς κακίας ὑπόθεσιν, οὔτε πλουσίοις, οὔτε πένησι κακίᾳ συζῶσιν ὑπολείπεται συγγνώμης πρόφασις. Οἵ τε γὰρ τὸν πλοῦτον εὖ καὶ καλῶς οἰκονομήσαντες, καὶ (72) μήτε συμφοραῖς ἀλλοτρίαις τοῦτον αὐξήσαντες καὶ κοινωνοὺς τῆς εὐπορίας τοὺς δεομένους λαβόντες, ἀποχρῶσιν εἰς κατηγορίαν τῶν ἀδίκως καὶ πλεονεκτικῶς χρησαμένων τῷ πλούτῳ· οἵ τε τὴν πενίαν φιλοσοφίᾳ κεράσαντες, καὶ καρτερικῶς αὐτῆς καὶ γενναίως τὰς προσβολὰς ἐνεγκόντες, ἀληθεῖς B κατήγοροι τῶν ἐν πενίᾳ τὴν κακουργίαν μεμαθηκότων γενήσονται. Βλέπε δὲ καὶ τὴν ἄλλην τοῦ Κυβερνήτου οἰκονομίαν, ἵνα θερμότερον αὐτῷ προσενέγκῃς τὴν ὑμνῳδίαν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν εἶδε περὶ τοὺς πλουτοῦντας τὴν θεραπείαν, ὑγείαν συνεκλήρωσε τῇ πενίᾳ. Καὶ ὁ μὲν φέρεται φοράδην, ὁ δὲ βαδίζει ποδῶν ἀλλοτρίων μὴ δεόμενος. Καὶ ὁ μὲν, ἐπιθυμεῖ τῆς τοῦ πένητος ὑγείας, ὁ δὲ ἐλεεῖ τοῦ πλούτου τὴν ἀῤῥωστίαν. Ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ ἐν ταῖς νόσοις, τὸν μὲν, ὑπὸ μυρίων θεραπευόμενον, καὶ πικρῶς ἀλγυνόμενον, καὶ φέρειν οὐ δυνάμενον τὴν τοῦ νοσήματος προσβολήν. Καὶ ἐν ὥρᾳ μὲν χειμῶνος, ἐν ἀλεεινοῖς οἴκοις (73) κατάκειται, ἐπὶ στρωμνῆς μαλακῆς καλινδούμενος, ἱματίοις πολλοῖς καὶ θερμοῖς ἐνειλημ[μ]ένος, ἐσχάρας ἔχων περικειμένας, καὶ τῷ C κρυμῷ πολεμούσας, φάρμακα μυρία τῇ νόσῳ μαχόμενα, ἰατρῶν ὑποσχέσεις ψυχαγωγούσας, φίλους παρόντας, καὶ τῶν παθῶν τὰς ἀκίδας τῇ διαλέξει συλῶντας. Εἰ δὲ θέρους εἴη καιρὸς, ἕτεροι τοῦτον οἶκοι πάλιν ὑποδέχονται, ἀναπεπταμένοι, καὶ τὰς τῶν ἀνέμων αὔρας ῥᾳδίως ὑποδεχόμενοι· εἰ δὲ καὶ αὗται λήξαιεν, σοφίζονται ταῖς ῥιπίσι τὸν ἄνεμον οἱ θεράποντες. Κλάδοι πανταχόθεν περίκεινται, κῆπον σχεδιάζοντες, καὶ ἄλσος τὴν οἰκίαν ἀποφαίνοντες. Ὕδατος μηχανῶνται κρουνοὺς ἐν τριωρόφοις, τὸν ὕπνον αὐτοῦ τοῖς βλεφάροις ἐπιθεῖναι βουλόμενοι. Καὶ τοσαύτης πανταχόθεν θεραπείας (74) προσφερομένης, οὐδὲν ἧττον ἐκεῖνος ἀλγύνεται, γυμνούμενος, περιστρεφόμενος, τῇ κινήσει τῶν χειρῶν τὴν κεκρυμμένην σημαίνων πυράν. D Ὁ δὲ πένης, ἕνα μὲν οἰκίσκον ἔχει, καὶ τοῦτον πολλάκις (75) ἐπὶ μισθῷ. Εἰσὶ δὲ, οἳ μισθὸν παρέχειν οὐ (76) δυνάμενοι, τὴν ἀγορὰν ἔχουσιν οἰκίαν, καὶ κλίνην τὸ ἔδαφος, καὶ στρωμνὴν τὸν φορυτόν· καὶ οὔτε ἰατρὸς παρίσταται, οὔτε ὀψοποιὸς τοῖς τοῦ ἰατροῦ διακονῶν ἐπιτάγμασιν, οὐκ οἰκέτης, οὐ θεράπαινα, τυχὸν δὲ οὐδὲ γυνὴ σύνευνος. Πάντα δὲ αὐτῷ γίνεται ἡ τοῦ Θεοῦ προμήθεια, ἀμβλύνουσα μὲν τῶν παθῶν τὰς ἀκίδας, ἀμαυροῦσα δὲ τὰς ὀδύνας, σβεννῦσα δὲ φαρμάκου

(71) μόνοι. Edit. Paris. μόνον.
(72) καὶ — αὐξήσ. Ex edit. Paris. supplevimus.
(73) ἐν ἀλ. οἴκ. Ibid. ἐλεεινῶς οἴκοι. Hanc lectionem in versione sua Gualtherus sic expresserat, *miserabiliter domi (desidet)*. Sed lectionis nostræ mutandæ necessitatem h. l. non videmus.
(74) παντ. θεραπ. Inverso ordine legitur in edit. Paris.
(75) πολλ. Des. l. c.
(76) οὐ. Ibid. μή.

δίχα τὴν τοῦ πυρὸς φλόγα, ἀπείργουσα δὲ τὴν βλάβην· τὴν ἀπὸ κρυμοῦ, τὴν ἀπὸ φλογμοῦ, τὴν ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης νοτίδος. Οὐδεὶς ἐκεῖνον διδάσκει, τίνα τῶν ἐδεσμάτων τρέφει τὴν νόσον, τίνα τῇ ὑγείᾳ συναγωνίζεται, ἀλλὰ ἀδιορίστως καὶ ἀδιακρίτως τὸ τυχὸν ἐσθίει, καὶ τὸ βλαβερὸν ὠφέλιμον γίνεται, καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ πινόμενον φάρμακον ἀναφαίνεται, καὶ ὁ ξηρὸς ἄρτος τὴν φλόγα κατασβέννυσιν, οὐ δεῖται τῶν ἄνωθεν μαλαττόντων (77), ἢ τῶν κάτωθεν ἐνιεμένων ὑπηλατῶν (78). Ἀναπληροῖ γὰρ ἡ φύσις τὴν ἔνδειαν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἰατρῶν βοήθειαν αὐτὴ προσφέρει (79) τῷ κάμνοντι. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν τὸν ἐπὶ ἐδάφους ἐῤῥιμμένον ῥᾷον φέροντα τὴν νόσον, ἐκείνων τῶν (80-81) προειρημένης θεραπείας ἀπολαυόντων. Ὁρῶν τοιγαροῦν ἐν ἑκάστῳ τῶν γινομένων τοῦ Θεοῦ τὴν κηδεμονίαν, μὴ πολυπραγμόνει τῶν γινομένων ἕκαστον. Εἰ (82) δὲ καὶ τοῦτο θέλεις ποιεῖν, λάβε τῆς πολυπραγμοσύνης συνεργὸν τὴν εὐσέβειαν. Αὕτη σου τῆς πορείας ἡγείσθω, αὕτη σε πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων (83) ἔρευναν ποδηγείτω. Ταύτῃ πειθόμενος, λάβε πᾶσαν ἀφορμὴν εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ Κτίσαντος· μίμησαι τοὺς τρεῖς ἐκείνους παῖδας, οἱ καμίνῳ παραδοθέντες, καὶ τὴν ἄψυχον κτίσιν εἰς (84) κοινωνίαν τῆς δοξολογίας ἐκάλεσαν, καὶ τὸν ὠμῶς τῇ καμίνῳ παραδεδωκότα τύραννον, εἰς θεωρίαν τοῦ θαύματος εἵλκυσαν, καὶ τὸν πολεμηθέντα Θεὸν προσκυνῆσαι τῇ θαυματουργίᾳ κατηνάγκασαν. Ἐκείνους μὲν οὖν οὔτε κάμινος εἰς βλασφημίαν κινῆσαι τὴν γλῶτταν ἠνάγκασεν, ἀλλὰ καὶ τοσαύτῃ παραδοθέντες φλογὶ, ὕμνοις τὸν εὐεργέτην ἐγέραιρον. Σὲ δὲ οὔτε κάμινος, οὔτε λέοντες βλασφημεῖν ἀναγκάζουσιν, ἀλλὰ τοῖς θεοσδότοις ἀγαθοῖς ἐντρυφῶν, οὐκ αἰσθάνῃ τῶν δωρεῶν. Εἰ δέ μοι πείθοιο, τὴν γλῶτταν εὐσεβείᾳ κοσμήσεις, καὶ τὴν μὲν κτίσιν ἐπαινέσεις, τὸν δὲ Κτίστην ὑμνήσεις, καὶ τὴν παροῦσαν αὐτοῦ πανταχοῦ προμήθειαν προσκυνήσεις, ὅτι (85) αὐτῷ ἡ δόξα καὶ (86) τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A nonnunquam nec femina conjux. Ad omnia autem ipsi Dei providentia sufficit, quæ morborum stimulos hebetat, dolores mitigat, caloris æstum citra omnem pharmaci opem exstinguit, simulque omne quod vel ex frigore vel æstu vel inhærente humore detrimentum oboritur, arcet. Nemo illum docet, quinam cibi morbi vires alant, qui item valetudini et sanitati auxilium ferant. Sed nullum horum discrimen observans, indifferenter quodcunque forte nactus fuerit comedit, et quod per se noxium erat, ipsi proficuum redditur : tum etiam frigidæ aquæ haustus illi loco pharmaci **584** esse conspicitur, et aridus panis morbi æstum ac flammam exstinguit. Non indiget iis quæ per os sumuntur pharmacis, nec qui inferius immittuntur clysteribus. Natura B inopiam supplet, et medicam opem ipsa laboranti affert. Et sane videre licet eum qui in nudo solo prostratus jacet, facilius morbum sustinere, quam ii qui omni illa, quam ante commemoravimus, cura foventur. Quapropter, cum in omnibus quæ fiunt, Dei curam videas, ne tu curiosius singula quæ fiunt inquiras. Quod si vero curiosius aliquid inquirere libet, curiositatis tuæ sociam et adjutricem sume pietatem. Hæc tuum iter deducat, hæc ad eorum quæ inquirenda sunt investigationem te deducat. Huic obtemperans omnem occasionem ad Creatoris laudem celebrandam arripe. Tres illos pueros imitare, qui camino inclusi, inanimatam quoque creaturam ad gloriæ divinæ celebrationem (et confes- C sionem) invitaverunt, ac tyrannum, qui illos crudeli sententia camino tradiderat, ad miraculi contemplationem pertraxerunt, et ut illum Deum, quem ipse oppugnabat, adoraret, suo illo miraculo compulere. Illos quidem nec caminus linguas suas ad blasphemiam commovere coegit, sed tanto flammarum ardore circumsepti, hymnis benefactorem venerabantur : te vero nec caminus, nec leones blasphemare cogunt, sed cum in donis, quæ tibi divina concessit liberalitas, luxuriari consueveris, dona tamen non sentis. Quod si mihi obedire volueris, **585** linguam pietate exornabis, et creaturam quidem laudibus prosequeris, Creatorem vero hymnis coles, et ubique præsentem illius providentiam adorabis. Ipsi sit gloria et imperium, nunc et semper, et in æternum. Amen.

## ΛΟΓΟΣ Ζ'.

*Ὅτι δουλεία καὶ δεσποτεία πρόσφοροι τῷ βίῳ.*

Οὐ δεῖται τῆς μὲν ἀνθρωπίνης γλώττης εἰς ὕμνων χορηγίαν τῶν ὅλων ὁ Ποιητής· οὐδὲ γὰρ τὴν τῶν ἀγγέλων δοξολογίαν ὡς δεόμενος δέχεται, ἀλλὰ τὴν εὔνοιαν ὁρῶν, τὸ εὔγνωμον ἀποδέχεται· καὶ τὰς θυσίας δὲ τὰς νομικὰς ἡνίκα προσέφερον οἱ προσφέροντες, οὐχ ὡς χρείαν δήπουθεν ἀναπληροῦντες ἔφερον (87), ἀλλ' ὑπὲρ τῶν μυρίων εὐεργεσιῶν, ὧν

## ORATIO VII.

*Quod servitus et herilis potestas ad humanam vitam utiliter constitutæ sint.*

Non humana quidem lingua ad laudes suas cele- D brandas summus ille omnium Conditor opus habet: nam nec eam, quæ ab angelis ipsi confertur, gloriæ suæ enarrationem quasi indigus hujus recipit, sed illorum benevolentiam cernens, gratitudinem probat : et cum legales victimas olim offerrent, non tanquam (Deo) necessarias offerebant, sed pro in-

(77) μαλ. Edit. Paris. λαμπάδων.
(78) ὑπ. Ibid. ὑπηλάτων.
(79) αὐτὴ προσφ. Ibid. ἀντιπροσφέρει.
(80-81) τῶν. Ibid. sequitur τῆς.
(82) εἰ — εὐσέβειαν. Ibid. εἰ δὲ θέλεις καὶ πολυπραγμονεῖν, ταύτης σου τῆς πολυπραγμοσύνης σύνεργος ἔστω ἡ ὑμνῳδία.
(83) ζητ. Ibid. γινομένων.
(84) εἰς — δοξολ. Ibid. εἰς δοξολογίαν καὶ ἐξομολόγησιν.
(85) ὅτι. Des. in edit. Paris.
(86) καὶ — ἀεὶ, καί. Des. ibid.
(87) ἀναπλ. ἔφ. Ibid. τῷ Θεῷ προσέφερον.

Digitized by Google

numeris, quæ ab illo percipiebant, beneficiis, quam poterant gratiam referre conabantur. Quapropter nec unam et eamdem victimam omnes obtulisse videmus. Hic enim vitulum, ille agnum, alius hædum sacrificabat. Et alius quidem plures, alius pauciores victimas : cui vero paupertate presso hæc omnia deerant, illi par turturum aut pulli columbarum ad oblationem sufficere poterant. Qui autem etiam illis carebat, simila parva, et aliquanto thure rem divinam faciebat. Unde justum illum judicem animi qualitatem, non donorum quantitatem respicere discimus. Similiter et nos tenues **586** hosce sermones nostros offerimus : non equidem, ut hac ceu minima gutta immensam sapientiæ abyssum augeamus, sed famulis convenientem animi nostri gratitudinem testari, et conservorum temeritatem arguere, et eosdem herili jugo subjicere instituimus. Magnus enim et acerbus dolor nos excruciat, cum, quæ omnia gubernat, Dei sapientiam illorum calumniis proscindi videmus, cujus gratia et præsentem hunc dicendi laborem suscepimus, et blasphemas voces argumentis compescere conamur. Quod vero nimium imprudenter eam, quæ esse videtur, vitæ inæqualitatem accusent, et desipientes id quod opus est non perspiciant, abunde proximo sermone docuimus, qui et paupertatis utilem usum demonstravit, et divitiarum inopiam evidentissime arguit. Quoniam vero non modo paupertatem accusant, verum etiam servitutem deplorant, et ob regalium tributorum exactionem lamentantur, tum ob alia quoque innumera, quæ vitæ nostræ cum primis conveniunt : agedum illa quoque paucis percurramus, et præstantissimos medicos imitemur, qui ubi ægrotos cibis abstinere, et omnia sibi oblata edulia fastidire vident, medicis quibusdam artibus illorum morositatem callide admodum eludunt. Quæ enim aridiora et acerbiora sunt, dulcioribus condimentis temperant, et gratissimum efficiunt, quod ægroto nauseam movere videbatur. Et hi sane, perinde ut illi, omnia quæ vident, et quæ fiunt reprehendunt. Verum **587** illis quidem morbus præter animi sententiam contingit, et acerbis cruciati doloribus a cibis abstinent, cumque illis vesci cupiant, morbi tamen vi prohibentur : hos vero voluntariæ animi perturbationes oppugnant, et fastidio laborant, non cibi aut obsoniorum, sed eorum omnium, quæ et sapienter et juste a divina providentia dispensantur. Et dum sementem faciunt, imbres desiderant : iter vero facientes eosdem accusant. Præterea ut seminum fructus ad maturitatem excoquantur, ferventiori radiorum solarium æstu opus habent : eosdem tamen molestius quoque ferunt, et æstum vituperant. Omnes labores ventris causa suscipiunt, nempe agrorum culturas, navigationes, tum etiam profe-

A ἐδέχοντο, τὴν δυνατὴν χάριν ἐκτίνειν πειρώμενοι. Αὐτίκα τοίνυν ἔστιν ἰδεῖν, οὐδὲ πάντας μίαν καὶ τὴν αὐτὴν θυσίαν (88) προσφέροντας. Ὁ μὲν γὰρ, ἔθυε μόσχον, ὁ δὲ ἀμνὸν, ὁ δὲ χίμαρον· καὶ ὁ μὲν πλείω τὰ (89) θύματα, ὁ δὲ ἐλάττω· ὁ δὲ τούτων ἀπορῶν, καὶ πενίᾳ συζῶν, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ νεοττοὺς περιστερῶν· ὁ δὲ καὶ τούτων σπανίζων, σεμίδαλιν ὀλίγην, καὶ βραχύ τι λιβανωτοῦ (90). Ποιότητι τοιγαροῦν γνώμης, οὐχὶ ποσότητι δώρων προσέχειν τὸν δίκαιον κριτὴν ἐντεῦθεν δήπουθεν διδασκόμεθα. Καὶ τοὺς εὐτελεῖς (91) ἡμῶν προσφέρομεν λόγους, οὐχ ἵνα τῇ βραχυτάτῃ σταγόνι τὴν ἄβυσσον τῆς σοφίας αὐξήσωμεν, ἀλλὰ (92) τὴν οἰκέταις πρέπουσαν (93) εὔνοιαν ἐπιδεῖξαι πειρώμενοι, καὶ τῶν ὁμοδούλων διελέγξαι τὸ θράσος, καὶ τὸν δεσποτικὸν
B αὐτοῖς ἐπιθεῖναι (94) ζυγὸν προμηθούμενοι. Κομιδῇ γὰρ ἀσχάλλομεν τὴν τὰ (95) πάντα κυβερνῶσαν τοῦ Θεοῦ σοφίαν ὑπ' αὐτῶν συκοφαντουμένην ὁρῶντες· οὗ χάριν καὶ τὸν παρόντα τοῦ λόγου πόνον ἐδεξάμεθα, καὶ παῦσαι τοῖς ἐλέγχοις τὴν βλασφημίαν πειρώμεθα. Ὅτι μὲν οὖν λίαν ἀνοήτως καταιτιῶνται τὴν δοκοῦσαν ἀνωμαλίαν τοῦ βίου, καὶ παραπαίοντες τὸ δέον οὐ συνορῶσιν, ἱκανῶς ὁ πρὸ τούτου λόγος ἐδίδαξε, καὶ τῆς πενίας ὑποδείξας τὸ χρήσιμον, καὶ τοῦ πλούτου διελέγξας τὴν ἔνδειαν. Ἐπειδὴ δὲ οὐ μόνον τῆς πενίας κατηγοροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν δουλείαν ὀλοφύρονται, καὶ τοὺς βασιλικοὺς ἀποδύρονται φόρους, καὶ ἕτερα τὰ τῷδε τῷ βίῳ λίαν ἁρμόττοντα· φέρε, καὶ περὶ τούτων μικρὰ διεξέλθωμεν, καὶ τοὺς
C ἀρίστους τῶν ἰατρῶν μιμησώμεθα (96), οἳ τοὺς ἀῤῥώστους ἀποσίτους ὁρῶντες, καὶ τὰ προσφερόμενα σιτία πάντα βδελυττομένους, τέχναις τισὶν ἰατρικαῖς τὸ δυσάρεστον αὐτῶν εὖ μάλα κατασοφίζονται. Τὰ γὰρ ξηρότερα καὶ στρυφνότερα τῶν ἡδυσμάτων παραμιγνύντες, τὸ βδελυκτὸν τῷ ἀῤῥώστῳ φαινόμενον ἥδιστον ἀπεργάζονται. Καὶ οὗτοι δὲ ὁμοίως ἐκείνοις, πᾶσι τοῖς ὁρωμένοις καὶ γινομένοις ἐπιμέμφονται. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἡ νόσος παρὰ γνώμην συμβαίνει, καὶ ἀλγυνόμενοι λίαν τῶν σιτίων ἀπέχονται, καὶ μεταλαβεῖν ποθοῦντες ὑπὸ τῆς νόσου κωλύονται· τούτοις δὲ ἑκούσια καὶ αὐθαίρετα πολεμεῖ τὰ πάθη, καὶ τὸ δυσάρεστον ἔχουσιν, οὐ περὶ σιτία καὶ ὄψα, ἀλλὰ περὶ πάντα τὰ σοφῶς καὶ δικαίως ὑπὸ τῆς θείας προμηθείας οἰκονομούμενα. Καὶ σπείροντες
D μὲν τῶν ὄμβρων (97) ἐπιθυμοῦσιν, ὁδοιποροῦντες δὲ τῶν ὄμβρων κατηγοροῦσι. Χρῄζουσι δὲ θερμοτέρας τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, ἵνα πέπονας τῶν σπερμάτων τοὺς καρποὺς ἀπεργάσηται· καὶ δυσχεραίνουσι πάλιν, καὶ τὸν φλογμὸν αἰτιῶνται. Πάντα πόνον ὑπὲρ τῆς γαστρὸς καταδέχονται, καὶ γηπονίας, καὶ ναυτιλίας, καὶ μακρὰς ὁδοιπορίας· καὶ πάλιν αὐτῆς πικροὶ κατήγοροι γίνονται· ὥσπερ οὐ δουλεύειν τοῖς τῆς ψυχῆς νεύμασιν, ἀλλ' ἄρχειν τεταγμένης. Μέμφονται σκηπτοῖς, καὶ χαλάζαις, καὶ ταῖς τοιαύταις παιδείαις (98).

(88) θυσ. Des. in edit. Paris.
(89) πλ. τά. Ibid. πλεῖστα.
(90) βρ. τι λιβ. Ibid. λιβανωτοῦ χρείαν τινά.
(91) εὐτ. Ibid. εὐσεβεῖς.
(92) ἀλλά. Delevimus καί quod in edit. priori sequebatur.
(93) πρέπ. Des. in edit. Paris.
(94) ἐπιθ. Ibid. ὑποθεῖναι.
(95) τά. Des. ibid.
(96) μιμ. Ibid. μιμησόμεθα.
(97) τῶν ὄμβρ. Edit. Paris. τὸν ὄμβρον.
(98) παιδ. Ibid. ἐνδείαις.

Digitized by Google

καὶ πάλιν τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας κατηγοροῦσι· καὶ οὔτε τὸ δίκαιον αὐτοὺς, οὔτε τὸ μακρόθυμον κατειδεῖ. Ἀλλ' αὐτοὶ μὲν τῆς μακροθυμίας ἀπολαύειν, καὶ μεγάλα πλημμελοῦντες, προσεύχονται· τοὺς δὲ σφᾶς αὐτοὺς λελυπηκότας ἄκρατον δέχεσθαι θέλουσι τοῦ δικαίου τὴν προσβολήν. Εἶδον πένητα (99), εὐθὺς τὴν γλῶτταν κατὰ τῆς Προνοίας ἐκίνησαν, καὶ πολλοῖς τὴν πενίαν κατέχωσαν σκώμμασιν. Ἐθεάσαντο πλούσιον ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζοντα, λεόντειον βλέποντα, τῇδε κἀκεῖσε τοὺς ὤμους περιφέροντα, ἢ ἐπ' ὀχημάτων φερόμενον, καὶ πολλοῖς οἰκέταις καὶ ῥαβδοφόροις κυκλούμενον, μεταφέρουσι κατὰ τῶν χρημάτων τὴν βλασφημίαν. Δυσχεραίνουσι τὸν βίον, ὡς ἀνωμαλίας ἀνάπλεω, καὶ μισοῦσι τὸν θάνατον, τὸν τὴν ἀνωμαλίαν παύοντα, καὶ τὴν ἰσοτιμίαν τοῖς σώμασιν ἀπονέμοντα. Καὶ μὴν ἔδει τὸν βίον θαυμάζειν τοὺς τῷ θανάτῳ (1) μεμφομένους, ἢ τὸν θάνατον εὐφημεῖν τοὺς τὸν βίον αἰτιωμένους. Ἐναντία γὰρ, ἐκ διαμέτρου θάνατος καὶ ζωή. Οἱ δὲ, φύρδην ἅπαντα βλασφημοῦσι, καὶ πάντων ὁμοίως κατηγοροῦσι· καὶ παῖδες μὲν ὄντες, μακαρίζουσι τοὺς ἄνδρας, ἄνδρες δὲ γενόμενοι, ζηλωτοὺς ἀποκαλοῦσι τοὺς παῖδας. Καὶ τί δεῖ πάντα λέγειν, τὰ ὑπὸ τῆς πονηρᾶς ταύτης νόσου συκοφαντούμενα; Οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν γινομένων, ὃ μὴ δέχεται λοιδορίας βέλος ὑπὸ τῆς τούτων γλώττης πεμπόμενον. Φέρε τοίνυν, ταῖς ἰατρικαῖς μεθόδοις χρησάμενοι, δείξωμεν αὐτοῖς ἥδιστα τὰ τέως αὐτοὺς ἀποκναίοντα. Περὶ μὲν οὖν πλούτου καὶ πενίας, καὶ τῆς ἐν τούτοις δοκούσης ἀνωμαλίας, ἀποχρώντως ἐν τῷ πρὸ τοῦδε λόγῳ διεξήλθομεν, καὶ ταύτης καὶ τούτου δεικνύντες τὸ χρήσιμον. Ὅτι δὲ εἰς δουλείαν καὶ δεσποτείαν οὐχ αὐτὸς (2) ὁ Ποιητὴς ἐξ ἀρχῆς τὴν φύσιν διέκρινεν, αὐτίκα δηλώσομεν.

A ctiones longissimas: * et rursus amarulentissimi ejus accusatores fiunt: quasi is non in hoc ordinatus sit, ut animæ nutibus serviat, sed ut eidem imperet. Fulmina, grandines, et si quæ ejusmodi sunt castigationes culpant: e contra autem Dei longanimitatem reprehendunt, et nec justitiæ (Dei), nec longanimitatis reverentia tanguntur. Sed ipsi quidem, si vel maxima committant flagitia, precantur tamen ut Dei longanimitate frui possint: in eos vero, a quibus ipsi offensi sunt, absoluto justitiæ rigore animadverti volunt. Vident pauperem, et mox linguam contra providentiam movent, et paupertatem plurimis obruunt conviciis. Ut autem e contra, divitem summis pedum digitis incedere, leoninum tueri, hinc inde humeros circumferre, aut B **588** vehiculis invehi, famulorum et satellitum multitudine stipari conspexerunt, mox contra opes blasphemiam suam proferunt. Vitam quasi inæqualitatis plenam molestissime ferunt: mortem vero, quæ inæqualitatem tollit, et parem omnium corporibus conditionem affert, odio prosequuntur. Atqui vitam eos amare decebat, qui mortem vituperant: aut mortem laudare eos qui de vita quiritantur. Ex diametro enim mors et vita sibi invicem contraria sunt. Sed hi confuse omnia simul conviciis proscindunt, et omnia similiter vituperant. Et cum pueri sunt, viros felices judicant: virilem vero ætatem ingressi, pueros beatos dicunt. Sed quorsum opus est omnes, quas pravus iste morbus gignit, C enumerare calumnias? Nihil enim est ex omnium quæ fiunt numero, quod non aliquod ab illorum lingua emissum convicii telum excipiat. Age igitur, medicis compendiis usi, ea ipsis jucundissima demonstremus, quæ ipsos hactenus offenderunt. Atqui de divitiis et paupertate, de inæqualitate item quæ in illis esse videtur, sufficienter in priori oratione disseruimus, tam hujus quam illarum utilem usum demonstrantes. Quod vero hominum genus non ab initio rerum Conditor in servitutem et herilem potestatem distinxerit, mox ostendemus.

Δεῦρο τοίνυν παρὰ (3) ταύτην ἡμῶν τὴν πρώτην διάπλασιν, καὶ βλέπε ἕνα μὲν ἄνδρα πλαττόμενον ἀπὸ γῆς, γυναῖκα δὲ ὁμοίαν (4) οὐκέτι ὁμοίως ἀπὸ γῆς. Πλευρὰν γὰρ μίαν (5) ἐξ ἐκείνου λαβὼν ὁ Ποιητὴς, οὕτω τὸ γένος τοῦτο διέπλασεν, ὅπως μὴ φύσεως ἑτέρας (6) αὐτὴ νομίζηται διὰ τὸ τοῦ σχήματος ἑτεροῖον. Εἷς τοιγαροῦν ἀπὸ γῆς διεπλάσθη, καὶ ἐξ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ, καὶ ἐξ ἀμφοῖν ἅπασα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις. Οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ποιητὴς, τοῖς μὲν δουλείαν, τοῖς δὲ δεσποτείαν ἀπένειμεν, ἀλλ' ἓν ἁπάντων ἐδημιούργησε γένος. Καὶ τῷ Νῶε δὲ κιβωτὸν κατασκευάσαι κελεύσας, καὶ μισθὸν αὐτῷ τῆς (7) δικαιοσύνης τὴν σωτηρίαν πορίσας, αὐτὸν καὶ τὴν ὁμόζυγα σὺν τοῖς υἱέσι, καὶ ταῖς ἐκείνων γαμεταῖς, εἰς τὴν κατασκευασθεῖσαν εἰσελθεῖν προσέταξε κιβωτὸν, καὶ δοῦλος οὐδεὶς εἰσελήλυθε. Οὐδέπω γὰρ ἡ φύσις ταύτην ἐδέδεκτο (8) τὴν διαίρεσιν (9)· ἀλλὰ

Huc ergo ad primam nostri generis creationem accedito, et vide, ut unus quidem homo e terra conditus, mulier vero ipsi similis non similiter e terra formata sit. Costam enim unam ex illo rerum Conditor accipiens, * sic sexum illum **589** creavit, ne illa alterius cujusdam naturæ propter formæ diversitatem esse videretur. Unus itaque e terra creatus est, et ex viro mulier, et ex duobus hisce universum genus mortalium. Non enim ab initio D statim rerum Opifex his quidem servitutis jugum, illis vero herilem potestatem distribuit, sed unum omnium nostrum genus creavit. Præterea cum Noacho arcam parare jussisset, et salutem ipsi justitiæ mercedem tribuisset, ipsum et uxorem, una cum filiis et eorumdem nuptis, exstructam arcam ingredi præcepit, nec quisquam servus ingressus est. Nondum enim hominum natura illam divisio-

(99) πένητα. Edit. Paris πένητας.
(1) τῷ θαν. Ibid. τὸν θάνατον.
(2) οὐχ αὐτ. Des. ibid.
(3) παρὰ. Ibid. περί.
(4) ὁμ. Ita ex edit. Paris. emendare visum est lectionem Sirmond. μίαν.

(5) μίαν. Ex edit. Paris. insertum.
(6) ἑτ. Edit. Paris. δευτέρας.
(7) αὐτῷ τῆς. Des. ibid.
(8) ἐδέδ. Ibid. εἰσεδέδεκτο.
(9) διαίρ. Ibid. προαίρεσιν.

Digitized by Google

nem susceperat, sed ea solummodo quæ vere serva A sunt, brutorum videlicet animalium genera, quæ et idcirco universalis rerum Conditor in hanc vitam induxerat. Postquam vero in iis quæ postea contigerunt, multa indecenter ex hominum licentia, nullo magistratuum metu coercita, prodiisse vidit, omnemque iniquitatem citra omnem timorem patrari, in magistratus et subditos humanum genus divisit, ut nimirum magistratuum metus peccatorum multitudinem imminueret. Timor enim rationi obstrepentium affectuum motus frenare, et animæ ad malum propensionem coercere consuevit : sæpe etiam quæ ratio minus efficere potuit, timor egregie præstitit. Postquam enim natura in malum impegit, et mens affectibus impetita atque subversa, ipsum corpus absque omni ordine, ceu navem saburra carentem, arripiendum destituit, necessario B nobis legibus opus fuit, quæ anchoræ instar **590** essent, quæ et navem sisteret, pronumque ejus impetum inhiberet, ac gubernatorem denuo emergere, clavumque arripere permitteret. Atqui in eadem et pari potestate omnibus constitutis, et æqualitate regnante, harum legum promulgationem fieri impossibile erat. Nam nec in iis urbibus, quæ democratia reguntur, ubi rerum agendarum auctoritas penes populum est, plane eadem erat omnium conditio : sed alii quidem thesmothetæ, alii vero legislatores, alii autem exercituum duces erant, alii subditorum numerum implebant : demagogus autem tam magistratibus quam primatibus imperabat. In iis vero quæ oligarchia reguntur, * plures C quidem ad subditorum catalogum pertinent, pauci vero, qui et prudentia excellunt, et virtutibus insignes habentur, rerum publicarum administrationem et imperium obtinent. Et hi quidem ephori, alii vero navarchi, alii rursus gubernatores fuerunt, et populum prout illis utilissimum esse visum est, gubernaverunt. Proinde peccato legum necessitas introducta est. Leges vero legislatorum potestate opus habebant, imo non legislatorum modo, sed illorum quoque qui transgressores punire possent. Et peccatum quidem inordinatam rerum confusionem introduxit : huic vero summus ille rerum omnium Gubernator ordinem præscripsit, et peccati impetum legibus quasi freno quodam cohibuit, atque D freni hujus habenas magistratibus, tanquam aurigis, commisit. Ab his et civitates rite reguntur, et pagi, et militiæ. Quis enim injustorum manus ferre posset, nisi cupiditatis **591** et avaritiæ illorum flammam et impetum legum metus coerceret? Nam perinde ut pisces solent, magni minores devorarent, nisi gladium acutum, ardentem rogum, et quæcunque alia in malorum supplicium a magistratibus excogitata sunt, lex ostenderet? Si enim, cum et leges minitentur, et scelerum pœnas ma-

μόνα τὰ τῷ ὄντι δοῦλα, τῶν ἀλόγων τὰ γένη, ἃ τούτου χάριν τῶν ὅλων ὁ Ποιητὴς εἰς τόνδε τὸν βίον παρήγαγεν. Ἐπειδὴ δὲ πολλὴν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τὴν ἀκοσμίαν εἶδεν ἐκ τῆς ἀναρχίας γεγενημένην, καὶ πᾶσαν ἀδεῶς παρανομίαν ἐκτελουμένην, εἰς ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους διεῖλε τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ἵνα τῶν ἀρχόντων τὸ δέος σμικρύνῃ τῶν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος. Οἶδε γὰρ φόβος χαλινοῦν τῶν ἀλόγων παθῶν τὰς ἀφορμὰς, καὶ τῆς ψυχῆς τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἀμβλύνειν ῥοπήν· καὶ πολλάκις ἃ λόγος οὐκ ὤνησεν, ὁ φόβος κατώρθωσεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ φύσις πρὸς (10) τὸ χεῖρον ἐξώκειλε, καὶ ὁ νοῦς τοῖς πάθεσι περικλυσθεὶς, ὑποβρύχιός τε γενόμενος, οἷόν τι σκάφος ἀνερμάτιστον, ἀτάκτως φέρεσθαι τὸ σῶμα κατέλιπεν, ἀναγκαίως ἐδεήθημεν νόμων, καθάπερ τινὸς ἀγκύρας, ἱστώσης τὸ σκάφος, καὶ τὴν ἐπὶ πρόσω (11) φορὰν κωλυούσης, καὶ συγχωρούσης ἀναδῦναι τὸν κυβερνήτην, καὶ τῶν οἰάκων ἐπιλαβέσθαι. Τούτων δὲ τῶν νόμων γενέσθαι τὴν θέσιν οὐχ οἷόν τε ἦν, ἰσοκρατίας οὔσης, καὶ πολιτευομένης ἰσονομίας. Οὐδὲ γὰρ ἐν ταῖς δημοκρατουμέναις πόλεσιν, ἔνθα ὁ δῆμος ἔσχε τῶν πραττομένων τὸ κῦρος, τῶν ἴσων ἅπαντες μετελάγχανον· ἀλλ' οἱ μὲν ἦσαν θεσμοθέται, οἱ δὲ νομοθέται, οἱ δὲ στρατηγοὶ, οἱ δὲ τῶν ἀρχομένων ἐπλήρουν τὴν τάξιν· ὁ δὲ δημαγωγὸς, καὶ τῶν ἀρχόντων ἐκράτει, καὶ τῶν ἀρχηγῶν. Καὶ ἐν ταῖς ὀλιγαρχουμέναις δὲ πόλεσιν, οἱ μὲν πολλοὶ, τὸν τῶν ὑπηκόων ἐπλήρουν κατάλογον· οἱ δὲ ὀλίγοι, καὶ φρονήσει προὔχοντες καὶ ἀρετῇ διαλάμποντες, τά τε κοινὰ διακονεῖν καὶ τὰς ἡγεμονίας διελάγχανον· καὶ οἱ μὲν ἔφοροι, οἱ δὲ ναύαρχοι, οἱ δὲ ἁρμοσταί· καὶ ἦγον τὸ πλῆθος ᾗ ἂν αὐτοῖς ἄριστα ἐδόκει (12). Οὐκοῦν ἡ μὲν ἁμαρτία τῶν νόμων τὴν χρείαν εἰσήγαγεν· οἱ δὲ νόμοι τῆς τῶν τιθέντων ἐξουσίας ἐδέοντο, οὐ μόνον δὲ τῶν τιθέντων, ἀλλὰ καὶ τῶν κολάζειν τοὺς παραβαίνοντας δυναμένων. Καὶ ἡ μὲν ἁμαρτία τὴν ἀταξίαν εἰσήγαγεν· ὁ δὲ τῶν ὅλων Πρύτανις τῇ ἀταξίᾳ τὴν τάξιν ἐπέθηκε, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὴν ῥύμην, οἷόν τινι χαλινῷ, τοῖς νόμοις ἀνέστειλε· τούτου δὲ τοῦ χαλινοῦ τὰς ἡνίας, καθάπερ ἡνιόχοις, τοῖς ἄρχουσιν ἐνεχείρισεν. Ὑπὸ τούτων (13) καὶ πόλεις κοσμοῦνται, καὶ κῶμαι, καὶ στρατεῖαι· τίς γὰρ ἂν ἤνεγκε (14) τῶν ἀδίκων τὰς χεῖρας, εἰ μὴ τῆς πλεονεκτικῆς αὐτῶν φλογὸς τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω φορὰν ἐπεῖχε τῶν νόμων τὸ δέος; Δίκην γὰρ ἰχθύων κατέφαγον ἂν (15) οἱ μείζους τοὺς ἐλάττους, εἰ μὴ τὸ ξίφος ὁ νόμος τεθηγμένον ἐδείκνυε, καὶ τὴν πυρὰν ἁπτομένην, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα (16) πρὸς τιμωρίαν τῶν κακουργίᾳ συζώντων ἐπενοήθη τοῖς ἄρχουσιν. Εἰ γὰρ καὶ τῶν νόμων ἀπειλούντων, καὶ τῶν ἀρχόντων κολαζόντων, εἰσί τινες, οἳ θηρίου παντὸς ἀγριώτεροι περὶ τοὺς πέλας διάκεινται, καὶ ἅττουσιν ὡς σκορπίοι, καὶ δάκνουσιν ὡς ὄφεις, καὶ λυττῶσιν ὡς κύνες, καὶ βρύχονται κατὰ τῶν ὁμοφύλων, ὥσπερ κατὰ τῶν ἀλλογενῶν οἱ λέοντες, τί οὐκ ἂν ἔδρασαν νόμων

(10) πρός. Edit. Paris. εἰς.
(11) πρόσω. Ibid. præm. τό.
(12) ἐδ. Ibid. δοκῇ.
(13) τούτων. Ibid. τούτου.
(14) ἂν ἦν. Ibid. ἀνήνεγκε.
(15) ἄν. Des. in edit. Paris.
(16) ὅσα. Ex edit. Paris. insertum.

Digitized by Google

οὐκ (17) ὄντων, καὶ ἀργούντων μὴ κολαζόντων; Νῦν δὲ, τολμῶνται μὲν ὑπ' (18) ἐνίων παρανομίαι, λανθάνειν δὲ ὅμως οἱ τολμῶντες πειρῶνται, τοὺς νόμους δειμαίνοντες, καὶ τὴν ἀδικίαν τῇ δεινότητι τῶν λόγων συγκαλύπτειν ἐπιχειροῦσι· καὶ ὁ ἀδικούμενος ἀδεῶς πρόσεισι τοῖς δικάζουσι, καὶ τὴν τῆς ἀδικίας εἰσάγει γραφὴν, καὶ τὴν τοῦ ἠδικηκότος οὐ δέδοικε δυναστείαν, οὐδὲ φρίττει τοῦ πλούτου τὴν περιφάνειαν· ἀλλ' ὡς εἰς λιμένα εἰς τὸ δικαστήριον τρέχει, καὶ τῆς ἀδικίας διηγεῖται τὰ εἴδη, καὶ τοὺς νόμους εἰς μέσον ἀχθῆναι παρακαλεῖ, καὶ κατὰ τούτους δικάζειν τὸν δικαστὴν ἱκετεύει. Ὁ δὲ τὴν ψῆφον ἐκφέρει, καὶ τὴν ἁρπαγεῖσαν οἰκίαν, ἢ τὸν ἀγρὸν, ἢ τὸ σκεῦος ἀποδοθῆναι τῷ ἠδικημένῳ κελεύει· κολάζει δὲ πολλάκις καὶ ζημίᾳ χρημάτων τὸν τὴν ἀδικίαν τετολμηκότα. Διὰ τοῦτο τὸ δέος, καὶ τοιχωρύχοι, καὶ λωποδύται, οὐ προφανῶς, ἀλλὰ κρύβδην τὴν ἀδικίαν μετίασι, καὶ τῷ πειρᾶσθαι λανθάνειν, τὸ δέος κηρύττουσιν. Ἢ γὰρ ἂν ἐγχειρίδια λαβόντες, ἅπαντας τοὺς προστυχόντας κατέσφαξαν, καὶ τὰς ἐκείνων κτήσεις διείλοντο. Ἐπειδὴ δὲ δειμαίνουσιν, οἱ πολλοὶ μὲν ἡσυχάζουσιν, οἱ δὲ τῆς πονηρίας κατατολμῶντες, ἢ τῶν ὁδῶν τὰς ἐρημοτέρας καταλοχῶσιν, ἢ νύκτωρ ἐν ταῖς πόλεσι κακουργοῦσι, τὸ σκότος, καὶ τὸν ὕπνον, καὶ τὴν ἁπάντων ἡσυχίαν, εἰς (19) συμμαχίαν τῆς λῃστείας λαμβάνοντες. Καὶ δύο δὲ τούτων ἢ τρεῖς φωραθέντες, καὶ κολασθέντες ὑπὸ τῶν νόμων, ἱκανὸν τοῖς ἄλλοις ὠφελείας ὑπόδειγμα γίνονται, καὶ τῶν ὁμοτρόπων τὴν τιμωρίαν ὁρῶντες, μισοῦσι τὴν πονηρίαν, ὡς θανάτων τοιούτων μητέρα. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τούτους ἐξέβην τοὺς λόγους, τὴν τῆς δουλείας αἰτίαν διεξελθεῖν ἐθελήσας· ἐπανελθεῖν οὖν ὅθεν ἐξέβην καιρός.

gistratus exigant, adhuc tamen nonnulli sunt, qui omni fera crudeliores animos contra proximos gerunt, et ut scorpii in illos irruunt, ut serpentes mordent, ut canes rabidi furunt, et erga ejusdem generis consortes, quemadmodum leones adversus diversi generis animalia rugiunt, quid non facerent illi, si nec leges essent, nec ulli magistratus pœnas exigerent? Nunc vero audent quidem nonnulli iniquius agere, iidem tamen illi latere student, quia leges metuunt, et injustitiam suam verborum viribus velare conantur. Et qui injuriam passus est, intrepide judicem adit, et injuriarum actionem instituit, atque injurii in se hominis nec potentiam metuit, nec divitiarum ipsius splendorem horret. Sed in forum, ceu in portum aliquem festinat, injuriæ species enumerat, et ut leges in medium adducantur orat, judicemque, ut * secundum has sententiam ferat, precatur. Hic vero calculum suum profert, et ereptam domum, aut agrum, aut supellectilem ei * qui injuriam passus est, reddi præcipit: sæpe etiam pecuniariam multam ab eo qui alteri injuriam inferre ausus est, exigit. Hoc timore et murorum perfossores et fures coerciti, non palam, sed occulte delicta sua patrant, **592** et eo ipso quod latere conantur, timorem suum prædicant: alioqui enim pugionibus arreptis omnes sibi obviam factos jugularent, et illorum opes diriperent. Quoniam vero timent, multi quidem omnino abstinent: qui vero malitiam patrare audent, vel viarum deserta insidiose obsident, aut noctu in urbibus nequitiam suam exercent, tenebrarum nimirum, et somni et quietis, cui omnes indulgent, auxilio adjuti. Quod si autem duo aut tres ex illorum numero deprehensi secundum leges puniantur, illi sufficiens admodum ad salutem exemplum fiunt reliquis: qui ubi sociorum supplicia vident, malitiam, utpote suppliciorum hujusmodi matrem, odio prosequuntur. Atqui nescio quo pacto in hæc verba digressus sim, qui servitutis causam exponere institueram: quare eo unde digressus sum redire tempus postulat.

Ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς, μίαν εἰργάσατο πάντων τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, καὶ ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς καὶ μιᾶς γυναικὸς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τοῦδε τοῦ γένους ἐπλήρωσε, μάρτυς ἡ θεία Γραφή· μαρτυρεῖ (20) δὲ καὶ ἡ φύσις τῇ θείᾳ Γραφῇ. Οἵ τε γὰρ τὰ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα καὶ δυόμενον, οἵ τε τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια μέρη διειληχότες, καὶ οἱ τὰ μέσα δὲ ταύτης οἰκοῦντες, ἓν ἔχουσι τὸ τῆς διαπλάσεως εἶδος, τὸν αὐτὸν τῶν αἰσθητηρίων ἀριθμὸν, ἐν μόνοις ἤθεσι καὶ χρώμασι διαφέροντες. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἤθη τὰ ἔθη ποιεῖ, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς αὐτεξούσιον. Ταύτην δὲ καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἔστιν εὑρεῖν τὴν διαφοράν. Τὸ δὲ τῶν χρωμάτων ἑτεροῖον ἡ τῶν χωρίων ἀπεργάζεται θέσις. Οἱ μὲν γὰρ πόῤῥω τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος οἰκοῦντες, λευκοτέραν ἔχουσι τὴν τοῦ σώματος ἐπιφάνειαν. Οἱ δὲ τοῖς ἑῴοις καὶ ἑσπερίοις τμήμασι κατὰ τὸ νότιον τοῦ πόλου μέρος ἐνδιαιτᾶσθαι λαχόντες, πλησιέστεροι (21) τῆς ἀκτῖνος γενόμενοι, μελαίνονται τὸ σῶμα,

Quod itaque summus ille omnium rerum Opifex unam omnium hominum naturam fecerit, et ex uno viro et una muliere universum orbem habitatum hoc hominum genere compleverit, divina Scriptura testatur, sed et natura divinæ Scripturæ testimonium dicit. Quicunque enim vel orientem, vel occidentem, vel australes, vel boreales mundi partes acceperunt, quicunque item medium terrarum orbem inhabitant, unam obtinent formationis speciem, eumdem sensoriorum numerum, solis moribus et colorum diversitate differentes. Mores autem a diversa vivendi consuetudine pendent. Eamdem vero apud nos ipsos differentiam reperire licet. Porro colorum diversitatem locorum situs inducit. Qui **593** enim a solaribus radiis remotiores habitant, corporis superficiem candidiorem habent. Qui vero in oriente vel occidente australiorem poli plagam incolunt, cum radiis hisce magis vicini sint, corporibus nigredinem contrahunt, perinde ut ligna

(17) οὐκ. Edit. Paris. μή.
(18) ὑπ. Ibid. παρ'.
(19) εἰς — λαμβ. Ibid. τῆς λῃστείας λαμβάνοντες συνεργόν.
(20) μαρτ. — Γραφῇ. Des. ibid.
(21) πλησιέστεροι. Edit. Paris. πλησιώτεροι.

Digitized by Google

quædam, quæ assidua ignis inflammatione contracta carbones referre, nigrumque colorem induere consueverunt. Proinde una quidem hominum natura est, tam magistratuum quam subditorum, tam regum quam illorum imperio subjectorum hominum, servorum item et dominorum. Una autem hæc et eadem natura Opificis justitiam prædicat: eadem vero temporis progressu in servos et dominos divisa, interim tam in his et in illis eumdem characterem integrum conservans, peccatum accusat, quod istiusmodi necessitatem invexit. Simul autem et hoc loco Creatoris æquitas demonstratur. Nam unam illam et eamdem substantiæ conditionem in finem usque conservavit: confusionem vero, quæ per peccatum introducta est, magistratus ordinatione expulit, et illius cupiditatem nimiam legum regula moderatus est, perinde ut faber navium tabulas amussi dirigit, et quod in illis superfluum est resecat. Quapropter cum servitutem vides, nequaquam rerum Opificem accusabis: quin potius peccatum et blasphemiæ crimen fugito, propter quæ humanum genus in servilem et herilem conditionem divisum est. Atqui tu, cum navim secundis ventorum flatibus **594** ferri, et vectores tutos et quietos sedere, nautas vero vel remos agere, vel rudentes trahere, vel aliud quidpiam eorum quæ jubentur exsequi, proræ autem rectorem scopulos, syrtes et saxa observare, et gubernatori ostendere, hunc vero omnibus præesse et clavo navim dirigere vides, ordinem hunc admiraris, nec jubes ut omnes gubernatores sint, nec omnibus navis imperium decernis: et dum hos quidem quietos sedere, illos vero jussa exsequi, aliumque quod vidit prædicere, illum vero omnibus simul præesse cernis, nequaquam hoc indignius fers, nec hanc navis gubernationem ceu inordinatam vituperas, quin potius talem ordinem summa admiratione prosequeris: domos vero navium instar gubernari non vis, sed inique fers, dum alium quidem totam domum regere, alios autem omnes ab hoc regi conspicis. Atqui quod ad administrationem attinet, magna admodum inter navim domumque similitudo est. Dominus enim, tanquam gubernator aliquis, arrepto familiæ clavo omnibus præest. Qui vero inter vernas primatum obtinet, cuique aliorum omnium cura commissa est, proræ rectorem imitatus, dominum ea docet, quæ illi e re futura videntur. In reliqua vero domesticorum turba, alii quidem tanquam nautæ curis inter se distributis jussa exsequuntur, reliqui vero tanquam vectores in medio horum consident, qui et ab illis diriguntur, et illorum opera sibi necessaria acquirunt. Quid igitur navim, quæ hoc modo gubernatur, collaudas: domum vero cui eadem omnino administrationis ratio contigit, vituperare pergis? **595** Ego sane te exercitus quoque rationem probare arbitror, cujus dux summus imperator est, manipulos

A ξύλων τινῶν δίκην τῇ πλείονι τοῦ πυρὸς ὁμιλίᾳ ἐπανθρακουμένων, καὶ τὴν μέλαιναν χροιὰν ἐνδυομένων. Οὐκοῦν μία μὲν τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, καὶ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, καὶ ὑπηκόων καὶ βασιλέων, καὶ δούλων καὶ δεσποτῶν. Μία δὲ οὖσα ἡ φύσις, τοῦ Δημιουργοῦ κηρύττει τὸ δίκαιον· διαιρεθεῖσα δὲ τῷ χρόνῳ εἰς δουλείαν καὶ δεσποτείαν, καὶ τούτοις κἀκείνοις τὸν αὐτὸν φυλάξασα χαρακτῆρα, κατηγορεῖ μὲν τῆς ἁμαρτίας, ταύτην εἰσαγούσης τὴν χρείαν, τοῦ δὲ Ποιητοῦ καὶ ἐνταῦθα τὴν ἰσότητα δείκνυσιν. Ἐφύλαξε γὰρ μέχρι τέλους τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα, τὴν δὲ ἀταξίαν τῆς ἁμαρτίας τῇ τάξει τῆς ἡγεμονίας ἐξέλασε (22), καὶ τὴν ἐκείνης πλεονεξίαν τῷ κανόνι τῆς νομοθεσίας ἐῤῥύθμισεν, οἷόν τις ναυπηγὸς σπαρτίῳ τινὶ (23) σανίδας ἀπευθύνων, καὶ τὸ B περιττὸν ἀφαιρούμενος. Μὴ τοίνυν τοῦ Δημιουργοῦ κατηγόρει τὴν δουλείαν θεώμενος, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν καὶ βλασφημίαν φεῦγε, δι' ἣν εἰς δουλείαν καὶ δεσποτείαν διῃρέθη τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. Σὺ δὲ, σκάφος μὲν ὁρῶν ἐξ οὐρίων φερόμενον, καὶ τοὺς μὲν πλωτῆρας ἡσυχῇ καθημένους, τοὺς δὲ ναύτας, ἢ ταῖς κώπαις ἐρέττοντας, ἢ τὰς προτόνους ἕλκοντας, ἢ ἄλλο τι τῶν κελευομένων ἐργαζομένους, τὸν δὲ πρωρέα σκοπέλους καὶ βράχη καὶ σπιλάδας περισκοποῦντα, καὶ τῷ κυβερνήτῃ μηνύοντα, τὸν δὲ κυβερνήτην πᾶσιν ἐπιστατοῦντα, καὶ τοῖς πηδαλίοις τὸ σκάφος ἰθύνοντα, θαυμάζεις τὴν τάξιν, καὶ οὐ κελεύεις εἶναι πάντας κυβερνήτας, οὐδὲ πᾶσι τὴν τῆς νηὸς ἡγεμονίαν πιστεύεις (24)· καὶ τοὺς μὲν ἡσυχά-C ζοντας βλέπων, τοὺς δὲ τὸ κελευόμενον δρῶντας, τὸν δὲ προλέγοντα τὸ φαινόμενον, τὸν δὲ πάντων ὁμοῦ προστατεύοντα, οὐκ ἀγανακτεῖς, οὐδὲ κατηγορεῖς ἀκοσμίαν, ἀλλὰ μάλα (25) θαυμάζων τὴν τάξιν διατελεῖς· τὰς δὲ οἰκίας οὐκ ἐθέλεις ταῖς ὁλκάσι παραπλησίως κυβερνᾶσθαι, ἀλλὰ δυσχεραίνεις, τὸν μὲν ἡγούμενον βλέπων τῆς οἰκίας, τοὺς δὲ ἀγομένους. Καὶ μὴν οἰκία καὶ ναῦς κατὰ τὴν οἰκονομίαν λίαν ἀλλήλαις ἐοίκασιν. Ὁ μὲν γὰρ δεσπότης, καθάπερ τις κυβερνήτης, τῶν τῆς οἰκίας οἰάκων ἐπειλημμένος, τοῖς πᾶσιν ἐφέστηκεν· ὁ δὲ τῶν οἰκετῶν πρωτεύων, ὁ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὴν κηδεμονίαν πεπιστευμένος, τὸν πρωρέα μιμούμενος, διδάσκει τὸν δεσπότην ἃ νομίζει συμφέρειν. Τῶν δὲ ἄλλων οἰκετῶν, οἱ μὲν ναύταις παραπλησίως, μερικὰς ἐγκε-D χειρισμένοι φροντίδας, τὰ κελευόμενα πράττουσιν· οἱ δὲ λοιποὶ, δίκην πλωτήρων, ἐν μέσῳ τούτων εἰσὶν, ὑπὸ τούτων ἰθυνόμενοι, καὶ τῶν ἀναγκαίων διὰ τούτων τυγχάνοντες. Τί δήποτε τοίνυν σκάφος μὲν οὕτω κυβερνώμενον ἐπαινεῖς, οἰκίαν δὲ τὴν αὐτὴν δεχομένην οἰκονομίαν σκώπτων διατελεῖς; Ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαί σε καὶ στρατιὰν (26) ἐπαινεῖν, ἧς ἡγεῖται μὲν ὁ στρατηγὸς, φυλάττουσι δὲ τοὺς λόχους οἱ λοχαγοὶ, ἐν κόσμῳ δὲ τὰς τάξεις ἄγουσιν οἱ ταξίαρχαι· ἑκατόνταρχοι δὲ καὶ χιλίαρχοι τὰ παρὰ τοῦ στρατηγοῦ συνθήματα τούτοις διαπορθμεύουσι, καὶ νῦν μὲν εἰς φάλαγγα καθιστῶσι τὴν στρατιὰν, νῦν δὲ ἐν πλινθίῳ,

(22) ἐξέλ. Edit. Paris. ἐξέβαλε.
(23) σπ. τινί. Ibid. σπάρτῃ.
(24) πιστ. Ibid. κελεύεις.
(25) μάλα. Ibid. μᾶλλον.
(26) στρατιάν. Edit. Paris. στρατείαν. Sic quoque post pauca, et deinde στρατείας ac στρατείᾳ.

Digitized by Google

A ἄλλοτε ἐπὶ κέρας ἄγουσιν. Ἔστι δὲ ὅτε κέρας ἑκάτερον ἐπὶ πλεῖστον ἐκτείναντες, κυκλοῦσι μὲν τοὺς πολεμίους, οὐδὲ φυγεῖν ἐπιτρέποντες, ἀλλὰ πάντοθεν ὁμοίως ἀφιέντες τὰ βέλη, καὶ ἄρδην ἅπαντας ἀναιροῦντες. Τούτων δὲ οὐδὲν ἐγεγόνει, μὴ τῆς στρατιᾶς εἰς ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους διῃρημένης· πολυαρχία γὰρ ἐν στρατιᾷ πάντων μάλιστα (27) βλαβερώτατον, εἰς πολλὰ κατατέμνουσα, καὶ τὴν ὁμόνοιαν διασπῶσα, καὶ πολλαῖς βουλαῖς ἰθύνειν μὲν πειρωμένη, βλάπτουσα δὲ μᾶλλον ἢ κυβερνῶσα. Πῶς τοίνυν οὐκ ἄτοπον, καὶ ἐν νηῒ σε θαυμάζοντα τὴν τοῦ ἑνὸς προστασίαν, καὶ στρατιᾶς ἐπαινοῦντα τὴν τάξιν, ἣν οἱ τῶν στρατηγῶν ἐργάζονται νόμοι, μέμφεσθαί σε οἰκίαν τοῦτον ἀγομένην τὸν τρόπον;

autem manipulares duces servant, decenter vero a ductoribus ducuntur ordines: centuriones autem et tribuni a supremo duce acceptas tesseras ipsis transmittunt. Et nunc quidem phalangem constituunt, nunc vero in forma laterculorum, alias etiam quasi in figura cornu disponunt exercitum. Fit etiam ut utroque cornu quam latissime extenso hostes concludant, nec aliquam fugæ copiam permittant, quin simul undique immissis telis omnes conficiant prorsus. Atqui nihil horum fieret, nisi exercitus in duces, eosque qui horum jussis obediunt, divisus esset. Nam quæ penes multos est rerum agendarum potestas, in bellis malum omnium nocentissimum est, quæ exercitum in partes secat, et concordiam distrahit. Nam pluribus quidem consiliis exercitum ducere conantur, quibus tamen ille læditur magis quam gubernatur. Quomodo igitur non absurdum fuerit, te qui et in navi unius primatum laudas, et exercitus ordinem, quem imperatorum leges instruunt, probas, domum culpare quæ eodem modo regitur?

B Ἀλλὰ πικρὸν, φησὶ, τὸ δουλεύειν, κἂν τῇ ἐξουσίᾳ τῶν δεσποτῶν ἔχειν τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀπόλαυσιν, καὶ πόνοις διηνεκέσι ταλαιπωρεῖσθαι. Ἀλλ' εἰ φιλαλήθως τῶν εἰρημένων ἕκαστον σκοπῆσαι θελήσειας, ἐῤῥῶσθαι φράσας τοῖς ἐριστικοῖς λόγοις, εὑρήσεις, τὰ μὲν ἀθυμίας (28), τὰ δὲ πολλῆς ὠφελείας μεστά. Ὁ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας δεσπότης, πολλαῖς πολιορκεῖται φροντίσι, σκοπούμενος ὅπως τοῖς οἰκείοις πορίσῃ τὰς χρείας, ὅπως βασιλεῦσι τὴν τεταγμένην εἰσφορὰν εἰσενέγκῃ, ὅπως ἀποδῶται μὲν τῶν προσόδων τὰ περιττὰ, ὠνήσηται δὲ τὰ ἐνδέοντα. Ἀγνώμων ἡ γῆ περὶ τοὺς γηπόνους ἐγένετο, τὴν τῶν ἀνθρώπων περὶ τὸν Ποιητὴν ἀγνωμοσύνην οὕτω πως μιμουμένη· ὁ δὲ ἀνιᾶται, καὶ δανειστὰς περισκοπεῖ, καὶ γραμματεῖα (29) διαγράφει, καὶ τὴν αὐθαίρετον ἐπισπᾶται δουλείαν. C Ἤνεγκεν ἡ γῆ τοὺς καρποὺς, καὶ βρίθει ταῖς ὠδῖσι, καὶ τοῖς ληΐοις καλύπτεται, καὶ βαροῦσα τῷ πλήθει τοῦ καρποῦ τῶν δένδρων τοὺς κλάδους πρὸς ἑαυτὴν νεύειν καταναγκάζει· ὁ δὲ πάλιν ἑτέρως κεντεῖται· τῶν καρπῶν γὰρ (30) τοὺς ὠνητὰς περισκοπῶν οὐχ εὑρίσκει, καὶ γίνεται αὐτῷ τῆς εὐκαρπίας ἡ εὐθηνία μικρῷ τινι ἀφορητοτέρα. Οὐ μόνον δὲ αὐτοῖς μεθ' ἡμέραν αἱ φροντίδες ἐπίασι, καὶ τὴν ψυχὴν περιστοιχίζουσι καὶ κυκῶσιν (31), ἀλλὰ καὶ νύκτωρ χαλεπώτερον πολεμοῦσιν. Ἡσυχάζουσα γὰρ ἡ ψυχὴ, καὶ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων ἀπηλλαγμένη, ἀκριβέστερον τῶν οἰκείων, ἢ ἀγαθῶν, ἢ κακῶν ἐπαισθάνεται. Ὁ δὲ οἰκέτης τῷ σώματι δουλεύων, ἐλευθέραν ἔχει τὴν ψυχὴν, καὶ (32) τούτων ἁπάντων ἀπηλλαγμένην. Οὐ γὰρ ὀδύρεται γῆς ἀκαρπίαν, οὐδὲ D ὠνίων ἀπρασίαν ὀλοφύρεται· οὐκ ἀλγύνεται τὸν δανειστὴν θεωρῶν, οὐ δέδιε πρακτόρων (33) ἑσμὸν, δικαστηρίοις προσεδρεύειν οὐκ ἀναγκάζεται, οὐδὲ δειμαίνει τοῦ κήρυκος τὴν φωνὴν, οὐδὲ δικαστὴν βλοσυρὸν δεικνύντα τὸ ὄμμα· μέτρῳ λαμβάνει τὸ σιτηρέσιον, ἀλλὰ φροντίδος ἀπηλλαγμένον. Ἐπ'

Sed durum et amarum est, inquiunt, servire, pro dominorum arbitrio dimensum suum accipere, assiduisque vexari laboribus. Cæterum si cum veritatis studio singula quæ diximus, inspicere velis, contentiosis illis valedicens sermonibus, herilem potestatem tristitiæ, servilem autem conditionem utilitatis plenam **596** invenies. Paterfamilias enim plurimis curis oppugnatur, multum nimirum cogitans, ut domesticis necessaria suppeditet, regibus constitutum tributum exsolvat, ut quæ ex redditibus superflua sunt divendat, ea vero quæ ipsi desunt coemat. Quod si terra agricolas ingrata fefellerit, hominum scilicet erga Creatorem suum ingratitudinem imitata, ille mœrore conficitur, creditores circumspicit, syngraphas * conscribit, et voluntariam sibi servitutem contrahit. Quod si eadem fructus protulerit, si, inquam, frugibus tota oneretur, segetibus luxuriet, si denique arborum ramos fructuum copia oneratos deorsum nutare cogat, ille novis rursus urgetur stimulis: nam proventuum emptores sollicite quærens nullos invenit, et fertilitatis abundantia ipsi nonnihil fit intolerabilior. Nec interdiu solummodo curæ illis obversantur, animumque circumstipantes affligunt, sed noctu quoque eo gravius oppugnant. Anima enim externis negotiis liberata, quietem agens, domesticarum rerum, sive illæ bonæ, sive malæ sint, sensu acrius tangitur. Servus autem corpore serviens animam liberam et omnium istiusmodi expertem possidet. Nec enim ob terræ sterilitatem dolet, nec eorum qui res venum expositas coemere velint, penuriam queritur, nec in creditoris conspectum cum mœrore incidit, nec exactorum turbam formidat, nec foro assidere cogitur, nec præconis vocem, nec judicem terribili se vultu ostentantem metuit. Dimensum suum **597** juxta mensuram quidem, sed absque

(27) π. μάλ. Ibid. inverso ordine leg. μάλιστα πάντων.
(28) ἀθυμ. Ita ex edit. Paris. emendanda fuit lectio. Sirm. θυμηδίας.
(29) γραμματεῖα. Edit. Paris. γραμματεῖς.
(30) γάρ. Des. ibid.
(31) κυκ. Ibid. κακῶσι, sine dubio pro κακοῦσι.
(32) καί. Des. ibid.
(33) οὐ δέδ. πρακτ. Ibid. οὐδὲ διαπρακτόρων.

Digitized by Google

omni cura accipit. In solo prostratus dormit, sed A nulla cura somnum excutit : quin potius hic dulcis admodum palpebris ipsius infusus soli duritiem sentire non permittit. Idipsum Sapiens quoque juxta naturæ rationes pronuntiavit : « Dulcis somnus servi [44]. » Unica veste corpus tegit, sed corporis viribus herum longe superat. Furfuraceo pane utens, nullo insuper obsonio vescitur, sed suavius multo quam ipse dominus epulatur. Hic enim ventri assidue inserviens, et satietatis limites transcendens, cibos urget, ac vi quadam ventri transmittit. Hic vero manu dimensum suum metiens, et datum chœnicem apte ac rite distribuens, avide et cum appetitu cibum sumit, eumdemque facilius concoquit, laborem scilicet sibi adjutorem habens. Cæterum tu servitutem quidem vides, valetudinem au- B tem corporis integram non vides : et ministerium quidem cernis, sed quod huic subest solatium, non perspicis, et laborem quidem damnas, vitam vero securam non laudas : sed servitium calumniose carpis, somnum vero illum dulcissimum non animadvertis. Atqui hinc quoque Dei providentiam videre et gubernationis ipsius æqualitatem perspicere oportebat. Quandoquidem * enim peccati necessitas in herilem et servilem conditionem humanum genus divisit, illis quidem cum imperio curas quoque conjunxit, et vigiliarum molestiam tradidit, imo et plures morbos in illo conjecit; his vero **598** corporum valetudinem præstantiorem, et suaviorem cibi esum, somnum item dulciorem longioremque, qui C corpus a laboribus recreet, et illud ipsum ad crastini diei labores robustius reddat, concessit.

Quapropter non labores duntaxat, sed etiam laborum solatia inspice, et communem omnium Gubernatorem hymnis celebra. Quid vero labores carpis, tu qui omnia calumniis facile appetis? Et quodnam ex omnibus, quæ homini contingunt, bonis, citra laborem recte peragitur? Quam felicitatem hominum natura citra laborem percipit? Agriculturæ bonis, et mercaturæ fructibus per labores fruimur. Urbes ædificamus cum labore eas exstruentes. Labore duce domus incolimus, veste corpus velamus, calceamenta pedibus inducimus, et variis cibis vescimur. Et quid attinet omnes rerum necessarios usus exponere, quorum utilitas nobis per labores D constat? Sed fucus quidam otio innutritus esse videris, qui ex alienis laboribus fructus percipis, ipse vero nihil, præter solam linguam, quæ omnia carpere novit, ad communem vitam confers. Atqui nugas istas et garrulitatem hanc nimiam otii abundantia peperit. Qui enim laboribus dat operam, pauca quidem loquitur, plurima autem opera peragit. Cum itaque per labores singula bona recte riteque perficiantur, nequaquam, o amice, propter labores

A ἐδάφους καθεύδει, ἀλλ' οὐ μέριμνα τὸν ὕπνον ἐξελαύνει, ἀλλὰ γλυκὺς αὐτοῦ τοῖς βλεφάροις ἐπιχεόμενος οὐκ ἐᾷ τῆς τοῦ ἐδάφους ἀντιτυπίας αἰσθάνεσθαι. Καὶ τοῦτο φυσιολογῶν ὁ Σοφὸς ἔλεγε· « Γλυκὺς ὁ ὕπνος τῷ δούλῳ (34). » Ἑνὶ χιτωνίῳ τὸ σῶμα καλύπτει, ἀλλὰ ῥωμαλεώτερον ἔχει τοῦ δεσπότου τὸ σῶμα. Ἄρτον ἐσθίει πιτυρίαν, οὐδὲ μικροῦ προσοψήματος ἀπολαύων· ἀλλ' ἥδιον τοῦ δεσπότου τῆς τροφῆς ἀπολαύει. Ὁ μὲν γὰρ διηνεκῶς γαστριζόμενος, καὶ τοῦ κόρου τοὺς ὅρους ὑπερβαίνων, ὠθεῖ τὰ σιτία, καὶ κατ' ἀνάγκην τῇ γαστρὶ παραπέμπει· ὁ δὲ τῇ χρείᾳ μετρῶν τὴν μετάληψιν, καὶ τὸν χοίνικα τὸν διδόμενον οἰκονομικῶς (35) διαιρῶν, ὀρεγόμενος τὴν τροφὴν ὑποδέχεται (36), καὶ πέττει ῥᾳδίως, συνεργὸν λαβὼν τὸν πόνον. Σὺ δὲ τὴν μὲν δουλείαν B βλέπεις, τὴν δὲ ὑγείαν οὐ βλέπεις· καὶ τὴν μὲν διακονίαν ὁρᾷς, τὴν δὲ θυμηδίαν οὐ θεωρεῖς· καὶ τοῦ μὲν πόνου κατηγορεῖς, τὸν δὲ ἀφρόντιδα βίον οὐ μακαρίζεις· καὶ τὴν μὲν ὑπουργίαν διαβάλλεις, τὸν δὲ ἥδιστον ὕπνον οὐ βλέπεις. Καὶ μὴν ἔδει κἀντεῦθεν τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν κατιδεῖν, καὶ τὴν τῆς οἰκονομίας ἰσότητα θεωρῆσαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀνάγκη εἰς ἡγεμονίαν καὶ δουλείαν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν διένειμε, τῇ μὲν μετὰ τῆς ἡγεμονίας καὶ τὰς φροντίδας συνέζευξε, καὶ ἀγρυπνίας συνεκλήρωσε, καὶ νόσους πλείους ἀπένειμε· τῇ δὲ δουλείᾳ, πλείονα δέδωκε τὴν ὑγείαν, καὶ ἡδίω τῆς τροφῆς τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ ὕπνον ἡδὺν καὶ μακρότερον, λῦσαι τοῦ κόπου τὸ σῶμα δυνάμενον, καὶ πρὸς τοὺς πόνους αὐτὸ τῆς ὑστεραίας ἐῤῥωμενέστερον ἀποφῆναι. C

Μὴ τοίνυν μόνους ὅρα τοὺς πόνους, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν πόνων θεώρει (37) παραμυθίας, καὶ τὸν τῶν ὅλων Πρύτανιν διὰ πάντων ἀνύμνει. Τί δήποτε δὲ διαβάλλεις τοὺς πόνους ὁ πάντα ῥᾳδίως συκοφαντῶν; Τί τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν δίχα πόνου κατορθοῦται; Ποίαν εὐκληρίαν τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις οὐ διὰ πόνων καρποῦται; Τὰ ἐκ γηπονίας ἀγαθὰ διὰ πόνων καρπούμεθα, καὶ (38) τοὺς τῆς ἐμπορίας (39) καρπούς· πόλεις οἰκοδομοῦμεν, μετὰ πόνου ταύτας κατασκευάζοντες· πόνων ἡγουμένων, οἰκιῶν ἀπολαύομεν, ἐσθῆτι τὸ σῶμα καλύπτομεν, ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιτίθεμεν, σιτία παντοδαπὰ προσφερόμεθα. D Καὶ τί δεῖ πάσας καταλέγειν τῶν ἀνθρώπων τὰς χρείας, ὧν οἱ πόνοι δημιουργοί; Ἀλλ' ἔοικας κηφήν τις εἶναι, καὶ ἀργίᾳ συντεθραμμένος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων πόνων δρεπόμενος τοὺς καρπούς, οὐδὲν δὲ αὐτὸς συνεισφέρων τῷ βίῳ, ἀλλὰ γλῶτταν μόνην, πάντα σκώπτειν πεπιστευμένην. Ἀλλὰ (40) καὶ τοῦτον τὸν ὕθλον, καὶ τὴν πολλὴν ἀδολεσχίαν, ἡ ἀργία γεγέννηκεν. Ὁ γὰρ πόνοις ἐσχολακὼς, ὀλίγα μὲν φθέγγεται, πολλὰ δὲ λίαν ἐργάζεται. Εἰ τοίνυν πόνῳ τῶν ἀγαθῶν ἕκαστον κατορθοῦται, μὴ διαβάλ-

[44] Eccle. v, 11.

(34) τῷ δούλῳ. Edit. Paris. τοῦ δούλου.
(35) οἰκον. Ibid. οὐ μόνον νομικῶς.
(36) ὑποδ. Ibid. διαδέχεται. Sequitur. ἀλλὰ καί.
(37) θεώρει. Ibid. ὅρα.
(38) καί. Des. ibid.
(39) ἐμπ. Ibid. εὐπορίας.
(40) ἀλλὰ — ὕθλον. Des. ibid.

Digitized by Google

λῃς διὰ τοὺς πόνους τὴν δουλείαν, ὦ φίλος· σκόπησον δὲ, ὡς καὶ πολλοὶ τῶν δεσποτῶν οὐκ ἔλαττον πονοῦσι τῶν οἰκετῶν, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλείω, εἰ καὶ τοῖς ἔργοις τὰς φροντίδας συναριθμήσεις. Σὺ μὲν οὖν τῶν νῦν ὄντων τοὺς σπουδαίους θεώρησον, ἐγὼ δέ σοι τοὺς παλαιοὺς ὑποδείξω πλείω τῶν οἰκετῶν πεπονηκότας. Βλέπε τὸν μὲν μακάριον Νῶε, ξύλα τέμνοντα, καὶ ταῦτα τῷ σκεπάρνῳ καθαίροντά τε, καὶ πρὸς γωνίαν εὐθεῖαν ἐξομαλίζοντα, καὶ τὴν κιδωτὸν ὡς προσετάχθη ἐκ ξύλων τετραγώνων κατασκευάζοντα, καὶ γόμφοις τὰς ἁρμονίας συνδέοντα, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ πᾶσαν ὑφαίνοντα, καὶ τῇ ἀσφάλτῳ καὶ τῇ πίσσῃ καταχρίοντα, καὶ τοῖς ὕδασι τὴν εἰσροὴν ἀποτειχίζοντα. Τὸν δὲ μέγαν Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην, τὸν ὀκτωκαίδεκα καὶ τριακοσίων οἰκογενῶν δεσπότην, αὐτουργοῦντα, καὶ τοῖς ξένοις διακονοῦντα, καὶ εἰς τὰ βουκόλια τρέχοντα, καὶ τὸ μοσχάριον ἕλκοντα, καὶ τὴν ὁμόζυγα πρὸς τὴν ἀρτοποιίαν ἐπείγοντα· κἀκείνην δὲ ὡσαύτως μάττουσαν τὰ ἄλευρα, καὶ τοὺς ἐγκρυφίας ὀπτῶσαν, καὶ ταῖς θεραπαίναις τὴν διακονίαν οὐκ ἐπιτρέπουσαν· αὐτὸν δὲ τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον πρεσβύτην παρεστῶτα τοῖς ξένοις, καὶ τραπέζης μὲν οὐ κοινωνοῦντα, τὴν δὲ διακονίαν πληροῦντα. Βλέπε τὴν Ῥεβέκκαν, τὴν τοῦ Βαθουὴλ θυγατέρα, τοῦ Ναχὼρ τὴν ἔγγονον, ἡλικίαν μὲν ἔχουσαν γάμου, ὥρᾳ δὲ λάμπουσαν, καὶ θαλάμοις ἐμφιλοχωρεῖν οὐκ ἀνεχομένην, ἀλλ' (41) αὐτουργοῦσαν καὶ ὑδροφοροῦσαν, καὶ εἰς τὴν πρὸ τῆς πόλεως πηγὴν διαθέουσαν· καὶ οὐ μόνον οἴκαδε τὸ ὕδωρ (42) κομίζουσαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις τὴν αὐτουργίαν παρέχουσαν, καὶ ἀνιμωμένην τὸ ὕδωρ, καὶ αὐτοῖς τε καὶ ταῖς καμήλοις προσφέρουσαν, καὶ τῆς σωφροσύνης τὸ καλὸν κτῆμα σῶον διαφυλάττουσαν, καὶ τὴν παρθενίαν ἀκήρατον διασώζουσαν, καὶ τοὺς πόνους μετὰ πάσης αἱρουμένην προθυμίας, καὶ τούτοις ὡραϊζομένην μᾶλλον, ἢ τῷ κάλλει λαμπρυνομένην. Ἐν τούτοις ὁ ταύτης υἱὸς, ἅτε δὴ ταύτης υἱὸς, ὁ μέγας Ἰακὼβ, εἴκοσι διετέλεσεν ἔτη, ποιμαίνων καὶ θηρίοις παλαίων, καὶ τῶν τῆς ἀκτῖνος λυπηρῶν ἀνεχόμενος, καὶ ὕπνου κόρον λαβεῖν οὐδὲ νύκτωρ δυνάμενος· καὶ τὰς τούτου δὲ γαμετὰς, δι' ἃς καὶ τῶν πόνων ἠνέσχετο, πρόβατα νεμούσας ἐν ταῖς ἱστορίαις εὑρίσκομεν. Καὶ οἱ τούτου δὲ παῖδες κτηνοτρόφοι τε ἦσαν, καὶ αὐτουργοὶ, καὶ ποιμένες, καὶ πολλαπλάσιον τῶν οἰκετῶν ὑπομένοντες πόνον. Καὶ ὁ θειότατος δὲ Μωϋσῆς τεσσαράκοντα ἔτη τοῦτον διετέλεσε βιοτεύων τὸν τρόπον. Καὶ ἡ τούτου δὲ γαμετὴ, ἱερέως οὖσα θυγάτηρ, πρόβατα νέμουσα, καὶ τῶν ἀδίκων ποιμένων διὰ τῆς τούτου βοηθείας ἀπαλλαγεῖσα, τὴν μνηστείαν ἐδέξατο. Ἀλλὰ γὰρ περιττὸν μηκύνειν τὸν λόγον, καὶ πάντας εἰς μέσον ἄγειν τῆς θείας Γραφῆς τοὺς μετὰ πόνων τοῦ βίου διαδραμόντας τὸν δίαυλον. Εἰ τοίνυν οὐκ οἰκετῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ δεσποτῶν ἴδιον τὸ πονεῖν, τίνος χάριν τῆς δουλείας διὰ τοὺς πόνους κατηγορεῖς; Τῶν

A servitutem vituperaveris. Quin potius vide, ut plures domini non minus quam servi laborent, imo multo magis, si curas quoque illorum laboribus annumeraveris. Et tu quidem **599** eos, qui nunc industrii habentur, inspice : ego autem veteres illos, qui plus quam servi laboraverunt, tibi demonstrabo. Noachum illum beatum spectato, qui et ligna secat, et eadem ascia dolat, et ad angulos rectos exæquat, arcam quemadmodum jussus erat ex lignis quadratis exstruit, clavis compages constringit, hoc denique modo totam illam ædificat, bitumine simul et pice illinit, et aquarum influxum hisce arcet [45]. Præterea magnum Abrahamum patriarcham, octodecim* et trecentorum vernarum dominum, ipsum opus aggredientem, hospi-
B tibus ministrantem, ad armenta currentem, vitulum attrahentem, uxorem ad panes conficiendos urgentem, et eamdem illam similiter farinam subigentem, subcinericios panes coquentem, nec ancillis ministerium hoc injungentem : ipsum vero admirandum illum senem hospitibus astantem, et ad mensam quidem non accumbentem, ejus vero ministerium omne exsequentem contemplare [46]. Similiter Rebeccam, Bathuelis filiam, Nachoris neptem, nubilem jam et forma præstantem vide [47] : quæ nequaquam in thalamis desidere sustinet, sed manum operi admovet, et aquam gestat, et ad fontem extra urbem excurrit : nec aquam modo domum defert, sed et hospitibus officium præstat : quæ et aquam
C haurit, et tam ipsis quam camelis affert, et pulchrum illud continentiæ donum incolume custodit, et virginitatem illibatam **600** conservat : interim vero laboribus omni alacritate studet, his potius conspicua esse, quam formæ dono splendere desiderans. In his et ejus filius, tanquam ejus filius, magnus Jacob, viginti annos transegit, quibus et greges pavit, et cum feris colluctatus est, æstusque molestias sustinuit : qui somno saturari ne noctu quidem potuit. Simul autem ejusdem uxores, propter quas labores hosce perpessus est, oves pavisse in historiis legimus. Sed et hujus filii greges aluerunt, pastores ac operarii fuerunt, multifarium servorum laborem sustinentes [48]. Ad hæc divinissimus Moses quadraginta vitæ annos hoc modo absolvit.
D Et hujus conjux, cum sacerdotis filia esset, oves pavit, et ab improbis pastoribus hujus auxilio liberata, ipsi matrimonio juncta est [49]. Atqui supervacaneum foret sermonem longius extendere, omnesque eos e sacra Scriptura producere, qui inter labores vitæ hujus stadium emensi sunt. Quod si ergo non servorum modo, sed et dominorum proprium est laborare, quam ob causam servitutem propter labores accusas? Servi enim ipsos heros laborum socios habent, ipsi vero dominorum curas minime participant. Quod si autem labor quidem

[45] Gen. VI, 14, 22. [46] Gen. XVIII, 6 seqq. [47] Gen. XXIV, 16 seqq. [48] Gen. XXIX, 18. [49] Exod. II, 16 seqq.; Act. VII, 29, 30.

(41) ἀλλ' αὐτ. Edit. Paris. ἀλουργοῦσαν.

(42) 33. ibid. πόρ.



Digitized by Google

servorum et dominorum communis est, cura autem dominorum propria, qua ratione movebimur, ne beatos judicemus eos qui a curis liberi sunt, sed eosdem miserorum numero ascribimus?' Quoniam itaque etiam hinc summi illius omnium Gubernatoris providentia demonstrata est, agedum singula, quæ dicta sunt, in unum collecta summatim repetamus, et clariorem faciamus illorum **601** considerationem.

Demonstratum ergo est, ut unam ab initio naturam Creator condiderit, et eamdem ratione libero arbitrio prædita dignatus sit; deinde, quod hæc, libero mentis arbitrio secus quam oportuit usa, in pejus declinarit, et in infinitas delictorum species impegerit. Legibus ergo peccati impetum refrenare oportebat, hæ vero legislatores postulabant. Unde necessario humanum genus bifariam divisum est, et hi quidem ut imperarent, alii vero ut magistratibus obedirent, ordinati sunt: ut scilicet legum metus, et magistratuum timor, nimios peccati progressus sisteret. Civitatibus ergo præsides, vicis vero curatores, exercitibus duces, his autem et illis reges, navi nauclerus, athletis pædotribæ præsunt: pueris etiam litterator, suis quoque discipulis coriarius, similiter et faber ferrarius iis qui ab ipso artem perdiscere volunt. Quapropter domui quoque paterfamilias præest. Nec enim fieri potest, ut domus aliqua sine patrefamilias salva sit et incolumis: quod hæ ipsæ testantur, quæ cum his destituuntur tantum non prorsus desolatæ videntur. Simile imperium angelorum quoque populi habent. Nam quod supra caput nostrum est cœlum, non angelos modo, verum etiam archangelos habere incolas, e sacris Scripturis didicimus. Et hi quidem præsunt, illi vero obediunt. Quod si et omnis iniquitatis expers locus, et (angelorum) natura, quæ ut corporum conditione præstat, ita affectibus quoque cunctis superior est, hunc ordinem nequaquam detrectat: sed hi quidem obedienter parent, **602** illi vero rite et decenter imperant: quid ergo stomacharis, o homo, cum inter homines, ubi plurima est ad malum propensio, et magistratuum potestatem et huic parentes subditos esse vides? Magistratuum enim gubernationem, tanquam pharmacum quoddam depulsorium peccati ulceribus, rerum Creator imposuit. Præterea pater liberis imperat, et eosdem petulantius viventes corrigit, et modestiæ studiosos collaudat. Pueris item præceptor præest, et vir conjugi, et servis paterfamilias, qui reliquis obedientiores, magisque industrios probat, et honoribus, et officiis, ac libertate sæpius impertit: ignavos vero et improbos castigat, et honestis præceptis instituit. Eumdem ordinem inter sacerdotes quoque communis omnium Deus esse voluit: et hos quidem sacerdotio dignos iudicavit, aliis vero horum impe-

A μὲν γὰρ πόνων οἱ δοῦλοι κοινωνοὺς ἔχουσι τοὺς δεσπότας, τῶν δὲ φροντίδων τοῖς δεσπόταις οὐ κοινωνοῦσιν. Εἰ δ' ὁ μὲν πόνος κοινὸς δούλων καὶ δεσποτῶν, ἡ δὲ φροντὶς ἰδία τῶν δεσποτῶν, πῶς οὐ μακαρίους κρίνομεν τοὺς τῶν φροντίδων ἀπηλλαγμένους, ἀλλὰ τοῖς ἀθλίοις ἐγκαταλέγομεν; Ἐπειδὴ τοίνυν ἄντικρυς ἐδείχθη κἀνταῦθα τοῦ τῶν ὅλων Κηδεμόνος ἡ πρόνοια, φέρε τῶν εἰρημένων ἕκαστον εἰς ἓν συναγαγόντες, ἀνακεφαλαιωσώμεθά τε, καὶ σαφεστέραν αὐτῶν τὴν κατανόησιν ποιησώμεθα.

Ἀπεδείξαμεν τοίνυν, ὡς μίαν ἐξ ἀρχῆς ὁ Ποιητὴς ἐδημιούργησε φύσιν, καὶ ταύτην αὐτεξουσίας (43) λόγῳ τετίμηκεν· εἶτα ὅτι εἰς οὐ δέον (44) αὕτη τῷ αὐθαιρέτῳ τῆς γνώμης χρησαμένη ἔῤῥεψεν ἐπὶ τὸ χεῖρον, εἰς μυρία τε πλημμελημάτων ἐξώκειλεν εἴδη. B Ἔδει τοιγαροῦν νόμοις ἀναχαιτίσαι τῆς ἁμαρτίας τὴν ῥύμην, οἱ δὲ νόμοι τῶν τιθέντων ἐδέοντο. Διῃρέθη τοίνυν ἀναγκαίως διχῇ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις· καὶ οἱ μὲν ἄρχειν ἐτάχθησαν, οἱ δὲ τοῖς ἄρχουσιν ὑπακούειν· ἵνα τῶν νόμων ὁ φόβος, καὶ τῶν ἀρχόντων τὸ δέος, τὴν πολλὴν τῆς κακίας καταπαύσῃ φοράν. Ἄρχουσι τοιγαροῦν πόλεων μὲν, ἄρχοντες· κωμῶν δὲ, κηδεμόνες· στρατηγοὶ, στρατείας· καὶ τούτων δὲ κἀκείνων οἱ βασιλεῖς· τῆς νηὸς, ὁ κυβερνήτης· τῶν ἀθλητῶν, οἱ παιδοτρίβαι· ὁ γραμματιστὴς, τῶν μειρακίων· ὁ σκυτοτόμος, τῶν φοιτητῶν· ὁ χαλκοτύπος ὡσαύτως τῶν παρ' αὐτοῦ μαθεῖν βουλομένων τὴν τέχνην. Ἄρχει τοιγαροῦν καὶ τῆς οἰκίας ὁ δεσπότης. Οὔτε γὰρ οἷόν τε δεσπότου δίχα πράττειν καλῶς οἰκίαν· καὶ μαρτυροῦσιν αἱ τούτων ἐστερημέναι, παντάπασιν ἐρη- C μούμεναι. Ταύτην τὴν ἡγεμονίαν ἔχουσι καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι· διδασκόμεθα γὰρ ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς, ὡς οὐκ ἀγγέλους ἔχει μόνους, ἀλλὰ καὶ ἀρχαγγέλους οἰκήτορας ὁ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν οὐρανός· καὶ οἱ μὲν προστατεύουσιν, οἱ δὲ ὑπακούουσιν. Εἰ (45) δὲ καὶ τὸ παρανομίας ἐλεύθερον χωρίον (46), καὶ ἡ σωμάτων καὶ παθῶν ὑπερτέρα φύσις, ταύτην οὐκ ἠρνήθη τὴν τάξιν, ἀλλ' οἱ μὲν εὐπειθῶς ὑπακούουσιν, οἱ δὲ κοσμίως ἡγεμονεύουσι, τί δυσχεραίνεις, ἄνθρωπε, παρ' ἀνθρώποις βλέπων, ἔνθα πολλὴ περὶ τὸ χεῖρον ἡ ῥοπὴ, τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον; Οἷον γάρ τι φάρμακον ἀλεξίκακον τοῖς τῆς ἀνομίας ἕλκεσι, τὴν τῶν ἀρχόντων οἰκονομίαν ὁ Ποιητὴς ἐπιτέθεικεν. Ἄρχει καὶ παίδων πατὴρ, D καὶ παιδεύει τοὺς παῖδας ἀκολασταίνοντας, καὶ ἐπαινεῖ σωφρονοῦντας. Ἄρχει παιδίων ὁ διδάσκαλος, καὶ τῆς ὁμόζυγος ὁ ἀνὴρ, καὶ τῶν οἰκετῶν ὁ δεσπότης, τοὺς μὲν εὐνουστέρους ἀποδεχόμενος, καὶ τιμῆς ἀξιῶν, καὶ θεραπείας (47), καὶ ἐλευθερίας πολλάκις· τοὺς δὲ νωθεῖς καὶ κακουργεῖν εἰθισμένους παιδεύων, καὶ καλοκαγαθίαν διδάσκων. Ταύτην τὴν τάξιν καὶ τοῖς ἱερεῦσι δέδωκεν ὁ τῶν ὅλων Θεός· καὶ τοὺς μὲν ἱερωσύνης ἠξίωσεν, τοῖς δὲ τὴν τούτων ἡγεμονίαν ἐπίστευσε· καὶ ἄλλα δὲ εἴδη ταγμάτων ὑπ' ἐκείνους πεποίηκεν. Εἰ δὲ βλέπων ἐνίους τῶν δεσποτῶν, ἄγαν ὠμοὺς, καὶ λίαν ἀκολάστους,

(43) αὐτεξ. Edit. Paris. αὐτεξουσίῳ.
(44) οὐ δέον. ibid. οὐδέν.
(45) εἰ. ibid. οἱ.

dem, somniis fidem habens, me fratribus imperaturum, et paternæ domus principem futurum speravi: at non modo imperium non assecutus, verum etiam libertate spoliatus in miseram servitutem redactus sum. Et ne servus quidem secundis flatibus fortunæ vectus sum, sed et illic infinitis implicitus calamitatum procellis carcerem inhabitare cogor. Nequaquam ergo vos nocturnæ visiones perturbent. Insomniorum genus a veritate alienissimum est. Nihil horum dixit, imo nec cogitavit generosus ille vir, qui sic ait illis: «Nonne per Deum horum manifestatio est? Annuntiate ergo mihi [41].» Et ubique Dei nomen circumfert, et hoc animam simul atque sermones suos exornat. At cum interpretationem Dei esse dicit, aliquid in hac audet, ut qui se divinum quoddam templum effecerat. Narrabant igitur, ipse vero interpretabatur, et quæ ænigmatis speciem præ se ferebant, ac obscuriora erant, explicabat. Postquam vero interpretationem absolvit, pincernæ dicit: «Cæterum memento mei, cum bene tibi erit: quoniam furto sublatus sum de terra Hebræorum, et hic nihil mali commisi, et in lacum domus hujus conjecerunt me [42].» Nec ipsa necessitate jubente fratrum malitiam * detegit, **620** sed furti prætextum infert, ac eos, qui ipsum servitutis jugo subjecerant, ne verbis quidem insectatur, sed ingenito sibi pudore injustitiam ipsorum tegit: nec fratres solummodo accusare non vult, sed nec heræ suæ nequitiam hujus ignaris manifestavit, et cum tantam illius petulantiam, lasciviam, mendacium, calumnias, et insidias probe perspectas haberet, nihil quidem horum, sed simplicem duntaxat sui excusationem protulit. «Quoniam furtim, inquit, raptus sum de terra Hebræorum, et hic nihil mali feci, et conjecerunt me in lacum carceris hujus.» Inspice verborum prudentiam, inspice mentis magnanimitatem, inspice liberam et imperterritam sapientiam, inspice animam semper sibi similem, quæ nec prosperitate effertur, nec infortuniis dejicitur, sed omnia simul tam tristia quam jucunda vitæ hujus deridet, solam vero virtutem miratur, et hanc exsequi studet. Quid huic abominabilis nocuit heræ improbitas? Quid illum ejusdem nequitia læsit? Minime ergo pronunties dominorum iniquitatem servis nocere. Nam fieri potest, ut qui malis heris servit, malitiæ imitationem pro virili effugiat. Ut vero intelligas, nec herilem potestatem malitiæ magistram, nec divitias vitiorum auctores esse, illum ipsum manumissum jam, et secundum a rege factum contemplare, qui throni majestate non effertur, sed principatum mansuetudine temperat, et imperium non nisi curam esse docet. Qui, inquam, fratres mortem sibi

A ποθεῖτε· ἐγὼ δὲ τὴν πεῖραν ἔχων διδάσκαλον, καταγελᾷν ὑμᾶς τούτων παρεγγυῶ· οὐδὲν γὰρ οὗτοι μηνύουσιν ἀληθὲς, ἀλλὰ τἀναντία πάντα τῇ ἀληθείᾳ προλέγουσιν. Ἤλπισα τῶν ἀδελφῶν ἡγεμονεύσειν (13), καὶ τῆς πατρῴας ἄρξειν οἰκίας, ὀνείροις ποτὲ (14) πιστεύσας ἐγώ· καὶ οὐ μόνον τῆς ἡγεμονίας οὐκ ἔτυχον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐκπεσὼν, δοῦλος ὁ ταλαίπωρος ἐγενόμην. Καὶ οὐδὲ δουλεύων ἐξ ουρίων ἠνέχθην, ἀλλὰ κἀνταῦθα μυρίαις περιπεσὼν τρικυμίαις, δεσμωτήριον οἰκεῖν ἀναγκάζομαι. Μὴ τοίνυν ὑμᾶς ταραττέτωσαν αἱ νυκτεριναὶ φαντασίαι· ἀληθείας πόῤῥω τυγχάνει τῶν ὀνείρων τὸ γένος. Οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν ὁ γενναῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἀλλά φησι πρὸς αὐτούς· «Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν; Ἀπαγγείλατε (15) οὖν B μοι.» Καὶ πανταχοῦ τὸ θεῖον ὄνομα περιφέρει, καὶ τούτῳ τήν τε ψυχὴν ὁμοῦ καὶ τοὺς λόγους κατακοσμεῖ. Καὶ Θεοῦ λέγων εἶναι τὴν ἑρμηνείαν, καταθαῤῥεῖ ταύτης, ἅτε δὴ θεῖον ἑαυτὸν κατασκευάσας νεών. Ἀπήγγελλον οὖν (16), ὁ δὲ ἡρμήνευε, καὶ τὰ αἰνιγματώδη καὶ συνεσκιασμένα ἐγύμνου. Καὶ μετὰ τὸ τέλος τῆς ἑρμηνείας, τῷ ἀρχιοινοχόῳ φησίν· «Ἀλλὰ μνήσθητί μου, ὅταν εὖ σοι γένηται, ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν κακὸν, καὶ ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦ οἴκου τούτου.» Καὶ οὐδὲ τῆς ἀνάγκης καλεσάσης (17), τὴν τῶν ἀδελφῶν ἐγύμνωσε πονηρίαν, ἀλλὰ πρόσωπον ὑποδεικνύει τὸ τῆς κλοπῆς δρᾶμα, καὶ τοὺς ἔργῳ δοῦλον πεποιηκότας, λόγῳ παροινεῖν οὐκ ἀνέχεται, ἀλλ' αἰδοῖ τῆς φύσεως συγκαλύπτει τὴν ἀδικίαν· οὐ μόνον δὲ τὴν C τῶν ἀδελφῶν γραφὴν εἰσενεγκεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' οὐδὲ τῆς δεσποίνης τὴν πονηρίαν τοῖς ἀγνοοῦσι δήλην πεποίηκε· καὶ τοσαύτην αὐτῇ συνειδὼς λαγνείαν, ἀκολασίαν, ψεῦδος, συκοφαντίαν, ἐπιβουλὴν, τούτων μὲν οὐδὲν εἰς μέσον παρήγαγεν, ἁπλῆν δὲ μόνην ὑπὲρ ἑαυτοῦ (18) τὴν ἀπολογίαν εἰσήνεγκεν· «Ὅτι κλοπῇ, φησὶν, ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐδὲν κακὸν ἐποίησα, καὶ ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦ ὀχυρώματος τούτου.» Βλέπε ῥημάτων φιλοσοφίαν, βλέπε διανοίας μεγαλοψυχίαν, βλέπε φρόνημα ἀδούλωτον καὶ ἀκατάπληκτον, βλέπε ψυχὴν τὴν αὐτὴν ἀεὶ, καὶ μήτε ἐν εὐημερίαις ἐπαιρομένην, μήτε ἐν δυσκληρίαις ταπεινουμένην, ἀλλὰ πάντα γελῶσαν καὶ τὰ λυπηρὰ τοῦ βίου, καὶ τὰ τερπνὰ, μόνην δὲ ἀρετὴν D θαυμάζουσαν, καὶ ταύτης μετιέναι σπουδάζουσαν. Τί τοῦτον (19) ἡ τῆς δεσποίνης ἐλυμήνατο βδελυρία; Τί δὲ αὐτὸν ἡ ἐκείνης ἔβλαψε πονηρία; Μὴ τοίνυν ὁρίζου βλάβην εἶναι δούλων τῶν δεσποτῶν τὴν μοχθηρίαν· δυνατὸν γὰρ καὶ πονηροῖς δεσπόταις δουλεύοντα, φυγεῖν παντὶ σθένει τῆς πονηρίας τὴν μίμησιν. Ὅτι δὲ οὐ δεσποτεία πονηρίας διδάσκαλος, οὔτε πλοῦτος κακίας δημιουργὸς, βλέπε τοῦτον αὐτὸν, τῆς μὲν δουλείας ἀπαλλαττόμενον, καὶ τῆς βα-

[41] Gen. XL, 8. [42] ibid. 14, 15.

(13) ἡγ. Edit. Paris. ἡγεμονεύειν.
(14) ποτέ. ibid. post πιστεύσας ponitur, omisso ἐγώ.
(15) ἀπ. Loc. cit. leg. διηγήσασθε.
(16) ἀπ. οὖν. Des. in edit. Paris.
(17) καλ. ibid. ἐγκαλεσάσης.
(18) ὑπ. ἑαυτ. Edit. Paris. περὶ αὐτοῦ.
(19) τοῦτ. ibid. τοίνυν.

Digitized by Google

σιλείας τὰ δεύτερα λαμβάνοντα, καὶ τοῖς θρόνοις οὐκ ἐπαιρόμενον, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν ἠπιότητι κεραννύντα, καὶ τὴν ἡγεμονίαν κηδεμονίαν δεικνύντα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ὁρῶντα μὲν φόνον ἀρτύοντας, οὐ φονῶντα δέ· καὶ τῶν μὲν ὀνείρων ἀναμιμνησκόμενον, τοῦ δὲ φθόνου τῶν ὀνείρων ἐπιλανθανόμενον. Ὁ μὲν γὰρ λιμὸς τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον εἵλκυσεν, ἡ δὲ χρεία προσκυνεῖν ἠνάγκαζεν ἀγνοοῦντας τὸν προσκυνούμενον· οἱ δὲ πολεμηθέντες ὄνειροι, διὰ τῶν ἐπιβουλευσάντων τὸ πέρας ἐλάμβανον. Καὶ οἱ τῶν ὀνείρων χάριν τὸν ἀδελφὸν ἀποδόμενοι, ἵνα μὴ προσκυνήσωσιν ὡς προεῖπον οἱ ὄνειροι, τῇ πράσει τὴν προσκύνησιν κατεσκεύασαν. Πραθεὶς γὰρ, ἐδούλευσε· δουλεύσας, τὴν (20) τῆς δεσποίνης ἀκολασίαν ἐμίσησε· μισήσας, συκοφαντίαν ὑπέμεινε· συκοφαντηθεὶς, δεσμωτήριον ᾤκησε (21)· καθειρχθεὶς, τοῖς τοῦ βασιλέως οἰκέταις τοὺς ὀνείρους ἡρμήνευσεν. Ἐκεῖθεν γίνεται γνώριμος (22) τῷ βασιλεῖ, ἀπαλλάττει θορυβούμενον ὑπ' ὀνείρων· καὶ σαφῶς ἑρμηνεύσας, καὶ τὸ πρακτέον συμβουλεύσας, χειροτονεῖται λοιπὸν ὧν συνεβούλευσεν οἰκονόμος. Κεράννυσι τῇ φορᾷ τῶν καρπῶν τὴν προσδοκωμένην τῆς γῆς ἀκαρπίαν, καὶ τὴν εὐετηρίαν φυλάττει φάρμακον τῷ λιμῷ· καὶ γίνεται τροφεὺς, οὐκ Αἰγυπτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδελφῶν, οἳ τροφὴν αὐτὸν ἐποιήσαντο. Προσκυνοῦσι τοιγαροῦν αὐτὸν ἀληθῶς οἱ τῶν ὀνείρων φθονήσαντες, καὶ οἱ τὴν ἐν ὀνείρῳ προσκύνησιν οὐ (23) δεξάμενοι, τὴν ἀληθῆ προσκύνησιν ἐποιήσαντο. Ὁ δὲ τὴν μὲν προσκύνησιν δέχεται, τοῖς δὲ ἴσοις τοὺς ἀδελφοὺς οὐκ ἀμείβεται, ἀλλὰ καὶ (24) τρέφει, καὶ θεραπεύει, καὶ προῖκα τὸν σῖτον δωρεῖται. Καὶ τὸ τελευταῖον, τὸν ὁμογάστορα θεασάμενος ἀδελφὸν, καὶ τὸ δρᾶμα τῆς ἐπιβουλῆς ὑφήνας, ὡς εἶδεν αὐτοὺς ὑπερμαχοῦντας τοῦ νέου, καὶ τὴν τοῦ πρεσβύτου πατρὸς θεραπείαν τῆς σφῶν αὐτῶν προτιμῶντας ἐλευθερίας, τὸ προσωπεῖον τῆς ἀπειλῆς (25) ἀφελόμενος, καὶ πάντας ἔξω γενέσθαι (26) τοῦ δικαστηρίου κελεύσας· « Ἐγὼ, φησὶν, εἰμὶ Ἰωσὴφ ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, ὃν εἰς Αἴγυπτον ἀπέδοσθε. » Καὶ ἵνα μὴ παραυτίκα τῷ δέει καταπλαγέντες, τὸν τῆς ἀποπληξίας ὑπομείνωσιν ὄλεθρον, εὐθὺς ἐπήγαγε λέγων· « Καὶ νῦν μὴ φοβεῖσθε (27), μηδὲ σκληρὸν ὑμῖν φανήτω· εἰς γὰρ ζωὴν ἀπέσταλκέ (28) με ὁ Θεὸς ἔμπροσθεν ὑμῶν. » Ἐπειδὴ (29) γὰρ ᾔδει πάσης (30) αὐτοὺς ἀπολογίας γεγυμνωμένους, καὶ τὴν γλῶτταν αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πεπεδημένην, αὐτὸς ὁ τὰ μυρία ἐκεῖνα πεπονθὼς δεινὰ, τὴν μὲν κατηγορίαν ἐξ, τὴν δὲ ἀπολογίαν εἰσφέρει. « Εἰς γὰρ ζωὴν ἀπέσταλκέ με ὁ Θεὸς ἔμπροσθεν ὑμῶν, ἵνα διατραφῇ λαὸς πολύς. » Οὐχ ὑμῶν, φησὶ, τὸ ἔργον, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. Μὴ δυσχεραίνετέ μου τὴν δουλείαν, θείαν οὖσαν οἰκονομίαν. Ἀπόθεσθε τὸ δέος· οὐδὲν ἐντεῦθεν γεγένηται χαλεπόν. Πάσης τῆς Αἰγύπτου τὴν ἡγεμονίαν

A molitos coram videt, non tamen interficit, et 621 somniorum quidem recordatur, invidiæ autem inde exortæ obliviscitur. Fames enim fratres in Ægyptum traxit, et necessitas quem ignorabant adorare coegit : tunc (illorum conatibus) oppugnata insomnia per eosdem insidiatores impleta sunt. Quique fratrem propter somnia vendiderant, ne ipsum aliquando, ut somniis prædictum erat, adorarent, venditione sua adorationem promoverunt. Venditus enim servivit : servum agens dominæ suæ intemperantiam abominatus est : hanc cum abominatus esset, calumniis accusatus carcerem inhabitavit : in carcere detentus aulicis somnia exposuit. Hinc regi notus fit, quem somniis turbatum omni cura liberat. ' Cumque ea evidenter interpretatus B esset, et quod faciendum erat consuluisset, eorum quæ consulueral administrator electus est. Ibi frugum abundantia futuram terræ sterilitatem temperat, et fertilitatem in famis remedium reservat : et non Ægyptiorum modo, sed et fratrum nutritor fit, qui ipsum aliis devorandum exposuerant. Vere itaque illum adorant, quos somniorum invidia exagitaverat, quique in somniis factam adorationem admittere noluerant, veram adorationem perficiunt. Hic vero adorari quidem se patitur, fratribus autem non paria refert, sed alit, curat, et frumentum gratis largitur. Postremo uterinum fratrem conspicatus, et insidiarum fabulam texens, ubi illos pro puero decertare, et veluli patris 622 salutem pro- C priæ libertati præferre vidit, deposita minarum persona, omnibusque prætorio exire jussis : « Ego, inquit, sum Joseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum [62*]. » Et ne subito timore perculsi apoplexiæ discrimen subirent, mox infert : « Et nunc ne timeatis, nec id vobis durum videatur : in vitam enim misit me Deus ante vos [62**]. » Quia enim illos omni excusatione destitutos, et linguam ipsorum peccati conscientia astrictam noverat, ipse infinitas hasce adversitates passus, accusationem quidem omittit, excusationem vero infert. « In vitam enim misit me Deus ante vos, ut aleretur populus multus [63]. » Non vestrum, inquit, sed Dei hoc opus est. Nec mea vobis doleat servitus, quæ Dei est administratio. Timorem deponite, nibil hinc difficulta- D tis evenit. Per servitutem totius Ægypti imperium consecutus sum : per hanc secundum a rege locum teneo, et mihi tantæ gentis habenæ commissæ sunt. Talis hic fuit et serviens et regnans : talis in prospera et adversa fortuna : talis cum affligeretur et prospere ageret. Proinde nec opes, nec imperium, nec paupertas, nec servitus malitiam pariunt, sed ubique mentis arbitrium regnat.

[62*] Gen. XLV, 3, 4. [62**] ibid. 5. [63] ibid. 7, 8.

(20) τὴν — ἐμίσησε. Des. in edit. Paris.
(21) δεσμ. ᾤκ. ibid. inverso ordine legitur.
(22) γν. ibid. post τῷ βασιλεῖ ponitur.
(23) οὐ. ibid. μή.
(24) καί. Des. ibid.
(25) τ. ἀπ. Des. in edit. Paris.
(26) γεν. ibid. post τοῦ δικαστ. ponitur.
(27) φοβ. Loco cit. apud LXX, est λυπεῖσθε.
(28) ἀπ. ibid. ἀπέστειλε.
(29) ἐπ. Edit. Paris. ἵνα δή.
(30) πάσης. ibid. post αὐτούς ponitur.

Digitized by Google

ἐδεξάμην διὰ δουλείας· διὰ ταύτης ἔχω βασιλείας τὰ δεύτερα, καὶ τὰς ἡνίας κατέχειν ἔθνους τοσούτου πεπίστευμαι. Τοιοῦτος οὗτος, καὶ δουλεύων, καὶ βασιλεύων· τοιοῦτος ἐν εὐκληρίᾳ καὶ δυσκληρίᾳ· τοιοῦτος κακοπραγῶν καὶ λίαν εὐημερῶν. Οὔκουν οὐ πλοῦτος, οὐδὲ δεσποτεία, οὐ πενία, οὐδὲ δουλεία τὴν κακίαν γεννῶσιν, ἀλλὰ πανταχοῦ κρατεῖ τὸ τῆς γνώμης αὐθαίρετον.

Quod vero servorum virtuti dominorum malitia nihil noceat, ex aliis quoque exemplis facile disci potest. **623** Quis eorum, qui sacris Litteris instituti sunt, Achabi malitiam, et Jezabelis * impietatem, adeoque contra Deum conceptam rabiem ignorat? Nihilominus tamen iisdem illis Abdias serviens, et officium quoddam ab illis commissum administrans, non modo herilia vestigia non secutus est, sed plane aliam viam est ingressus. Nam hi quidem contra Dei prophetas insanientes, omnes mactari præceperant, et servorum Dei internecionem voluptatis loco ducebant, in hoc incumbendo, si pietatis forte scintillam exstinguere possent. Hic vero profanos dominorum conatus oppugnabat, et in hoc erat ut pietatis flammam salvam servare posset, centumque prophetas in duabus speluncis absconditos alebat, cum interea gravissima tum temporis fames, quam Elias hominibus induxerat, impietatis pœnas ab ipsis exigens, reliquam terram omnem occupavisset. Atqui illum nec belluina dominorum mens perterruit, nec piorum cædes timore perculit, nec famis tyrannis, et alimentorum penuria eum circa prophetarum curam parciorem reddidit: sed illorum quidem crudelitatem abominatus, sufficientem his victum afferebat, illorum salutem propriæ securitati præferens, et vitam, quæ sine illis transigenda esset, mortis loco ducens. Et in his quidem, in quibus Deus nequaquam oppugnabatur, debitum officium heris suis detulit: leges vero contra universalem omnium Creatorem promulgatas ridendas putans, harum quidem auctores odio habebat, eorum vero **624** qui jussa exsequi cogebantur, miserebatur: et cum istud obsequium summam putaret perniciem, quos perdere jussus erat salute dignabatur: mortem videlicet pietati junctam vita impia honestiorem judicans. Proinde nequaquam illi abominabilis herorum impietas nocuit, sed eorumdem malitia insignem omnibusque conspicuum reddidit. Nihil enim animo pietatis studio destinato firmius, nihil anima, quæ vitiis servire non vult, robustius. Sed nescio quid mihi accidat, dum virorum optimorum virtus sermonem urgens, illum æquo longius extendere cogit. Agedum ergo, ulterius hunc protrahentes, ad aliud exemplum transeamus.

Sedecias quidam ultimus Judæorum * rex fuit, qui et ipse gravi impietatis morbo laboravit, et divini verbi oracula audire non sustinuit. Hic divinissimum Jeremiam, qui tunc temporis prophetam agens Dei oracula hominibus reddebat, in cisternam

A Ὅτι δὲ οἰκετῶν ἀρετὴν δεσποτῶν οὐ λυμαίνεται πονηρία, καὶ ἀφ' ἑτέρων παραδειγμάτων καταμαθεῖν εὐπετές. Τίς ἀγνοεῖ τῶν τὰ θεῖα πεπαιδευμένων, τοῦ Ἀχαὰβ τὴν πονηρίαν, καὶ τῆς Ἰεζάβελ τὴν δυσσέβειαν, καὶ τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ λύτταν; Ἀλλ' ὅμως τούτοις Ἀβδιοῦ δουλεύων, καὶ παρὰ τούτων οἰκονομίαν τινὰ πεπιστευμένος, οὐ μόνον τοῖς δεσποτικοῖς οὐχ ἠκολούθησεν ἴχνεσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐναντίαν ἐκείνοις ὁδεύων διετέλεσεν. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ (31) προφητῶν μεμηνότες, ἅπαντας ἠπείγοντο παραδιδόναι (32) σφαγῇ, καὶ τρυφὴν ἡγοῦντο τῶν τοῦ Θεοῦ θεραπευτῶν (33) τὴν ἀναίρεσιν, πανταχῶς τὸν τῆς εὐσεβείας σπινθῆρα κατασβέσαι φιλονεικοῦντες. Ὁ δὲ, ταῖς τῶν δεσποτῶν ἀνοσιουργίαις ἀντηγωνίζετο, καὶ τῆς εὐσεβείας τὸν πυρσὸν σῶον B φυλάττειν ἐσπούδαζε, καὶ προφήτας ἑκατὸν ἐν δύο σπηλαίοις καταχρύψας ἔτρεφε, λιμοῦ χαλεποῦ τηνικαῦτα (34) τὴν οἰκουμένην κατέχοντος, ὃν ὁ μέγας Ἠλίας ἐπεστράτευσε τοῖς ἀνθρώποις, δίκας αὐτοὺς (35) τῆς ἀσεβείας εἰσπραττόμενος. Καὶ οὔτε τῶν δεσποτῶν αὐτὸν ἡ θηριώδης ἐφόβησεν (36) γνώμη, οὔτε τῶν εὐσεβῶν ἐξεδειμάτωσεν ἡ σφαγὴ, οὔτε ἡ τοῦ λιμοῦ τυραννὶς, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἡ σπάνις, μικρολόγον αὐτὸν περὶ τὴν τῶν ἁγίων προφητῶν θεραπείαν ἀπέφηνεν· ἀλλ' ἐκείνους μὲν τῆς ὠμότητος ἐβδελύττετο, τούτοις δὲ τὴν αὐτάρκη προσέφερε χρείαν, τῆς οἰκείας ἀσφαλείας τὴν ἐκείνων προαιρούμενος σωτηρίαν, καὶ θάνατον ἡγούμενος τὴν ἄνευ ἐκείνων ζωήν. Καὶ ἐν οἷς μὲν οὐκ ἐπολεμεῖτο Θεὸς, οὐδαμῶς τὴν C πρέπουσαν διακονίαν τοῖς δεσπόταις προσέφερε· τοὺς δὲ κατὰ τοῦ πάντα πεποιηκότος τιθεμένους νόμους καταγελάστους ἡγούμενος, τοὺς μὲν τιθέντας (37) ἐμίσει, τοὺς δὲ δρᾷν τὸ κελευόμενον ἀναγκαζομένους ἠλέει· ὀλεθρίαν δὲ τὴν τοιαύτην διακονίαν ἡγούμενος, τοὺς ἀναιρεῖσθαι κελευομένους σωτηρίας ἠξίου, τὴν μετ' εὐσεβείας τελευτὴν τῆς σὺν ἀσεβείᾳ ζωῆς τιμιωτέραν ἡγούμενος. Οὔκουν οὐκ ἔβλαψεν αὐτὸν ἡ τῶν δεσποτῶν βδελυρία, ἀλλ' ἐπίσημον ἀπέφηνε καὶ περίβλεπτον τῶν κυρίων ἡ πονηρία. Οὐδὲν γὰρ γνώμης προαιρουμένης εὐσεβεῖν ἰσχυρότερον, οὐδὲν δυνατώτερον ψυχῆς κακίᾳ δουλεύειν οὐ βουλομένης. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα τί πάθω, τῆς τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν ἀρετῆς βιαζομένης τὸν λόγον, καὶ πέρα τοῦ μέτρου μηκύνειν ἀναγκαζούσης. Φέρε τοίνυν (38) τοῦτον ἑλκύσαντες, ἐφ' ἕτερον μεταβῶμεν παράδειγμα.

D Σεδεκίας τις ἔσχατος ἐγένετο βασιλεὺς τῶν (39) Ἰουδαίων, πολλὴν καὶ αὐτὸς νοσήσας ἀσέβειαν, καὶ τῶν θείων χρησμῶν ἐπαΐειν οὐκ ἀνεχόμενος. Οὗτος τὸν θειότατον Ἱερεμίαν, τηνικαῦτα προφητεύοντα, καὶ διαπορθμεύοντα τοῖς ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ τὰ θεσ-

(31) τοῦ Θ. In edit. Paris. post προφητῶν ponitur.
(32) παρ. ibid. παραδοῦναι.
(33) θερ. ibid. θεραπόντων.
(34) τήν. Des. ibid.
(35) αὐτ. ibid. αὐτοῖς.
(36) ἐφ. ibid. post γνώμη ponitur.
(37) τιθ. ibid. τιθεμένους.
(38) τοίν. Des. in edit. Paris.
(39) τῶν. Des. ibid.

Digitized by Google

τίσματα, εἰς λάκκον καθῆκε δυσώδη βόρβορον ἔχοντα, ὅτι λυπηρὰ λίαν καὶ ἀλγεινὰ προηγόρευσεν. Ἀβδεμέλεχ δέ τις οἰκέτης Αἰθίοψ ἐκτομίας, οὐ τῆς βασιλείας τὸν ὄγκον εἰς νοῦν λαβὼν, οὐ τὴν κρατοῦσαν ἀσέβειαν, οὐ τὴν κατὰ τοῦ προφήτου μανίαν, οὐ τῆς δουλείας τὴν συμφορὰν, ἐλέγχει μὲν τοῦ βασιλέως τὴν ἄδικον ψῆφον, κατηγορεῖ δὲ τῆς κατὰ τοῦ προφήτου τολμηθείσης παρανομίας, καὶ τὸν τῶν γινομένων ἔφορον ὑποδείκνυσι, καὶ τῇ δικαίᾳ τιμωρίᾳ τὸν βασιλέα δεδίττεται. Καὶ γίνεται σύμβουλος τοῦ βασιλέως ὁ οἰκέτης, τοῦ ἀνδρὸς ὁ εὐνοῦχος, τοῦ ἡμεδαποῦ ὁ ὀθνεῖος, τοῦ Ἰσραηλίτου ὁ Αἰθίοψ, ὁ ἐκ τοῦ Χὰμ τοῦ ἐκ τοῦ Σὴμ τὸ γένος κατάγοντος. Καὶ πείθει τοῖς εὐσεβέσι λόγοις τὸν βασιλέα, καὶ ἀνάγει τὸν προφήτην ἐκ τῆς πικρᾶς ἐκείνης καὶ ζοφώδους καὶ δυσώδους εἱρκτῆς, καὶ τὴν ἀναγκαίαν αὐτῷ χορηγεῖ τροφὴν πάντα τῆς πολιορκίας τὸν χρόνον. Καὶ λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ μισθὸν τῆς εὐσεβείας, τὴν εὐλογίαν· καὶ τῆς πόλεως ἁλούσης, καὶ τῶν οἰκούντων τὰ βασίλεια κατασφαγέντων, οὗτος ἀπολαύει τῆς σωτηρίας κατὰ τὴν θείαν ὑπόσχεσιν.

A graveolenti cœno fetidam demisit, eo quod tristia valde et molesta fata prædiceret. Sed Abdemelech quidam famulus Æthiops eunuchus, nec aulæ regiæ fastum, nec regnantem in hac impietatem, nec contra prophetam conceptum furorem, nec servitutis miseram conditionem animo volvens, injustam regis sententiam reprehendit, iniquissimum vero in prophetam patratum facinus accusat, et summum rerum omnium inspectorem monstrat, regemque justa pœna perterret. Atque regis consiliarius fit famulus, viri eunuchus, inquilini alienigena, Israelitæ Æthiops, quique e **625** Cham oriundus erat, ejus qui genus ex Semo deducebat. Sed et regi piis sermonibus persuadet, prophetamque ex injucundo isto, obscuro et graveolenti carcere liberat, ac toto obsidio- B nis tempore sufficientem illi victum largitur. Tum a Deo benedictionem pietatis præmium accipit, et cum capta urbe aulici omnes cæderentur, hic juxta Dei promissionem salute fruitur.

Εὔδηλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς οὐ λυμαίνονται μόνον τοῖς ἀγαθοῖς οἰκέταις οἱ πονηροὶ δεσπόται, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἐξ ἐκείνων ὠφέλειαν καρποῦνται. Καὶ τοῦτο πάλιν καὶ ἑτέρωθεν ἔστι καταμαθεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνάστατος ἡ πόλις ἐκείνη διὰ τὴν πολλὴν παρανομίαν ἐγένετο, καὶ (40) πολλοὺς μὲν ὁ λιμὸς ἐδαπάνησε, πολλοὺς δὲ ὁ πόλεμος θανάτῳ παρέπεμψε, τοὺς δ' ὑπολοίπους εἰς Βαβυλῶνα δορυαλώτους ὁ τῶν Χαλδαίων ἀπήγαγε βασιλεύς· εἶτα τοὺς ἐξ εὐγενῶν πεφυκότας, καὶ ὥρᾳ σώματος λάμποντας, καὶ ἡλικίας ἀκμῇ νεανιευομένους ἀποκρίνας, ἔνδον ἐν (41) τοῖς βασιλείοις διάγειν ἐκέλευσε, τὴν βασιλικὴν διακονίαν πληροῦντας. Πρότερον δὲ αὐτοὺς ἐκέλευσε τὴν ἐκ τῆς πολιορκίας καὶ τῆς ὁδοιπορίας ἀποδύσασθαι κακουχίαν, διαίτῃ λαμπρᾷ, καὶ σιτίοις (42) καὶ ὄψοις ἐκ τῆς βασιλικῆς προσφερομένοις τραπέζης. Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὴν τῶν θείων μειρακίων ἐκείνων εὐγένειαν· οὔτε γὰρ ἡ τῆς πόλεως ἅλωσις, οὐχ ὁ τοῦ θείου νεὼ ἐμπρησμὸς, οὐχ ἡ τῶν ἀδύτων καὶ ἀψαύστων ἐρημία, οὐ τὰ θεῖα σκεύη λάφυρα τῶν Βαρβάρων γεγενημένα, οὐχ ἡ τῶν βασιλέων ἀναίρεσις, οὐχ ἡ τῶν ἱερέων (43) σφαγὴ, οὐχ ἡ πόῤῥωθεν τῶν ἁγίων οἴκησις, οὐχ ἡ ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ διατριβὴ, οὐχ ἡ ἐρημία τῶν διδασκόντων, οὐχ ἡ τῶν κρατούντων ἀσέβεια, οὐχ ἡ τῆς δουλείας ἀνάγκη, οὐχ ὁ βαρὺς τοῦ βασιλέως ζυγὸς, οὐ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον, οὐ πόθος ζωῆς, οὐ φόβος τελευτῆς, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ἀνέπεισε μικρόν τι παραφεῖναι (44) καὶ παραβῆναι τῶν τοῦ νόμου γραμμάτων. Ἀλλὰ παρακαλοῦσι μὲν τὸν κηδεμόνα (45) σφῶν γεγενημένον, τὴν ἀπὸ σπερμάτων αὐτοῖς χορηγῆσαι τροφὴν, τὴν βασιλικὴν βδελυττόμενοι θοίνην, καὶ τὴν ποικίλην ἐκείνην μυσαττόμενοι

Constat ergo ex iis quæ dicta sunt, quod bonis famulis non modo non noceant mali domini, sed quod illi magnam quoque ex iis utilitatem percipiant. Et hoc aliunde quoque videre licet. Postquam enim urbs illa propter multam iniquitatem vastata est, multisque bello absumptis, et multis fame necatis, reliquos in Babylonem captivos Chaldæorum rex abduxit: tum deinde selectos eos, qui, e nobilioribus nati, corporis forma et ætatis flore splende- C bant, intra regiam habitare jussit, regiis nimirum obsequiis exsequendis destinatos [64]. Prius vero corporum valetudinem infirmiorem, quam ex obsidione et profectione contraxerant, lautiori victu, cibis item et obsoniis a regia mensa sumptis, exuere præcepit. Hic mihi divinorum illorum juvenum generositatem inspice. Nec enim urbis excidium, nec divini templi incendium, nec adytorum et sanctissimorum locorum vastitas, nec sacra vasa **626** Barbarorum manibus direpta, nec regum cædes, non sacerdotum mactatio, non tam procul a sanctis remota sedes, non peregrinatio in aliena terra, non doctorum inopia, non dominorum impietas, non servitutis necessitas, non grave regis jugum, non D ætas tenera, non vitæ desiderium, non mortis metus, non quidquam horum aliud persuasit, ut vel paululum delinquere, et legis mandata transgredi vellent. Sed eum, a cujus cura pendebant, obsecrant, ut leguminum cibum illis largiatur, regias epulas abominati, et varias illas conviviorum lautitias exosi. Has enim idolorum appellatione pollutas videbant. Tanta autem animi fortitudine, amore item et fide erga patrium Deum præditi fuerunt, ut suo procuratori pollicerentur, legumina ipsos splen-

[64] Dan. I, 1-4.

(40) καὶ — ἐδαπ. Des. in edit. Paris.
(41) ἐν. Des. ibid.
(42) σιτ. ibid. σιτηρεσίοις.
(43) ἱερ. Edit. prior habebat ἱερῶν.
(44) παρ. Edit. Paris. παραφεῖσθαι.
(45) κηδ. ibid. ἡγεμόνα.

Digitized by Google

didiores factura iis qui regiis cibis alerentur. Nec spe sua frustrati sunt, sed fidei fructus perceperunt. Omnibus enim aliis, qui splendide epulati fuerant, integriores, habitu ac forma præstantiores, et corporis viribus validiores apparuerunt, sicut polliciti fuerant. Postquam vero tempus procedens ipsos ad virilem ætatem perduxit, ubi virtutis suæ specimen dederunt, indigenarum rectores constituuntur ii, qui bello capti fuerant : ubi mox aliud rursus illis aperitur stadium. Arrogans enim ille, et insaniæ fastu patrem imitans, maximam illam statuam ex materia et auro conflatam erigit, **627** omnes vero imaginem ceu Deum adorare jubet. Hanc autem adorare nolentibus supplicium decernit caminum, quem alimenti insatiabili rabie ad summum augebat. Tunc sane multi quidem regi gratificari volentes jussa fecerunt : multi vero, quod alias solebant facientes, cultum hunc ceu alii cuipiam idolo obtulerunt; erant item qui ignis metu animas projecerunt, et, licet conscientiæ stimulis agitarentur, divinum cultum tamen ad imaginem transferebant. At generosi illi et nobiles animi, Ananias nempe, Azarias, et Misael, illi, inquam, legis alumni, Abrahamicæ fidei hæredes, pietatis athletæ, gratiæ præcursores, fidei propugnatores, corporibus quidem servi, animis autem liberi, captivi illi, animabus autem regibus ipsis excellentiores, non modo volentes non adorarunt imaginem, sed accusati quoque quod jussa non fecissent, nullam prorsus excusationem afferunt, quin palam se adoraturos negant, et alta voce clamant : « Est Deus in cœlo, quem nos colimus, qui nos potest liberare de camino ignis ardenti, et ex manibus tuis, o rex, liberabit nos. Quod si minus, notum tibi sit, o rex, fore ut deos tuos non colamus, et imaginem auream quam statuisti, non adoremus [65]. » Nec enim pro mercede Creatori servimus : nec salutem pietate emimus, nec qualicunque oblata ratione vitam servare cupimus, sed Domini voluntatem amamus, qui, si ex adversis liberet, gratias agimus, et si in illa nos incidere permittat, adoramus. Nam quod nos **628** quidem omnibus suppliciis, quæ tu minaris, superiores reddere possit, probe scimus, nec ulla ratione dubitamus : num vero id velit, nescimus. Pervestigari enim nequit divinæ Providentiæ abyssus. Nihil ergo cunctare, quin præparatis nos pœnis tradito. Nobis enim pietati conjuncta mors vita impia suavior est. Et hi quidem hæc dixerunt : ipse vero nequaquam distulit, quin camino juvenes vinctos transmisit. Porro ignis ferrea quidem vincula dissolvit, ipsos vero capillos qui tamen facile comburuntur, servavit incolumes, nec ausus est datum sibi alimentum contingere, sed fugit et terga dedit, ac proprios invasit cultores, Dei vero servos illæsos custodivit. Et sane

A πανδαισίαν· ἑώρων γὰρ αὐτὴν τῇ τῶν εἰδώλων μιαινομένην προσηγορίᾳ. Τοσοῦτον δὲ εἶχον θάρσος, καὶ περὶ τὸν πατρῷον Θεὸν ἀγάπην καὶ πίστιν, ὡς ὑποσχέσθαι τῷ κηδεμόνι, τὴν ἀπὸ σπερμάτων τροφὴν λαμπροτέρους αὐτοὺς ἀποδείξειν τῶν βασιλικὰ σιτουμένων σιτία. Καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ τῆς πίστεως ἐδρέψαντο τοὺς καρπούς. Ἀπεφάνθησαν γάρ, ὡς ἐπηγγείλαντο, πάντων ὁμοῦ τῶν λαμπρῶς ἑστιωμένων εὐπαθέστεροί τε καὶ εὐτραφέστεροι, καὶ ὥρᾳ πλείονι λάμποντες, καὶ ῥώμῃ κοσμούμενοι σώματος. Ἐπειδὴ δὲ, ὁ χρόνος ὁδεύων (46), καὶ εἰς ἄνδρας τελεῖν αὐτοὺς παρεσκεύασε, καὶ πεῖραν τῆς σφετέρας ἀρετῆς δεδωκότες, ἄρχειν ἔλαχον τῶν ἐγχωρίων οἱ δορυάλωτοι, τηνικαῦτα πάλιν ἕτερον αὐτοῖς ἀνοίγεται στάδιον. Ὁ γὰρ ἀλαζὼν ἐκεῖ-
B νος, καὶ τῷ τύφῳ τῆς μανίας τὸν πατέρα μιμούμενος, ἀνίστησι μὲν τὴν μεγίστην εἰκόνα ἐκείνην, τὴν ἐξ ὕλης καὶ χρυσοῦ κατεσκευασμένην, παρακελεύεται δὲ πάντας ὡς Θεὸν προσκυνεῖν τὴν εἰκόνα· τοῖς δὲ προσκυνεῖν οὐκ ἐθέλουσι προὔθηκε τιμωρίαν, τὴν κάμινον ἐκείνην, ἀπληστίᾳ τροφῆς ταύτην ἐπὶ πλεῖον αὐξήσας. Τότε τοίνυν πολλοὶ μὲν τῷ βασιλεῖ χαριζόμενοι, τὸ κελευόμενον ἐποίουν· πολλοὶ δὲ τὰ συνήθη δρῶντες, ὡς ἑνὶ τῶν ἄλλων εἰδώλων τὸ σέβας προσέφερον· ἦσαν δὲ, οἳ φόβῳ τῆς πυρᾶς προΐεντο τὰς ψυχὰς, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδότος κεντούμενοι, τὸ θεῖον σέβας ἐπὶ τὴν εἰκόνα μετέφερον. Οἱ δὲ γεννάδαι ἐκεῖνοι, Ἀνανίας, Ἀζαρίας, καὶ Μισαὴλ, οἱ τοῦ νόμου τρόφιμοι, οἱ τῆς Ἀβραμιαίας πίστεως κληρονόμοι, οἱ τῆς εὐσεβείας ἀθληταὶ, οἱ τῆς χάριτος
C πρόδρομοι, οἱ τῆς πίστεως πρόμαχοι, οἱ δοῦλοι τὰ σώματα, καὶ τὰ φρονήματα ἐλεύθεροι, οἱ αἰχμάλωτοι, καὶ βασιλέων τὰς ψυχὰς ὑψηλότεροι, οὐ μόνον ἑκόντες οὐ προσεκύνησαν τῇ εἰκόνι, ἀλλὰ καὶ κατηγορηθέντες, ἅτε (47) δὴ τὸ κελευσθὲν οὐ ποιήσαντες, ἀπολογίαν μὲν οὐδεμίαν προσφέρουσιν, ἄντικρυς δὲ ἀπαγορεύουσι τὴν προσκύνησιν, καὶ μεγάλῃ βοῶσι φωνῇ· « Ἔστι Θεὸς ἐν οὐρανῷ, ᾧ ἡμεῖς λατρεύομεν, ὃς δύναται ῥύσασθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς καμίνου τοῦ πυρὸς τῆς καιομένης, καὶ ἐκ τῶν χειρῶν σου, βασιλεῦ, ῥύσεται ἡμᾶς. Καὶ ἐὰν μὴ, γνωστὸν ἔστω σοι, ὦ βασιλεῦ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ᾗ ἔστησας, οὐ προσκυνοῦμεν. » Οὐ γὰρ ἐπὶ μισθῷ τῷ πεποιηκότι δουλεύομεν, οὐδὲ τῇ εὐ-
D σεβείᾳ τὴν σωτηρίαν ὠνούμεθα, οὐδὲ ἐκ παντὸς τρόπου ζωῆς τυχεῖν ἐφιέμεθα· ἀλλὰ στέργομεν τοῦ Δεσπότου τὸ βούλημα· κἂν ἀπαλλάξῃ τῶν δεινῶν, χάριν ὁμολογοῦμεν· κἂν τούτοις περιπεσεῖν συγχωρήσῃ, προσκυνοῦμεν. Ὅτι μὲν γὰρ δύναται κρείττους ἡμᾶς ἀποφῆναι τῶν ἀπειλουμένων τιμωριῶν, ἴσμεν σαφῶς καὶ (48) οὐδαμῶς ἀμφιβάλλομεν· εἰ δὲ καὶ βούλεται, ἀγνοοῦμεν. Ἀνέφικτος γὰρ ὁ τῆς θείας Προμηθείας βυθός. Μὴ τοίνυν μέλλε, ἀλλὰ ταῖς ηὐτρεπισμέναις (49) παράπεμπε τιμωρίαις· ἡδίων μὲν γὰρ ἡμῖν ὁ μετ' εὐσεβείας θάνατος, τῆς σὺν ἀσεβείᾳ ζωῆς.

[65] Dan. III, 17, 18.

(46) ὁδ. Edit. Paris. προκόπτων
(47) ἅτε — ποιήσ. Des. in edit. Paris.
(48) ἴσμ. σαφ. καί. Des. in edit. Paris.
(49) ηὐτρ. ibid. εὐτρεπισμέναις.

Digitized by Google

A Οἱ μὲν οὖν (50) ταῦτα ἔλεγον, ὁ δὲ οὐκ ἔμελλεν (51), ἀλλὰ τῇ καμίνῳ τοὺς νεανίας πεπεδημένους (52) παρέπεμπε. Τὸ δὲ πῦρ ἔλυσε μὲν τὸν ἐκ σιδήρου δεσμὸν, τὴν (53) εὐέμπρηστον δὲ τῶν τριχῶν ἐφύλαξε φύσιν· ἅψασθαι δὲ τῆς δοθείσης οὐκ ἠνέσχετο τροφῆς, ἔφυγε δὲ, καὶ τὰ νῶτα δέδωκε, καὶ κατὰ τῶν οἰκείων ἐχώρει προσκυνητῶν, τοὺς δὲ τοῦ Θεοῦ θεράποντας ἀκηράτους ἐφύλαττε. Καὶ καινὸν καὶ παράδοξον ἐγένετο θαῦμα. Οἱ μὲν γὰρ ἐν μέσῳ τῆς πυρᾶς ὄντες, καὶ ἐπ' ἀνθράκων βαδίζοντες, πεῖραν τῆς φλογὸς οὐκ ἐλάμβανον· οἱ δὲ περιεστῶτες ἔξωθεν, καὶ τῇ καμίνῳ τὴν τροφὴν χορηγοῦντες, τροφὴ τοῦ πυρὸς ἐγίνοντο. Καὶ οἱ μὲν ἀνῴμωζον ἐμπιπράμενοι, οἱ δὲ ἔνδον ὑμνοῦντες ἐχόρευον, καὶ τὴν κτίσιν ἅπασαν εἰς κοινωνίαν τῆς ὑμνῳδίας ἐκάλουν, καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν ἀνοήτων προσκυνουμένοις στοιχείοις ὑμνεῖν τὸν εὐεργέτην ἐκέλευον. B Τοσαύτη δὲ ἦν τῆς θαυματουργίας ἐκείνης ἡ δύναμις, ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον δραμεῖν παρ' αὐτοὺς τὸν ἀλαζόνα καὶ μεμηνότα τύραννον, καὶ προσκυνῆσαι τοὺς τὴν τῆς εἰκόνος παραιτησαμένους προσκύνησιν, καὶ πᾶσιν ἐπιστεῖλαι τοῖς ὑπηκόοις, τὸν τούτων γεραίρειν Θεόν. Οὕτως ὁ μέγας Δανιὴλ τὴν αὐτὴν τούτοις συμφορὰν ὑπομείνας, καὶ δορυάλωτος γεγονὼς, καὶ μετὰ βαρβάρων βιοτεύειν ἠναγκασμένος, τὸν πατρῷον ἀκριβῶς διεφύλαττε νόμον, καὶ κατ' ἐκεῖνον πολιτευόμενος, καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον ἐφύλαττε τὴν ψυχὴν, καὶ τοσαύτην ἠφίει τῆς ἀρετῆς τὴν αἴγλην, ὡς καὶ τὸν θηριώδη τύραννον ταῖς τοιαύταις ἀστραπαῖς καταπλῆξαι· καὶ πρῶτον μὲν δήλους τοὺς ἀγνοουμένους C ὀνείρους καταστῆσαι, ἔπειτα δὲ καὶ (54) τὸ δέον εἰσηγήσασθαι, καὶ τὸ συνοίσειν μέλλον ὑποδεῖξαι καὶ παραινέσαι. Καὶ τί δεῖ πάντα λέγειν τὰ ὑπ' ἐκείνου γεγενημένα λαμπρῶς; Ὅπως μὲν ὁ βασιλεὺς τὸ προσεύχεσθαι καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύειν ἀπηγόρευσεν· ὅπως δὲ οὗτος πρότερον ἐννόμως εὐχόμενος, καὶ κρύβδην τοῦτο ποιῶν, ἐπειδὴ δὲ ὁ δυσσεβὴς νόμος ἐτέθη, προφανῶς τὸν Θεὸν ἀντιβολῶν διετέλει, τοῦ νόμου καταγελῶν, καὶ τοῦ νομοθέτου καταφρονῶν. Ὅπως παρεδόθη τοῖς λέουσιν· ὅπως κἀκείνους κατέπληξε ταῖς τῆς εὐσεβείας ἀκτῖσι, καὶ οἷόν τισι κημοῖς τοῖς τῆς θείας εἰκόνος χαρακτῆρσιν ἐπέδησεν αὐτῶν τὰ μεμηνότα στόματα· ὅπως εἵλκυσεν εἰς θεωρίαν τοῦ θαύματος τὸν δυσσεβῆ βασιλέα· ὅπως αὐτὸν ἐδίδαξεν, ὡς ὁ τῶν Ἑβραίων Θεὸς πάντων ἐστὶ ποιητὴς καὶ Δεσπότης· ὅπως τὴν τῶν εἰδώλων ἀπάτην διήλεγξε. Δυνατὸν γὰρ τούτων ἕκαστον ἐκ τῆς ἱστορίας καταμαθεῖν, καὶ γνῶναι σαφῶς, ὡς δυνατὸν πονηροῖς δεσπόταις δουλεύοντας μηδεμίαν ἐκεῖθεν ἐκμάξασθαι πονηρίαν, ἀλλὰ τὴν ἄκραν τῆς ἀρετῆς καταλαβεῖν κορυφὴν, καὶ τούτους τῆς πλάνης ἐλευθεροῦν, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ποδηγεῖν, καὶ πολλοῖς ἑτέροις προκεῖσθαι σωτηρίας ἀρχέτυπον.

novum præter omnium exspectationem contigit spectaculum. Qui enim in media lignorum strue erant, et prunis inambulabant, ignis vires non senserunt aliquas. Qui vero foris steterunt, ac camino alimentum præbuere, ab igne consumpti sunt. Et hi quidem incensi ac ardentes ejulabant, illi vero hymnos canentes tripudiabant, et creaturam omnem in hymnorum communionem vocabant, atque elementa ab insanis adorata benefactorem laudare jubebant. Tanta autem illius miraculi virtus erat, ut et ipse arrogans et furibundus tyrannus accurreret, eosque qui imaginis culturam detrectaverant, adoraret, et ut omnes subditi horum Deum colerent, mandaret. Similiter * et magnus ille Daniel, qui eamdem cum his calamitatem sustinuit, bello **629** captus licet, et inter barbaros vitam agere coactus, patriam tamen legem diligenter custodivit, et secundum hanc commissum sibi publicum munus administrans, animam puram ac sinceram conservavit, tantumque virtutis splendorem emisit, ut et immanem tyrannum illius fulgore percelleret: et primo quidem quæ ignorabantur somnia manifestavit, deinde quod opus erat, quidque utile futurum esset, monstravit ac monuit. Et quidnam omnia, quæ ab hoc egregie gesta sunt, dicere attinet? Quomodo nimirum rex, ne quis precibus Deo supplicaret, prohibuerit. Quomodo hic, cum prius rite oravisset, idque clam, postquam impia lex rogata est, Deum palam precatus sit, et legem deridens, et legislatorem contemnens. Quomodo item leonibus projectus sit: quomodo hos quoque pietatis radiis terruerit, ac divinæ imaginis lineamentis, ceu frenis quibusdam, rabida illorum ora constrinxerit. Quomodo ad miraculi contemplationem impium regem pertraxerit. Ut ipsum docuerit, quod Hebræorum Deus omnium creator sit et Dominus. Quomodo præterea idolorum fraudes arguerit. Singula enim horum ex historiis cognoscere licet, et manifesto intelligere, quod fieri possit, ut qui malis dominis serviunt, nullam inde malitiam contrahant, sed ad summum virtutis fastigium perveniant, tum hos quoque errore liberent, et ad veritatis cognitionem perducant, et multis aliis salutis exemplo sint propositi.

D Μηδεὶς τοίνυν μήτε τῆς δουλείας κατηγορείτω, μήτε τὴν πονηρὰν δεσποτείαν νικᾷν τῶν δούλων τὴν ἀρετὴν νομιζέτω, ἀλλὰ πανταχόθεν τοῦ Θεοῦ τὴν προμήθειαν ὁράτω. Ἀλλὰ γὰρ τυχὸν εἴποι τις ἄν· Τί δήποτε τοὺς παρανομίᾳ συνεζηκότας ὁ τῶν ὅλων (55) Θεὸς τῷ Βαβυλωνίων παραδέδωκε βασιλεῖ, καὶ τοὺς δικαίους εἴασε δορυαλώτους γενέσθαι; Ποίας τοῦτο προνοίας ἔργον; ποίας ψήφου δικαίας; ποία δὲ οὐκ

Nemo igitur vel servitutem accuset, vel **630** malorum potestatem ac dominium servorum virtutem vincere existimet, sed ubique Dei providentiam aspiciat. Sed dicat fortasse aliquis: Quanam de causa eos qui injuste vixerant summus ille omnium Deus Babyloniorum regi subjecit, simulque justos quoque captivos duci passus est? Et quale hoc providentiæ opus? quale justæ sententiæ exemplum?

(50) οὖν. Des. ibid.
(51) ἔμ. ibid. ἤθελεν.
(52) πεπεδ. Des. ibid.

(53) τὴν — φύσιν. ibid. αὐτοὺς δὲ ἐφύλαξεν.
(54) καί. Abest ab edit. Paris.
(55) ὅλ. Edit. Paris. ἄλλων.



Digitized by Google

pro somniis pœnas exsolvens Joseph, in Ægyptum deducitur, ubi secundo venditus Putiphari, qui regiorum coquorum princeps erat, traditur. Sed in ea quoque conditione agens patriam libertatem custodivit, et majorum nobilitatem retinuit, nec animum cum tempore mutavit, nec morum mutatio calamitates hasce secuta est, nec mentis voluntatem instar coloris mutavit. Sed licet vitæ conditionem subiisset aliam, et ex libertate **612** in servitutem esset prolapsus, pristinæ tamen sententiæ firmiter inhæsit, et in omnibus tam dictis quam factis suis pudorem fronti prælucentem habuit. Quapropter mox omni honore dignus judicatur, et herilis domus administrationem suæ commissam fidei regit. Et heris quidem benevolentiam, conservis æquitatem sedulo præstat. Ad hæc erga eos, qui honore illum donaverant, gratus exsistens, eorum quoque convenientem curam gerebat, qui ipsius consilio regendi erant. Unde tam his, quam illis charus habebatur. Gratiam enim virtuti suæ respondentem divinitus acceperat, imo multifarios laborum fructus percipiebat. * Quamobrem quæcunque faciebat, Dominus prospera reddebat in manibus ipsius. Cæterum mox inde alia illum tempestas excepit, et servitutis fluctum alia difficilior procella secuta est: et hic quidem illum deseruit fluctus, ille vero apprehendit. Interim per tantas fluctuum ventorumque procellas iter faciens, navim ab omni fluctuum inundatione liberam conservavit. Juvenis enim, ut modo dictum est, erat, ætatis vigore splendens, et ceu flos quispiam e calicibus aut folliculis primum prominens, cujus genas prima lanugo obrepens, et coronæ instar ambiens vestiebat, et facies formæ splendorem decore mistum, ac ingenuitate temperatum emittens, pudorem fronti, suadelam labiis insidentem gestabat. Hæc quotidie videns hera, cum inde utilitatem aliquam haurire deberet, in intemperantiæ foveam incidit. Ubi vero per aspectus **613** materiam concupiscentiæ flamma intrinsecus in altum excitata est, nec ratio scintillam statim exstinxit, ignem qui postea in immensum excreverat, non amplius exstinguere potuit. Tunc impudentiam conatus sui sociam assumens, juvenem verbis irretire tentavit. Ubi autem quovis reti fortior fuit fera hæc, et fixam sibi retium indaginem facile transiliit, ac sermones, quos non sine obtestationibus meretricios et voluptatum illecebris coloratos protulerat, irriti et inutiles abierunt, tunc verbis vale renuntians ipsa re negotium experiri studet. Et thalami solitudinem in facti auxilium arripiens, juvenem, quem affectuum servum, non dominum putabat, corripit. Hic vero hominum absentia non confisus est, sed Dei ubique præsentem oculum contemplabatur, et nec servilem conditionem animo suo voluit, nec illius

A πράσει τὸν φόνον, οὐδὲ βλέπειν ἀνασχόμενοι (77) τὸν κατ' ὄναρ ἡγεμονεύσαντα. Τοιαύτας τοιγαροῦν δίκας ὑπὲρ ἐνυπνίων τίσας ὁ Ἰωσήφ, ἄγεται μὲν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἀποδίδοται δὲ πάλιν τῷ Πεντεφρῇ· ἀρχιμάγειρος δὲ ἦν οὗτος τοῦ βασιλέως. Ἀλλὰ κἀνταῦθα γενόμενος, τὴν πατρῴαν ἐλευθερίαν ἐφύλαξε, καὶ τὴν τῶν προγόνων εὐγένειαν ἀκήρατον διετήρησε, καὶ οὐ συμμετέβαλε τῷ καιρῷ τὴν γνώμην, οὐδὲ ταῖς συμφοραῖς ἠκολούθει ἡ τῶν τρόπων ἐναλλαγή, οὐδὲ καθάπερ χρόαν ἐνήλλαξε τὴν προαίρεσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον ἀμείψας, καὶ ἐξ ἐλευθερίας εἰς δουλείαν μεταπεσών, ἐπὶ τῆς προτέρας ἠρήρειστο (78) γνώμης, καὶ λέγων ὁτιοῦν καὶ πράττων, προλάμπουσαν εἶχε τὴν αἰδῶ τῷ μετώπῳ. Τούτου χάριν καὶ παραυτίκα τιμῆς ἁπάσης ἀξιοῦται, καὶ τῆς δεσποτικῆς B οἰκίας τοὺς οἴακας ἐγχειρίζεται. Καὶ τοῖς μὲν δεσπόταις τὴν εὔνοιαν, τοῖς δὲ ὁμοδούλοις τὴν ἐπιείκειαν διετέλει προσφέρων. Καὶ περὶ τοὺς τετιμηκότας εὐγνώμων γινόμενος, τῶν ἰθυνομένων ἐποιεῖτο τὴν προσήκουσαν ἐπιμέλειαν. Καὶ ἦν τούτοις κἀκείνοις ἐπέραστος. Σύμμετρον γὰρ τῇ ἀρετῇ τὴν χάριν θεόθεν ἐδέχετο, μᾶλλον δὲ πολλαπλασίους τῶν πόνων ἐδρέπετο τοὺς καρπούς. Διὰ τοῦτο ὅσα αὐτὸς ἐποίει, Κύριος εὐώδου ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Ἀλλὰ πάλιν αὐτὸν ἐντεῦθεν ἕτερος διεδέξατο κλύδων, καὶ τὴν τῆς δουλείας τρικυμίαν χαλεπωτέρα πάλιν ἐξεδέξατο (79) ζάλη· καὶ τὸ μὲν ἔλιπεν αὐτὸν κῦμα, τὸ δὲ κατέλαβε. Καὶ διὰ τοσούτων κυμάτων καὶ πνευμάτων (80) ὁδεύων, ἀβάπτιστον τὸ σκάφος διέσωσεν. C Ἦν (81), ὡς εἴρηται, νέος τῇ ἀκμῇ τῆς ἡλικίας κοσμούμενος, οἷόν τι ἄνθος ἄρτι (82) τῶν καλύκων προκύψαν, τοὺς ἰούλους ἔχων ἐπὶ τὴν γένυν καθέρποντας (83), καὶ στεφάνου δίκην παρειὰν ταινιοῦντας· αἴγλην ὥρας ἀφιείς, κοσμιότητι μεμιγμένην, ἐλευθερίᾳ κεκραμένην· αἰδῶ τοῖς μετώποις ἔχων ἐγκαθημένην, πειθὼ τοῖς χείλεσιν ἐφιζάνουσαν. Ταῦθ' ἡ δέσποινα διηνεκῶς ὁρῶσα, δέον ὠφέλειαν ἐντεῦθεν ἀρύσασθαι, εἰς τὸ τῆς ἀκολασίας βάραθρον ἐνέπεσεν. Ὡς δὲ τῇ ὕλῃ τῆς θεωρίας ἔνδοθεν τῆς ἐπιθυμίας ἡ φλὸξ εἰς ὕψος ἠγείρετο, καὶ ὁ λογισμὸς παραυτίκα τὸν σπινθῆρα μὴ κατασβέσας, μεγίστην ὕστερον τὴν πυρὰν γενομένην οὐκέτι ἴσχυε σβέσαι, τηνικαῦτα σύμμαχον τὴν ἀναίδειαν ἐκείνη (84) λαβοῦσα, σαγηνεύειν λόγοις ἐπειράθη τὸν νέον. Ὡς δὲ D κρεῖττον ἐφάνη τῶν δικτύων τὸ θήραμα, καὶ ῥᾳδίως τοὺς παγέντας ὑπερεπήδησε στάλικας, καὶ οὓς ποτνιωμένη προσήνεγκε λόγους ἑταιρικοὺς καὶ ἡδονῇ κεχρωσμένους, ἀπῆλθον ἄπρακτοι καὶ ἀνόνητοι, τηνικαῦτα λοιπὸν τοῖς λόγοις ἐῤῥῶσθαι φράσασα, ἔργῳ προσφέρει τὴν πεῖραν, καὶ σύμμαχον λαβοῦσα τῶν θαλάμων τὴν ἐρημίαν, κατέχει τὸν νέον, δοῦλον αὐτὸν τῶν παθῶν, ἀλλὰ οὐ δεσπότην νομίσασα. Ὁ δὲ τῇ μὲν τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἐθάῤῥησεν ἐρημίᾳ, τὸν δὲ πανταχοῦ παρόντα ὀφθαλμὸν ἐθεάσατο (85)·

(77) ἀν. Edit. Paris. ἀνεχόμενοι.
(78) ἠρ. ibid. ἐρήρειστο.
(79) ἐξεδ. ibid. ἐδέξατο.
(80) κυμ. κ. πν. ibid. καὶ πνευμάτων καὶ κυμάτων.

(81) ἦν. ibid. sequitur γάρ.
(82) ἄρτι. Des. ibid.
(83) καθ. ibid. καθάπερ βαδίζοντας.
(84) ἐκ. Des. in edit. Paris.
(85) ἐθ. ibid. ἐθεώρει.

Digitized by Google

καὶ οὔτε τὴν δουλείαν ἐπὶ νοῦν ἔλαβεν, οὔτε τὴν A ἐκείνης ἔδεισε δεσποτείαν, οὔτε τῆς συμφορᾶς τὸ μέγεθος, ἧς ὑπέμεινε, λογισάμενος, ἐφεῖναι (86) τὰς τῶν παθῶν ἠθέλησεν ἡνίας, ὡς οὐδενὸς ἐφορῶντος τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ποινὴν ἀπαιτοῦντος τοὺς ἀδικεῖν προαιρουμένους. Ἀλλ' ἀντέταξε τὸν λογισμὸν καὶ δουλείᾳ, καὶ δεσποτείᾳ, καὶ βίου μεταβολῇ, καὶ ἐπιθυμίας ὁρμῇ, καὶ ἡλικίᾳ πυρπολουμένῃ, καὶ λόγοις πιθανοῖς καὶ κωτίλοις (87) δούλῳ παρὰ δεσποίνης προσφερομένοις, καὶ κατηγόρων ἐρημίᾳ, καὶ προσδοκωμένῃ συκοφαντίᾳ, καὶ μυρίαις ἐντεῦθεν συμφοραῖς φυομέναις. Καὶ πρῶτον τοῖς τῆς δουλείας νόμοις χαίρειν εἰπὼν, καὶ τὴν τοῦ συμβούλου καὶ διδασκάλου τάξιν ἀναλαβὼν, γίνεται σωφροσύνης συνήγορος, καὶ ἀκολασίας κατήγορος. Καὶ τῇ πρεσβυτέρᾳ ὁ νέος, καὶ τῇ δεσποίνῃ δοῦλος (88), B καὶ τῇ ἀνδρὶ συνεζευγμένῃ, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐννόμως (89) ἀναπιμπλάναι δυναμένῃ, ὁ γάμου ζυγὸν οὐδέπω δεξάμενος, ἀλλὰ σφοδρὰς δεχόμενος τῆς ἐπιθυμίας τὰς προσβολὰς, περὶ σωφροσύνης προσφέρει παραίνεσιν. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων τῶν ἱερῶν τοῦ σώφρονος ἀκοῦσαι (90) ῥημάτων. « Εἰ ὁ κύριός μου, φησὶν, οὐ γινώσκει οὐδὲν δι' ἐμὲ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτοῦ δέδωκεν εἰς τὰς χεῖράς μου, καὶ οὐχ ὑπάρχει ἐν τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ, οὐδὲ ὑφεξαιρεῖται (91) οὐδὲν ἐμοῦ πλὴν σοῦ, διὰ τὸ σὲ γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι, καὶ πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο; Ἡμαρτηκὼς ἔσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. » Οὐ βλέπεις, φησὶν, ὃν βλέπω· σὺ μὲν γὰρ μεθύεις τῷ πάθει, ἐγὼ δὲ ταύτην οὐκ C ἐδεξάμην τὴν μέθην, ἀλλ' ὁρῶ τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς Κυβερνήτην, ὁρῶντα τῶν γινομένων ἕκαστον. Οὐ γὰρ ἐπέχουσιν ἐκεῖνον τὸν ὀφθαλμὸν ἃ βούλεται θεωρεῖν ὄροφος καὶ τοῖχος, καὶ θύραι κεκλεισμέναι· οὐδὲ τῆς νυκτὸς τὸ ζοφῶδες ἐμπόδιον γίνεται τῇ θεωρίᾳ. Οἶδεν οὗτος σαφῶς καὶ τὰ τῆς διανοίας κυήματα, καὶ πρὸ τῶν ὠδίνων τοὺς λόγους ἔτι κυομένους ἀκριβῶς θεωρεῖ. Τοῦτον ὁρῶν δειμαίνω καὶ δέδοικα, καὶ ὑβρίσαι τὸν γάμον οὐκ ἀνέχομαι, τῆς φύσεως τὴν πηγὴν, τῆς εἰς τὸν βίον εἰσόδου τὴν θύραν, δι' ὃν οὐκ ἐπέλιπε (92) τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ὃς οὐκ ἐᾷ σβεσθῆναι τῷ θανάτῳ τὴν φύσιν, ἀλλὰ νικᾷ (93) τῇ φυτουργίᾳ τὰς τοῦ τέμνοντος χεῖρας, καὶ περιγίνεται τῇ βλάστῃ τῆς τοῦ ἀμῶντος δρεπάνης· ὃς τὸ ἔαρ μιμεῖται μετὰ τὴν τοῦ χειμῶνος λῃστείαν ἀναφαινόμενον, καὶ τὰ ὑπὸ ἐκείνου γυμνούμενα πάλιν ἀμφιεννύντα. D Ἐδέξω ζυγὸν, ὦ γύναι· στέργε τὸν ζυγόν· μὴ διαῤῥήξῃς τὴν ζεύγλην, μηδὲ τὰ ἐκτὸς περισκόπει, ἀλλὰ τῷ ὁμόζυγι πρόσεχε. Σὺν ἐκείνῳ τῆς γεωργίας ἕλκειν ἐτάχθης τὸ ἄροτρον. Μὴ ἀτιμάσῃς γαμηλίους νόμους, καὶ φύσεως ὅρους, μηδὲ ὑβρίσῃ (94) εὐνὴν ὑπὸ Θεοῦ τετιμημένην. Ἑτέρων δεσπόζειν ἐτάχθης, μὴ γένῃ δούλη τῶν ἡδονῶν, μὴ

imperium timuit, nec calamitatis quam sustinebat atrocitatem expendens, affectibus habenas laxare voluit, quasi videlicet neminem esse putaret, qui res humanas inspiciat, et injuste agentes puniat: sed servituti et herili potestati, vitæ mutationi, concupiscentiæ viribus, ætatis ardori, sermonibus persuasoriis et blandis, quos servo adhibebat domina, accusatorum absentiæ, calumniæ item, quæ exspectanda erat, aliisque innumeris, quæ inde enasci poterant, calamitatibus rationem opposuit. Et primo servitutis legibus valere jussis, consiliarii et doctoris officium subit, temperantiæ defensor et intemperantiæ accusator fit. Ad **614** hæc juvenis seniori, heræ servus, nuptæ item, quæ concupiscentiæ ardorem legitimo toro explere poterat, cælebs adhuc, sed gravibus jam concupiscentiæ incursionibus exercitatus, admonitionem de temperantia institutam adhibet. Dignum vero est, ut hæc quoque sanctissima casti illius juvenis verba audiamus. « Si dominus meus, inquit, nihil scit propter me in domo sua, et quæcunque habet, in meas manus tradidit, et nihil est in domo hac quod a me excipitur præter te, eo quod uxor illius sis, quo pacto faciam rem istam nefariam? peccabo coram Deo [89]. » Non vides, inquit, quem ipse video. Nam tu quidem affectu ebria es, ego vero ebrietatem illam non admisi, qui totius hujus machinæ gubernatorem video, qui singula quæ fiunt perspicit. Nec enim hujus oculi aciem ab iis quæ inspicere vult, vel tectum, vel murus, vel occlusæ fores prohibent: nec etiam noctis tenebræ illius visum impediunt. Hic mentis quoque cogitationes probe intelligit, et animo adhuc conceptos sermones, priusquam edantur, exacte perspicit. Hunc ego videns timore et metu tangor, et matrimonium generis nostri fontem, et viæ ad vitam hanc deducentis januam, violare non ausim: cujus beneficium est quod humanum genus non deficit, quod idem naturam hanc morte aboleri non permittit, sed plantatione sua secantis manum vincit, et germinatione metentis falcem **615** superat: quod verni temporis naturam imitatur, quod post eam, quæ hieme facta est, prædationem apparens, quæ per hiemem spoliata sunt, denuo vestit. Jugum subiisti, o hera: jugum ergo studiose ama. Lora ne disrumpas, nec ea quæ foris sunt respice, sed conjugi adhærere studeto. Ut cum illo agriculturæ aratrum trahas, destinata es. Connubiales leges et naturæ terminos ne dehonestes, nec torum a Deo honoratum contumelia afficito. Ut in alios dominium obtineas ordinata es: ne ergo voluptatum servam te facias, nec herilis potestatis jus hac tam nefaria servitute violes, nec serviles concupiscentias animæ dominas constitue:

[89] Gen. XXXIX, 8, 9.

(86) ἐφ. ibid. ἀφεῖναι.
(87) κωτ. ibid. κοτίλλοις.
(88) δοῦλ. Edit. Paris. præm. ὁ.
(89) ἐνν. ibid. εὐνόμως.
(90) ἀκ. ibid. ἐπακοῦσαι.
(91) ὑφεξ. ibid. ὑφαιρεῖται.
(92) οὐκ ἐπ. ibid. οὐ κατέλιπε.
(93) νικᾷ. ibid. post φυτουργίᾳ ponitur.
(94) ὑβρ. Edit. Paris. ὑβρίσῃς.

Digitized by Google

ordinem ne invertas, rationis ' imperium ne auferas, nec affectibus habenas tradito. Ego sane te quoque affectu hoc liberari cupio. Quod si non parueris, nec ab ebrietate hac liberari vis, ego tamen aliquid hic iniquius agere nolo. Corpore enim, non anima, servus factus sum. Sed alias quoque nefariæ rei injustitiam abominor. Cumque multa vobis, o hera, beneficia debeam, nunquam certe herum contrariis remunerare sustinebo. Nam cum pecunia emptus sim, domi vestræ natis prælatus sum : et qui heri vel paulo ante domum vestram sum ingressus, nunc omnium administrationem suscepi. Me omnium quæ in domo sunt curatorem dominus constituit, et nuper emptum novitiumque omnibus præesse jussit. Te solam, matrimonii leges reveritus, intra sui juris limites consistere voluit. Quibus ergo oculis tanti honoris auctorem aspiciam, si hanc illi gratiam retulero? Abominabilis, **616** o hera, est acceptæ gratiæ oblivio, et beneficiorum immemor animus. Gravior autem his, imo longe gravissima est injustitia, et ea cumprimis, quæ adversus benefactorem committitur. Heri opes et bona custodire, non suffurari jussus sum. Minime igitur prædonem pro fideli custode me effici patiar. Quæ a me officii jure excepta sunt, non tango : nec Adamum progenitorem imitor, qui, cum omnium plantarum et arborum potestatem accepisset, in eam tamen manum extendit, quæ ipsius juris et dominii non erat, et, dum unicam illam appetit, omnibus simul excidit. Hujusmodi verbis servus ille apud malam illam heram peroravit. Nec illi vel servitus vel heræ malitia aliquid damni attulit : quin potius seipsum velut aurum aut gemmam aliquam splendidiorem exhibuit. Postquam vero dicendo non persuasit, et vi petitus aufugit, et pallio abjecto nudus exsiliit, solo temperantiæ vel castitatis velamento amictus. Nec enim, ut Adam post transgressionem, pudore suffusus est : sed qualiter hic ante delictum circa corporis nuditatem affectus fuit, taliter hic quoque affectus exivit. Tunc illa quidem calumnias molitur, et viro persuadet, et castitatis insidiatorem vocat eum, qui ejus defensor fuerat. Hic vero heri sententiam tacitus suscipit, nec heræ improbitatem prodere vult : quin potius calumniam silentio ' confirmare mavult, quam insidiarum tragœdiam omnem exponere, et heræ intemperantiam palam arguere. Nam consilium quidem quod decebat adhibuit, litem autem quam poterat non **617** intendit : sed tanquam vadimonii deserti reus damnatus, nec judici præsens, nec accusationem audiens, latam contra se sententiam suscepit, carcerem incoluit, et cum maleficis vinctus est : omnia tamen adversa generoso animo sustinuit. Nam assidua illa, et alternis se vicibus excipiens, variarum calamitatum tempestas, nec animi robur abstulit, nec fortitudinem ejus in timiditatem convertit. Tanta autem in

A καθυβρίσῃς τῇ πονηρᾷ ταύτῃ δουλείᾳ τὴν δεσποτείαν· μὴ τὰς ἀνδραποδώδεις ἐπιθυμίας κυρίας τῆς ψυχῆς ἀποφήνῃς, μηδὲ ἐναλλάξῃς τὴν τάξιν, μηδὲ ἀφέλῃ τὴν ἡγεμονίαν τῶν λογισμῶν, μηδὲ τὰς ἡνίας ἐγχειρίσῃς τοῖς πάθεσιν. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ σὲ βούλομαι τοῦ πάθους ἐλευθέραν γενέσθαι. Εἰ δὲ οὐ πείθῃ, οὐδὲ θέλεις ἀπαλλαγῆναι τῆς μέθης, ἀλλ' ἐγὼ παρανομεῖν οὐκ ἀνέξομαι· τὸ σῶμα γὰρ δοῦλος, ἀλλ' οὐ τὴν ψυχὴν ἐγενόμην. Μυσάττομαι δὲ καὶ (95) ἄλλως τὸ τοῦ πράγματος ἄδικον. Πολλὰς ὑμῖν εὐεργεσίας ὀφείλων, ὦ κεκτημένη, οὐκ ἀνέξομαι τοῖς ἐναντίοις τὸν δεσπότην ἀμείψασθαι· ἀργυρώνητος γὰρ ὢν, τῶν οἰκογενῶν προτετίμημαι· καὶ χθὲς καὶ πρώην εἰσελθὼν εἰς τὴν ὑμετέραν οἰκίαν, ἁπάντων τὰς ἡνίας ἐδεξάμην· ἁπάντων με τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν B κηδεμόνα κεχειροτόνηκεν ὁ δεσπότης, καὶ τὸν νεώνητον ἄνδρα ἡγεμονεύειν ἁπάντων ἐκέλευσε· σὲ μόνην εἴσω τῶν ὅρων τῆς δεσποτείας πεποίηκε, τοῦ γάμου τοὺς νόμους αἰδούμενος. Ποίοις τοίνυν ὀφθαλμοῖς ἴδω τὸν οὕτω τετιμηκότα, τοιούτοις αὐτὸν ἀμειψάμενος; Βδελυρὸν, ὦ κεκτημένη, καὶ λίαν βδελυρὸν, λήθη χαρίτων καὶ εὐεργεσιῶν ἀμνημοσύνη· χαλεπώτερον δὲ τούτων καὶ λίαν παγχάλεπον ἀδικία, καὶ ἀδικία τοιαύτη κατ' εὐεργέτου γινομένη. Φυλάττειν, οὐ κλέπτειν ἐτάχθην τοῦ δεσπότου τὰ κτήματα. Οὐ γίνομαι λῃστὴς ἀντὶ φύλακος ἀσφαλοῦς· οὐχ ἅπτομαι τῶν ἔξω τῆς ἐμῆς δεσποτείας μεμενηκότων, οὐδὲ μιμοῦμαι Ἀδὰμ τὸν προπάτορα, ὃς τῶν φυτῶν λαβὼν ἁπάντων τὴν ἐξουσίαν, εἰς ἐκεῖνο τὴν χεῖρα C ἐξέτεινεν, ὅπερ ἐκτὸς τῆς αὐτοῦ δεσποτείας ἐτύγχανε, καὶ τοῦ ἑνὸς ἐπιθυμήσας τῶν ἁπάντων ἐξέπεσε. Τοιαῦτα ὁ δοῦλος ἐκεῖνος πρὸς τὴν πονηρὰν δέσποιναν ἐκείνην διέξεισι· καὶ οὔτε ἡ δουλεία αὐτὸν ἐλωβήσατο, οὔτε τῆς δεσποίνης ἡ πονηρία· μᾶλλον δὲ καὶ ἔδειξεν ἑαυτὸν, ὥσπερ χρυσὸν ἢ λίθον λαμπρότερον. Ἐπειδὴ δὲ λέγων οὐκ ἔπεισε, καὶ βιασθεὶς ἀπέφυγε, καὶ τὸ ἱμάτιον ῥίψας γυμνὸς ἀπεπήδησε, μόνην ἔχων τῆς σωφροσύνης τὴν ἀμπεχόνην. Οὐ γὰρ ᾐσχύνετο, καθάπερ Ἀδὰμ μετὰ τὴν παράβασιν, ἀλλ' ἣν εἶχεν ἐκεῖνος πρὸ τῆς παραβάσεως διάθεσιν (96) περὶ τὴν γύμνωσιν τοῦ σώματος, ταύτην ἔχων οὗτος ἐξελήλυθε. Τηνικαῦτα συκοφαντεῖ μὲν ἐκείνη, καὶ πείθει τὸν ἄνδρα, καὶ σωφροσύνης ἐπίβουλον καλεῖ τὸν τῆς σωφροσύνης (97) πρόμαχον· ὁ δὲ σιγῶν δέ- D χεται τοῦ δεσπότου τὴν ψῆφον, καὶ οὐκ ἀνέχεται τῆς δεσποίνης γυμνῶσαι τὴν πονηρίαν· ἀλλ' εἵλετο βεβαιῶσαι τῇ σιγῇ τὴν συκοφαντίαν, ἢ τὴν τῆς ἐπιβουλῆς ἐξηγήσασθαι τραγῳδίαν, καὶ δεσποτικὴν προφανῶς ἀκολασίαν ἐλέγξαι. Συμβουλὴν μὲν γὰρ, ἣν ἔδει, προσήνεγκε· γραφὴν (98) δὲ τὴν οὖσαν οὐκ εἰσήνεγκεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐρήμην ἁλοὺς, καὶ τῷ δικάζοντι μὴ συμπαρὼν, μηδὲ τῆς κατηγορίας ἀκούων, τὴν ἐξενεχθεῖσαν τιμωρίαν ἐδέξατο, καὶ τὸ δεσμωτήριον ᾤκει, καὶ τοῖς κακούργοις συνεδεσμεῖτο, καὶ πάντα γενναίως ἔφερε τὰ δεινά. Καὶ τὸ πυκνὸν τῶν συμφορῶν καὶ ἐπάλληλον, τὴν τῆς ψυχῆς οὐκ ἐλή-

(95) καί. Des. in edit. Paris.
(96) διάθ. In edit. Paris. post σώματος ponitur.

(97) τ. σωφρ. ibid. ταύτης.
(98) γραφὴν — εἰσήν. Des. ibid.

στευσε ῥώμην, οὐδὲ τὴν ἀνδρείαν (99) αὐτῆς εἰς δειλίαν μετέβαλε. Τοσαύτην δὲ εἶχε κἀν τοῖς δεινοῖς εὐφροσύνην καὶ θυμηδίαν, ὡς καὶ τοὺς ἄλλους δεσμώτας ψυγαγωγεῖν, καὶ εἰ ἀδημονοῦντας ἑώρα, παραμυθούμενος διετέλει. Τεκμηριοῖ γὰρ πολλάκις τὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν τῶν προσώπων ἡ θέσις, καὶ συνδιατίθεται τοῖς τῆς ἐννοίας κινήμασιν, οὐ χρόα μόνον προσώπου, ἀλλὰ καὶ κίνησις ὀφθαλμῶν, καὶ ὀφρύων συναγωγή τε καὶ ἄνεσις. Καὶ τὴν μὲν τοῦ θυμοειδοῦς ἐπανάστασιν, τὸ βλοσυρὸν τῶν ὀφθαλμῶν ἐπισημαίνει, τὸ δὲ χαλαρὸν (1) τῆς ἀθυμίας, αἱ τῶν βλεφάρων παραδηλοῦσι στολίδες, ἐργαζόμεναι τὸ μειδίαμα· τὰς δὲ φροντίδας, ἡ τῶν ὀφρύων κατὰ τὸ μέσον αἰνίττεται σύνοδος· τὸν δὲ τῦφον, ἡ τούτων αὐτῶν ἐπὶ τὸ ἄνω καμπυλοειδὴς ἀναχώρησις. Ἐπειδὴ τοίνυν τὰ πλεῖστα τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων ἐν τοῖς προσώποις παραδηλοῦται, ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀθλητὴς, οἱόν τισιν ἀγγέλοις τῆς ψυχῆς χρώμενος τοῖς προσώποις, τοὺς ἀθυμοῦντας διετέλει ψυχαγωγῶν. Καί ποτε θεασάμενος δύο τοῦ βασιλέως οἰκέτας ἀθύμως διακειμένους, τόν τε ἀρχιοινοχόον, καὶ τὸν ἀρχισιτοποιόν· ἁμαρτημάτων γὰρ τινων (2) ἕνεκεν ἐκεῖσε καθείρχθησαν· ἀμφοῖν πρόσεισι, καὶ πυνθάνεται, καὶ τῆς ἀθυμίας τὴν αἰτίαν ἀνερευνᾷ. Ἄνθρωπος τοσαύταις περικλυζόμενος συμφοραῖς, ἀπόγονος μὲν τοῦ Ἀβραὰμ, ἔκγονος δὲ τοῦ Ἰσαὰκ, υἱὸς δὲ τοῦ Ἰακὼβ, πάντων αὐτῶν (3) προσφιλέστατος, φωτὸς δίκην ὁρώμενος, ἀφορμὴ θυμηδίας ὑπάρχων, εἰς δουλείαν μεταπεσὼν, καὶ ταύτην ὑπομείνας τὴν συμφορὰν, οὐ βαρβάρων τινῶν ἀγρίων δορυάλωτον εἰληχότων, ἀλλὰ ἀδελφῶν φθόνῳ δεδουλευκότων, καὶ οὐδὲ ἀδικίαν τινὰ δεικνύντων, ἀλλὰ τοὺς ὀνείρους ἐφόδιον εἰς δυσμένειαν εἰληφότων, οὐδὲν τούτων εἰς διάνοιαν λαμβάνων (4), οὐδὲ τὰ μετὰ τὴν δουλείαν συμβεβηκότα, καὶ τοὺς ὑπὲρ (5) σωφροσύνης ἀγῶνας (6), καὶ τὴν μετὰ νίκην (7) καταδίκην, καὶ τὴν ἀντὶ στεφάνων τιμωρίαν, καὶ ἀντὶ ἀναῤῥήσεων δεσμωτήριον, προσῄει τοὺς ἄλλους ἀθυμοῦντας παρηγορῶν, καὶ τῶν συνδεσμωτῶν ἐπυνθάνετο, λέγων· « Τί ὅτι τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ σήμερον; » Τῶν δὲ φησάντων ὀνείρους ἑωρακέναι, καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας ἀγνοίᾳ (8) κυκᾶσθαι τὸν λογισμὸν, οὐκ ἐθρήνησεν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ τῶν ὀνείρων ἀκούσας, οὐδὲ ὠλοφύρατο τῶν οἰκείων ἀναμνησθεὶς συμφορῶν, οὐδὲ ἀφῆκε δάκρυον ἀγεννὲς, οὐδὲ ἀνῴμωξε, καὶ τῶν παθῶν τὴν τραγῳδίαν εἰς μέσον παρήγαγε· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγέλασε μέγα, ὀνείρων ἀκούσας, ὧν τὸ ψεῦδος τέως προφανὲς (9) ἐθεώρει, οὐδὲ ἔφησε πρὸς τοὺς δεσμώτας ἐκείνους (10)· Ἀγνοεῖτε τῶν ὀνείρων, ὡς ἔοικεν, ὦ φίλοι, τὸ (11) ψεῦδος, ἀπείρατοι (12) τῆς τούτων ἀπάτης, ὡς εἰκὸς, ὑπάρχοντες, τὴν τούτων ἑρμηνείαν

A adversis quoque lætitia et consolatione instructus fuit, ut et aliis vinctis solatio esset, et si quando animo dolentes videbat, consolatione sedula recrearet. Sæpe enim animæ affectio vultu proditur, et animi motibus non modo faciei color, sed et oculorum motus, et superciliorum contractio remissioque respondent. Et iræ quidem insolentiam oculorum terribilis visus notat, ejusdem vero gratiosam remissionem palpebrarum rugæ risum simulantes arguunt: curas autem superciliorum in medio coitus prodit, et eorumdem in altum reflexus fastum ostendit. Quoniam ergo plerique animæ motus in vultu prodi consueverunt, admirabilis ille athleta vultus mutationibus, tanquam quibusdam animæ nuntiis usus, tristes consolari satagebat. Et cum B aliquando duos regios famulos mœstos videret, pincernarum nempe et pistorum principes (propter commissa enim facinora illic detinebantur), ad ambos accedit, interrogat, et tristitiæ causam **618** inquirit. Homo tantis calamitatum undis obrutus, pronepos quidem Abrahæ, Isaaci autem nepos, et Jacobi filius, qui illi omnium charissimus instar luminis habitus, unica lætitiæ causa fuerat: nunc autem servus factus tantam calamitatem passus erat, non quidem a ferocibus barbaris bello captus, sed fratrum invidia in servitutem venditus, qui illum nullius sceleris convicerant, sed sola insomnia inimicitiæ suæ causam arripuerant: is, inquam, nihil horum mente versans, nec servitutem consequentia C incommoda, nec certamina, quæ castitatis causa subierat, nec damnationem post victoriam, nec pœnam sibi pro coronis impositam, nec carcerem pro laudis præconio redditum: ille, inquam, alios animi dolore confectos consolaturus accedit, et captivitatis suæ socios interrogat, dicens: « Cur vultus vestri tetrici sunt hodie [60]? » Cumque illi se insomnia vidisse, et interpretationis ignorantia animo turbari dicerent: non in miserabilem luctum divinus ille vir erupit, ubi somniorum mentio facta est, nec propriæ calamitatis recordatus ploravit, nec ignobiles emisit lacrymas, nec ejulavit, nec affectuum tragœdiam in medium produxit: imo nec immensum risit, postquam de somniis illi dixerunt, quorum vanitatem antea manifestam perspexerat, nec caD ptivis dixit: Ignoratis, ut videtur, o amici, quæ sit somniorum vanitas, et horum dolos antehac, quantum conjicio, non experti, **619** illorum interpretationem desideratis; ego autem, experientia magistra edoctus, vos hæc ridere jubeo: nihil enim veri illa prædicant, sed omnia veritati contraria nuntiare solent. Olim equi-

[60] Gen. XL, 7.

(99) ἀνδ. Edit. Paris. ἀνδρίαν.
(1) χαλ. ibid. χαροπόν.
(2) τιν. Des. ibid.
(3) αὐτ. Edit. Paris. αὐτῷ.
(4) λαμβ. ibid. εἰληφότων.
(5) ὑπ. ibid. περί.
(6) ἀγ. ibid. λόγους.
(7) νίκ. ibid. præm. τήν.
(8) ἀγν. ibid. ἐννοίᾳ.
(9) προφ. ibid. προφανῶς.
(10) ἐκ. Des. ibid.
(11) τό. ibid. καί.
(12) ἀπ. ibid. ἀπείραστοι.

Digitized by Google

dem, somniis fidem habens, me fratribus imperaturum, et paternæ domus principem futurum speravi: at non modo imperium non assecutus, verum etiam libertate spoliatus in miseram servitutem redactus sum. Et ne servus quidem secundis flatibus fortunæ vectus sum, sed et illic infinitis implicitus calamitatum procellis carcerem inhabitare cogor. Nequaquam ergo vos nocturnæ visiones perturbent. Insomniorum genus a veritate alienissimum est. Nihil horum dixit, imo nec cogitavit generosus ille vir, qui sic ait illis: « Nonne per Deum horum manifestatio est? Annuntiate ergo mihi [41]. » Et ubique Dei nomen circumfert, et hoc animam simul atque sermones suos exornat. At cum interpretationem Dei esse dicit, aliquid in hac audet, ut qui se divinum quoddam templum effecerat. Narrabant igitur, ipse vero interpretabatur, et quæ ænigmatis speciem præ se ferebant, ac obscuriora erant, explicabat. Postquam vero interpretationem absolvit, pincernæ dicit: « Cæterum memento mei, cum bene tibi erit: quoniam furto sublatus sum de terra Hebræorum, et hic nihil mali commisi, et in lacum domus hujus conjecerunt me [42]. » Nec ipsa necessitate jubente fratrum malitiam * detegit,
620 sed furti prætextum infert, ac eos, qui ipsum servitutis jugo subjecerant, ne verbis quidem insectatur, sed ingenito sibi pudore injustitiam ipsorum tegit: nec fratres solummodo accusare non vult, sed nec heræ suæ nequitiam hujus ignaris manifestavit, et cum tantam illius petulantiam, lasciviam, mendacium, calumnias, et insidias probe perspectas haberet, nihil quidem horum, sed simplicem duntaxat sui excusationem protulit. « Quoniam furtim, inquit, raptus sum de terra Hebræorum, et hic nihil mali feci, et conjecerunt me in lacum carceris hujus. » Inspice verborum prudentiam, inspice mentis magnanimitatem, inspice liberam et imperterritam sapientiam, inspice animam semper sibi similem, quæ nec prosperitate effertur, nec infortuniis dejicitur, sed omnia simul tam tristia quam jucunda vitæ hujus deridet, solam vero virtutem miratur, et hanc exsequi studet. Quid huic abominabilis nocuit heræ improbitas? Quid illum ejusdem nequitia læsit? Minime ergo pronunties dominorum iniquitatem servis nocere. Nam fieri potest, ut qui malis heris servit, malitiæ imitationem pro virili effugiat. Ut vero intelligas, nec herilem potestatem malitiæ magistram, nec divitias vitiorum auctores esse, illum ipsum manumissum jam, et secundum a rege factum contemplare, qui throni majestate non effertur, sed principatum mansuetudine temperat, et imperium non nisi curam esse docet. Qui, inquam, fratres mortem sibi

[41] Gen. XL, 8. [42] ibid. 14, 15.

A ποθεῖτε· ἐγὼ δὲ τὴν πεῖραν ἔχων διδάσκαλον, καταγελᾷν ὑμᾶς τούτων παρεγγυῶ· οὐδὲν γὰρ οὗτοι μηνύουσιν ἀληθὲς, ἀλλὰ τἀναντία πάντα τῇ ἀληθείᾳ προλέγουσιν. Ἤλπισα τῶν ἀδελφῶν ἡγεμονεύσειν (13), καὶ τῆς πατρῴας ἄρξειν οἰκίας, ὀνείροις ποτὲ (14) πιστεύσας ἐγώ· καὶ οὐ μόνον τῆς ἡγεμονίας οὐκ ἔτυχον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐκπεσὼν, δοῦλος ὁ ταλαίπωρος ἐγενόμην. Καὶ οὐδὲ δουλεύων ἐξ ουρίων ἠνέχθην, ἀλλὰ κἀνταῦθα μυρίαις περιπεσὼν τρικυμίαις, δεσμωτήριον οἰκεῖν ἀναγκάζομαι. Μὴ τοίνυν ὑμᾶς ταραττέτωσαν αἱ νυκτεριναὶ φαντασίαι· ἀληθείας πόῤῥω τυγχάνει τῶν ὀνείρων τὸ γένος. Οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν ὁ γενναῖος ἐκεῖνος ἀνήρ, ἀλλά φησι πρὸς αὐτούς· « Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν; Ἀπαγγείλατε (15) οὖν
B μοι. » Καὶ πανταχοῦ τὸ θεῖον ὄνομα περιφέρει, καὶ τούτῳ τήν τε ψυχὴν ὁμοῦ καὶ τοὺς λόγους κατακοσμεῖ. Καὶ Θεοῦ λέγων εἶναι τὴν ἑρμηνείαν, καταθαῤῥεῖ ταύτης, ἅτε δὴ θεῖον ἑαυτὸν κατασκευάσας νεών. Ἀπήγγελλον οὖν (16), ὁ δὲ ἡρμήνευε, καὶ τὰ αἰνιγματώδη καὶ συνεσκιασμένα ἐγύμνου. Καὶ μετὰ τὸ τέλος τῆς ἑρμηνείας, τῷ ἀρχιοινοχόῳ φησίν· « Ἀλλὰ μνήσθητί μου, ὅταν εὖ σοι γένηται, ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν κακὸν, καὶ ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦ οἴκου τούτου » Καὶ οὐδὲ τῆς ἀνάγκης καλεσάσης (17), τὴν τῶν ἀδελφῶν ἐγύμνωσε πονηρίαν, ἀλλὰ πρόσωπον ὑποδεικνύει τὸ τῆς κλοπῆς δρᾶμα, καὶ τοὺς ἔργῳ δοῦλον πεποιηκότας, λόγῳ παροινεῖν οὐκ ἀνέχεται, ἀλλ' αἰδοῖ τῆς φύσεως συγκαλύπτει τὴν ἀδικίαν· οὐ μόνον δὲ τὴν
C τῶν ἀδελφῶν γραφὴν εἰσενεγκεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' οὐδὲ τῆς δεσποίνης τὴν πονηρίαν τοῖς ἀγνοοῦσι δήλην πεποίηκε· καὶ τοσαύτην αὐτῇ συνειδὼς λαγνείαν, ἀκολασίαν, ψεῦδος, συκοφαντίαν, ἐπιβουλὴν, τούτων μὲν οὐδὲν εἰς μέσον παρήγαγεν, ἁπλῆν δὲ μόνην ὑπὲρ ἑαυτοῦ (18) τὴν ἀπολογίαν εἰσήνεγκεν· « Ὅτι κλοπῇ, φησὶν, ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐδὲν κακὸν ἐποίησα, καὶ ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦ ὀχυρώματος τούτου. » Βλέπε ῥημάτων φιλοσοφίαν, βλέπε διανοίας μεγαλοψυχίαν, βλέπε φρόνημα ἀδούλωτον καὶ ἀκατάπληκτον, βλέπε ψυχὴν τὴν αὐτὴν ἀεὶ, καὶ μήτε ἐν εὐημερίαις ἐπαιρομένην, μήτε ἐν δυσκληρίαις ταπεινουμένην, ἀλλὰ πάντα γελῶσαν καὶ τὰ λυπηρὰ τοῦ βίου, καὶ τὰ τερπνὰ, μόνην δὲ ἀρετὴν
D θαυμάζουσαν, καὶ ταύτης μετιέναι σπουδάζουσαν. Τί τοῦτον (19) ἡ τῆς δεσποίνης ἐλυμήνατο βδελυρία; Τί δὲ αὐτὸν ἡ ἐκείνης ἔβλαψε πονηρία; Μὴ τοίνυν ὁρίζου βλάβην εἶναι δούλων τῶν δεσποτῶν τὴν μοχθηρίαν· δυνατὸν γὰρ καὶ πονηροῖς δεσπόταις δουλεύοντα, φυγεῖν παντὶ σθένει τῆς πονηρίας τὴν μίμησιν. Ὅτι δὲ οὐ δεσποτεία πονηρίας διδάσκαλος, οὔτε πλοῦτος κακίας δημιουργὸς, βλέπε τοῦτον αὐτὸν, τῆς μὲν δουλείας ἀπαλλαττόμενον, καὶ τῆς βα-

(13) ἡγ. Edit. Paris. ἡγεμονεύειν.
(14) ποτέ. ibid. post πιστεύσας ponitur, omisso ἐγώ.
(15) ἀπ. Loc. cit. leg. διηγήσασθε.
(16) ἀπ. οὖν. Des. in edit. Paris.
(17) καλ. ibid. ἐγκαλεσάσης.
(18) ὑπ. ἑαυτ. Edit. Paris. περὶ αὐτοῦ.
(19) τοῦτ. ibid. τοίνυν.

Digitized by Google

σιλείας τὰ δεύτερα λαμβάνοντα, καὶ τοῖς θρόνοις οὐκ ἐπαιρόμενον, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν ἠπιότητι κεραννύντα, καὶ τὴν ἡγεμονίαν κηδεμονίαν δεικνύντα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ὁρῶντα μὲν φόνον ἀρτύοντας, οὐ φονῶντα δέ· καὶ τῶν μὲν ὀνείρων ἀναμιμνησκόμενον, τοῦ δὲ φθόνου τῶν ὀνείρων ἐπιλανθανόμενον. Ὁ μὲν γὰρ λιμὸς τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον εἵλκυσεν, ἡ δὲ χρεία προσκυνεῖν ἠνάγκαζεν ἀγνοοῦντας τὸν προσκυνούμενον· οἱ δὲ πολεμηθέντες ὄνειροι, διὰ τῶν ἐπιβουλευσάντων τὸ πέρας ἐλάμβανον. Καὶ οἱ τῶν ὀνείρων χάριν τὸν ἀδελφὸν ἀποδόμενοι, ἵνα μὴ προσκυνήσωσιν ὡς προεῖπον οἱ ὄνειροι, τῇ πράσει τὴν προσκύνησιν κατεσκεύασαν. Πραθεὶς γάρ, ἐδούλευσε· δουλεύσας, τὴν (20) τῆς δεσποίνης ἀκολασίαν ἐμίσησε· μισήσας, συκοφαντίαν ὑπέμεινε· συκοφαντηθείς, δεσμωτήριον ᾤκησε (21)· καθειρχθείς, τοῖς τοῦ βασιλέως οἰκέταις τοὺς ὀνείρους ἡρμήνευσεν. Ἐκεῖθεν γίνεται γνώριμος (22) τῷ βασιλεῖ, ἀπαλλάττει θορυβούμενον ὑπ' ὀνείρων· καὶ σαφῶς ἑρμηνεύσας, καὶ τὸ πρακτέον συμβουλεύσας, χειροτονεῖται λοιπὸν ὧν συνεβούλευσεν οἰκονόμος. Κεράννυσι τῇ φορᾷ τῶν καρπῶν τὴν προσδοκωμένην τῆς γῆς ἀκαρπίαν, καὶ τὴν εὐετηρίαν φυλάττει φάρμακον τῷ λιμῷ· καὶ γίνεται τροφεύς, οὐκ Αἰγυπτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδελφῶν, οἳ τροφὴν αὐτὸν ἐποιήσαντο. Προσκυνοῦσι τοιγαροῦν αὐτὸν ἀληθῶς οἱ τῶν ὀνείρων φθονήσαντες, καὶ οἱ τὴν ἐν ὀνείρῳ προσκύνησιν οὐ (23) δεξάμενοι, τὴν ἀληθῆ προσκύνησιν ἐπληρώσαντο. Ὁ δὲ τὴν μὲν προσκύνησιν δέχεται, τοῖς δὲ ἴσοις τοὺς ἀδελφοὺς οὐκ ἀμείβεται, ἀλλὰ καὶ (24) τρέφει, καὶ θεραπεύει, καὶ προῖκα τὸν σῖτον δωρεῖται. Καὶ τὸ τελευταῖον, τὸν ὁμογάστορα θεασάμενος ἀδελφόν, καὶ τὸ δρᾶμα τῆς ἐπιβουλῆς ὑφήνας, ὡς εἶδεν αὐτοὺς ὑπερμαχοῦντας τοῦ νέου, καὶ τὴν τοῦ πρεσβύτου πατρὸς θεραπείαν τῆς σφῶν αὐτῶν προτιμῶντας ἐλευθερίας, τὸ προσωπεῖον τῆς ἀπειλῆς (25) ἀφελόμενος, καὶ πάντας ἔξω γενέσθαι (26) τοῦ δικαστηρίου κελεύσας· « Ἐγώ, φησίν, εἰμὶ Ἰωσὴφ ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, ὃν εἰς Αἴγυπτον ἀπέδοσθε. » Καὶ ἵνα μὴ παραυτίκα τῷ δέει καταπλαγέντες, τὸν τῆς ἀποπληξίας ὑπομείνωσιν ὄλεθρον, εὐθὺς ἐπήγαγε λέγων· « Καὶ νῦν μὴ φοβεῖσθε (27), μηδὲ σκληρὸν ὑμῖν φανήτω· εἰς γὰρ ζωὴν ἀπέσταλκέ (28) με ὁ Θεὸς ἔμπροσθεν ὑμῶν. » Ἐπειδὴ (29) γὰρ ᾔδει πάσης (30) αὐτοὺς ἀπολογίας γεγυμνωμένους, καὶ τὴν γλῶτταν αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πεπεδημένην, αὐτὸς ὁ τὰ μυρία ἐκεῖνα πεπονθὼς δεινά, τὴν μὲν κατηγορίαν ἐᾷ, τὴν δὲ ἀπολογίαν εἰσφέρει. « Εἰς γὰρ ζωὴν ἀπέσταλκέ με ὁ Θεὸς ἔμπροσθεν ὑμῶν, ἵνα διατραφῇ λαὸς πολύς. » Οὐχ ὑμῶν, φησί, τὸ ἔργον, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. Μὴ δυσχεραίνετέ μου τὴν δουλείαν, θείαν οὖσαν οἰκονομίαν. Ἀπόθεσθε τὸ δέος· οὐδὲν ἐντεῦθεν γεγένηται χαλεπόν. Πάσης τῆς Αἰγύπτου τὴν ἡγεμονίαν

molitos coram videt, non tamen interficit, et 621 somniorum quidem recordatur, invidiæ autem inde exortæ obliviscitur. Fames enim fratres in Ægyptum traxit, et necessitas quem ignorabant adorare coegit: tunc (illorum conatibus) oppugnata insomnia per eosdem insidiatores impleta sunt. Quique fratrem propter somnia vendiderant, ne ipsum aliquando, ut somniis prædictum erat, adorarent, venditione sua adorationem promoverunt. Venditus enim servivit: servum agens dominæ suæ intemperantiam abominatus est: hanc cum abominatus esset, calumniis accusatus carcerem inhabitavit: in carcere detentus aulicis somnia exposuit. Hinc regi notus fit, quem somniis turbatum omni cura liberat. * Cumque ea evidenter interpretatus esset, et quod faciendum erat consuluisset, eorum quæ consulueral administrator electus est. Ibi frugum abundantia futuram terræ sterilitatem temperat, et fertilitatem in famis remedium reservat: et non Ægyptiorum modo, sed et fratrum nutritor fit, qui ipsum aliis devorandum exposuerant. Vere itaque illum adorant, quos somniorum invidia exagitaverat, quique in somniis factam adorationem admittere noluerant, veram adorationem perficiunt. Hic vero adorari quidem se patitur, fratribus autem non paria refert, sed alit, curat, et frumentum gratis largitur. Postremo uterinum fratrem conspicatus, et insidiarum fabulam texens, ubi illos pro puero decertare, et vetuli patris 622 salutem propriæ libertati præferre vidit, deposita minarum persona, omnibusque prætorio exire jussis: « Ego, inquit, sum Joseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum [61*]. » Et ne subito timore perculsi apoplexiæ discrimen subirent, mox infert: « Et nunc ne timeatis, nec id vobis durum videatur: in vitam enim misit me Deus ante vos [61**]. » Quia enim illos omni excusatione destitutos, et linguam ipsorum peccati conscientia astrictam noverat, ipse infinitas hasce adversitates passus, accusationem quidem omittit, excusationem vero infert. « In vitam enim misit me Deus ante vos, ut aleretur populus multus [62]. » Non vestrum, inquit, sed Dei hoc opus est. Nec mea vobis doleat servitus, quæ Dei est administratio. Timorem deponite, nihil hinc difficultatis evenit. Per servitutem totius Ægypti imperium consecutus sum: per hanc secundum a rege locum teneo, et mihi tantæ gentis habenæ commissæ sunt. Talis hic fuit et serviens et regnans: talis in prospera et adversa fortuna: talis cum affligeretur et prospere ageret. Proinde nec opes, nec imperium, nec paupertas, nec servitus malitiam pariunt, sed ubique mentis arbitrium regnat.

[61*] Gen. XLV, 3, 4. [61**] ibid. 5. [62] ibid. 7, 8.

(20) τὴν — ἐμίσησε. Des. in edit. Paris.
(21) δεσμ. ᾤκ. ibid. inverso ordine legitur.
(22) γν. ibid. post τῷ βασιλεῖ ponitur.
(23) οὐ. ibid. μή.
(24) καί. Des. ibid.
(25) τ. ἀπ. Des. in edit. Paris.
(26) γεν. ibid. post τοῦ δικαστ. ponitur.
(27) φοβ. Loco cit. apud LXX, est λυπεῖσθε.
(28) ἀπ. ibid. ἀπέστειλε.
(29) ἐπ. Edit. Paris. ἵνα δή.
(30) πάσης. ibid. post αὐτούς ponitur.

Digitized by Google

ἐδεξάμην διὰ δουλείας· διὰ ταύτης ἔχω βασιλείας τὰ δεύτερα, καὶ τὰς ἡνίας κατέχειν ἔθνους τοσούτου πεπίστευμαι. Τοιοῦτος οὗτος, καὶ δουλεύων, καὶ βασιλεύων· τοιοῦτος ἐν εὐκληρίᾳ καὶ δυσκληρίᾳ· τοιοῦτος κακοπραγῶν καὶ λίαν εὐημερῶν. Οὐκοῦν οὐ πλοῦτος, οὐδὲ δεσποτεία, οὐ πενία, οὐδὲ δουλεία τὴν κακίαν γεννῶσιν, ἀλλὰ πανταχοῦ κρατεῖ τὸ τῆς γνώμης αὐθαίρετον.

Quod vero servorum virtuti dominorum malitia nihil noceat, ex aliis quoque exemplis facile disci potest. **623** Quis eorum, qui sacris Litteris instituti sunt, Achabi malitiam, et Jezabelis ' impietatem, adeoque contra Deum conceptam rabiem ignorat? Nihilominus tamen iisdem illis Abdias serviens, et officium quoddam ab illis commissum administrans, non modo herilia vestigia non secutus est, sed plane aliam viam est ingressus. Nam hi quidem contra Dei prophetas insanientes, omnes mactari præceperant, et servorum Dei internecionem voluptatis loco ducebant, in hoc incumbendo, si pietatis forte scintillam exstinguere possent. Hic vero profanos dominorum conatus oppugnabat, et in hoc erat ut pietatis flammam salvam servare posset, centumque prophetas in duabus speluncis absconditos alebat, cum interea gravissima tum temporis fames, quam Elias hominibus induxerat, impietatis pœnas ab ipsis exigens, reliquam terram omnem occupavisset. Atqui illum nec belluina dominorum mens perterruit, nec piorum cædes timore perculit, nec famis tyrannis, et alimentorum penuria eum circa prophetarum curam parciorem reddidit: sed illorum quidem crudelitatem abominatus, sufficientem his victum afferebat, illorum salutem propriæ securitati præferens, et vitam, quæ sine illis transigenda esset, mortis loco ducens. Et in his quidem, in quibus Deus nequaquam oppugnabatur, debitum officium heris suis detulit: leges vero contra universalem omnium Creatorem promulgatas ridendas putans, harum quidem auctores odio habebat, eorum vero **624** qui jussa exsequi cogebantur, miserebatur: et cum istud obsequium summam putaret perniciem, quos perdere jussus erat salute dignabatur: mortem videlicet pietati junctam vita impia honestiorem judicans. Proinde nequaquam illi abominabilis herorum impietas nocuit, sed eorumdem malitia insignem omnibusque conspicuum reddidit. Nihil enim animo pietatis studio destinato firmius, nihil anima, quæ vitiis servire non vult, robustius. Sed nescio quid mihi accidat, dum virorum optimorum virtus sermonem urgens, illum æquo longius extendere cogit. Agedum ergo, ulterius hunc protrahentes, ad aliud exemplum transeamus.

Sedecias quidam ultimus Judæorum ' rex fuit, qui et ipse gravi impietatis morbo laboravit, et divini verbi oracula audire non sustinuit. Hic divinissimum Jeremiam, qui tunc temporis prophetam agens Dei oracula hominibus reddebat, in cisternam

A Ὅτι δὲ οἰκετῶν ἀρετὴν δεσποτῶν οὐ λυμαίνεται πονηρία, καὶ ἀφ' ἑτέρων παραδειγμάτων καταμαθεῖν εὐπετές. Τίς ἀγνοεῖ τῶν τὰ θεῖα πεπαιδευμένων, τοῦ Ἀχαὰβ τὴν πονηρίαν, καὶ τῆς Ἰεζάβελ τὴν δυσσέβειαν, καὶ τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ λύτταν; Ἀλλ' ὅμως τούτοις Ἀβδιοὺ δουλεύων, καὶ παρὰ τούτων οἰκονομίαν τινὰ πεπιστευμένος, οὐ μόνον τοῖς δεσποτικοῖς οὐχ ἠκολούθησεν ἴχνεσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐναντίαν ἐκείνοις ὁδεύων διετέλεσεν. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ (31) προφητῶν μεμηνότες, ἅπαντας ἠπείγοντο παραδιδόναι (32) σφαγῇ, καὶ τρυφὴν ἡγοῦντο τῶν τοῦ Θεοῦ θεραπευτῶν (33) τὴν ἀναίρεσιν, παντελῶς τὸν τῆς εὐσεβείας σπινθῆρα κατασβέσαι φιλονεικοῦντες. Ὁ δὲ, ταῖς τῶν δεσποτῶν ἀνοσιουργίαις ἀντηγωνίζετο, καὶ τῆς εὐσεβείας τὸν πυρσὸν σῶον
B φυλάττειν ἐσπούδαζε, καὶ προφήτας ἑκατὸν ἐν δύο σπηλαίοις καταχρύψας ἔτρεφε, λιμοῦ χαλεποῦ τηνικαῦτα (34) τὴν οἰκουμένην κατέχοντος, ὃν ὁ μέγας Ἠλίας ἐπεστράτευσε τοῖς ἀνθρώποις, δίκας αὐτοὺς (35) τῆς ἀσεβείας εἰσπραττόμενος. Καὶ οὔτε τῶν δεσποτῶν αὐτὸν ἡ θηριώδης ἐφόβησεν (36) γνώμη, οὔτε τῶν εὐσεβῶν ἐξεδειμάτωσεν ἡ σφαγὴ, οὔτε ἡ τοῦ λιμοῦ τυραννὶς, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἡ σπάνις, μικρολόγον αὐτὸν περὶ τὴν τῶν ἁγίων προφητῶν θεραπείαν ἀπέφηνεν· ἀλλ' ἐκείνους μὲν τῆς ὠμότητος ἐβδελύττετο, τούτοις δὲ τὴν αὐτάρκη προσέφερε χρείαν, τῆς οἰκείας ἀσφαλείας τὴν ἐκείνων προαιρούμενος σωτηρίαν, καὶ θάνατον ἡγούμενος τὴν ἄνευ ἐκείνων ζωήν. Καὶ ἐν οἷς μὲν οὐκ ἐπολεμεῖτο Θεὸς, οὐδαμῶς τὴν πρέπουσαν διακονίαν τοῖς δεσπόταις προσέφερε· τοὺς
C δὲ κατὰ τοῦ πάντα πεποιηκότος τιθεμένους νόμους καταγελάστους ἡγούμενος, τοὺς μὲν τιθέντας (37) ἐμίσει, τοὺς δὲ δρᾷν τὸ κελευόμενον ἀναγκαζομένους ἠλέει· ὀλεθρίαν δὲ τὴν τοιαύτην διακονίαν ἡγούμενος, τοὺς ἀναιρεῖσθαι κελευομένους σωτηρίας ἠξίου, τὴν μετ' εὐσεβείας τελευτὴν τῆς σὺν ἀσεβείᾳ ζωῆς τιμιωτέραν ἡγούμενος. Οὐκοῦν οὐκ ἔβλαψεν αὐτὸν ἡ τῶν δεσποτῶν βδελυρία, ἀλλ' ἐπίσημον ἀπέφηνε καὶ περίβλεπτον τῶν κυρίων ἡ πονηρία. Οὐδὲν γὰρ γνώμης προαιρουμένης εὐσεβεῖν ἰσχυρότερον, οὐδὲν δυνατώτερον ψυχῆς κακίᾳ δουλεύειν οὐ βουλομένης. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα τί πάθω, τῆς τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν ἀρετῆς βιαζομένης τὸν λόγον, καὶ πέρα τοῦ μέτρου μηκύνειν ἀναγκαζούσης. Φέρε τοίνυν (38) τοῦτον ἑλ-
D κύσαντες, ἐφ' ἕτερον μεταβῶμεν παράδειγμα.

Σεδεκίας τις ἔσχατος ἐγένετο βασιλεὺς τῶν (39) Ἰουδαίων, πολλὴν καὶ αὐτὸς νοσήσας ἀσέβειαν, καὶ τῶν θείων χρησμῶν ἐπαΐειν οὐκ ἀνεχόμενος. Οὗτος τὸν θειότατον Ἱερεμίαν, τηνικαῦτα προφητεύοντα, καὶ διαπορθμεύοντα τοῖς ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ τὰ θεσ-

(31) τοῦ Θ. In edit. Paris. post προφητῶν ponitur.
(32) παρ. ibid. παραδοῦναι.
(33) θερ. ibid. θεραπόντων.
(34) τήν. Des. ibid.
(35) αὐτ. ibid. αὐτοῖς.
(36) ἐφ. ibid. post γνώμη ponitur.
(37) τιθ. ibid. τιθεμένους.
(38) τοίν. Des. in edit. Paris.
(39) τῶν. Des. ibid.

Digitized by Google

πίσματα, εἰς λάκκον καθῆκε δυσώδη βόρβορον ἔχοντα, ὅτι λυπηρὰ λίαν καὶ ἀλγεινὰ προηγόρευσεν. Ἀβδεμέλεχ δέ τις οἰκέτης Αἰθίοψ ἐκτομίας, οὐ τῆς βασιλείας τὸν ὄγκον εἰς νοῦν λαβὼν, οὐ τὴν κρατοῦσαν ἀσέβειαν, οὐ τὴν κατὰ τοῦ προφήτου μανίαν, οὐ τῆς δουλείας τὴν συμφορὰν, ἐλέγχει μὲν τοῦ βασιλέως τὴν ἄδικον ψῆφον, κατηγορεῖ δὲ τῆς κατὰ τοῦ προφήτου τολμηθείσης παρανομίας, καὶ τὸν τῶν γινομένων ἔφορον ὑποδείκνυσι, καὶ τῇ δικαίᾳ τιμωρίᾳ τὸν βασιλέα δεδίττεται. Καὶ γίνεται σύμβουλος τοῦ βασιλέως ὁ οἰκέτης, τοῦ ἀνδρὸς ὁ εὐνοῦχος, τοῦ ἡμεδαποῦ ὁ ὀθνεῖος, τοῦ Ἰσραηλίτου ὁ Αἰθίοψ, ὁ ἐκ τοῦ Χὰμ τοῦ ἐκ τοῦ Σὴμ τὸ γένος κατάγοντος. Καὶ πείθει τοῖς εὐσεβέσι λόγοις τὸν βασιλέα, καὶ ἀνάγει τὸν προφήτην ἐκ τῆς πικρᾶς ἐκείνης καὶ ζοφώδους καὶ δυσώδους εἱρκτῆς, καὶ τὴν ἀναγκαίαν αὐτῷ χορηγεῖ τροφὴν πάντα τῆς πολιορκίας τὸν χρόνον. Καὶ λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ μισθὸν τῆς εὐσεβείας, τὴν εὐλογίαν· καὶ τῆς πόλεως ἁλούσης, καὶ τῶν οἰκούντων τὰ βασίλεια κατασφαγέντων, οὗτος ἀπολαύει τῆς σωτηρίας κατὰ τὴν θείαν ὑπόσχεσιν.

A graveolenti cœno fetidam demisit, eo quod tristia valde et molesta fata prædiceret. Sed Abdemelech quidam famulus Æthiops eunuchus, nec aulæ regiæ fastum, nec regnantem in hac impietatem, nec contra prophetam conceptum furorem, nec servitutis miseram conditionem animo volvens, injustam regis sententiam reprehendit, iniquissimum vero in prophetam patratum facinus accusat, et summum rerum omnium inspectorem monstrat, regemque justa pœna perterret. Atque regis consiliarius fit famulus, viri eunuchus, inquilini alienigena, Israelitæ Æthiops, quique e **625** Cham oriundus erat, ejus qui genus ex Semo deducebat. Sed et regi piis sermonibus persuadet, prophetamque ex injucundo isto, obscuro et graveolenti carcere liberat, ac toto obsidio-
B nis tempore sufficientem illi victum largitur. Tum a Deo benedictionem pietatis præmium accipit, et cum capta urbe aulici omnes cæderentur, hic juxta Dei promissionem salute fruitur.

Εὔδηλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς οὐ λυμαίνονται μόνον τοῖς ἀγαθοῖς οἰκέταις οἱ πονηροὶ δεσπόται, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἐξ ἐκείνων ὠφέλειαν καρποῦνται. Καὶ τοῦτο πάλιν καὶ ἑτέρωθεν ἔστι καταμαθεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνάστατος ἡ πόλις ἐκείνη διὰ τὴν πολλὴν παρανομίαν ἐγένετο, καὶ (40) πολλοὺς μὲν ὁ λιμὸς ἐδαπάνησε, πολλοὺς δὲ ὁ πόλεμος θανάτῳ παρέπεμψε, τοὺς δ' ὑπολοίπους εἰς Βαβυλῶνα δορυαλώτους ὁ τῶν Χαλδαίων ἀπήγαγε βασιλεύς· εἶτα τοὺς ἐξ εὐγενῶν πεφυκότας, καὶ ὥρᾳ σώματος λάμποντας, καὶ ἡλικίας ἀκμῇ νεανιευομένους ἀποκρίνας, ἔνδον ἐν (41) τοῖς βασιλείοις διάγειν ἐκέλευσε, τὴν βασιλικὴν διακονίαν πληροῦντας. Πρότερον δὲ αὐτοὺς ἐκέλευσε τὴν ἐκ τῆς πολιορκίας καὶ τῆς ὁδοιπορίας ἀποδύσασθαι κακουχίαν, διαίτῃ λαμπρᾷ, καὶ σιτίοις (42) καὶ ὄψοις ἐκ τῆς βασιλικῆς προσφερομένοις τραπέζης. Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὴν τῶν θείων μειρακίων ἐκείνων εὐγένειαν· οὔτε γὰρ ἡ τῆς πόλεως ἅλωσις, οὐχ ὁ τοῦ θείου νεὼ ἐμπρησμὸς, οὐχ ἡ τῶν ἀδύτων καὶ ἀψαύστων ἐρημία, οὐ τὰ θεῖα σκεύη λάφυρα τῶν Βαρβάρων γεγενημένα, οὐχ ἡ τῶν βασιλέων ἀναίρεσις, οὐχ ἡ τῶν ἱερέων (43) σφαγὴ, οὐχ ἡ πόῤῥωθεν τῶν ἁγίων οἴκησις, οὐχ ἡ ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ διατριβὴ, οὐχ ἡ ἐρημία τῶν διδασκόντων, οὐχ ἡ τῶν κρατούντων ἀσέβεια, οὐχ ἡ τῆς δουλείας ἀνάγκη, οὐχ ὁ βαρὺς τοῦ βασιλέως ζυγὸς, οὐ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον, οὐ πόθος ζωῆς, οὐ φόβος τελευτῆς, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ἀνέπεισε μικρόν τι παραφεῖναι (44) καὶ παραβῆναι τῶν τοῦ νόμου γραμμάτων. Ἀλλὰ παρακαλοῦσι μὲν τὸν κηδεμόνα (45) σφῶν γεγενημένον, τὴν ἀπὸ σπερμάτων αὐτοῖς χορηγῆσαι τροφὴν, τὴν βασιλικὴν βδελυττόμενοι θοίνην, καὶ τὴν ποικίλην ἐκείνην μυσαττόμενοι

Constat ergo ex iis quæ dicta sunt, quod bonis famulis non modo non noceant mali domini, sed quod illi magnam quoque ex iis utilitatem percipiant. Et hoc aliunde quoque videre licet. Postquam enim urbs illa propter multam iniquitatem vastata est, multisque bello absumptis, et multis fame necatis, reliquos in Babylonem captivos Chaldæorum rex abduxit: tum deinde selectos eos, qui, e nobilioribus nati, corporis forma et ætatis flore splende-
C bant, intra regiam habitare jussit, regiis nimirum obsequiis exsequendis destinatos [41]. Prius vero corporum valetudinem infirmiorem, quam ex obsidione et profectione contraxerant, lautiori victu, cibis item et obsoniis a regia mensa sumptis, exuere præcepit. Hic mihi divinorum illorum juvenum generositatem inspice. Nec enim urbis excidium, nec divini templi incendium, nec adytorum et sanctissimorum locorum vastitas, nec sacra vasa **626** Barbarorum manibus direpta, nec regum cædes, non sacerdotum mactatio, non tam procul a sanctis remota sedes, non peregrinatio in aliena terra, non doctorum inopia, non dominorum impietas, non servitutis necessitas, non grave regis jugum, non
D ætas tenera, non vitæ desiderium, non mortis metus, non quidquam horum aliud persuasit, ut vel paululum delinquere, et legis mandata transgredi vellent. Sed eum, a cujus cura pendebant, obsecrant, ut leguminum cibum illis largiatur, regias epulas abominati, et varias illas conviviorum lautitias exosi. Has enim idolorum appellatione pollutas videbant. Tanta autem animi fortitudine, amore item et fide erga patrium Deum præditi fuerunt, ut suo procuratori pollicerentur, legumina ipsos splen-

[41] Dan. I, 1-4.

(40) καὶ — ἐδαπ. Des. in edit. Paris.
(41) ἐν. Des. ibid.
(42) σιτ. ibid. σιτηρεσίοις.

(43) ἱερ. Edit. prior habebat ἱερῶν.
(44) παρ. Edit. Paris. παραφεῖσθαι.
(45) κηδ. ibid. ἡγεμόνα.

didiores factura iis qui regiis cibis alerentur. Nec spe sua frustrati sunt, sed fidei fructus perceperunt. Omnibus enim aliis, qui splendide epulati fuerant, integriores, habitu ac forma præstantiores, et corporis viribus validiores apparuerunt, sicut polliciti fuerant. Postquam vero tempus procedens ipsos ad virilem ætatem perduxit, ubi virtutis suæ specimen dederunt, indigenarum rectores constituuntur ii, qui bello capti fuerant : ubi mox aliud rursus illis aperitur stadium. Arrogans enim ille, et insaniæ fastu patrem imitans, maximam illam statuam ex materia et auro conflatam erigit, **627** omnes vero imaginem ceu Deum adorare jubet. Hanc autem adorare nolentibus supplicium decernit caminum, quem alimenti insatiabili rabie ad summum augebat. Tunc sane multi quidem regi gratificari volentes jussa fecerunt : multi vero, quod alias solebant facientes, cultum hunc ceu alii cuipiam idolo obtulerunt; erant item qui ignis metu animas projecerunt, et, licet conscientiæ stimulis agitarentur, divinum cultum tamen ad imaginem transferebant. At generosi illi et nobiles animi, Ananias nempe, Azarias, et Misael, illi, inquam, legis alumni, Abrahamicæ fidei hæredes, pietatis athletæ, gratiæ præcursores, fidei propugnatores, corporibus quidem servi, animis autem liberi, captivi illi, animabus autem regibus ipsis excellentiores, non modo volentes non adorarunt imaginem, sed accusati quoque quod jussa non fecissent, nullam prorsus excusationem afferunt, quin palam se adoraturos negant, et alta voce clamant : « Est Deus in cœlo, quem nos colimus, qui nos potest liberare de camino ignis ardenti, et ex manibus tuis, o rex, liberabit nos. Quod si minus, notum tibi sit, o rex, fore ut deos tuos non colamus, et imaginem auream quam statuisti, non adoremus [68]. » Nec enim pro mercede Creatori servimus : nec salutem pietate emimus, nec qualicunque oblata ratione vitam servare cupimus, sed Domini voluntatem amamus, qui, si ex adversis liberet, gratias agimus, et si in illa nos incidere permittat, adoramus. Nam quod nos **628** quidem omnibus suppliciis, quæ tu minaris, superiores reddere possit, probe scimus, nec ulla ratione dubitamus : num vero id velit, nescimus. Pervestigari enim nequit divinæ Providentiæ abyssus. Nihil ergo cunctare, quin præparatis nos pœnis tradito. Nobis enim pietati conjuncta mors vita impia suavior est. Et hi quidem hæc dixerunt : ipse vero nequaquam distulit, quin camino juvenes vinctos transmisit. Porro ignis ferrea quidem vincula dissolvit, ipsos vero capillos qui tamen facile comburuntur, servavit incolumes, nec ausus est datum sibi alimentum contingere, sed fugit et terga dedit, ac proprios invasit cultores, Dei vero servos illæsos custodivit. Et sane

A πανδαισίαν· ἑώρων γὰρ αὐτὴν τῇ τῶν εἰδώλων μιαινομένην προσηγορίᾳ. Τοσοῦτον δὲ εἶχον θάρσος, καὶ περὶ τὸν πατρῷον Θεὸν ἀγάπην καὶ πίστιν, ὡς ὑποσχέσθαι τῷ κηδεμόνι, τὴν ἀπὸ σπερμάτων τροφὴν λαμπροτέρους αὐτοὺς ἀποδείξειν τῶν βασιλικὰ σιτουμένων σιτία. Καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ τῆς πίστεως ἐδρέψαντο τοὺς καρπούς. Ἀπεφάνθησαν γάρ, ὡς ἐπηγγείλαντο, πάντων ὁμοῦ τῶν λαμπρῶς ἑστιωμένων εὐπαθέστεροί τε καὶ εὐτραφέστεροι, καὶ ὥρᾳ πλείονι λάμποντες, καὶ ῥώμῃ κοσμούμενοι σώματος. Ἐπειδὴ δὲ, ὁ χρόνος ὁδεύων (46), καὶ εἰς ἄνδρας τελεῖν αὐτοὺς παρεσκεύασε, καὶ πεῖραν τῆς σφετέρας ἀρετῆς δεδωκότες, ἄρχειν ἔλαχον τῶν ἐγχωρίων οἱ δορυάλωτοι, τηνικαῦτα πάλιν ἕτερον αὐτοῖς ἀνοίγεται στάδιον. Ὁ γὰρ ἀλαζὼν ἐκεῖ-
B νος, καὶ τῷ τύφῳ τῆς μανίας τὸν πατέρα μιμούμενος, ἀνίστησι μὲν τὴν μεγίστην εἰκόνα ἐκείνην, τὴν ἐξ ὕλης καὶ χρυσοῦ κατεσκευασμένην, παρακελεύεται δὲ πάντας ὡς Θεὸν προσκυνεῖν τὴν εἰκόνα· τοῖς δὲ προσκυνεῖν οὐκ ἐθέλουσι προὔθηκε τιμωρίαν, τὴν κάμινον ἐκείνην, ἀπληστίᾳ τροφῆς ταύτην ἐπὶ πλεῖον αὐξήσας. Τότε τοίνυν πολλοὶ μὲν τῷ βασιλεῖ χαριζόμενοι, τὸ κελευόμενον ἐποίουν· πολλοὶ δὲ τὰ συνήθη δρῶντες, ὡς ἑνὶ τῶν ἄλλων εἰδώλων τὸ σέβας προσέφερον· ἦσαν δὲ, οἳ φόβῳ τῆς πυρᾶς προΐεντο τὰς ψυχάς, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδότος κεντούμενοι, τὸ θεῖον σέβας ἐπὶ τὴν εἰκόνα μετέφερον. Οἱ δὲ γεννάδαι ἐκεῖνοι, Ἀνανίας, Ἀζαρίας, καὶ Μισαήλ, οἱ τοῦ νόμου τρόφιμοι, οἱ τῆς Ἀβραμιαίας πίστεως κληρονόμοι, οἱ τῆς εὐσεβείας ἀθληταί, οἱ τῆς χάριτος
C πρόδρομοι, οἱ τῆς πίστεως πρόμαχοι, οἱ δοῦλοι τὰ σώματα, καὶ τὰ φρονήματα ἐλεύθεροι, οἱ αἰχμάλωτοι, καὶ βασιλέων τὰς ψυχὰς ὑψηλότεροι, οὐ μόνον ἑκόντες οὐ προσεκύνησαν τῇ εἰκόνι, ἀλλὰ καὶ κατηγορηθέντες, ἅτε (47) δὴ τὸ κελευσθὲν οὐ ποιήσαντες, ἀπολογίαν μὲν οὐδεμίαν προσφέρουσιν, ἄντικρυς δὲ ἀπαγορεύουσι τὴν προσκύνησιν, καὶ μεγάλῃ βοῶσι φωνῇ· « Ἔστι Θεὸς ἐν οὐρανῷ, ᾧ ἡμεῖς λατρεύομεν, ὃς δύναται ῥύσασθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς καμίνου τοῦ πυρὸς τῆς καιομένης, καὶ ἐκ τῶν χειρῶν σου, βασιλεῦ, ῥύσεται ἡμᾶς. Καὶ ἐὰν μή, γνωστὸν ἔστω σοι, ὦ βασιλεῦ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ᾗ ἔστησας, οὐ προσκυνοῦμεν. » Οὐ γὰρ ἐπὶ μισθῷ τῷ πεποιηκότι δουλεύομεν, οὐδὲ τῇ εὐ-
D σεβείᾳ τὴν σωτηρίαν ὠνούμεθα, οὐδὲ ἐκ παντὸς τρόπου ζωῆς τυχεῖν ἐφιέμεθα· ἀλλὰ στέργομεν τοῦ Δεσπότου τὸ βούλημα· κἂν ἀπαλλάξῃ τῶν δεινῶν, χάριν ὁμολογοῦμεν· κἂν τούτοις περιπεσεῖν συγχωρήσῃ, προσκυνοῦμεν. Ὅτι μὲν γὰρ δύναται κρείττους ἡμᾶς ἀποφῆναι τῶν ἀπειλουμένων τιμωριῶν, ἴσμεν σαφῶς καὶ (48) οὐδαμῶς ἀμφιβάλλομεν· εἰ δὲ καὶ βούλεται, ἀγνοοῦμεν. Ἀνέφικτος γὰρ ὁ τῆς θείας Προμηθείας βυθός. Μὴ τοίνυν μέλλε, ἀλλὰ ταῖς ηὐτρεπισμέναις (49) παράπεμπε τιμωρίαις· ἡδίων μὲν γὰρ ἡμῖν ὁ μετ' εὐσεβείας θάνατος, τῆς σὺν ἀσεβείᾳ ζωῆς.

[68] Dan. III, 17, 18.

(46) ὁδ. Edit. Paris. προκόπτων
(47) ἅτε — ποιήσ. Des. in edit. Paris.

(48) ἴσμ. σαφ. καὶ. Des. in edit. Paris.
(49) ηὐτρ. ibid. εὐτρεπισμέναις.

Digitized by Google

Οἱ μὲν οὖν (50) ταῦτα ἔλεγον, ὁ δὲ οὐκ ἔμελλεν (51), ἀλλὰ τῇ καμίνῳ τοὺς νεανίας πεπεδημένους (52) παρέπεμπε. Τὸ δὲ πῦρ ἔλυσε μὲν τὸν ἐκ σιδήρου δεσμὸν, τὴν (53) εὐέμπρηστον δὲ τῶν τριχῶν ἐφύλαξε φύσιν· ἅψασθαι δὲ τῆς δοθείσης οὐκ ἠνέσχετο τροφῆς, ἔφυγε δὲ, καὶ τὰ νῶτα δέδωκε, καὶ κατὰ τῶν οἰκείων ἐχώρει προσκυνητῶν, τοὺς δὲ τοῦ Θεοῦ θεράποντας ἀκηράτους ἐφύλαττε. Καὶ καινὸν καὶ παράδοξον ἐγένετο θαῦμα. Οἱ μὲν γὰρ ἐν μέσῳ τῆς πυρᾶς ὄντες, καὶ ἐπ' ἀνθράκων βαδίζοντες, πεῖραν τῆς φλογὸς οὐκ ἐλάμβανον· οἱ δὲ περιεστῶτες ἔξωθεν, καὶ τῇ καμίνῳ τὴν τροφὴν χορηγοῦντες, τροφὴ τοῦ πυρὸς ἐγίνοντο. Καὶ οἱ μὲν ἀνῴμωζον ἐμπιπράμενοι, οἱ δὲ ἔνδον ὑμνοῦντες ἐχόρευον, καὶ τὴν κτίσιν ἅπασαν εἰς κοινωνίαν τῆς ὑμνῳδίας ἐκάλουν, καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν ἀνοήτων προσκυνουμένοις στοιχείοις ὑμνεῖν τὸν εὐεργέτην ἐκέλευον. Τοσαύτη δὲ ἦν τῆς θαυματουργίας ἐκείνης ἡ δύναμις, ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον δραμεῖν παρ' αὐτοὺς τὸν ἀλαζόνα καὶ μεμηνότα τύραννον, καὶ προσκυνῆσαι τοὺς τὴν τῆς εἰκόνος παραιτησαμένους προσκύνησιν, καὶ πᾶσιν ἐπιστεῖλαι τοῖς ὑπηκόοις, τὸν τούτων γεραίρειν Θεόν. Οὕτως ὁ μέγας Δανιὴλ τὴν αὐτὴν τούτοις συμφορὰν ὑπομείνας, καὶ δορυάλωτος γεγονὼς, καὶ μετὰ βαρβάρων βιοτεύειν ἠναγκασμένος, τὸν πατρῷον ἀκριβῶς διεφύλαττε νόμον, καὶ κατ' ἐκεῖνον πολιτευόμενος, καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον ἐφύλαττε τὴν ψυχὴν, καὶ τοσαύτην ἠφίει τῆς ἀρετῆς τὴν αἴγλην, ὡς καὶ τὸν θηριώδη τύραννον ταῖς τοιαύταις ἀστραπαῖς καταπλῆξαι· καὶ πρῶτον μὲν δήλους τοὺς ἀγνοουμένους ὀνείρους καταστῆσαι, ἔπειτα δὲ καὶ (54) τὸ δέον εἰσηγήσασθαι, καὶ τὸ συνοίσειν μέλλον ὑποδεῖξαι καὶ παραινέσαι. Καὶ τί δεῖ πάντα λέγειν τὰ ὑπ' ἐκείνου γεγενημένα λαμπρῶς; Ὅπως μὲν ὁ βασιλεὺς τὸ προσεύχεσθαι καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύειν ἀπηγόρευσεν· ὅπως δὲ οὗτος πρότερον ἐννόμως εὐχόμενος, καὶ κρύβδην τοῦτο ποιῶν, ἐπειδὴ δὲ ὁ δυσσεβὴς νόμος ἐτέθη, προφανῶς τὸν Θεὸν ἀντιβολῶν διετέλει, τοῦ νόμου καταγελῶν, καὶ τοῦ νομοθέτου καταφρονῶν. Ὅπως παρεδόθη τοῖς λέουσιν· ὅπως κἀκείνους κατέπληξε ταῖς τῆς εὐσεβείας ἀκτῖσι, καὶ οἷόν τισι κημοῖς τοῖς τῆς θείας εἰκόνος χαρακτῆρσιν ἐπέδησεν αὐτῶν τὰ μεμηνότα στόματα· ὅπως εἵλκυσεν εἰς θεωρίαν τοῦ θαύματος τὸν δυσσεβῆ βασιλέα· ὅπως αὐτὸν ἐδίδαξεν, ὡς ὁ τῶν Ἑβραίων Θεὸς πάντων ἐστὶ ποιητὴς καὶ Δεσπότης· ὅπως τὴν τῶν εἰδώλων ἀπάτην διήλεγξε. Δυνατὸν γὰρ τούτων ἕκαστον ἐκ τῆς ἱστορίας καταμαθεῖν, καὶ γνῶναι σαφῶς, ὡς δυνατὸν πονηροῖς δεσπόταις δουλεύοντας μηδεμίαν ἐκεῖθεν ἐκμάξασθαι πονηρίαν, ἀλλὰ τὴν ἄκραν τῆς ἀρετῆς καταλαβεῖν κορυφὴν, καὶ τούτους τῆς πλάνης ἐλευθεροῦν, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ποδηγεῖν, καὶ πολλοῖς ἑτέροις προκεῖσθαι σωτηρίας ἀρχέτυπον.

novum præter omnium exspectationem contigit spectaculum. Qui enim in media lignorum strue erant, et prunis inambulabant, ignis vires non senserunt aliquas. Qui vero foris steterunt, ac camino alimentum præbuere, ab igne consumpti sunt. Et hi quidem incensi ac ardentes ejulabant, illi vero hymnos canentes tripudiabant, et creaturam omnem in hymnorum communionem vocabant, atque elementa ab insanis adorata benefactorem laudare jubebant. Tanta autem illius miraculi virtus erat, ut et ipse arrogans et furibundus tyrannus accurreret, eosque qui imaginis culturam detrectaverant, adoraret, et ut omnes subditi horum Deum colerent, mandaret. Similiter * et magnus ille Daniel, qui eamdem cum his calamitatem sustinuit, bello **629** captus licet, et inter barbaros vitam agere coactus, patriam tamen legem diligenter custodivit, et secundum hanc commissum sibi publicum munus administrans, animam puram ac sinceram conservavit, tantumque virtutis splendorem emisit, ut et immanem tyrannum illius fulgore percelleret: et primo quidem quæ ignorabantur somnia manifestavit, deinde quod opus erat, quidque utile futurum esset, monstravit ac monuit. Et quidnam omnia, quæ ab hoc egregie gesta sunt, dicere attinet? Quomodo nimirum rex, ne quis precibus Deo supplicaret, prohibuerit. Quomodo hic, cum prius rite oravisset, idque clam, postquam impia lex rogata est, Deum palam precatus sit, et legem deridens, et legislatorem contemnens. Quomodo item leonibus projectus sit: quomodo hos quoque pietatis radiis terruerit, ac divinæ imaginis lineamentis, ceu frenis quibusdam, rabida illorum ora constrinxerit. Quomodo ad miraculi contemplationem impium regem pertraxerit. Ut ipsum docuerit, quod Hebræorum Deus omnium creator sit et Dominus. Quomodo præterea idolorum fraudes arguerit. Singula enim horum ex historiis cognoscere licet, et manifesto intelligere, quod fieri possit, ut qui malis dominis serviunt, nullam inde malitiam contrahant, sed ad summum virtutis fastigium perveniant, tum hos quoque errore liberent, et ad veritatis cognitionem perducant, et multis aliis salutis exemplo sint propositi.

Μηδεὶς τοίνυν μήτε τῆς δουλείας κατηγορείτω, μήτε τὴν πονηρὰν δεσποτείαν νικᾷν τῶν δούλων τὴν ἀρετὴν νομιζέτω, ἀλλὰ πανταχόθεν τοῦ Θεοῦ τὴν προμήθειαν ὁράτω. Ἀλλὰ γὰρ τυχὸν εἴποι τις ἄν· Τί δήποτε τοὺς παρανομίᾳ συνεζηκότας ὁ τῶν ὅλων (55) Θεὸς τῷ Βαβυλωνίων παραδέδωκε βασιλεῖ, καὶ τοὺς δικαίους εἴασε δορυαλώτους γενέσθαι; Ποίας τοῦτο προμηθείας ἔργον; ποίας ψήφου δικαίας; ποία δὲ οὐκ

Nemo igitur vel servitutem accuset, vel **630** malorum potestatem ac dominium servorum virtutem vincere existimet, sed ubique Dei providentiam aspiciat. Sed dicat fortasse aliquis: Quanam de causa eos qui injuste vixerant summus ille omnium Deus Babyloniorum regi subjecit, simulque justos quoque captivos duci passus est? Et quale hoc providentiæ opus? quale justæ sententiæ exemplum?

(50) οὖν. Des. ibid.
(51) ἔμ. ibid. ἤθελεν.
(52) πεπεδ. Des. ibid.
(53) τὴν — φύσιν. ibid. αὐτοὺς δὲ ἐφύλαξεν.
(54) καί. Abest ab edit. Paris.
(55) ὅλ. Edit. Paris. ἄλλων.



Digitized by Google

quæ autem in his non est inordinata et confusa rerum conditio et perversio? Cæterum hæc dicere conantur, qui divinæ gubernationis abyssum ignorant. Initiati autem, et qui divinorum mysteriorum gustum aliquem perceperunt, horum causam simul et radicem noverunt. Delinquentium enim curam gerit, et eosdem castigat Deus ille hominum amantissimus, nec quemquam mortalium neglectum relinquere vult. Quapropter iniquos in captivitatem mittens, simul cum iis quasi pædagogos et magistros misit, virtutis studiosos homines, ut ceu lucerna quadam illuminati ac deducti, juxta illorum vitam et sermones, rectam semitam aliquo modo ingrederentur. Porro quod horum captivitas non contribulibus modo salutis causa fuerit, sed et alienigenas Dei cognitione illuminaverit, historia abunde satis testatur. Si itaque ipsi per certamina claruerunt, et conspicui facti sunt, posterisque salutis exemplar reliquerunt, concaptivis autem salutis fuerunt causa, imo et Barbaros juverunt, dum pietatem exacte custodiunt, et per hanc magna miracula edunt, quid Providentiam hæc tam sapienter instituentem accusas? Cur non potius animarum Œconomum, **631** et mundi Gubernatorem, qui omnia tam sapienter et commode direxit, hymnis celebras? Ego itaque ex divinis oraculis demonstravi, quod possibile sit, ut qui malo domino servit, malitiam fugiat, virtutem consequatur, et heris quoque multas salutis occasiones afferat. Tu vero eos qui nunc conservi sunt aspice, et multos videbis, qui intemperantibus quidem serviunt, intemperantiam autem abominantur, et temperantiam colunt, nec quidquam vitii ex dominis contrahunt, sed eorum, quos modo recensuimus, vitam imitantur. Cumque et ex iis quæ dicta sunt, et ex iis quæ conspiciuntur, naturæ nostræ arbitrium liberum edoctus sis, et divinæ Providentiæ sapientiam didiceris, palinodiam cane, et quam modo præmisisti blasphemiam in hymnum converte, ac linguæ tuæ soni, qui modo contra Deum editi sunt, in Dei gloriam cedant et providentiam Creatoris decantent Christi Dei nostri. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

A ἔστιν ἐν τούτοις ἀταξία καὶ ἀκοσμία καὶ σύγχυσις; Ἀλλὰ ταῦτα λέγειν ἐπιχειροῦσιν οἱ τῆς θείας οἰκονομίας τὴν ἄβυσσον ἀγνοοῦντες. Οἱ δὲ μεμυημένοι, καὶ τῶν θείων μυστηρίων γευσάμενοι, ἴσασι τούτων τὴν αἰτίαν καὶ ῥίζαν. Κήδεται γὰρ τῶν πλημμελούντων, καὶ παιδεύει ὁ φιλάνθρωπος, καὶ ἀτημέλητον οὐδένα ἀνθρώπων ἐθέλει καταλιμπάνειν. Οὗ χάριν καὶ πέμπων αἰχμαλώτους τοὺς παρανόμους, συνέπεμψεν αὐτοῖς οἱόν τινας παιδοτρίβας καὶ διδασκάλους τοὺς ἀρετῇ συζῶντας, ἵνα, καθάπερ τινὶ λύχνῳ φωταγωγούμενοι καὶ ποδηγούμενοι τῷ τούτων βίῳ καὶ λόγῳ, τὴν ἀπλανῆ τρίβον οὕτω πως ὁδεύωσιν. Ὅτι δὲ οὐ μόνον τοῖς ὁμοφύλοις σωτηρίας ἐγένετο πρόξενος ἡ τούτων αἰχμαλωσία, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἐφώτισε τῷ τῆς θεογνωσίας φωτὶ, μάρτυς ἡ B ἱστορία. Εἰ τοίνυν αὐτοὶ μὲν διὰ τῶν ἀγώνων διέλαμψαν, καὶ περιφανεῖς ἐγένοντο, καὶ περίβλεπτοι, καὶ τοῖς ὀψιγόνοις ἀρχέτυπον ὠφελείας κατέλιπον, καὶ τοῖς συναιχμαλώτοις ὑπόθεσις σωτηρίας ἐγένοντο, καὶ τοὺς βαρβάρους ὤνησαν, ἀκραιφνῆ φυλάξαντες τὴν εὐσέβειαν, καὶ δι' ἐκείνης μεγάλα θαυματουργήσαντες θαύματα, τί τῆς Προνοίας κατηγορεῖς τοιαῦτα προμηθουμένης; Τί δ' οὐχὶ μᾶλλον ὑμνεῖς τὸν τῶν ψυχῶν Οἰκονόμον, καὶ τῆς κτίσεως Κυβερνήτην, οὕτω σοφῶς ἅπαντα καὶ συμφερόντως ἰθύναντα; Ἐγὼ μὲν οὖν ἐκ τῶν θείων ὑπέδειξα λογίων (56), ὡς δυνατὸν πονηρῷ δεσπότῃ δουλεύοντα, καὶ (57) κακίαν φεύγειν, καὶ ἀρετὴν μετελθεῖν, καὶ τοῖς δεσπόταις πολλὰς προφάσεις παρασχεῖν ὠφε- C λείας. Σὺ δὲ τοὺς νῦν συνδουλεύοντας περισκόπησον, καὶ ὄψει πολλοὺς ἀκολάστοις μὲν δουλεύοντας, ἀκολασίαν δὲ βδελυττομένους, καὶ σωφροσύνην τιμῶντας, καὶ οὐδεμίαν ἐκ τῶν δεσποτῶν κακίαν ἐκματτομένους, ἀλλ' ὧν ἀρτίως διεξεληλύθαμεν ἀνδρῶν μιμουμένους τὸν βίον. Καὶ ἔκ τε τῶν εἰρημένων, ἔκ τε τῶν δρωμένων, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως τὸ αὐτεξούσιον διδαχθεὶς, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τὴν σοφίαν καταμαθὼν, παλινῳδίαν ᾆσον, καὶ τὴν νῦν ἀνακρουομένην ὑπὸ σοῦ βλασφημίαν εἰς ὑμνῳδίαν μετάβαλε, καὶ τὰ κρούματα τῆς γλώσσης τὰ νῦν κατὰ τοῦ Θεοῦ γιγνόμενα, ὑπὲρ Θεοῦ γιγνέσθω, καὶ τοῦ Ποιητοῦ τὴν πρόνοιαν ᾀδέτω, Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## ORATIO IX.

*Quod justitiæ studium infrugiferum non sit, etiamsi fructus ejus in præsenti vita nullus appareat: tum resurrectio rationibus et natura desumptis probatur.*

Si salubrem illam admonitionem omnes audire dignarentur, quæ diserte clamat: « Difficiliora te ne quæras, et altiora te ne scruteris, **632** quæ præcepta tibi sunt cogita [64], » non equidem multis verbis opus esset, dum Dei, quæ circa omnia versatur,

## ΛΟΓΟΣ Θ'.

D *Ὅτι οὐκ ἄκαρπος τῆς δικαιοσύνης ὁ πόνος, κἂν ἐν τῷ παρόντι βίῳ μὴ φαίνηται· καὶ περὶ ἀναστάσεως, ἀπὸ φυσικῶν συλλογισμῶν* (58).

Εἰ τῆς ἀγαθῆς ἐκείνης παραινέσεως ἅπαντες ἤθελον ἐπαΐειν, τῆς διαῤῥήδην βοώσης· « Ἰσχυρότερά (59) σου μὴ ζήτει, καὶ βαθύτερά (60) σου μὴ ἐρεύνα· ἃ προσετάγη (61) σοι ταῦτα διανοοῦ, » πολλῶν οὐκ ἂν ἐδεήθημεν λόγων, τὴν περὶ πάντα (62) τοῦ

[64] Eccli. III, 22.

(56) λογ. Edit. Paris. λόγων.
(57) καί. Des. ibid.
(58) συλλ. Edit. Paris. λογισμῶν.
(59) Ἰσχ. ibid. χαλεπώτερα, quæ est rec. lectio l. c.
(60) βαθ- — ἐρεύνα. ibid. ὑψηλότερά (apud LXX ἰσχυρότερά) σου μὴ ἐξέταζε.
(61) πρ. Edit. Paris. προσετάχθη.
(62) πάντα. ibid. πάντας.

Digitized by Google

Θεοῦ προμήθειαν δεικνύναι βουλόμενοι. Λίαν γὰρ ἦν A εὐπετὲς καὶ μάλα ῥᾴδιον, τῆς περιττῆς καὶ ματαίας πολυπραγμοσύνης ἀπηλλαγμένους, κατιδεῖν ταύτην τῶν τοῦ παντὸς οἰάκων ἐπειλημμένην, καὶ σοφῶς ἅπαντα κυβερνῶσαν. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἑκόντες ὁρᾷν οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς μύουσι, καὶ τὰ ὦτα βύουσι, καὶ τῆς πανταχόθεν φερομένης φωνῆς ἐπαΐειν οὐκ ἐθέλουσι, καὶ τῶν εὖ καὶ καλῶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γιγνομένων ἕκαστον κωμῳδοῦσι, βλασφημοῦσι, διαβάλλουσι, καὶ μυρία ἄττα συνείρουσι τὰς ψευδεῖς κατηγορίας ὑφαίνοντες, εἰκότως, οἶμαι, τὸν κατὰ τῆς κατηγορίας ἀνεδεξάμεθα λόγον, συκοφαντίαν οὖσαν, ἀλλὰ οὐκ αἰτίαν ὀρθὴν ἀποδεῖξαι βουλόμενοι· καὶ τὴν πολεμουμένην ὑπ' αὐτῶν προμήθειαν καλέσαντες σύμμαχον, καὶ τοῦ τῆς ἀπολογίας προστησάμενοι λόγου, ὀκτὼ μὲν ἤδη διεξεληλύθαμεν λόγους, τὴν τῶν ἀχαρίστων διελέγχοντες B βλασφημίαν. Καὶ τῆς ἀχαριστίας αὐτῶν κατηγόρους ὁμοῦ καὶ μάρτυρας παρηγάγομεν εἰς μέσον, οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ ἀέρα, καὶ τὰ ἐν τούτοις ἅπαντα σώματα, ἔμψυχά τε καὶ ἄψυχα, λογικά τε καὶ ἄλογα, πτηνὰ καὶ πεζὰ, καὶ νηκτὰ καὶ ἀμφίβια. Καὶ πρὸς τούτοις, τὴν τῶν ἀνθρωπείων σωμάτων κατασκευὴν, τὴν ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων διαλάμπουσαν τοῦ Θεοῦ τὴν (63) σοφίαν καὶ προμήθειαν. Τὸ θεόσδοτον τοῦ λόγου δῶρον, δι' οὗ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις καὶ γεωργίαν εὗρε, καὶ ναυτιλίαν, ἰατρικήν τε καὶ γραμματικὴν ἐπιστήμην, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας (64) τέχνας καὶ ἐπιστήμας, αἳ τῶν ἀνθρώπων τὸν βίον ἡδίω κατασκευάζουσιν. Ἀπεδείξαμεν δὲ, σὺν C Θεῷ φάναι, καὶ τῶν ζώων ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων τὴν χρείαν, καὶ πλούτου καὶ πενίας τὸ χρήσιμον, δουλείας καὶ δεσποτείας τὸ ἀναγκαῖον· εἶτα πρὸς τούτοις, ὡς μηδεμίαν πρὸς τῶν κακίᾳ συζώντων δεσποτῶν ἕλκουσι βλάβην, εἰ θέλουσι σωφρονεῖν, οἱ δουλεύοντες. Καὶ τούτων ἐκ μὲν τῆς θείας Γραφῆς τὰς ἀποδείξεις εἰς μέσον ἠγάγομεν· τοῖς δὲ πικροῖς τῆς Προνοίας κατηγόροις, τοῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος δουλευόντων τὴν ἐξέτασιν παρελίπομεν. Ἔστι γὰρ καὶ νῦν ἰδεῖν μυρίους πονηροῖς μὲν δεσπόταις δουλεύοντας, οὐ μόνον δὲ τὴν δεσποτικὴν κακίαν οὐ μιμουμένους, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ ταύτην βδελυττομένους, καὶ καλοκαγαθίαν ἀσπαζομένους, καὶ τὴν ἐναντίαν τοῖς δεσπόταις ὁδεύοντας. Ἀλλ' ἴσως πάλιν ἑτέραν ἐντεῦθεν ἀφορμὴν κατηγορίας κατὰ τῆς θείας λήψονται Προμηθείας, καὶ τοὺς D τῆς ἀρετῆς τροφίμους μάταια πονεῖν φήσουσι, καὶ κατὰ πετρῶν σπείρειν, τὸ δὴ λεγόμενον, καὶ κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖν, καὶ τοιαῦτα ἄττα δρᾷν, καρπῶν ἀγαθῶν οὐδαμῶς ἀπολαύοντας. Οἱ μὲν γὰρ, φασὶ, πενίᾳ συζῶσι, καὶ ταλαιπωρίᾳ συγκεκληρωμένοι πολλῇ, τὸν βίον ὁδεύουσιν· οἱ δὲ, τὸν βαρὺν ἕλκουσι τῆς δουλείας ζυγὸν, καὶ διηνεκέσιν ὑπόκεινται πόνοις. καὶ τὸ τούτων πολλῷ χαλεπώτερον, πολλοὶ (65) πονηρίαν, μυσαττόμενοι, πονηροῖς δουλεύειν (66) δεσπόταις ἀνέχονται. Ποῖον οὖν ἔχουσι, φησὶν, οὗτοι μισθόν; ποίας τῆς ἀρετῆς τὰς ἀντιδόσεις; ποῖα τῶν

A Providentiam demonstrare volumus. Proclive enim et facile erat iis, qui a supervacanea et vana illa curiositate liberati sunt, hanc omnium gubernatione occupatam, et sapienter omnia administrantem inspicere. Quoniam vero multi volentes videre nolunt, sed oculos claudunt, et aures obturant, vocemque undique illatam audire dedignantur, et quæcunque a Deo bene et pulchre fiunt, suggillant, blasphemiis lacerant, conviciis proscindunt, et infinita quædam connectunt, dum falsas accusationes contexere student, non immerito equidem, meo judicio, illorum quam contra Providentiam effuderunt orationem excipimus, hanc scilicet calumniam, non justam aliquam causam esse demonstrare instituentes. Et sane Providentia, quam illi oppugnant, in auxilium B vocata, illaque in defensionis nostræ aciem primam constituta, octo jam sermones emensi sumus, dum ingratorum blasphemiam arguimus. Et ingratitudinis horum accusatores simul et testes in medium produximus, cœlum, terram, mare, aerem, et quæcunque his continentur, corpora animata et inanimata, rationalia et irrationalia, volatilia et pedestria, aquatilia et amphibia. Ad hæc humani quoque corporis fabricam, quæque in singulis membris elucet Dei sapientiam et providentiam. Tum divinum illud rationis donum, cujus beneficio agriculturam, nauticam, medicam, et grammaticam scientiam, **633** et omnes alias vel artes vel scientias, quæ hominum vitam jucundiorem reddunt, humani ingenii natura * reperit. Præterea, Dei auxilio, ani- C malium tam cicurum quam silvestrium usum, divitiarum et paupertatis fructum, servitutis et herilis potestatis necessitatem demonstravimus. Ad hæc, quod servi nullam a malis dominis noxam aut damnum sibi contrahant, si quidem ipsi melius sapere velint. Et horum quidem demonstrationes e sacræ Scripturæ adytis produximus: acerbis autem illis Providentiæ accusatoribus, eorum, qui nunc serviunt, considerationem reliquimus. Nam et nunc multos videre licet, qui cum malis heris serviant, non modo herilem non imitantur malitiam, sed illam quoque plurimum abominantur, honestatem amplectuntur, et diversam a dominis viam ingredi solent. Sed aliam fortassis hic ansam arripient, qua D divinam accusare possint Providentiam: et virtutis alumnos frustra laborare, in petris seminare, et, ut proverbio dici solet, cribro aquam haurire, multaque hujusmodi facere dicent, cum nullis inde bonis fruantur fructibus. Alii quidem, inquiunt, cum paupertate conflictantur, et multis destinati ærumnis maximam vitæ partem peragunt. Alii vero grave servitutis jugum trahunt, et assiduis subjacent laboribus: quodque his omnibus molestius est, multi malitiam exosi malis dominis servire coguntur. Quam ergo isti mercedem referunt? quas virtutis retributiones? quæ laborum præmia? quis

(63) τὴν. Des. ibid.
(64) ἁπ. Edit. Paris. πάσας.
(65) πολλ. Edit. prior addebat γάρ, puncto ad χαλεπώτερον posito.
(66) δουλ. ibid. post δεσπόταις ponitur.

Digitized by Google

prout voles. Si itaque in manu Dei sunt termini terræ, facillimum ei est ea quoque, quæ omnino commista sunt, exacte discernere. Finge igitur matricem esse sepulcrum, semen vero jacentes illic reliquias, Creatorem vero qui vere creator est, partus vero dolores, novissimum vitæ diem, et horrendam archangeli vocem. « Nam tuba clangent, inquit, et mortui excitabuntur incorrupti [83]. » Tunc eorum quæ in vita commisimus a nobis ratio exigetur: tunc eorum quæ vel bene vel male fecimus, rationem reddemus: tunc absconditæ mentis nostræ cogitationes omnibus manifestæ **653** fient. Tunc omnes sistemur ad tribunal Christi, ut reportet unusquisque ea quæ egit per corpus, juxta ea quæ fecit, sive bonum, sive malum [84]. Hæc ergo timentes, o homines, infestos adversus Providentiam animos deponite, fugite hoc odium malum, blasphemia omni excusatione destituta abstinete. Amicitiam Creatori spondete, ut nos tanquam amicos gubernet, non quasi inimicos e navi ejiciat. Laudibus celebrate Providentiæ gubernacula, ut ab his gubernati præsentis vitæ fluctus effugiatis, et portibus illis tranquillis, tutisque potiamini, in Christo Jesu Domino nostro, quoniam ipsum decet omnis gloria in sæcula. Amen.

τοῦτο λίαν εὐπετές· κἂν ἀναμίξαι θελήσῃς κέγχρον καὶ φακὸν, καὶ πυροὺς καὶ κριθὰς, πάλιν αὐτὰ διακρίνεις εὐμαρῶς, ὥσπερ ἐθέλεις. Εἰ τοίνυν ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, ῥᾷστον αὐτῷ κομιδῇ, καὶ τὰ παντελῶς ἀναμιγέντα εὐκρινῆ (46) καταστῆσαι. Πίστευσον τοίνυν μήτραν εἶναι τὸν τάφον, σπέρμα δὲ τὸ ἀποκείμενον λείψανον, πλάστην δὲ τὸν Πλάστην, ὠδῖνας δὲ τὴν ἐσχάτην τοῦ βίου ἡμέραν, καὶ τὴν φοβερὰν τοῦ ἀρχαγγέλου φωνήν. « Σαλπίσει γὰρ, φησὶ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται (47) ἄφθαρτοι. » Τότε τῶν βεβιωμένων τὰς εὐθύνας εἰσπραχθησόμεθα· τότε τῶν καλῶς ἡμῖν ἢ κακῶς εἰργασμένων τὸν λόγον ἀποδώσομεν· τότε τὰ κεκρυμμένα τῆς διανοίας ἡμῶν βουλεύματα δῆλα πᾶσι γενήσεται· τότε πάντες (48) παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. Ταῦτα δείσαντες, ὦ ἄνθρωποι, ἀπόθεσθε τὴν κατὰ τῆς Προνοίας ἀπέχθειαν· φύγετε τὴν πονηρὰν ταύτην δυσμένειαν· παύσασθε βλασφημίας ἀπολογίας ἐστερημένης. Σπείσασθε πρὸς τὸν Πεποιηκότα φιλίαν, ἵν', ὡς φίλους ἡμᾶς κυβερνήσῃ, καὶ μὴ ὡς πολεμίους ἔξω βάλῃ τοῦ σκάφους. Ὑμνήσατε τὰ τῆς Προνοίας πηδάλια, ἵν' ὑπὸ τούτων κυβερνώμενοι, τοῦ παρόντος βίου τὰ κύματα διαφύγητε, καὶ τῶν λιμένων ἐκείνων τῶν ἀπηνέμων ἀπολαύσητε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## ORATIO X.

*Quid olim Deus non Judæorum modo, sed omnium quoque hominum curam gesserit: et de Salvatoris incarnatione* (1).

Impenetrabile quidem esse divinæ sapientiæ et Providentiæ pelagus, evidentissime novi. Memini etiam sanctissimi Prophetæ clamantis: « Judicia tua abyssus multa [85]; » Memor item sum magni illius veritatis præconis divini Pauli, cujus hæc sunt verba: « O profunditatem divitiarum et sapientiæ et cognitionis Dei, quam imperscrutabilia sunt judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus [86]! » Non tamen imprudenter prorsus ea, ad quæ penetrari nequit, aggredimur, ' sed divina pro virili admiramur, et quantum ex iis nostri ingenii viribus percipi potest, laudamus. Nam eos quoque, qui solem amplius **654** quam oportet intueri conantur, nec ea quæ cupiunt percipere, sed visum quoque hebetare, et non modo lucem inde nullam trahere, sed et tenebras sibi conciliare novimus. Idem hoc humanam quoque mentem pati facile cernitur. Deum enim amentia seductus homo scrutari studet quid sit quo terra fulcitur, et quod rursus hujus fundamentum, et super quod illud ipsum quoque vehatur, vel qualia sint quæ supra cœlos sunt, quæ item extra mun-

## ΛΟΓΟΣ Ι'.

*Ὅτι ἄνωθεν ὁ Θεὸς οὐκ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁπάντων ἀνθρώπων κηδόμενος διετέλεσε· καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρωπήσεως.*

Ἄπλωτον μὲν εὖ οἶδα σαφῶς τῆς θείας σοφίας καὶ Προμηθείας τὸ πέλαγος. Καὶ μέμνημαί γε τοῦ θειοτάτου Προφήτου βοῶντος· « Τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή. » Μέμνημαι δὲ καὶ τοῦ μεγάλου κήρυκος τῆς ἀληθείας, τοῦ θεσπεσίου Παύλου, τοιαύτην πάλιν ῥήξαντος φωνήν· « Ὢ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! » Οὐ τοίνυν ἀνοήτως τῶν ἀνεφίκτων κατατολμῶμεν, ἀλλ' εἰς δύναμιν τὰ θεῖα θαυμάζομεν, καὶ ὅσον χωροῦμεν, ὑμνοῦμεν. Ἴσμεν γὰρ καὶ τοὺς τὸν ἥλιον πλέον ἢ δεῖ κατιδεῖν φιλονεικοῦντας, οὔτε ὧν ποθοῦσιν ἀπολαύοντας, καὶ τὴν ὄψιν λυμαινομένους, καὶ οὐ μόνον φῶς ἐκεῖθεν οὐχ ἕλκοντας, ἀλλὰ καὶ σκότος ἐπισπωμένους. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον ἔστιν ἰδεῖν ὑπομένοντα. Ἐρευνῆσαι γὰρ πολλάκις ὑπὸ ἀβελτηρίας φιλονεικῶν, τί τὸ τὴν γῆν ὑπερεῖδον, καὶ τίς αὖ πάλιν ἡ ἐκείνου κρηπὶς, καὶ ἐπὶ τίνος αὖθις κἀκεῖνο φέρεται, ἢ ποῖα τὰ ἄνω τῶν οὐρανῶν, τί δὲ τὰ ἔξω τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὐ μόνον οὐδὲν εὑρίσκει τῶν ζητουμένων, ἀλλὰ καὶ

[83] I Cor. xv, 52. [84] II Cor. v, 10; coll. Rom. xiv, 10. [85] Psal. xxxv, 7. [86] Rom. ii, 33.

(46) εὐκρ. Edit. Paris. ἀκριβῆ.
(47) ἐγερθ. Alibi apud Nostrum leg. ἀναστήσονται. Vid. t. II, p. 995.
(48) πάντες, κ. τ. λ. Vid. supra q. 448, schol. 17.

(1) Hæc inverso ordine orationis argumentum repræsentant, nam primo agitur de Salvatoris incarnatione. Edit.

ζόφου πολλοῦ καὶ ἀπορίας ἀναπλησθεὶς (49) ἐπανέρχεται. Ταύτην εἰδὼς (50) τοῦ νοῦ τὴν ἀσθένειαν ὁ μακάριος Παῦλος παρεγγυᾷ λέγων· « Εἰ δέ τις δοκεῖ ἐγνωκέναι (51) τι, οὐδέπω οὐδὲν (52) ἔγνω καθὼς δεῖ γνῶναι (53). » Καὶ πάλιν· « Ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν· ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. » Καὶ ἑτέρωθι· « Ἄρτι (54) βλέπω ὡς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς (55) καὶ ἐπεγνώσθην. » Καὶ αὖθις· « Ὅτε ἤμην νήπιος, ἐλάλουν ὡς νήπιος (56), ἐφρόνουν ὡς νήπιος, ἐλογιζόμην ὡς νήπιος· ὅτε δὲ γέγονα ἀνήρ, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου. » Ταῦτα δὲ πάντα διέξεισιν ὁ θεῖος ἐκεῖνος (57) ἀνήρ, πεῖσαι βουλόμενος ἅπαντας, καὶ χαλινοῦν τοῦ νοῦ τὴν ἀπληστίαν (58), ἵνα μὴ τῶν ἀδυνάτων κατατολμᾷ, καὶ ἀναμένειν τὴν ἐσομένην ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ τῶν πραγμάτων ἀκριβῆ κατανόησιν (59). Διὰ τοῦτο νηπιώδη καλεῖ τὴν νῦν ἡμῖν διδομένην γνῶσιν. Καὶ τῇ μὲν νομικῇ διδασκαλίᾳ ταύτην παραβάλλων, τελείαν αὐτὴν ὀνομάζει· τῷ δὲ ἀπαθεῖ βίῳ καὶ ἀθανάτῳ συγκρίνων, μειρακιώδη προσαγορεύει. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς θείας Προμηθείας τεκμήριον. Ὁ γὰρ σοφῶς ἅπαντα πρυτανεύων, εἰδὼς ἡμῶν τῆς ἀλαζονείας τὸ φύσημα, οὐδὲ τοῖς ἁγίοις ἀκριβῆ δέδωκεν τῶν θείων τὴν γνῶσιν (60). Φυσιοῖ γὰρ ἡ γνῶσις, ὡς μακαρίῳ (61) Παύλῳ καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ. Ἀλλ' ἆθλον αὐτὴν προτέθεικεν ἀρετῆς, ἵνα κατὰ τὸν παρόντα βίον καλῶς ἀγωνισάμενοι, καὶ τὰ πάθη παντελῶς ἀποδυσάμενοι, καὶ φθορᾶς καὶ παθῶν ἐλεύθερον ἐνδυσάμενοι τὸ σῶμα, τηνικαῦτα τελείαν τὴν γνῶσιν ὑποδεξώμεθα· οὐδεμίαν λοιπὸν, ἅτε δὴ παθῶν ἀπηλλαγμένοι, καὶ τῶν ἀγώνων ἔξω γινόμενοι, δεχόμενοι τὴν βλάβην. Μὴ τοίνυν τῶν ἀνεφίκτων κατατολμήσωμεν (62), ἀλλ' οἷς εἰλήφαμεν στέρξωμεν, καὶ ὡς χωροῦμεν (63), τὸν ἀγαθὸν ἡμῶν Δεσπότην ὑμνήσωμεν, καὶ οἷς ἔχομεν, τὸν εὐεργέτην αἰνέσωμεν. Ὁρῶμεν ἄνδρας ἀρετῆς ἐργάτας ἐν εὐκλείᾳ ζῶντας καὶ τιμῇ καὶ θεραπείᾳ; Προσκυνήσωμεν τὸν τῆς ἀρετῆς νομοθέτην, καὶ ἀγωνοθέτην, ὀρθῶς αὐτὴν καὶ δικαίως ἀνακηρύττοντα. Θεωροῦμεν ἄλλους, τὸν αὐτὸν μὲν βίον προαιρουμένους, οὐ τῶν αὐτῶν δὲ παρὰ ἀνθρώποις ἀπολαύοντας; Μὴ δυσχεράνωμεν, ὦ φιλότης, ἀλλὰ πιστεύσωμεν αὐτοὺς μὲν καλῶς ἀγωνίζεσθαι τῆς καρτερίας τὸν ἆθλον, ἀνακηρύττεσθαι δὲ διὰ τούτου εἰς τὸν προσδοκώμενον βίον, ὡς ἐν τῷ πρὸ τοῦδε διεξεληλύθαμεν λόγῳ· καὶ μὴ βλασφήμους κατὰ τῆς Προνοίας ἀκοντίσωμεν λόγους. Ἄτοπον γὰρ, καὶ πολλῆς

A dum hunc universum exsistant, non modo eorum quæ quærit nullum invenit, sed tenebris simul magnis et dubitatione impletus redit. Talem esse mentis infirmitatem Paulus intelligens hortatur dicens : « Quod si quis putat se scire aliquid, nondum quid quam novit, quemadmodum novisse oportet [87]. » Et rursus : « Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus. At ubi venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, abolebitur [88]. » Et alibi : « Cerno nunc ceu per speculum et in ænigmate, tunc autem de facie ad faciem : nunc cognosco ex parte, tunc vero cognoscam quemadmodum et cognitus sum [89]. » Et rursus. « Cum essem puer ut puer loquebar, ut puer sentiebam, ut puer cogitabam. At ubi factus sum vir, abolevi quæ erant puerilia [90]. » Hæc autem B omnia dicit divinus vir, persuadere volens omnibus, ut et mentis inexplebilem cupiditatem, ne impossibilia aggrediatur, **655** refrenent, et futuram in venturo sæculo integram rerum cognitionem exspectent. Quapropter eam, quæ nunc nobis data est, notitiam puerilem vocat, et legali quidem doctrinæ hanc conferens, ipsam perfectam nominat, eamdem vero impassibili et immortali vitæ conferens, infantilem appellat. Et hoc quidem divinæ Providentiæ argumentum est. Qui enim sapienter omnia administrat, nostræ arrogantiæ fastum cognitum habens, ne sanctis quidem integram divinorum cognitionem dedit. Scientia enim, ut beato Paulo et veritati visum est, inflat [91]. Sed ipsam virtutis brabeum pro- C posuit ut, postquam in præsenti vita bene decertavimus, et affectus in universum exuimus, corpusque induimus, a corruptione et affectibus liberum, tunc etiam perfectam percipiamus scientiam : nullum in posterum (utpote affectibus liberati, et extra pugnæ periculum constituti) damnum accipientes. Ne ergo ea, ad quæ perveniri nequit, penetrare conemur : sed ea quæ accepimus, amplectamur, et prout possumus, bonum illum Dominum nostrum celebremus, iisque quas habemus benefactorem laudibus evehamus. Videmus viros virtutis cultores in gloria, honore, et cultu vivere? Adoremus virtutis legislatorem et agonothetam, qui ipsam recte justeque deprædicat. Videmus alios eodem quidem vitæ studio occupatos, qui tamen non eadem ab om- D nibus præmia referunt? Ne ægre feramus, o amice, sed credamus ipsos **656** quidem bene certare patientiæ certamen, propter hoc autem in futurum sæculum demum celebrandos esse, quemadmodum in proxima oratione diximus. Nec blasphemos contra

[87] I Cor. VIII, 2. [88] I Cor. XIII, 9, 10. [89] ibid. 12. [90] ibid. 14. [91] I Cor. VIII, 1.

(49) ἀναπλ. Edit. Paris. πλησθείς.
(50) τ. εἰδ. ibid. ταύτης εἶδος.
(51) ἐγν. t. III, p. 213, leg. εἰδέναι.
(52) οὐδέν. Des. t. III, l. c.
(53) δεῖ γν. Edit. Paris. γνῶναι δεῖ.
(54) ἄρτι — αἰνίγματι. Ita fere leg. supra, t. II, p. 55 seqq. Aliter vero t. III, p. 255
(55) καθ. Edit. Paris. ὅσον.
(56) ὡς νήπ. In edit. Paris. ponitur ante ἐλάλουν. Sic quoque deinde ante ἐφρόνουν et ἐλογιζόμην. Idem verborum positus est t. III, p. 254.
(57) ἐκ. Abest. ab edit. Paris.
(58) ἀπλ. ibid. ἀπιστίαν.
(59) κατ. Edit. Paris. κατάστασιν.
(60) Ibid. δέδωκεν ἀκριβῆ τὴν γνῶσιν τῶν θείων.
(61) μακ. ibid. præm. τῷ.
(62) κατ. ibid. κατατολμῶμεν.
(63) χωρ. ibid. χορηγοῦμεν.

Digitized by Google

providentiam sermones ejaculemur. Absurdum enim A est, et multa amentia, imo extrema insania plenum, illos ipsos quidem, qui per fluctus navigant, et procellis feriuntur, et in multis ærumnis vitam transigunt, gubernatorem laudibus evehere: eos vero qui extra teli jactum (ut proverbio dicitur) constituti, et spectatores potius quam certatores sunt, certaminum præsidem blasphemis verbis petere, cum factis non possint. At pietatis alumni, non modo dum secundis ventis feruntur, verum etiam cum fluctibus et tempestate colluctantes, summum illum omnium Deum celebrant. Beatum sane illum Davidem, virum qui omnem vitam in bellis consumpsit, et cum infinitis ærumnis colluctatus est, clamantem audimus: « Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi [92]? » Similiter et bea- B tum Danielem audire licet [93], tum etiam sanctos illos juvenes, qui in ipso periculorum assultu Deum laudant, et peccatorum quæ non commiserant mentionem faciunt, ac se pro delictis pœnas exsolvere confitentur, non autem se coronis dignos dicunt, nec judicii sententiam inique ferunt. Fame pressus magnus ille Abraham patriarcha [94], qui promissiones illas divinitus acceperat, famis insultum generoso **657** animo pertulit. Bis conjuge spoliatus [95], hanc apud barbaros homines cernens, gratias tamen vocanti se persolvit, et promissionum finem exspectans, placida mente fluctus superavit. Et quænam oratio illius magnanimitatem æquare posset? Quis illius summam philosophiam pro dignitate miretur? C Studiosis ergo historiæ lectionem relinquens, ut inde hujus fortitudinem, patientiam, temperantiam, justitiam, laborum tolerantiam, amorem Dei, breviter summum virtutis fastigium plenius cognoscant, ipse ad Novi Testamenti homines sermone meo contendo.

Petrum ergo et Joannem, pietatis turres, veritatis columnas, Ecclesiæ ædificium fulcientes inspice, a Judæis quidem flagellis cæsos, lætantes vero et gaudentes. « Quod digni judicati essent, qui pro nomine Christi infamia afficerentur [96]. » Qui enim hæc conscripsit, cum dixisset quod virgis cæsi essent, non dixit ipsos patienter et fortiter sustinuisse flagra, sed gavisos et exsultantes exivisse. Atqui valde D differunt gaudere et sustinere. Nam fert quidem sæpe aliquis adversa cum ingruunt, sed dolens et tristis. Qui vero gaudet, animæ solatium prædicat. Sic beatus Paulus clamabat, maxima illa prædicationis tuba: « Placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in anxietatibus **658** pro Christo [97]. » Non dixit, Fero,

γέμον ἀβελτηρίας, μᾶλλον δὲ μανίας ἐσχάτης (64), αὐτοὺς μὲν ἐκείνους διὰ τρικυμιῶν πλέοντας, καὶ ὑπὸ καταιγίδων βαλλομένους, καὶ μετὰ πολλῆς δυσκληρίας τὸν βίον ὁδεύοντας, τὸν κυβερνήτην ὑμνεῖν· τοὺς δὲ ἔξω βελῶν, τὸ δὲ λεγόμενον, καθημένους, καὶ θεατὰς μᾶλλον ἢ ἀγωνιστὰς γενομένους, τὸν ἀγωνοθέτην λόγοις βάλλειν βλασφήμοις, ἐπειδὴ τοῖς ἔργοις οὐ δύνανται. Ὅτι δὲ τῆς εὐσεβείας οἱ (65) τρόφιμοι, οὐχ ἐξ οὐρίων μόνον φερόμενοι, ἀλλὰ καὶ κλύδωνι καὶ χειμῶνι παλαίοντες, τὸν τῶν ὅλων ὑμνοῦσι Θεὸν, ἔστιν ἀκοῦσαι τοῦ μακαρίου βοῶντος (66) Δαβὶδ, ἀνδρὸς ἐν πολέμοις τὸν βίον ἅπαντα καταναλώσαντος, καὶ μυρίαις ὅσαις προσπαλαίσαντος συμφοραῖς· « Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων, ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; » Ἔστι δὲ ἀκοῦσαι καὶ τοῦ θεσπεσίου (67) Δανιὴλ, καὶ τῶν ἁγίων ἐκείνων μειρακίων, ἐν αὐτῇ τῇ τῶν δεινῶν ἐκείνων (68) προσβολῇ τὸν Θεὸν ἀνυμνούντων, καὶ (69) τῶν ἁμαρτημάτων, ὧν οὐκ ἦσαν ἐργάται, τὴν μνήμην εἰς μέσον φερόντων, καὶ δίκας τίνειν ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησαν ὁμολογούντων, ἀλλὰ οὐ στεφάνων σφᾶς αὐτοὺς ἀξίους εἶναι λεγόντων, οὐδὲ δυσχεραινόντων τὰ τῆς δίκης ζυγά. Λιμῷ πιεζόμενος ὁ μέγας Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης, ὁ τὰς ὑποσχέσεις ἐκείνας θεόθεν δεξάμενος, ἔφερε γενναίως τὴν τοῦ λιμοῦ προσβολήν. Δὶς τῆς ὁμόζυγος στερηθεὶς, καὶ παρὰ βαρβάροις ἀνθρώποις ταύτην ὁρῶν, χάριν τῷ καλέσαντι ὁμολογῶν διετέλεσε, καὶ τῶν ὑποσχέσεων ἀναμένων τὸ τέλος, ἀσμένως ὑπερέπλεε τῶν κυμάτων. Καὶ τίς ἂν ἐφίκοιτο λόγος τῆς τούτου μεγαλοψυχίας; Τίς δὲ αὐτοῦ τὴν ἄκραν φιλοσοφίαν πρὸς ἀξίαν θαυμάσειε; Τοῖς φιλομαθέσι τοίνυν καταλιπὼν τὴν τῆς ἱστορίας ἀνάγνωσιν, καὶ καταμαθεῖν ἀκριβῶς τὴν τούτου καὶ τὴν ἐκ τούτου ἀνδρίαν, καὶ καρτερίαν, καὶ σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην (70), φιλοπονίαν τε καὶ φιλοθεΐαν, καὶ ἁπαξαπλῶς τὸ ὕψος (71) τῆς ἀρετῆς, ἐπὶ τοὺς τῆς Νέας Διαθήκης βαδιοῦμαι τῷ λόγῳ.

Βλέπε τοίνυν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, τοὺς πύργους τῆς εὐσεβείας, τοὺς στύλους τῆς ἀληθείας, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομὴν ὑπερείδοντας, ὑπὸ μὲν Ἰουδαίων μαστιγουμένους, χαίροντας δὲ καὶ γεγηθότας, « Ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι. » Ὁ γὰρ ταῦτα συγγεγραφὼς, εἰρηκὼς ὅτι ῥάβδοις ᾐκίσθησαν, οὐκ ἔφη καρτερῶς αὐτοὺς φέρειν καὶ γενναίως τὰς μάστιγας, ἀλλὰ χαίροντας ἐξεληλυθέναι, καὶ γαννυμένους (72). Διαφορὰν δὲ πολλὴν ἔχει τὸ χαίρειν πρὸς τὸ φέρειν. Φέρει μὲν γάρ τις πολλάκις (73) τὴν τῶν ἀνιαρῶν προσβολὴν, ἀλλ' ὀδυνώμενος καὶ ἀνιώμενος· ὁ δὲ χαίρων κηρύττει τὴν τῆς ψυχῆς θυμηδίαν. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐβόα, ἡ μεγίστη τοῦ κηρύγματος σάλπιγξ· « Εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν

[92] Psal. cxv, 3. [93] Dan. III et IV. [94] Gen. XII, 10 seqq. [95] Gen. XII, 15; XX, 2. [96] Act. V, 41. [97] II Cor. XII, 10.

(64) ἐσχ. In edit. Paris. ante μανιας ponitur.
(65) οἱ. Des. ibid.
(66) βοῶντ. ibid. ponitur post. Δαβίδ.
(67) θεσπ. ibid. μακαρίου.
(68) ἐκ Des. ibid.
(69) καὶ — φερόντων. Des. ibid.
(70) καὶ δικ. Des. in edit. Paris.
(71) ὕψ. ibid. ponitur post ἀρετῆς.
(72) γανν. ibid. γεγαννυμένους.
(73) πολλ. Des. ibid

ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς καὶ (74) στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ. » Καὶ οὐκ εἶπε, Φέρω, ἢ Καρτερῶ, ἀλλ' « Εὐδοκῶ, » ὅπερ πολλὴν σημαίνει τῆς ἡδονῆς τὴν ἐπίτασιν. Καὶ ἑτέρωθι δέ· « Νῦν χαίρω, φησὶν, ἐν τοῖς παθήμασιν ὑπὲρ Χριστοῦ (75). » Καὶ αὖθις· « Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς (76) τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς. » Καὶ πάλιν· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις, ἢ (77) στενοχωρία, ἢ (78) διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Πέπεισμαι γὰρ ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ (79), οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ (80) Κυρίῳ ἡμῶν. » Ἀλλ' ἐπιλείψει με ἡμέρα, τοῦ μεγάλου παιδοτρίβου τῶν τῆς εὐσεβείας ἀθλητῶν τοὺς τοιούτους λόγους συλλέγοντα. Εἰ τοίνυν οἱ πᾶν εἶδος ἀρετῆς συνειληχότες (81), καὶ τὴν ἀκροτάτην αὐτῆς κορυφὴν κατειληφότες, οὐ μόνον οὐ δυσχεραίνουσι τῆς τοῦ βίου θαλάττης τὴν ζάλην, ἀλλὰ καὶ τοῦ ῥοθίου ζέοντος, καὶ πνευμάτων καὶ καταιγίδων προσρηγνυμένων, καὶ στροβίλων διακυκώντων τὸ πέλαγος, ὡς ἐξ οὐρίων φερόμενοι διετέλεσαν εὐφραινόμενοι, καὶ (82) ἔργον ἦν αὐτοῖς, οὐ πολυπραγμονεῖν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ τὸν κυβερνήτην ὑμνεῖν. Τί δήποτε ὑμεῖς ἔξω τῶν κυμάτων ὄντες, καὶ ἠπειρῶται μᾶλλον, ἢ θαλάττιοι, σκώπτετε τὰ γινόμενα, καὶ τοὺς μὲν ἀγωνιστὰς ἐπαινεῖτε, τοῦ δὲ ἀγωνοθέτου κατηγορεῖτε; Καὶ μὴν προσήκει τοὺς τὴν τῶν ἀθλητῶν θαυμάζοντας ἀρετὴν, στέργειν ἐκείνων τὴν ψῆφον· ἐκεῖνοι δὲ ὡς εὐεργεσίαν μεγίστην ἐδέχοντο τὴν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος δυσκληρίαν, τὰς σφαγὰς, τὰς καταλεύσεις, τοὺς ἐμπρησμοὺς, τὰς αἰκίας, τὰς λοιδορίας, τὰ δεσμωτήρια, τοὺς κινδύνους, τοὺς ἐν γῇ, τοὺς ἐν θαλάσσῃ, τοὺς ἐν πόλεσι, τοὺς ἐν ἀγροῖς, τοὺς ἐκ τῶν οἰκείων, τοὺς ἐκ τῶν ἀλλοτρίων (83).

Ἐπειδὴ δὲ εἰς τούτους ἐξέβημεν τοὺς λόγους, φέρε καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως μικρὰ διεξέλθωμεν, ὃ κεφάλαιόν ἐστι μέγιστον τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τοὺς ἀνθρώπους κηδεμονίας. Οὐδὲ γὰρ οὕτως αὐτοῦ δείκνυσι τὴν ἀμέτρητον ἀγαθότητα οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ θάλαττα, καὶ (84) ἀὴρ, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρες, καὶ πᾶσα ἡ ὁρωμένη καὶ ἀόρατος κτίσις, λόγῳ μόνῳ δημιουργηθεῖσα, μᾶλλον δὲ ἅμα τῷ βουληθῆναι τῷ λόγῳ φανεῖσα, ὡς τὸ αὐτὸν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν (τὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντα, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως, τὸν ἐν (85) ἀρχῇ ὄντα, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὄντα, καὶ Θεὸν ὄντα, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγέ-

aut patiens sum, sed, « Placeo mihi » quod insignem voluptatis vim significat. Item alibi: « Nunc, inquit, gaudeo in afflictionibus pro Christo[98]. » Et rursus: « Non sunt dignæ afflictiones hujus sæculi futura gloria quæ revelabitur in nobis[99]. » Et iterum: « Quis nos separabit a dilectione Christi? Num afflictio, num angustia, num persecutio, num fames, num nuditas, num periculum, num gladius[1]? » Et post pauca: « Certus sum enim fore ut neque mors, neque vita, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque aliqua creatura alia possit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro[2]. » Sed deficeret me dies, si omnes istiusmodi magni illius institutoris athletarum pietatis sermones colligere velim. Si itaque ii, qui omnes virtutis species simul assecuti sunt, et ad summum ejus fastigium pervenerunt, vitæ hujus, quæ mare est, tempestatem non modo non ægre ferunt, verum etiam fervente æstu, et illidentibus ventis ac procellis, et turbine pelagus miscente, perinde ac si secundis ventis veherentur, lætati sunt: ipsis utique studio fuit, non curiosius scrutari quæ fiebant, sed gubernatorem dignis celebrare laudibus. Qui itaque vos, cum extra fluctus constituti et terrestres potius quam marini sitis, ea quæ fiunt, carpitis, et certatores quidem **659** laudatis, certaminis vero præsidem reprehenditis? Atqui decebat, ut qui athletarum virtutem admirantur, illorum quoque amplecterentur judicium. Illi vero maximi beneficii loco receperunt eam, quæ pro verbi prædicatione subeunda erat, miseriam, cædes, lapidationes, combustiones, flagra, convicia, carceres, pericula in terra, in mari, in civitatibus, in agris, a domesticis, ab alienis.

Quoniam vero in hos sermones digressi sumus, agedum de Salvatoris quoque nostri incarnatione pauca dicamus, quod sane summum divinæ circa homines curæ caput est. Nam immensam hujus bonitatem nec cœlum, nec terra, nec mare, nec aer, nec sol, nec luna, nec stellæ, nec tota illa visibilis et invisibilis creatura, quæ solo verbo creata, quin potius juxta hujus voluntatem verbo producta est, ita demonstrat, ut quod ipse unigenitus Dei Filius (qui in forma Dei fuit[3], splendor gloriæ, character substantiæ[4], qui a principio fuit, et apud Deum fuit, imo ipse Deus fuit[5], per quem omnia facta sunt) servi formam assumpsit[6], ut in hominis similitudine

[98] Coloss. I, 24. [99] Rom. VIII, 18. [1] ibid. 35. [2] ibid. 38. [3] Philipp. II, 6. [4] Hebr. I, 3. [5] Joan. I, 1-3. [6] Philipp. II, 7

(74) καί. t. III, p. 330, leg. ἐν.
(75) Χρ. t. III, p. 481, leg. ὑμῶν.
(76) πρὸς — ἡμᾶς. Edit. Paris. καὶ τὰ λοιπά.
(77) ἢ. Edit. prior habebat ἡ.
(78) ἢ — τῷ Κυρίῳ ἡμ. Edit. Paris. καὶ τὰ ἑξῆς.
(79) ζωή. Desunt, quæ l. c. sequuntur, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις.
(80) τῷ. Des. t. III, p. 96.
(81) συνειλ. Edit. Paris. συνειληφότες. Desunt autem ibid. quæ h. l. sequuntur, καὶ — κατειληφότες.
(82) καί. Abest ab edit. Paris.
(83) τ. ἐκ. ἀλλ. Des. in edit. Paris.
(84) καὶ — σελήνη. ibid. ἥλιός τε καὶ σελήνη.
(85) ἐν. Des. ibid.

esset, et in hominis figura inveniretur ut homo, et in terra conspiceretur, et cum hominibus conversaretur, infirmitates nostras susciperet, et morbos ferret. Et beatus ille Paulus hoc maximum Dei erga homines amoris argumentum agnovit, et clamat dicens : **660** « Commendat autem suam charitatem erga nos Deus, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit [7]. » Et rursus : « Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, qui fieri potest ut non et cum eodem omnia nobis donet [8]? » Assentitur his divinus quoque Joannes : « [9] Sic enim, inquit, dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret pro eo, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam [9]. » Non itaque simpliciter homines curat, sed amans simul horum curam gerit. Tanta autem est amoris hujus excellentia, ut Filium unigenitum, consubstantialem, ex utero ante luciferum genitum, quo cooperario usus mundum creavit, medicum et Salvatorem nostrum decerneret, et per hunc adoptionis in filios Dei donum nobis donaret. Postquam enim Creator naturam nostram ad acerbum tyrannum sponte transfugere, et in ipsum scelerum barathrum delabi, simulque naturæ leges audacter violare, ac creaturam hanc visibilem loqui quidem et Creatorem prædicare, eis autem minime persuaderi posse vidit, qui in extremam indolentiam inciderant, sapienter et juste nostram salutem operatur. Nec enim omnipotentia sola usus libertatem nobis donare, nec misericordiam solam adversus humani generis adversarium armare voluit, ne ille injustam hanc diceret misericordiam, sed viam molitur **661** amore plenam et justitia pulchre ornatam. Ipsam enim devictam naturam sibi uniens eam ad certamen deducit, et ut acceptam cladem sarciat, eumque qui olim male vicerat, devincat, et illius, qui nos amaro servitio subjecerat, tyrannidem dissolvat, ac pristinam libertatem recipiat, instruit. Idcirco Dominus Christus ex muliere quidem perinde ut nos nascitur : habebat vero partus hic quiddam amplius et peculiare, nempe virginitatem. Virgo enim erat, quæ Dominum Christum concepit et peperit. Porro cum Christum nominari audieris, unigenitum illum Dei Filium, Verbum ante sæcula ex Patre natum, animo concipe, qui humana natura circumdatus est, nec existimes sorditiem quamdam esse hanc quæ prædicatur, Dei administrationem : nihil enim polluere potest naturam illam purissimam. Si enim solem, qui corpus est (visibilis enim et corruptioni obnoxius est), per mortua cadavera, et graveolens cœnum, atque per multa alia fetorem

A νετο), τὴν τοῦ δούλου λαβόντα μορφὴν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενέσθαι, καὶ σχήματι ἀνθρώπου εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον, καὶ ἐπὶ τῆς (86) γῆς ὀφθῆναι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν λαβεῖν, καὶ τὰς νόσους βαστάσαι. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος τοῦτο τεκμήριον οἶδε μέγιστον τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀγάπης, καὶ βοᾷ λέγων· « Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς (87) ὁ Θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. » Καὶ πάλιν· « Ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσηται (88) ; » Συνομολογεῖ δὲ (89) ταῦθ' οὕτως ἔχειν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· « Οὕτω (90) γὰρ, φησὶν, ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὅτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα πᾶς ὁ
B πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Ὅς τοίνυν οὐχ ἁπλῶς κήδεται τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶν κήδεται. Τοσαύτη δὲ ἡ τῆς ἀγάπης ὑπερβολὴ, ὡς τὸν Υἱὸν τὸν μονογενῆ, τὸν ὁμοούσιον, τὸν ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεννηθέντα, ᾧ συνεργῷ κεχρημένος τὴν κτίσιν ἐδημιούργησεν, ἰατρὸν ἡμῖν ἀποφῆναι καὶ Σωτῆρα, καὶ δι' αὐτοῦ τῆς υἱοθεσίας ἡμῖν (91) τὸ δῶρον χαρίσασθαι. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τὴν ἡμετέραν φύσιν ὁ Ποιητὴς πρὸς τὸν πικρὸν αὐτομολήσασαν τύραννον, καὶ εἰς αὐτὸ τῆς κακίας καταπεσοῦσαν τὸ βάραθρον, καὶ τοὺς τῆς φύσεως νόμους ἀδεῶς πατουμένην (92), καὶ τὴν κτίσιν φαινομένην τε καὶ φθεγγομένην, καὶ τὸν Δημιουργὸν
C κηρύττουσαν, πεῖσαι δὲ οὐ δυναμένην τοὺς εἰς ἀναλγησίαν ἐσχάτην ἐκπεπτωκότας, σοφῶς καὶ δικαίως τὴν ἡμετέραν πραγματεύεται σωτηρίαν. Οὐ γὰρ ἠθέλησεν ἐξουσίᾳ μόνῃ τὴν ἐλευθερίαν ἡμῖν χαρίσασθαι, οὐδὲ ἔλεον μόνον ὁπλίσαι κατὰ τοῦ ἐξανδραποδίσαντος τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, ἵνα μὴ ἄδικον ἐκεῖνος προσαγορεύῃ (93) τὸν ἔλεον, ἀλλὰ μηχανᾶται πόρον καὶ φιλανθρωπίας γέμοντα, καὶ δικαιοσύνῃ κεκοσμημένον (94). Αὐτὴν γὰρ ἑαυτῷ (95) τὴν ἡττηθεῖσαν φύσιν ἑνώσας, εἰς τοὺς ἀγῶνας εἰσάγει, καὶ παρασκευάζει τὴν ἧτταν ἀνακαλέσαι (96), καὶ τὸν κακῶς πάλαι νενικηκότα καταγωνίσασθαι, καὶ τοῦ πικρῶς δουλωσαμένου καταλῦσαι τὴν τυραννίδα, καὶ τὴν προτέραν ἐλευθερίαν ἀναλαβεῖν. Τούτου (97) χάριν ὁ Δεσπότης Χριστὸς, τίκτεται μὲν ἐκ γυναικὸς
D ὁμοίως ἡμῖν, εἶχε δέ τι πλέον ὁ τόκος, τὴν παρθενίαν. Παρθένος γὰρ ἦν ἡ κυήσασά τε καὶ ὠδίνασα τὸν Δεσπότην Χριστόν. Χριστὸν δὲ ὅταν ἀκούσῃς, νόει τὸν πρὸ αἰώνων ἐκ Πατρὸς γεννηθέντα μονογενῆ Υἱὸν Λόγον, ἀνθρωπείαν περικείμενον φύσιν, καὶ μὴ νομίσῃς εὐτέλειαν τοῦ Θεοῦ τὴν κηρυττομένην οἰκονομίαν· οὐδὲν γὰρ μολύνειν δύναται τὴν ἀκήρατον φύσιν. Εἰ γὰρ τὸν ἥλιον, σῶμα ὄντα, ὁρατὸς

[7] Rom. v, 8. [8] Rom. viii, 32. [9] Joan. iii, 16.

(86) τῆς. Des. in edit. Paris.
(87) εἰς ἡμ. t. III, p. 54, ponitur post. ὁ Θεός.
(88) χαρ. t. III, p. 94, est χαρίσεται.
(89) δέ. Des. in edit. Paris.
(90) Ibid. οὕτως.
(91) ἡμ. ibid. post. τὸ δῶρον ponitur.

(92) πατ. ibid. πατουμένους.
(93) ibid. προσαγορεύσῃ.
(94) κεκ. Edit. Paris. κεκαλλωπισμένον.
(95) ἑαυτ. ibid. αὐτῷ.
(96) ἀνακ. ibid. ἀναπαλαίσασθαι.
(97) τούτ. ibid. τούτων.

Digitized by Google

τε γάρ ἐστι (98), καὶ λύσιν ἐπιδέχεται, διὰ σωμάτων A παριόντα νεκρῶν, καὶ ἰλύος δυσώδους, καὶ πολλῶν ἑτέρων δυσοσμίαν ἀφιέντων (99), οὐδὲν ἰσχύει μιᾶναι, πολλῷ μᾶλλον τοῦ ἡλίου τὸν Ποιητὴν, καὶ τὸν τῶν ἁπάντων Δημιουργὸν, τὸν ἀσώματον, τὸν ἀόρατον, τὸν ἀναλλοίωτον, τὸν ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὐδὲν τῶν τοιούτων μολῦναι δύναται. Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, νοήσωμεν οὑτωσί. Ἀπεριόριστον αὐτοῦ τὴν φύσιν εἶναι καὶ φαμὲν καὶ πιστεύομεν. Ἤκουσα γὰρ τοῦ (1) λέγοντος· « Μὴ οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; » Καί· « Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. » Καί· « Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; » Καὶ ὅσα τοιαῦτα μαρτυρεῖται. » Καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ βοᾷ· « Ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς B γῆς. » Καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. » Εἰ τοίνυν ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνὴν, οὐδὲν ἔστι τῆς κτίσεως μόριον ἐστερημένον Θεοῦ. Ἀλλ' ἐν τῇ κτίσει τὰ μὲν ἔστιν ἅγια, τὰ δὲ βέβηλα, καὶ τὰ μὲν εὐωδίας, τὰ δὲ δυσωδίας μεστά· καὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν εὐσεβείᾳ κοσμοῦνται, οἱ δὲ ἀνοσιουργίᾳ ἐγκαλινδοῦνται· ὁ δὲ πάντα πληρῶν, « Εὐδοκεῖ μὲν ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, μισεῖ δὲ πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, καὶ ἀπολεῖ πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, καὶ ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος, καὶ οὐ παροικεῖ αὐτῷ πονηρευόμενος. » Οὐδὲν τοιγαροῦν τῷ ἀκηράτῳ λυμαίνεται. Εἰ γὰρ οἱ τὴν ἰατρικὴν μετερχόμενοι τέχνην, οὐ μεταλαμβάνουσι τραυ- C μάτων τραύματα θεραπεύοντες, ἀλλ' ὑγίειαν μὲν πραγματεύονται τοῖς ἀῤῥωστοῦσι, βλάβην δὲ οὐδεμίαν ἐκεῖθεν πορίζονται, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς ἀπαθῆ τὴν φύσιν ἔχων, καὶ τροπῆς ὑπερτέραν, καὶ ἀλλοίωσιν οὐ δεχομένην, οὐδένα (2) παντελῶς ἐκ τῆς ἡμετέρας ἰατρείας εἵλκυσε μολυσμόν. Θαυμάσωμεν τοίνυν αὐτὸν οὐχ ἀγγέλοις τὴν ἡμετέραν ἐπιτρέψαντα θεραπείαν, ἀλλ' αὐτὸν (3) τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀναδεξάμενον ἰατρείαν.

Οὕτω τοιγαροῦν γεννηθεὶς ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ἕλκει μὲν μητρῴαν θηλὴν παραπλησίως ἡμῖν, τίθεται δὲ ἐπὶ φάτνης τῆς τῶν ἀλόγων τραπέζης, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀλογίας κατηγορῶν, καὶ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν παραδηλῶν, ὅτι τροφεὺς ὑπάρχων ὡς Θεὸς, καὶ τροφὴ γίνεται κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τῶν ἀνθρώπων, τῶν τὴν (4) πολλὴν ἀλογίαν νενοσηκότων. Ἀλλὰ νῦν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὴν ἀλογίαν ἀποβαλούσης, καὶ τὸ λογικὸν ἀναλαβούσης, ἡ D μυστικὴ αὐτὴν ὑποδέχεται τράπεζα, τύπος ἐκείνης γινομένη τῆς φάτνης, καὶ διδάσκουσα τοὺς ἀνθρώπους, ὡς « Ἡνίκα ὁ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ἦν, οὐ συνῆκεν (5), ἀλλὰ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Φάτνη τὴν θείαν ἐκεί-

afferentia transeuntem nihil inficere potest: quanto magis solis factorem, et omnium * Creatorem, qui incorporeus, invisibilis, inconversibilis, et semper sibi similis est, nihil horum polluere potest. Et hæc quidem se hoc modo habere, sic intellige. Naturam ejus infinitam esse et dicimus et credimus. Ipsum enim audivimus dicentem: « Nonne cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus [9]. » Et: « Cœlum mihi **662** thronus est, terra vero scabellum pedum meorum [10]? » Et: « Quis aquas mensus est manu, cœlum palma, et omnem terram pugno [11]? » et quæcunque hujusmodi sunt testimonia. Et beatus ille David clamat: « In manu ejus sunt termini terræ [12]. » Et divinus Paulus: « In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus [13]. » Si itaque in illo vivimus et movemur et sumus, juxta Apostoli vocem, nulla utique mundi pars Deo destituta est. Sed in rebus creatis alia quidem sancta sunt, alia vero profana: alia item bona fragrantia, alia vero fetore redundant. Et hominum quidem alii pietate ornantur, alios vero profana involvit impietas. Qui vero omnia implet, « delectatur iis qui timent eum, odit autem omnes qui operantur iniquitatem, et perdit omnes qui loquuntur mendacium, et virum sanguinum ac dolosum abominatur Dominus, nec cohabitat illi, qui mala agit [14]. » Nihil itaque ei nocet, qui immortalis est. Si enim qui medicam artem exercent, non ipsi quoque vulnera accipiunt dum vulnera curant, sed bonam valetudinem infirmis conciliant, nullum autem inde damnum referunt: multo magis optimus ille artifex Deus, qui impassibili natura et omni mutatione superiori præditus est, nec alterationem recipit, nullum omnino e nostri curatione, dum nobis medetur, inquinamentum contraxit. Ipsum itaque admiremur, qui nostri curationem non angelis mandavit, sed ipse hominum medelam in se transtulit.

Ad hunc modum ergo natus Christus Dominus, materna quidem perinde ut nos ubera sugit, in præsepi autem, brutorum **663** animalium mensa, ponitur, simul hominum brutam et ratione carentem naturam accusans, et suum erga homines amorem manifestans, quod cum ipse nutritor sit ut Deus, secundum humanitatem hominum cibus fit, qui magna ignoratione instar brutorum laborabant. Nam * vero cum brutorum ignorationem humana natura abjecerit, et rationis usum receperit, mystica illum excipit mensa, ipsa præsepii illius typus facta, et homines erudiens quod, « cum homo in honore esset, non intellexit, sed comparatus est jumentis irrationabilibus, et similis factus est eis [15]. » Præ-

[9] Jerem. XXIII, 24. [10] Isa. LXVI, 1. [11] Isa. XL, 12. [12] Psal. XCIV, 4. [13] Act. XVII, 28. [14] Psal. V, 7, 8. [15] Psal. XLVIII, 13.

(98) ἐστι. Edit. Paris. ἐστιν ὁ αὐτός.
(99) ἀφ. ibid. εἰσιόντων.
(1) τοῦ. ibid. αὐτοῦ.
(2) οὐδ. ibid. οὐδέν, et deinde μόλυσμα.
(3) ἀλλ' αὐτόν. ibid. ἀλλά solum.
(4) τήν. Des. in edit. Paris.
(5) συνῆκεν. ibid. συνῆκε, addito puncto et omisso ἀλλά.

sæpe divinum illum et spiritualem cibum suscepit: postquam vero ad seipsam rediit natura, et imaginem divinam sibi inesse manifeste cognovit, tunc postea super rationalem mensam cibus ille transivit. Sed et circumcisionem accepit, et sacrificia obtulit. Nam homo erat: oportebat vero ut natura legis observationi victoriam cederet. Tum ut homo in Ægyptum fugit [16], qui ut Deus ubique præsens est, et omnibus astat, ut divina Scriptura inquit. Venit præterea ad Joannem Baptistam, qui peccati sordes non susceperat, baptizari tamen se patitur, ut omnem impleat justitiam. Et cœlitus a Patre prædicatur, et a Spiritu sancto monstratur. Pater enim cœlitus clamabat: « Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui [17]. » Sanctus autem Spiritus in figura columbæ apparens, **664** vocem ad se pertraxit, et astantes docuit quisnam esset, qui a Patre testimonium acceperat. Hinc ad certamina contra tyrannum pergit: et stadium quidem certaminum desertum fit, spectatores vero, angelorum turmæ, adversarius autem qui veritatis adversarius est: qui primo quidem cum vocem audivisset, et propheticorum oraculorum esset recordatus, pugnam pertimuit; et virtutis ipsius fulgorem non quidem potuit sustinere, sed contra pugnare cogebatur, certamen tamen timuit vocis illius memor exsistens. Cæterum naturæ nostræ creator, et propugnator, coronator, et agonotheta, hostem non metuit, nec belluam abigit, sed fiduciam illi addit, et ad pugnam excitat, ut priorem illam auferat victoriam. Et corpori, quod quadraginta dierum spatio jejunaverat, famem permittit: non tamen eorum, qui olim jejunaverant, limitem transcendere sinit, ut vera illius crederetur humanitas. Vidit infelix hostis famem, et victoriam speravit, pugnamque confidenter aggressus est. Atque Adamum se videre putavit, ubi famis passionem cernit. Verum tanquam ad Adamum accessit, sed Adami creatorem Adami natura amictum invenit, et ait ad eum: « Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant [18]. » Et producit quidem in medium vocis cœlitus delatæ confirmationem, ipsam vero panum effectione confirmari petit. Hinc probe perdiscere licet, quo pacto a nobis ipsis erroris occasionem **665** hostis ille arripiat. Famem enim conspicatus, ex illa ceu ab edito loco tela immittit. Sed Salvator ille noster, esuriente licet corpore et cibi indigo, miraculum edere non vult. Verbo autem Scripturæ tyrannum petit, et ait: « Non solo pane vivit homo, sed omni verbo quod exit per os Dei [19]. » Ut homo autem responsum dedit, et divinitatem ad tempus abscondens, hominibus similiter victoriam procuravit. Nec enim, inquit, solus panis hominibus vitæ auxiliator est, sed omne verbum a Deo pro-

A νην καὶ πνευματικὴν τροφὴν ὑπεδέξατο. Ἐπειδὴ δὲ εἰς ἑαυτὴν ἐπανῆλθεν (6) ἡ φύσις, καὶ τὴν εἰκόνα τὴν θείαν περικεῖσθαι σαφῶς ἐπέγνω, τηνικαῦτα λοιπὸν ἐπὶ τὴν λογικὴν μετέβη τράπεζαν ἡ τροφή. Ἐδέξατο δὲ καὶ περιτομὴν, καὶ θυσίας προσενήνοχε· καὶ γὰρ ἄνθρωπος ἦν· ἔδει δὲ τῇ φυλακῇ τοῦ νόμου, τὴν νίκην ἀποδοῦναι τὴν φύσιν (7). Φεύγει δὲ καὶ ἀνθρωπίνως εἰς Αἴγυπτον, πανταχοῦ παρὼν ὡς Θεὸς, καὶ τοῖς πᾶσι παριστάμενος, ὥς φησιν ἡ θεία Γραφή. Ἀφικνεῖται δὲ καὶ πρὸς Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν, καὶ (8) ἁμαρτίας οὐ δεξάμενος ῥύπον, ἀνέχεται τοῦ (9) βαπτίσματος, ἵνα πληρώσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην. Καὶ κηρύττεται ἄνωθεν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος δείκνυται. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ ἄνωθεν ἐβόα· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου
B ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. » Τὸ δὲ πανάγιον Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς φαινόμενον, εἷλκε πρὸς ἑαυτὸν τὴν φωνὴν, καὶ τοὺς παρόντας ἐδίδασκε τίς ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν μαρτυρίαν δεξάμενος. Ἐντεῦθεν πρὸς τοὺς ἀγῶνας λοιπὸν κατὰ τοῦ τυράννου χωρεῖ· καὶ γίνεται στάδιον μὲν (10) τῶν ἀγώνων ἡ ἔρημος, θεαταὶ δὲ τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι, ἀντίπαλος δὲ, ὁ τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος· ὃς πρῶτον μὲν τῆς φωνῆς ἀκούσας, καὶ τῶν προφητικῶν ἀναμνησθεὶς προῤῥήσεων, ἐδεδίει τὴν πάλην· καὶ φέρειν μὲν αὐτοῦ τὴν τῆς ἀρετῆς οὐκ ἴσχυεν ἀστραπὴν, ἀλλὰ καταπαλαίειν ἠπείγετο, ἐδεδοίκει δὲ τὸν ἀγῶνα τῆς φωνῆς μεμνημένος. Ἀλλ' ὁ τῆς ἡμετέρας φύσεως καὶ δημιουργὸς, καὶ πρόμαχος, καὶ στεφανίτης, καὶ ἀγωνοθέτης,
C οὐ δεδίττεται τὸν ἀνταγωνιστὴν (11), οὐδὲ ἀποσοβεῖ τὸν θῆρα, ἀλλὰ παραθαῤῥύνει καὶ προτρέπει πρὸς πάλην, ἵνα τὴν προτέραν νίκην ἀφέληται· καὶ παραχωρεῖ πεινᾶσαι τῷ σώματι, τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστεύσαντι μῆκος. Καὶ οὐκ ἐᾷ τῶν ἤδη νενηστευκότων ὑπερβῆναι τὸ μέτρον, ἵνα πιστευθῇ τὸ ἀνθρώπινον. Εἶδεν ὁ δυσμενὴς τὴν πεῖναν, καὶ τὴν νίκην ἤλπισε, καὶ τὴν πάλην ἐθάῤῥησε, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐκεῖνον βλέπειν ἐνόμιζε, τὸ τῆς πείνης θεασάμενος πάθος. Ἀλλὰ προσελήλυθε μὲν ὡς τῷ Ἀδὰμ, εὗρε δὲ τὸν τοῦ Ἀδὰμ Ποιητὴν τὴν τοῦ Ἀδὰμ περικείμενον φύσιν, καί φησι πρὸς αὐτόν· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. » Καὶ παράγει μὲν εἰς μέσον τὴν οὐρανόθεν ἐναχθεῖσαν φωνὴν βεβαιωθῆναι, ἐμπεδωθῆναι δὲ ταύτην αἰτεῖ τῇ τῶν
D ἄρτων θαυματουργίᾳ. Ἐντεῦθεν ἔστι καταμαθεῖν ἀκριβῶς, ὡς παρ' ἡμῶν αὐτῶν ὁ πολέμιος λαμβάνει τοῦ πλάνου τὰς ἀφορμάς (12). Πείνην γὰρ θεασάμενος, ἐκ ταύτης ἀκροβολίζεται· ἀλλ' ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος, καὶ πεινῶντος τοῦ σώματος, καὶ δεομένου τροφῆς, θαυματουργεῖν οὐκ ἀνέχεται. Γραφικῷ δὲ λόγῳ κατατοξεύει τὸν τύραννον, καί φησι· « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. » Ἀνθρωπίνως δὲ

[16] Matth. II, 14. [17] Matth. III, 17. [18] Matth. IV, 3. [19] Deut. VIII, 3; Matth. IV, 4.

(6) ἐπαν. Des. in edit. Paris. παρῆλθεν.
(7) τ. φύσ. ibid. τῇ φύσει.
(8) καί. Des. ibid.
(9) τοῦ. Des. ibid.
(10) μέν. In edit. Paris. ponitur ante στάδιον.
(11) ἀντ. ibid. ἀγωνιστήν.
(12) τ. πλ. τ. ἀφ. Edit. Paris. τὰς ἀφορμὰς τοῦ πολέμου. *Belli occasionem* habebat interpretatio Gualtheri.

Digitized by Google

A τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο, καὶ τὴν θεότητα τέως ἀποκρύπτων (13), καὶ τοῖς ἀνθρώποις τῷ ὁμοίῳ τὴν νίκην πραγματευόμενος. Οὐ γὰρ μόνος, φησὶν, ἄρτος συνεργός ἐστι τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, ἀλλὰ καὶ πᾶς λόγος ὑπὸ Θεοῦ προσφερόμενος, ἀπόχρη ζωὴν τοῖς πεινῶσιν ἀνθρώποις πορίσαι (14). Πιστεύομεν ὡς καὶ ἄρτου δίχα διαβιῶναι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν δυνατὸν (15) βουλομένου Θεοῦ. Οὕτω διαλύσας τοῦ ἀντιπάλου τὰ μηχανήματα, καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ τὴν (16) τρίτην προσβολὴν ἀνόνητον δείξας, καὶ ὡς ἄνθρωπος τὰς ἀποδείξεις ποιησάμενος, ἵνα τὴν ἀπολωλυῖαν τοῖς ἀνθρώποις ἀνακτήσηται νίκην, τρέπεται μὲν τὸν ἀλιτήριον, καὶ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων ἀλάστορα παύει τῆς τυραννίδος, ὑπὸ δὲ τῶν τὴν νίκην θεασαμένων ἀγγέλων ἀνακηρύττεται. « Προσελθόντες γὰρ, φησὶν, οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ. » B Ἐκεῖθεν μυρία ὅσα θαυματουργήσας. Καὶ οἶνον μὲν ἐξ ὕδατος κλημάτων δίχα καὶ γῆς δημιουργήσας, ἐκ πέντε δὲ ἄρτων πολλὰς χιλιάδας χορέσας, καὶ λόγῳ χωλοὺς μὲν ἀρτίποδας ἀποφήνας, λεπρῶν δὲ τὴν λέπραν ἀποξέσας, καὶ χεῖρας ἀργὰς γοργοὺς ἐργασάμενος, καὶ ὀφθαλμοῖς τὸ βλέπειν ἀφῃρημένοις ὑγιᾶ τὴν αἴσθησιν δωρησάμενος (17), καὶ τάφους ἀνοίξας, καὶ πεπεδημένον καὶ δυσώδη νεκρὸν τρέχοντα δείξας, φεύγοντα μὲν τοῦ θανάτου τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸν καλέσαντα Δημιουργὸν ἐπειγόμενον, καὶ μήθ' ὑπὸ τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν, μήθ' ὑπὸ τῶν δεσμῶν κατεχόμενον. Ταῦτα καὶ μυρία ἕτερα ἐργασάμενος, βασκαίνεται μὲν ὑπὸ Ἰουδαίων, δέχεται δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἐθελοντὴς (18), τὴν ἐκ ταύτης ἐσομένην τοῖς C ἀνθρώποις προορῶν σωτηρίαν. Καὶ ταῦτα ἄνωθεν διὰ τοῦ προφήτου, προὔλεγεν· « Ἐγὼ δὲ, φησὶν, οὐκ ἀπειθῶ, οὐδὲ ἀντιλέγω, ἀλλὰ τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. » Ταῦτα προειπὼν, ταῦτα παθὼν, τῷ σταυρῷ προσηλοῦται, οὐχ ἁμαρτημάτων δίκας τίνων (ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ), ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐκτίνων τὸ χρέος. Ὤφειλε γὰρ αὕτη παραβεβηκυῖα τοῦ Πεποιηκότος τοὺς νόμους. Ἐπειδὴ [δὲ] ὀφείλουσα ἐκτίνειν οὐκ ἴσχυσεν, αὐτὸς ὁ Δεσπότης σοφῶς (19) μηχανᾶται τὴν τοῦ ὀφλήματος ἔκτισιν, καὶ ταύτης οἷόν τινα κτήματα τὰ μέλη λαβὼν, καὶ ταῦτα σοφῶς καὶ δι- D καίως οἰκονομήσας, ἀποπληροῖ τὸ χρέος, καὶ τὴν φύσιν ἐλευθεροῖ. Καὶ τούτων μάρτυρες Ἡσαΐας καὶ Παῦλος, ὁ μὲν πρὸ τοῦ πάθους ταῦτα θεσπίσας, ὁ δὲ μετὰ τὴν ἔκβασιν ἑρμηνεύσας τὴν πρόῤῥησιν· τὸ αὐτὸ δὲ ἀμφοτέροις ἐφθέγξατο Πνεῦμα. Καὶ Ἡσαΐας μὲν (20) πόῤῥωθεν βοᾷ· « Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν. » Ἀπὸ γὰρ τοῦ ὁρωμένου προσαγορεύει, ἐπειδὴ τὸ ὁρώμενον ἔπασχεν. « Οὗτος, φησὶ, τὰς μαλακίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ

latum sufficit ad vitam famelicis hominibus præbendam. Credimus itaque, Deo volente, absque pane etiam hominum naturam posse vitam conservare. Cum hoc modo adversarii machinationes dissolvisset, simulque secundum ac tertium ejus assultum inanem esse demonstravisset, ac velut homo demonstrationibus usus, ut perditam hominibus recuperaret victoriam, ipse quidem noxium illum hostem in fugam vertit, et communem hominum perniciem tyrannide exuit, ab angelis autem, qui victoriæ spectatores fuerant, victor renuntiatur. « Accedentes enim, inquit Scriptura, angeli ministrabant illi [20]. » Inde infinita edidit miracula. Et vinum quidem ex aqua sine vitium palmitibus et terra fecit; quinque vero panibus multa millia cibavit; et verbo claudos celeres reddidit, leprosorumque lepram abstersit; manus quoque languentes **666** versatiles effecit, et oculis visu captis sensum integrum donavit. Sepulcro aperto mortuum, qui et vinculis constrictus et fetidus jam erat, currere, et mortis quidem manus fugere, ad vocantem autem Creatorem, nec mortis foribus nec vinculis impeditum, festinare fecit. His, inquam, et innumeris aliis operibus editis, Judæorum invidia petitur, insidias autem voluntarie sustinet, salutem nimirum, quæ hinc hominibus eventura erat, prævidens : et hæc olim per prophetam prædixit : « Ego, inquit, non sum inobediens, nec contradico : sed tergum meum dedi ad flagella, genas vero meas ad alapas, faciem meam non averti ab ignominia sputorum [21]. » Hæc vaticinatus, hæc passus, cruci affigitur, non peccatorum pœnas persolvens (peccatum enim non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [22]), sed nostræ naturæ exsolvens debitum. Ipsa enim debebat, Creatoris nimirum leges transgressa. Et quoniam debitum quo tenebatur solvere non poterat, ipse Dominus debiti persolutionem sapienter molitur : et humana quidem membra ceu pecunias opesve assumens, et eadem sapienter justeque administrans, debito satisfacit, et naturam nostram liberat. Horum testes Isaias et Paulus sunt; ille quidem ante passionem hæc vaticinatus; hic vero post eventum oracula interpretatus : idem vero in utroque locutus est Spiritus. Isaias vero **667** eminus clamat : « Homo in plaga exsistens, et sciens ferre infirmitatem [23]. » Ab eo enim quod viderat illi nomen tribuit, quandoquidem quod ille vidit, patiebatur. « Hic, inquit, infirmitates nostras fert, et pro nobis doloribus afficitur : nos vero putavimus illum in labore esse, et in plaga a Deo, et in afflictione [24]. » Qui enim eum ligno affixum videbant, ipsum pro plurimis peccatis puniri, et propriorum scelerum pœnas exsolvere putabant. Propterea medium quoque inter duos facinorosos

[20] Matth. IV, 11. [21] Isa. L, 5, 6. [22] Isa. LIII, 9; I Petr. II, 22. [23] Isa. LIII, 3. [24] ibid. 5.

(13) ἀπ. Edit. Paris. ἀποκρύβων.
(14) πορ. ibid. ponitur punctum post sequens πιστεύομεν. Eamdem interpunctionem secutus erat Gualtherus.
(15) δυν. Des. ibid.
(16) τήν. Des. ibid.
(17) δωρ. Edit. Paris. χαρισάμενος.
(18) ἐθ. ibid. ἐθελοντί.
(19) σοφ. ibid. σαφῶς.
(20) μέν. ibid. δέ.

Digitized by Google

Judæi affixerunt, mala nimirum suspicione illum apud populum gravare cupientes. Sed Spiritus sanctus per prophetam docet, ipsum vulneratum esse propter peccata nostra, et infirmatum propter iniquitates nostras. Idemque evidentius per ea quæ sequuntur demonstrat. « Castigatio enim, inquit, pacis nostræ super ipsum. Livore ejus nos sanati sumus [25]. » Nam cum hostes Dei essemus, utpote qui ipsum offenderamus, castigationem debebamus et pœnam. Atqui hanc quidem nos non sumus experti, ipse autem noster Salvator illam sustinuit, et hanc sustinens nobis pacem cum Deo conciliavit. Manifestius autem hæc significant quæ sequuntur. « Omnes, inquit, ut oves erravimus, homo via sua seductus est. Propterea tanquam ovis ad mactationem ductus est, et ut agnus coram tondente mutus [26]. » Decebat enim ipsum, ut simili per simile mederetur, et per ovem ovium errorem revocaret. Ovis autem fit, non in ovem transmutatus, nec conversionem ullam passus, **668** nec a propria substantia deficiens : sed ovis naturam evidentissime induit, et, quemadmodum gregis ductor aries, dux gregis factus, ut oves omnes sequantur, effecit. Ut ovis itaque victima quoque factus est, et pro toto genere oblatus est in sacrificium. Nec sine causa mactationis simul et tonsionis mentionem fecit propheta. Sed quandoquidem Deus erat et homo, corpore vero mactato, impassibilis permansit divina natura : necessario utique divinus quoque Isaias ovis mactationem simul et agni tonsuram nobis demonstravit. Nec enim solummodo, inquit, mactatus, sed etiam tonsus est. Nam secundum humanitatem quoque mortem sustinuit : ut Deus autem vivens et impassibilis permanens, corporis lanam tonsoribus dedit. Sic beatus quoque Isaias salutares illas passiones nobis monstravit, et passionum causas docuit. Et divinissimus Paulus diserte clamat : « Christus nos redemit de maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Nam scriptum est : Maledictus omnis qui pendet in ligno [27]. » Dum autem dicit, *pro nobis*, ostendit quod innocens ipse et omni peccato liber nostrum debitum persolverit, nosque innumeris debitis pressos, et propterea servire coactos, libertate dignatus sit, nos et redimens, et proprium sanguinem pretii loco deponens. Propterea idem alibi clamat : **669** « Pretio empti sumus [28]. » Et iterum : « Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est [29]. » Hac de causa et crucis mortem suscepit, quandoquidem maledictum erat secundum legem hoc mortis genus : simul autem maledicta erat nostra natura, ut legem transgressa :

A ἡμῶν ὀδυνᾶται· ἡμεῖς δὲ ἐλογισάμεθα αὐτὸν ἐν πόνῳ εἶναι, καὶ ἐν πληγῇ ὑπὸ Θεοῦ, καὶ ἐν (21) κακώσει. » Ὑπελάμβανον γὰρ αὐτὸν οἱ τῷ ξύλῳ προσηλωμένον ὁρῶντες, ὑπὲρ πλείστων ἁμαρτημάτων κολάζεσθαι, καὶ δίκας τίνειν ὑπὲρ οἰκείων (22) πλημμελημάτων. Διὸ καὶ μέσον αὐτὸν δύο κακούργων οἱ Ἰουδαῖοι προσήλωσαν, πονηρὰν αὐτῷ δόξαν κατασκευάσαι βουλόμενοι· ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ προφήτου διδάσκει, ὅτι αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Καὶ σαφέστερον τοῦτο διὰ τῶν ἑξῆς ποιεῖ· « Παιδεία γάρ, φησὶν, εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. » Ἐχθροὶ γὰρ ὄντες Θεοῦ, ἅτε δὴ προσκεκρουκότες, παιδείαν καὶ τιμωρίαν ὠφείλομεν. Ἀλλὰ ταύτης ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐπειράθημεν. αὐτὸς δὲ
B ταύτην ὑπέμεινεν ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος· ὑπομείνας δὲ (23) ταύτην, τὴν εἰρήνην ἡμῖν τὴν πρὸς Θεὸν ἐδωρήσατο. Σαφέστερον δὲ τοῦτο δηλοῖ τὰ ἑξῆς· « Πάντες γάρ, φησὶν, ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη. Διὰ τοῦτο ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος. » Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, τῷ ὁμοίῳ θεραπεῦσαι τὸ ὅμοιον, καὶ διὰ τοῦ προβάτου τὴν τῶν προβάτων ἀνακαλέσασθαι πλάνην. Γίνεται δὲ πρόβατον, οὐκ εἰς πρόβατον μεταβληθεὶς, οὐδὲ τροπὴν ὑπομείνας, οὐδὲ τῆς οἰκείας οὐσίας ἐκστάς· ἀλλὰ τοῦ προβάτου τὴν φύσιν σαφῶς ἐνδυσάμενος, καὶ οἷον ὁ ἡγούμενος τῆς ποίμνης κριὸς, κτίλος τῆς ποίμνης γενόμενος, καὶ ἀκολουθεῖν αὐτῷ πάντα
C παρασκευάσας τὰ πρόβατα (24). Ὡς πρόβατον τοιγαροῦν καὶ ἱερεῖον ἐγένετο, καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ γένους προσηνέχθη θυσία. Οὐχ ἁπλῶς δὲ ὁ προφήτης καὶ σφαγῆς ὁμοῦ καὶ κουρᾶς ἐμνημόνευσεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς ἦν καὶ ἄνθρωπος (25), τοῦ δὲ σώματος σφαττομένου, ἀπαθὴς ἔμεινε ἡ θεία φύσις, ἀναγκαίως καὶ ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας, καὶ τοῦ προβάτου τὴν (26) σφαγὴν, καὶ τοῦ ἀμνοῦ τὴν κουρὰν ἡμῖν ὑπέδειξεν. Οὐ γὰρ μόνον, φησὶν, ἐσφάγη, ἀλλὰ καὶ ἀπεκείρατο. Καὶ γὰρ κατὰ τὸ ἀνθρώπειον (27) τὸν θάνατον ὑπέμεινεν· ὡς δὲ (28) Θεὸς ζῶν καὶ ἀπαθὴς διαμένων, τὸν τοῦ σώματος πόκον τοῖς κείρουσιν ἔδωκεν. Οὕτως (29) ὁ μακάριος Ἡσαΐας καὶ (30) τὰ σωτήρια ἡμῖν ὑπέδειξε πάθη, καὶ τῶν παθῶν τὰς αἰτίας ἐδίδαξε. Καὶ ὁ θειότατος δὲ Παῦλος ἄντικρυς βοᾷ·
D « Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Γέγραπται γάρ· Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. » Εἰπὼν δὲ, *ὑπὲρ ἡμῶν*, ἔδειξεν, ὡς ἀνεύθυνος ὢν καὶ πάσης ἁμαρτίας ἐλεύθερος, τὸ ἡμέτερον ἀπέδωκε χρέος, καὶ μυρίοις ἡμᾶς ὀφλήμασιν ὑποκειμένους, καὶ τούτου χάριν δουλεύειν ἠναγκασμένους, ἐλευθερίας ἠξίωσεν ἡμᾶς, καὶ πριάμενος, καὶ τιμὴν τὸ οἰκεῖον αἷμα καταβαλών. Διὸ

[25] Isa LIII, 5. [26] ibid. 6, 7. [27] Galat. III, 13. [28] I Cor. VI, 20. [29] I Cor. VIII, 11.

(21) ἐν. Des. in edit. Paris.
(22) οἰκ. ibid. ἰδίων.
(23) δέ. Des. ibid.
(24) τὰ πρ. In edit. Paris. ante παρασκευάσας ponitur.
(25) ἄνθρ. ibid. ἀμνός.
(26) τήν. Des. ibid.
(27) ἀνθρ. ibid. ἀνθρώπινον.
(28) δέ. ibid. γάρ.
(29) οὕτ. ibid. οὕτω καί.
(30) καί. Des. ibid.

καὶ ἑτέρωθι ὁ αὐτὸς ἀνὴρ (31) βοᾷ λέγων· « Τιμῆς ἠγοράσθημεν (32). » Καὶ (33) πάλιν· « Ἀπόλλυται (34), φησὶν, ὁ ἀσθενὴς ἀδελφὸς ἐν (35) τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανε. » Τούτου χάριν καὶ τὸν διὰ σταυροῦ κατεδέξατο θάνατον· ἐπειδὴ κατάρατον ἦν κατὰ τὸν νόμον τούτου τοῦ θανάτου τὸ εἶδος· κατάρατος δὲ ἦν καὶ ἡ φύσις, ὡς παραβεβηκυῖα τὸν νόμον· « Ἐπικατάρατος γὰρ, φησὶ, πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει τοῖς ἐγκειμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. » Τούτου χάριν τὴν κοινὴν ἀναδέχεται κατάραν, καὶ λύει ταύτην τῇ ἀδίκῳ σφαγῇ. Μὴ ὑποκείμενος γὰρ τῇ κατάρᾳ (ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος), τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν ὑπέμεινε θάνατον, καὶ δικάζεται τῷ ἀλάστορι τῷ κοινῷ τῆς φύσεως δυσμενεῖ, πρόμαχος ὁμοῦ καὶ συνήγορος τῆς ἡμετέρας φύσεως γεγονὼς, καί φησιν εἰκότως πρὸς τὸν πικρὸν ἡμῶν τύραννον· Ἑάλως, παμπόνηρε, καὶ τοῖς σαυτοῦ δικτύοις τεθήρασαι, καὶ ἡ ῥομφαία σου εἰσελήλυθεν εἰς καρδίαν σου, καὶ τὰ τόξα σου συνετρίβη· ὤρυξας βόθρον, καὶ ἐνέπεσας εἰς αὐτόν· τὰ (36) ὑπὸ σοῦ ἁπλωθέντα θήρατρα τὰς σὰς ἐπέδησε χεῖρας. Εἰπὲ γὰρ, τί δήποτέ μου τὸ σῶμα τῷ σταυρῷ προσήλωσας, καὶ τῷ θανάτῳ παρέπεμψας; Ποῖον εἶδος ἁμαρτίας ἐν ἐμοὶ (37) θεασάμενος; Ποίαν τοῦ νόμου θεωρήσας παράβασιν; Ἐρεύνησον νῦν γοῦν ἀκριβέστερον ἐν τῷ ξύλῳ (38) γυμνὸν τοῦτο θεώμενος. Βλέπε καὶ γλῶτταν κηλῖδος ἀπηλλαγμένην· καὶ ἀκοὴν βλάβης ἁπάσης ἐλευθέραν, καὶ ὀφθαλμοὺς λύμην οὐδεμίαν ἔξωθεν δεξαμένους· καὶ χεῖρας ἀδικίας μὲν πόῤῥω γεγενημένας, δικαιοσύνῃ δὲ πάσῃ κεκοσμημένας· καὶ πόδας, οὐκ ἐπὶ πονηρίᾳ, προφητικῶς εἰπεῖν, δραμόντας, ἀλλὰ τὸν τῆς ἀρετῆς δίαυλον ἐξανύσαντας. Ἐρεύνησον ἅπαντα λίαν ἀκριβῶς τὰ τοῦ σώματος μόρια· ἐρεύνησον τῆς ψυχῆς τὰ κινήματα· ἐὰν μικρὸν γοῦν (39) εὑρεθῇ πλημμέλημα, καλῶς κατέχεις καὶ μάλα δικαίως· ἐπιτίμιον γὰρ τῶν ἡμαρτηκότων ὁ θάνατος· εἰ δὲ μηδὲν εὑρίσκεις, ὧν ὁ θεῖος ἀπαγορεύει νόμος, πάντα δὲ μᾶλλον, ὅσα ἐκεῖνος διαγορεύει, οὐκ ἐῶ σε κατέχειν ὃ μὴ θέμις κατέχειν. Μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνοίγω τοῦ θανάτου τὸ δεσμωτήριον, σὲ δὲ καθείρξω μόνον, ὡς τὸν ὅρον (40) παραβεβηκότα τὸν θεῖον. Ὁ γὰρ θεῖος ὅρος (41) τοὺς ἡμαρτηκότας τῷ θανάτῳ παρέπεμψε, σὺ δὲ καὶ τὸν ἁμαρτίας ἀμύητον παρέδωκας τοῖς τοῦ θανάτου δεσμοῖς· καὶ γέγονέ σοι ἡ ἀπληστία ἀπηνείας ἐσχάτης αἰτία· καὶ ἕνα λαβὼν ἀδίκως, πάντων ἐγυμνώθης τῶν ὑπηκόων δικαίως· καὶ φαγὼν τροφὴν οὐκ ἐδώδιμον, πᾶσαν ἐμέσεις τὴν ἤδη καταποθεῖσαν· καὶ διδάξεις ἅπαντας τοῖς προσοῦσιν ἀρκεῖσθαι, καὶ τῶν μὴ προσηκόντων ἀπέχεσθαι. Ἀναμνήσθητι τίνος ἕνεκεν ὁ γενάρχης Ἀδὰμ παρεδόθη θανάτῳ. Πάντων ἐκεῖνος τῶν τοῦ παραδείσου φυτῶν

A « Maledictus enim, inquit, omnis qui non manserit in iis quæ libro legis continentur, ut faciat ea [30]. » Ideo communem maledictionem suscipit, et injusta mactatione illam solvit. Nam cum maledictioni non subjaceret (peccatum enim non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [31]), peccatorum tamen mortem sustinuit, et contra communem naturæ nostræ hostem dæmonem litigat, propugnator simul et patronus nostræ naturæ factus, et merito ad dirum nostrum tyrannum dicit: Captus es, pessime, et tuis ipsius retibus comprehensus es, et tuus gladius in cor tuum penetravit, arcus tui contriti sunt, foveam fodisti et incidisti in illam, laquei quos tetendisti tuas manus obstrinxerunt. Dic enim, quare corpus meum cruci affixisti, et morti tradidisti? quam pec- B cati speciem in me conspicatus es? quam legis transgressionem vidisti? En diligentius nunc nudum in cruce hoc videns scrutare. Inspice linguam omni probro carentem, et auditum omni noxa liberum: oculos item qui nullam extrinsecus corruptionem senserunt, **670** et manus ab injustitia quidem alienissimas, omni autem justitia ornatas: pedesque non qui malitiæ causa, ut propheticis verbis utar, cucurrerint, sed qui virtutis stadium sunt emensi. Scrutare quam diligentissime omnia corporis membra. Inquire animæ motus. Si itaque vel minimum aliquod delictum inventum fuerit, bene utique et juste me detines: supplicium enim eorum qui peccaverunt, mors est. Quod si vero nihil eorum C invenis quæ divina lex prohibet, quin potius omnia quæ hæc præcipit, non sino te detinere quod detinere nefas est. Imo aliis quoque mortis carcerem aperiam, te vero solum concludam, utpote qui legem divinam transgressus sis. Divina enim lex peccatores morti tradidit: tu vero etiam peccati expertem mortis vinculis tradidisti: et insatiabilis tua libido extremæ tibi crudelitatis causa fuit: cumque unum injuste ceperis, omnibus simul subditis juste spoliaris, et qui cibum voravisti non edendum, omnem ante deglutitum evomes, et docebis omnes præsentibus contentos esse, iisque quæ ad se non pertinent abstinere. Recordare propter quid humani generis progenitor Adam morti traditus sit. Hic, cum ipsi omnium paradisi arborum copia facta es- D set, iis quæ data erant minime contentus, cum non sufficeret illi omnium ubertate perfrui, arborem scientiæ tangere ausus est, cujus fructum Creator vetuerat. Unde insatiabili cupiditate laborans, et vetita concupiscens, toto paradiso privatus est. Istis te quoque suppliciis subjiciam. **671** Injustum enim foret eum qui seductus fuit istiusmodi pœnam sustinuisse, seductorem vero non eodem sup-

[30] Deut. XXVI, 27; Galat. III, 10. [31] Isa. LIII, 9; I Petr. II, 22.

(31) ἀνήρ. Des. ibid.
(32) ἠγ. Legendum esse videtur ἠγοράσθητε.
(33) καὶ — ἀπέθανε. Des. in edit. Paris.
(34) Ἀπόλλ. Loco cit. leg. ἀπολεῖται.
(35) ἐν. ibid. est ἐπί.
(36) τὰ — χεῖρας. Des. in edit. Paris.
(37) ἐμοί. Edit. prior habebat αὐτῷ, sed Parisinam h. l. sequimur.
(38) ξύλῳ. Edit. Paris. ἰκρίῳ.
(39) γοῦν. In edit. Paris. ante μικρόν ponitur.
(40) ὅρ. ibid. νόμον.
(41) ὅρ. ibid. νόμος.

Digitized by Google

plicio puniri. Quoniam itaque et tu, qui potestatem in peccatores acceperas, corpus invasisti nullius peccati reum, potestate tua discedito, tyrannide desistito. Omnes a morte liberabo : non simpliciter misericordia utens, sed misericordia justa : neque herili utens potestate, sed potestate justa. Debitum enim pro humano genere persolvi. Qui mortem non debui, mortem sustinui : quique morti subjectus non eram, mortem suscepi. Insons cum essem, sontibus ascriptus sum : quique a debitis omnibus liber eram, in debitorum ordinem constitutus sum. Naturæ ergo debitum persolvi, et dum mortem immeritam sustinui, meritam dissolvo : quique juste detenti fuerant, ipse injuste correptus e carcere dimitto. Vide naturæ chirographum deletum, o acerbe peccati vindex. Vide illud ipsum cruci affixum, et sublatas ex eo peccatorum notas aspice. Vide ut malitiæ subscriptionem non acceperit. Hujus ergo corporis oculi, oculorum qui male spectaverant, solverunt debitum : hujus aures pro inquinatis satisfecere auribus : similiter et lingua pro linguis quæ inique commotæ fuerant, et manus pro iis manibus quæ injusta facinora patrarant : ac membra reliqua pro membris quæ peccata qualiacunque commiserant. Debito igitur persoluto, **672** convenit, ut qui propter illud carcere inclusi fuerunt, ex eo liberentur, et pristina libertate fruantur, et ad patrios locos redeant.

A τὴν ἐξουσίαν λαβὼν, οὐκ ἠρκέσθη τοῖς δοθεῖσιν, οὐδὲ (42) ἀπέχρησεν αὐτῷ ἡ ἀφθονίας ἁπάντων ἀπόλαυσις· ἀλλὰ κατετόλμησε τοῦ τῆς γνώσεως φυτοῦ, οὗ τὴν μετάληψιν ὁ Ποιητὴς ἀπηγορεύκει. Καὶ ἀπληστίαν νοσήσας, καὶ τοῦ μὴ προσήκοντος ἐπιθυμήσας, παντὸς ἀπεστερήθη τοῦ παραδείσου. Τούτοις σε τοῖς ἐπιτιμίοις ὑποβαλῶ. Ἄδικον γὰρ, τὸν μὲν ἐξαπατηθέντα τοιαύτην ὑπομεῖναι ζημίαν, τὸν δὲ ἐξαπατήσαντα μὴ τοιαύτην (43) ὑποστῆναι τιμωρίαν. Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ σὺ, τὴν κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων ἐξουσίαν λαβὼν, ἥψω σώματος ἁμαρτίαν οὐδεμίαν ἐργασαμένου, ἐκβηθι τῆς ἐξουσίας, ἔκστηθι τῆς τυραννίδος. Πάντας ἐλευθερώσω τοῦ θανάτου· οὐχ ἁπλῶς ἐλέῳ (44) χρώμενος, ἀλλ' ἐλέῳ δικαίῳ, οὐδὲ τῇ τῆς δεσποτείας ἐξουσίᾳ, ἀλλ' ἐξουσίᾳ δικαίᾳ. Ἀποδέδωκα γὰρ ὑπὲρ τοῦ γένους τὸ B χρέος. Οὐκ ὀφείλων γὰρ θάνατον, θάνατον ὑπέμεινα, καὶ μὴ ὑποκείμενος θανάτῳ, ὑπεδεξάμην τὸν θάνατον, καὶ ἀνεύθυνος ὢν, ἐνεγράφην τοῖς ὑπευθύνοις, καὶ ὀφλήματος ὑπάρχων ἐλεύθερος, μετὰ τῶν ὀφειλόντων ἐτάχθην. Ἐξέτισα τοίνυν τὸ τῆς φύσεως ὄφλημα, καὶ θάνατον ἄδικον ὑπομείνας, καταλύω τὸν δίκαιον· τοὺς (45) ἐνδίκως κατεχομένους, ἀδίκως κατασχεθεὶς, τῆς εἱρκτῆς ἀπολύω. Βλέπε τὸ γραμματεῖον τῆς φύσεως ἀπηλειμμένον, ὦ πικρὲ τῆς ἁμαρτίας δήμιε (46). Βλέπε αὐτὸ τῷ σταυρῷ προσηλωμένον, καὶ τῶν γραμμάτων τῆς ἁμαρτίας ἀπηλλαγμένον. Βλέπε αὐτὸ πονηρίας ὑπογραφὴν οὐ δεδεγμένον. Ἀπέδοσαν τοίνυν οἱ τοῦδε τοῦ σώματος ὀφθαλμοὶ, ὑπὲρ τῶν κακῶς θεασαμένων ὀμμάτων· αἱ τοῦδε ἀκοαὶ, ὑπὲρ τῶν ἀκοῶν τὸν μολυσμὸν δεξαμένων· ἡ γλῶττα ὡσαύτως, ὑπὲρ (47) τῶν γλωττῶν τῶν παρανόμως κινηθεισῶν· αἱ χεῖρες ὑπὲρ (48) τῶν ἄδικα ἐργασαμένων χειρῶν. Καὶ τἄλλα (49) μέρη, ὑπὲρ τῶν τιναοῦν (50) ἁμαρτίαν διαπραξαμένων μελῶν. Τοῦ δὲ χρέους ἐκτιθέντος, προσήκει τοὺς τούτου χάριν καθειργμένους τῆς εἱρκτῆς ἀπαλλαγῆναι, καὶ τὴν προτέραν ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν (51), καὶ εἰς τὸ πατρῷον χωρίον ἐπανελθεῖν.

Hæc fatus Dominus proprium corpus excitavit, et hominum naturæ resurrectionis spem seminavit, sponsorem omnibus dans proprii corporis resurrectionem. Nec aliquis hæc nos nugari existimet : e sacris enim Evangeliis et apostolicis traditionibus hæc sic se habere instituti sumus. Nam ipsum Dominum * audivimus dicentem : « Venit mundi princeps, et in me inveniet nihil [32-31]. » Nullum enim, inquit, habeo peccati indicium, corpus habeo ab omni peccato liberum; verumtamen, licet nihil inveniat, quasi innumeris obnoxium debitis morti tradet : ego autem id patior, ipsum sua tyrannide juste ejicere volens. Quapropter alibi item inquit : « Nunc judicium est mundi hujus : nunc princeps mundi hujus ejicietur foras [32]. » Cum enim judicium et disceptatio instituta fuerit, condemnabitur, et tyrannide ejicietur, ut qui injustam contra me sententiam tulerit. Edocens deinde, quod non suum modo

C Ταῦτα λέγων ὁ Κύριος, τό τε οἰκεῖον ἀνέστησε σῶμα, καὶ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων τὰς (52) τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδας (53) κατέσπειρεν, ἐχέγγυον ἅπασι δεδωκὼς τοῦ οἰκείου σώματος τὴν ἀνάστασιν. Καὶ μή τις οἰέσθω ταῦτα ἡμᾶς μάτην ἀδολεσχεῖν· ἐκ γὰρ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων, καὶ τῶν ἀποστολικῶν παιδευμάτων, ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐπαιδεύθημεν· ἠκούσαμεν γὰρ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρίσκει (54) οὐδέν. » Οὐδὲν γὰρ ἔχω, φησὶ, τῶν τῆς ἁμαρτίας γνωρισμάτων, ἐλεύθερον ἔχω πάσης παρανομίας τὸ σῶμα· ἀλλ' ὅμως καὶ μηδὲν εὑρίσκων, ὡς μυρίοις ὀφλήμασιν ὑποκείμενον, παραδώσει τῷ θανάτῳ· ἐγὼ δὲ ἀνέχομαι, δικαίως ἐκβάλλειν αὐτὸν τῆς τυραννίδος ἐθέλων. Διὸ καὶ αὖθις ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ φησί· « Νῦν κρίσις ἐστὶ D τοῦ κόσμου τούτου, νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. » Τῆς γὰρ κρίσεως καὶ τῆς διαδικασίας (55) γενομένης κατακριθήσεται, καὶ ὡς ἄδικον

[32-31] Joan. xiv, 30. [32] Joan. xii, 31

(42) οὐδὲ — ἀπόλαυσις. Des. in edit. Paris.
(43) τοιαύτ. Edit. Paris. τὴν αὐτήν.
(44) ἐλέῳ et deinde ἀλλ' ἐλέῳ δικ. οὐδέ, Des. ibid.
(45) τούς. ibid. præm. καί.
(46) τ. ἁμ. δήμ. ibid. θάνατε. Sic Gualtherus scripserat : *O amara mors*.
(47) ὑπὲρ — κινηθ. Des. in edit. Paris.
(48) ὑπ. — χειρῶν. Des. ibid.
(49) τἄλλα. ibid. τὰ λοιπά.
(50) τιναοῦν. ibid. ἥντιναοῦν.
(51) ἀπολ. In edit. Paris. ponitur ante ἐλευθερίαν.
(52) τάς. Des. ibid.
(53) ἐλπ. ibid. ἐλπίδα.
(54) εὑρ. ibid. εὑρήσει.
(55) κ. τ. διαδ. Des. ibid.

Digitized by Google

κατ' ἐμοῦ τὴν ψῆφον ἐξενεγκών, τῆς τυραννίδος ἐκβληθήσεται. Εἶτα ἐκδιδάσκων ὡς οὐ μόνον τὸ οἰκεῖον σῶμα τῆς τοῦ θανάτου δυναστείας ἐλευθερώσει, ἀλλὰ πᾶσαν ὁμοῦ τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, εὐθὺς ἐπήγαγε λέγων· « Κἀγὼ, ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Οὐ γὰρ ἀνέξομαι μόνον ἀναστῆσαι ὃ ἀνέλαβον (56) σῶμα, ἀλλὰ πᾶσιν ἀνθρώποις πραγματεύσομαι (57) τὴν ἀνάστασιν· τούτου γὰρ χάριν ἐλήλυθα, καὶ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἀνέλαβον (58). Τούτου χάριν (59) ἐπὶ σφαγὴν ἤχθην (60), καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος. Ταῦτα καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησι, Κολοσσαεῦσι γράφων, καὶ δι' αὐτῶν ἅπασιν ἀνθρώποις· « Καὶ ὑμᾶς γάρ, φησί, νεκροὺς ὄντας τοῖς (61) παραπτώμασι καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, συνεζωοποίησεν αὐτῷ, χαρισάμενος ἡμῖν (62) πάντα τὰ παραπτώματα, ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν· καὶ αὐτὸ ἦρεν (63) ἐκ μέσου (64), προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν (65) ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. » Κἀντεῦθεν τοιγαροῦν ἐδιδάχθημεν ὡς ἀπέδωκε μὲν ὑπὲρ ἡμῶν τὸ χρέος, ἐξήλειψε δὲ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ προσήλωσεν αὐτὸ τῷ σταυρῷ, καὶ ἐδειγμάτισε τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, τουτέστι, τὰς ἐναντίας δυνάμεις, ἐν παῤῥησίᾳ (66) θριαμβεύσας αὐτὰς (67) ἐν αὐτῷ. Τουτέστιν, ἀναμάρτητον αὐταῖς τὸ οἰκεῖον ἐπιδείξας σῶμά τε καὶ ψυχὴν, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ γενομένην ἄδικον αὐτῶν ψῆφον ἐλέγξας· καὶ ταῦτα πεποιηκὼς, συνεζωοποίησε πᾶσαν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. Καὶ μυρίας δὲ ἑτέρας μαρτυρίας ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, ταῦτα οὕτως ἔχειν διδασκούσας. Ἀλλ' εἰ συλλέγειν ἁπάσας ἐθελήσαιμεν (68), καὶ τὴν προσήκουσαν ἑκάστῃ ἑρμηνείαν ποιήσασθαι, μῆκος ἄπειρον ἐργασόμεθα. Τοῖς φιλομαθέσι τοίνυν αὐτὰς συλλέγειν καταλιπὼν, ἐπὶ τὰ συνεχῆ βαδιοῦμαι τοῦ λόγου (69). Οὕτω τοίνυν ὁ Δεσπότης Χριστὸς (70), καταλύσας τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἡμετέραν πραγματευσάμενος σωτηρίαν, εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήλυθε, καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας τροφίμοις τῆς αὐτῆς ἀνόδου τὰς ἐλπίδας κατέλιπεν. « Ὅταν γάρ, φησὶν, ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Τοσαύτη τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἡ περὶ τοὺς ἀνθρώπους κηδεμονία. Τοσαύτην ὁ Ποιητὴς τῆς ἀχαρίστου δημιουργίας ἐποιήσατο πρόνοιαν· τοσαύτη τοῦ ἀρχετύπου (71) περὶ τὴν εἰκόνα τὴν οἰκείαν (72) ἡ προμήθεια. Ἐδημιούργησεν ἐξ ἀρχῆς, τῇ ὁμοιώσει τετίμηκεν· ἀλλ' ἀγνώμων αὕτη περὶ τὸν πεποιηκότα γεγένηται, καὶ τὴν εἰκόνα τὴν θείαν διαφθείρασα, τοὺς τῶν θηρίων χαρακτῆρας ἐδέξατο, καὶ

corpus e mortis potestate liberaturus sit, sed universam simul humani generis naturam, mox infert dicens : « Et ego, cum exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum[53]. » Nec enim patiar illud, quod ipse assumpsi, corpus solummodo resurgere : sed omnibus hominibus resurrectionis copiam **673** faciam. Ideo enim veni, et servi formam assumpsi, ideo ad mactationem ductus sum, et ceu agnus coram tonsore mutus fui. Eadem beatus Paulus quoque scribit Colossensibus, per hos cunctis hominibus scribens : « Nam et vos, inquit, cum essetis mortui per delicta, et per præputium carnis vestræ, simul cum illo vivificavit, condonans nobis omnia delicta, deleto quod adversus nos erat, chirographo decreti, quod erat contrarium nobis; et illud sustulit e medio affixum cruci : exspoliatosque principatus et potestates ostentavit, palam triumphans de illis per semetipsum[54]. » Hinc itaque didicimus, quod et debitum pro nobis reddiderit, et quod adversus nos erat (decreti) chirographum deleverit, crucique illud affixerit, et palam ostentaverit principatus et potestates, id est, adversas potentias, palam triumphans de illis in semetipso, id est, innocens et peccatis carens corpus suum et animam illis spectandam exhibens, et injustam illorum contra se prolatam sententiam arguens : et hoc ubi fecit, simul secum omnem humanam naturam vivificavit. Atque infinita alia testimonia in Scripturis invenire licet, quæ hæc **674** ita se habere docent. Sed si singula colligere, et unicuique convenientem expositionem, addere velimus, immensum aggrederemur opus. Studiosis ergo hæc colligendi laborem relinquens, ad ordinem orationis constitutum transeo. Hoc itaque modo Christus Dominus, mortis viribus dissolutis, et salute nostra procurata, in cœlos rediit, et pietatis alumnis ejusdem ascensionis spem reliquit. « Cum enim, inquit, exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum[55]. » Tanta Dei rerum omnium Domini erga homines cura fuit. Tantam Creator erga ingratum opus providentiam exercuit. Tanta primi illius exemplaris circa suam imaginem providentia est. Ab initio condidit, similitudine sua dignatus est : ipsa vero ingrata erga factorem facta est, et divinam imaginem corrumpens, belluarum characteres assumpsit, et ex divina in ferinam et belluinam mutata est. Sed non neglexit hanc Opifex, quæ nunc belluinam formam induerat : sed innovavit ipsam, et ad pristinum decorem reduxit, veteremque venustatem reddidit, eosque in filios suos adoptavit, qui ne servire quidem digni erant.

[53] Joan. xii, 32. [54] Coloss. ii, 13-15. [55] Joan. xii, 32.

(56) ἀν. ibid. ἀνελαβόμην.
(57) πρ. ibid. πραγματεύσασθαι.
(58) ἀν. Edit. Paris. ἀνελαβόμην.
(59) τ. χάρ. Des. ibid.
(60) ἤχθ. ibid. præm. τε.
(61) τοῖς. Vid., t. III, p. 487, schol. 7.
(62) ἡμ. Loco cit. est ὑμῖν juxta rec. lect.
(63) ἦρ. Edit. Paris. ἦρκεν.
(64) μέσ. ibid. præm. τοῦ,
(65) ἐδειγμ. — καὶ τὰς ἐξουσ. Des. ibid.
(66) ἐν παῤῥ. ibid. præm. ἐδειγμάτισεν.
(67) αὐτ. ibid. αὐτούς.
(68) ἐθ. Edit. Paris. ἠθελήσαμεν.
(69) ibid. τῷ λόγῳ.
(70) Χρ. ibid. ὡς. Gualtherus scripserat, *utpote mortis viribus*, etc.
(71) ἀρχ. ibid. πρωτοτύπου.
(72) εἰκ. τ. οἰκ. ibid. οἰκείαν εἰκόνα.

Digitized by Google

ἀντὶ θεοειδοῦς θηριώδης ἐγένετο. Ἀλλ' οὐ περιεῖδεν αὐτὴν ὁ Δημιουργὸς τὰς (73) τῶν θηρίων περικειμένην μορφὰς, ἀλλ' ἐνεούργησεν αὐτὴν, καὶ εἰς τὴν προτέραν εὐπρέπειαν ἐπανήγαγε, καὶ τὴν παλαιὰν ἀποδέδωκεν εὐμορφίαν, καὶ υἱοὺς τοὺς οὐδὲ δουλεύειν ἀξίους ἀπέφηνεν.

Sed sunt quidam, qui nihil operis faciunt, ut divinus Paulus inquit [56], sed inutilibus rebus dediti, curiose inquirunt quæ non **675** fas est, et divinæ sapientiæ abyssum propriis rationibus metiri studentes dicunt : Quam ob causam non ab initio statim hæc instituit Dominus, sed post multa demum annorum millia ? Cæterum quod talia curiosius scrutari nimium audax sit et temerarium facinus, omnemque insaniam excedat, ipsi quoque dicent, qui talia scrutantur. Porro ut Deum non hæc erroris pœnitentia instituisse et administravisse, sed olim et ab initio statim sic ordinavisse demonstremus, agedum sacras Scripturas in medium adducamus, et primo ipsum Christum Dominum audiamus, qui in Evangeliis dicit : « Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis ante constitutionem mundi [57]. » Si vero ante mundi creationem apostolis, et iis qui per hos crediderunt, regnum præparavit, constat certe quod olim hæc ita voluerit Dominus, et nequaquam nunc quidem hæc, nunc alia sentiat. Singulis autem temporibus quæ commoda sunt, peragit, et hominum facultate doctrinæ suæ institutiones metitur. Idcirco Adamo, quasi nuper edito infanti, præceptum de arbore præscribit [58]. Supervacanea enim illi fuisset tota lex de adulterio, de cæde, de falso testimonio, et de injustitia præcipiens. Cum qua enim adulterium committeret, unica tunc temporis exsistente **676** femina ? Quem occideret, cum non esset a quo irritaretur ? contra quem item vel falsum testimonium fingeret, vel injustitiam operaretur ? Quapropter illud solummodo de arbore præceptum accipit, puerile quiddam et modo natis infantibus conveniens. Rursus vero aucto jam post multorum annorum numerum humano genere, ipsi Noacho [59] de cibis leges tulit, et omnibus libere carnibus vesci, mundis scilicet (nam et harum discrimen ipsum edocuit), jubet, solius autem sanguinis esu ipsi interdicit. Inde post longi temporis evolutionem, Abrahamum [60] quidem vocat, et patriam domum relinquere jubet, ducit vero ipsum in regionem, quæ olim quidem Chananæorum, nunc autem Palæstinorum dicitur, et circumcisionis præceptum illi dat, ut qui ex illo nasciturus erat populus superfluorum ablationem religionis signum habeat. Famis autem necessitate inducta, pietatis præconem circumducit undique, tam Ægyptiis, quam Palæstinis, suum ostendens cultorem. Et [61] permittit quidem rapi a

A Ἀλλὰ γὰρ εἰσί τινες μηδὲν ἐργαζόμενοι, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ἀλλὰ περιεργαζόμενοι, καὶ πολυπραγμονοῦντες ἃ μὴ θέμις, καὶ τῆς θείας σοφίας τὴν ἄβυσσον τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς μετρῆσαι φιλονεικοῦντες, καὶ φάσκοντες (74)· Τίνος χάριν ταῦτα (75) οὐκ ἐξ ἀρχῆς ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ μετὰ πολλὰς ἐτῶν χιλιάδας ; Ὅτι μὲν τὸ τὰ τοιαῦτα πολυπραγμονεῖν, λίαν ἐστὶ θρασὺ καὶ τολμηρὸν, καὶ (76) μανίας ἁπάσης ἐπέκεινα, αὐτοὶ φαῖεν ἂν (77) οἱ τὰ τοιαῦτα διερευνώμενοι. Ἵνα δὲ (78) δείξωμεν, οὐχ (79) ἐκ μεταμελείας ταῦτα τὸν Θεὸν οἰκονομήσαντα, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς οὕτω ταῦτα διαταξάμενον, φέρε, τὴν θείαν Γραφὴν εἰς μέσον παραγάγωμεν, καὶ ἀκούσωμεν πρῶτον αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λέγοντος·
B « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν πρὸ (80) καταβολῆς κόσμου. » Εἰ δὲ πρὸ καταβολῆς κόσμου τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τοῖς δι' ἐκείνων πεπιστευκόσι, τὴν βασιλείαν ἡτοίμασεν, εὔδηλον ὡς ἄνωθεν μὲν ταῦτα (81) βούλεται ὁ Θεὸς, καὶ οὐ νῦν μὲν ἄλλα, νῦν δὲ ἕτερα· οἰκονομεῖ δὲ ἐν ἑκάστῳ καιρῷ τὰ πρόσφορα, καὶ τῇ δυνάμει τῶν ἀνθρώπων τὰς διδασκαλίας μετρεῖ. Τούτου χάριν τῷ Ἀδὰμ, οἷον ἀρτιγενεῖ βρέφει, τὴν περὶ τοῦ ξύλου δίδωσιν ἐντολήν. Περιττὸς γὰρ ἦν ἐκείνῳ πᾶς (82) νόμος περὶ μοιχείας, καὶ φόνου, καὶ (83) ψευδομαρτυρίας, καὶ ἀδικίας διηγορευμένος. Τίνα γὰρ ἂν ἐμοίχευσε, μιᾶς οὔσης τηνικάδε γυναικός ; Τίνα δὲ ἂν ἐφόνευσεν, οὐκ ὄντος
C τοῦ παροξύνοντος ; Κατὰ τίνος δ' ἂν ψευδομαρτυρίαν ὕφηνεν, ἢ ἀδικίαν ἐτεκτήνατο ; Διὰ τοῦτο μόνον λαμβάνει τὸν περὶ τοῦ φυτοῦ νόμον, νηπιώδη τινὰ, καὶ βρέφεσιν ἀρτιτόκοις ἁρμόττοντα. Πάλιν δὲ τῆς φύσεως αὐξηθείσης, μετὰ πολλῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, τῷ Νῶε περὶ βρωμάτων νομοθετεῖ, καὶ παρακελεύεται πάντων ἀφθόνως μεταλαμβάνειν κρεῶν, τῶν καθαρῶν δηλαδὴ (καὶ γὰρ τούτων αὐτὸν τὴν διαφορὰν ἐξεπαίδευσε), μόνου δὲ ἀπαγορεύει τοῦ αἵματος τὴν μετάληψιν. Ἐκεῖθεν μετὰ χρόνου πολλοῦ περίοδον, καλεῖ μὲν τὸν Ἀβραὰμ, καὶ κελεύει τὴν πατρῴαν καταλιπεῖν οἰκίαν, ἄγει δὲ αὐτὸν εἰς τὴν πάλαι μὲν Χαναναίων, νῦν δὲ Παλαιστινῶν προσαγορευομένην χώραν, καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν τῆς περιτομῆς ἐντολὴν, ἵν' ἔχῃ τὸ ἐκ τούτου γένος σημεῖον τῆς εὐσε-
D βείας (84), τῶν περιττῶν τὴν ἀφαίρεσιν. Τοῦ δὲ λιμοῦ τὴν ἀνάγκην ἐπαγαγὼν, πανταχόσε παράγει κήρυκα τῆς εὐσεβείας, καὶ Αἰγυπτίοις καὶ Παλαιστινοῖς ἀποφαίνων τὸν οἰκεῖον θεράποντα. Καὶ συγ-

[56] II Thess. III, 11. [57] Matth. XXV, 34. [58] Gen. II, 16 seqq. [59] Gen. IX, 3. [60] Gen. XII, seqq. [61] Gen. XIII, 13 seqq.; XX, 11.

(73) τὰς — μορφάς. Edit. Paris. τὴν — μορφήν.
(74) φάσκ. ibid. λέγοντες.
(75) ταῦτα. ibid. post ἀρχῆς ponitur.
(76) καὶ — ἐπέκ. Des. ibid.
(77) ἄν. Des. ibid
(78) δέ. Des ibid.
(79) οὐκ. ibid. præm. ὅτι.
(80) πρό. ibid. ἀπὸ, juxta rec. lect.
(81) ταῦτα. ibid. post βούλεται ponitur.
(82) πᾶς. In edit. Rom. post βούλεται ponitur.
(83) καὶ — ἀδικίας. Des. ibid.
(84) εὐσ. ibid. ἀσεβείας.

Digitized by Google

χωρεῖ μὲν ἁρπαγῆναι παρὰ τῶν βαρβάρων τὴν τοῦδε A ὁμόζυγα, ἁρπαχθείσης δὲ ὑπερήσπισε, καὶ τοὺς ἁρπάσαντας ἐμαστίγωσε, καὶ τοὺς θηρευτὰς τῆς γυναικὸς γενομένους μεταλαμβάνειν τῆς θήρας οὐκ εἴασεν, ἀλλ' ἐντὸς τῶν δικτύων ἔχοντες ὧν ἤγρευσαν οὐκ ἀπήλασαν· αὐτοὶ δὲ ἄρκυσιν ἀοράτοις ἠγρεύοντο, καὶ ἐμάνθανον διὰ τῆς πείρας τὴν τοῦ ξένου φιλοθεΐαν· καὶ μετεπέμποντο τὸν ξένον, τὸν ἐπήλυδα, τὸν ὀθνεῖον, οἱ τῶν ἐθνῶν ἐκείνων βασιλεύοντες, καὶ ἱκέται τοῦ ξένου ἐγένοντο. Ὁ δὲ πρόφασιν λαμβάνων, προσέφερε τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ τῆς εὐσεβείας παιδεύματα, καὶ ἡ ἀδικία τῆς εὐσεβείας τὴν ὁδὸν ἀνέῳγνυ, καὶ ἡ παράνομος πλεονεξία πρόξενος θεογνωσίας ἐγίγνετο (85). Οὕτω τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ᾠκονόμησεν. Ὁ μὲν γὰρ, τὸν (86) Ἀβιμέλεχ εὐηργέτησεν, ὁ δὲ τῷ Λάβαν τὸν ὄντα Θεὸν ὑπέδειξε, καὶ B τῶν οὐκ ὄντων μὲν, δοκούντων δὲ, τὴν ἀσθένειαν ἤλεγξεν. Οὕτω τὰ κατὰ τὸν Ἰωσὴφ ᾠκονόμησε. Καὶ δοῦλον γενέσθαι πρότερον συγχωρήσας, διὰ δουλείας καὶ συκοφαντίας καὶ δεσμῶν τῆς Αἰγύπτου αὐτῷ τὰς ἡνίας ἐνεχείρισε. Καὶ πρῶτον μὲν ἕνα Θεὸν τῷ οἰνοχόῳ κηρύττει· εἶτα τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτὴν ταύτην διδασκαλίαν προσφέρει. Ἐκεῖθεν τοὺς οἴακας δεξάμενος, ἅπαν σοφῶς ἰθύνει τὸ σκάφος. Οὕτω τὸν Ἰσραὴλ αὐξηθέντα, τῆς Αἰγυπτιακῆς ἀπαλλάξαι δουλείας ἐθελήσας, μετὰ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀπαλλάττει θαυμάτων, τὸ ἐπίσημον αὐτῶν ἐντεῦθεν μηχανώμενος. Τῶν γὰρ ἐθνῶν ἁπάντων τοῦτο τὸ ἔθνος θεογνωσίας ἐχειροτόνει διδάσκαλον. Καὶ καθάπερ εἰς τοῦδε (87) τοῦ ἔθνους ἐπιμέλειαν, νῦν μὲν ἐξελέξατο τὸν Μωϋσῆν, νῦν δὲ C τὸν Ἰησοῦν, καὶ πάλιν τὸν Σαμουὴλ, ἄλλοτε δὲ ἄλλον τῶν προφητῶν, καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου φιλοσοφίαν ἀσκοῦντος, ἅπαντας εὐηργέτει τοὺς ὁμοφύλους· οὕτω δι' ἑνὸς ἔθνους τοῦ Ἰσραὴλ, πάντα τὰ ἔθνη τὰ τὴν αὐτὴν ἔχοντα φύσιν, εἰς τὴν τῆς εὐσεβείας κοινωνίαν ἐκάλει. Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, μαρτυρεῖ μὲν Ῥαὰβ ἡ πόρνη, ἀλλόφυλος μὲν οὖσα καὶ πόρνη, ἀρκεσθεῖσα δὲ μόνῃ τῇ φήμῃ, καὶ διὰ ταύτης τὴν εὐσέβειαν δεξαμένη, καὶ τοὺς μὲν οἰκείους προεμένη, τοῖς (88) δὲ ἀλλοτρίοις ἑαυτὴν ἐγχειρίσασα. « Ἠκούσαμεν γὰρ, φησὶν, οἷα ἐποίησε Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ ἔπεσεν ὁ φόβος ὑμῶν ἐφ' ἡμᾶς. » Διὰ τοῦτο συνθήκας πρὸς τοὺς κατασκόπους ποιεῖται, καὶ ὅρκῳ ταύτας βεβαιοῖ. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ Ἀλλόφυλοι (89), δείσαντες τῆς κιβωτοῦ τὴν παρουσίαν, καὶ D πρὸς ἀλλήλους εἰρηκότες· « Οὗτος ὁ Θεὸς, ὁ πατάξας τὴν Αἴγυπτον· οὐαὶ ἡμῖν, ἀλλόφυλοι. » Τούτου χάριν ὁ Θεὸς παραδίδωσι μὲν τοῖς Ἀλλοφύλοις τὴν κιβωτὸν, τὴν τοῦ λαοῦ παρανομίαν ἐλέγχων· οὐ γὰρ ἔδει τὸν νόμον ποιήσασθαι πρόμαχον τοὺς προφανῶς παραβεβηκότας τὸν νόμον· παραδοθείσης δὲ φυλάττει τὸ σέβας, διδάσκων τοὺς Ἀλλοφύλους, ὡς οὐ Θεὸν ἐνίκησαν, ἀλλὰ ἀνθρώπων παρανομίαν. Διὰ τοῦτο τὸν Δαγὼν,

A barbaris illius conjugem, raptam vero defendit, et raptores flagellavit : quique mulierem venatores ceperant, eosdem capta fera potiri non sinit, sed iis quæ intra casses suos erant, frui non potuerunt. Ipsi vero retibus invisibilibus capti sunt, et experientia magistra hospitem suum Deo amicum gratumque esse didicerunt. Et hospitem, **677** advenam nimirum ac peregrinum, accersunt qui gentium illarum reges erant, et hospiti supplices fiunt. Hic vero excusationem accipiens, pietatis præcepta ignorantibus attulit. Et injustitia pietatis viam aperuit, ac iniqua illegitimaque cupiditas Dei cognitionem conciliavit. Similiter ea quoque quæ Isaaco et Jacobo contigere disposuit [62]. Nam ille quidem in Abimelechum beneficia contulit : hic B autem Labano verum Deum monstravit, et eorum qui, cum non essent dii, tamen videbantur, infirmitatem arguit. Eadem ratione res Josephi administravit. Et permittens quidem prius servum fieri, per servitutem, calumnias et vincula, Ægyptiaci regni habenas illi tradidit. Et hic quidem unum Deum pincernæ prædicat, deinde ipsi regi eamdem illam doctrinam affert. Inde rerum gubernationem suscipiens, totam navim sapienter regit. Sic Israelem [63] in immensum auctum Ægyptiaca servitute liberare volens, per multa et magna signa liberat, inde gloriam et magnificentiam illi concilians. Hanc etenim gentem, ut omnibus gentibus ad Dei notitiam magistra esset, delegit. Et quemadmodum ad C hujus gentis curam, nunc quidem Mosen, nunc vero Josuam, Samuelem item, et alias alium quempiam prophetarum delegit, et per unum hominem veræ sapientiæ studiosum, toti genti benefecit : ita per unam Israelitarum gentem omnes gentes **678** eadem natura præditas ad pietatis consortium vocavit. Et hæc quidem vera esse Raab meretrix testatur [64], quæ, etsi alienigena esset et meretrix, sola tamen fama contenta, per hanc pietatem suscepit, et domesticos quidem destituit, alienos autem amplexa est. « Audivimus enim, inquit, qualia fecerit Dominus Deus vester Ægyptiis, et cecidit timor vester super nos [65]. » Propterea cum speculatoribus paciscitur, et pacta conventa jurejurando confirmat. Testes etiam sunt Palæstini alienigenæ, arcæ præ- D sentiam timentes, et sibi invicem dicentes : « Hic Deus est, qui percussit Ægyptum, væ nobis, Allophylis [66]. » Ideo Deus Allophylis arcam quidem tradit, populi iniquitatem arguens (nec enim oportebat legem propugnatricem facere eos, qui legem palam transgressi fuerant), traditæ autem majestatem tuetur, Allophylos docens, quod non Deum vicissent, sed hominum iniquitatem. Propterea Dagonem quoque [67], quem illi ceu deum adorabant

[62] Gen. XXIV, 1 seqq ; XXVI, 1 seqq. [63] Exod. I, II, III, IV et seqq. [64] Josue II, 1 seqq. [65] ibid. 10
[66] I Reg. IV, 8. [67] I Reg. V, 3 seqq.

(85) ἐγ. ibid. ἐγένετο.
(86) τόν. ibid. τῷ.
(87) τοῦδε. Edit. Paris. præm. τήν.
(88) τοῖς — ἐγχ. Edit. Paris. τοὺς δὲ ἀλλοτρίους ἀσπασαμένη.
(89) ἀλλ. ibid. præm. οἱ.

Digitized by Google

(idolum vero hoc erat mutum, et omnis sensus expers), ante arcam corruere facit, et adorantium speciem illis spectandam exhibet, ut Allophyli discrimen discerent. Illi vero eumdem stolide rursus erigunt, denuo autem collapsum vident, et quasi adorantem. * Deinde magna amentia ducti, et discrimen videre non volentes, **679** experientia magistra sapere didicerunt, et castigati resipuerunt, et ignorantiæ ebrietate excussa, arcam ut decebat suis cultoribus remittunt, et donariis eam honorantes castigationes suas prædicant, eosque qui illam suscipiebant reditus modum docent. Idem erga Baltasarem [67] fecit Deus. Postquam enim in multam impietatem prolapsum populum captivum in Babylonem transmisit, et sacra vasa hostium spolia facta sunt, Nabuchodonosor quidem hæc, utpote divina et sacra, a profanis usibus longissime removit, et in templa eorum, quos ipse pro diis habebat, intulit. Illius autem filius, Baltasar scilicet, paternis calamitatibus non satis eductus, nec expendens quantas ille arrogantiæ pœnas exsolvisset, licet hæc, ut existimabat, sacra vasa honorasset, in medium quidem profert quæ semel Deo consecrata erant, ex iisdem vero potat homo infelix, simulque compotoribus offert, quæ tangere nefas erat. His autem transactis, mox contra infelicem sententia profertur, et cujusdam invisibilis manus parieti Dei sententiam inscripsit. Tunc quidem animo hæsitabat, cum nec legere, nec eorum quæ scripta erant sensum percipere posset. Mater vero Danielem, qui patrem sæpius istiusmodi dubitatione **680** liberaverat, in medium adducit. At hic legit simul et interpretatus est, et pœnæ causam docuit, dicens: Quemadmodum nos peccatorum pœnas exsolventes captivi facti sumus, ita quoque hæc vasa a nobis consecrata captori Deus tradidit, nos nimirum docens, quod non ceu horum indigus sacrificantes nos tulerit. Sed quoad pietati studuimus, hæc a nobis oblata suscepit, curare nos volens: quando vero ad impietatem impegimus, ipse etiam oblata a nobis rejecit munera. Verum hæc quidem pater tuus aliquo modo castigatus, ut existimabat, honoravit, ab humano quidem usu illa longissime removens, iis vero, quos ipse deos putabat, offerens. Tu vero nec eum quidem, qui ab illo his habitus est, honorem considerans, in arrogantiæ barathrum delapsus es, et in sacris poculis voluptatis libidinem explebas. Propterea horum * Dominus docet te, qualis arrogantiæ finis sit, non quidem inanimatorum curam habens, sed hominibus sua providentia prospiciens, et per tua supplicia multis hominibus modestiæ exemplum proponens. Hæc quidem ille dicebat; hic vero ea nocte pœnas persolvit.

Vide ergo, ut omnium hominum semper curam

[67] Dan. v, 1 seqq.

A τὸν ὑπ' ἐκείνων ὡς Θεὸν προσκυνούμενον (εἴδωλον δὲ ἦν τοῦτο ἄφωνον καὶ ἀναίσθητον) πεσεῖν πρὸ τῆς κιβωτοῦ, καὶ τὸ τῶν προσκυνούντων ἐπιδεῖξαι σχῆμα (90) παρασκευάζει, ἵνα μάθωσιν οἱ Ἀλλόφυλοι τὸ διάφορον. Οἱ δὲ πάλιν μὲν ἀνοήτως ἀνορθοῦσι, πάλιν δὲ ὁρῶσι καταπεπτωκότα καὶ προσκυνοῦντα. Εἶτα πολλὴν ἄγοντες ἀβελτηρίαν, καὶ τὸ διάφορον ὁρᾷν οὐκ ἐθέλοντες, τῇ πείρᾳ σωφρονεῖν ἐδιδάχθησαν, καὶ παιδευθέντες ἀνένηψαν, καὶ τῆς ἀγνοίας τὴν μέθην ἐξέβαλον, καὶ πέμπουσιν ὡς ἔδει τὴν κιβωτὸν τοῖς οἰκείοις θεραπευταῖς, καὶ ἀναθήμασι τετιμηκότες τὰς παιδείας κηρύττουσι, καὶ τοὺς ὑποδεχομένους αὐτὴν διδάσκουσι τῆς ἐπανόδου τὸν τρόπον. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Βαλτάσαρ πεποίηκεν ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ (91) εἰς πολλὴν ἀσέβειαν ἐξωκείλαντα τὸν λαὸν, B δορυάλωτον ἔπεμψεν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη λάφυρα τῶν πολεμίων ἐγένετο, ὁ μὲν Ναβουχοδονόσορ, ἅτε δὴ θεῖα, τῆς κοινῆς αὐτὰ πόῤῥω πεποίηκε χρήσεως, εἰς δὲ τοὺς νεὼς (92) τῶν νομιζομένων ὑπ' αὐτῶν θεῶν εἰσκεκόμικεν. Ὁ δὲ ἐκείνου παῖς, Βαλτάσαρ φημὶ, ταῖς πατρῴαις οὐ παιδευθεὶς συμφοραῖς, οὐδὲ σκοπήσας ὁποίας ἐκεῖνος δίκας τῆς ἀλαζονείας ἐξέτισε, καὶ ταῦτα ὡς ἐνόμισε τὰ θεῖα σκεύη τετιμηκὼς, φέρει μὲν εἰς μέσον τὰ ἅπαξ ἀφιερωθέντα Θεῷ, πίνει δὲ ἀπὸ τούτων ὁ ἀλιτήριος, προσφέρει δὲ καὶ τοῖς συμπόταις τὰ ἄψαυστα. Ἀλλὰ τούτων γινομένων, κατὰ τοῦ ἀλάστορος ἐξεφέρετο ψῆφος, καὶ χεὶρ ἀφανοῦς τινος ἐνέγραφε τῷ τοίχῳ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπόφασιν. Καὶ ὁ μὲν ἀπορίᾳ κατείχετο, οὔτε ἀναγινώσκειν οὔτε γινώσκειν δυνάμενος C τῶν γεγραμμένων τὴν δύναμιν. Ἡ δὲ μήτηρ τὸν πολλάκις τῷ πατρὶ τοιαύτας ἀπορίας διαλύσαντα ἦγεν εἰς μέσον τὸν Δανιήλ. Ὁ δὲ ἀνεγίνωσκέ τε καὶ ἡρμήνευε, καὶ τῆς τιμωρίας τὴν αἰτίαν ἐδίδασκε, λέγων, ὡς Ἡμεῖς δίκας ἁμαρτημάτων τίνοντες δορυάλωτοι γεγενήμεθα· καὶ ταῦτα δὲ τὰ σκεύη, ἅτε δὴ παρ' ἡμῶν ἀνατεθέντα, τῷ ἐξανδραποδίσαντι παρέδωκεν ὁ Θεὸς, διδάσκων ἡμᾶς, ὡς οὐ δεόμενος τούτων θυόντων ἠνείχετο. Ἀλλὰ μέχρι μὲν ηὐσεβοῦμεν, ἐδέχετο ταῦτα παρ' ἡμῶν προσφερόμενα, θεραπεύειν ἡμᾶς ἐθέλων· ἡνίκα δὲ εἰς ἀσέβειαν ἐξωκείλαμεν, καὶ τὰ προσενεχθέντα παρ' ἡμῶν ἀπέῤῥιψε δῶρα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω πως ὁ σὸς πατὴρ παιδευθεὶς, ἐτίμησεν ὡς ἐνόμισεν, ἀνθρωπείας μὲν αὐτὰ χρείας πόῤῥω πεποιηκὼς, τοῖς δὲ νομιζομένοις D ἀναθεὶς θεοῖς. Σὺ δὲ οὐδὲ τὴν ὑπ' ἐκείνου γεγενημένην λογισάμενος τιμὴν, εἰς τὸ τῆς ἀλαζονείας ἐξέπεσας βάραθρον, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐνετρύφας ἐκπώμασι. Τούτου χάριν ὁ τούτων διδάσκει Δεσπότης οἷον τῆς ἀλαζονείας τὸ τέλος, οὐ τῶν ἀψύχων κηδόμενος, ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων προμηθούμενος, καὶ διὰ τῆς σῆς τιμωρίας πολλοῖς ἀνθρώποις εὐταξίας ὑπόθεσιν προτιθείς. Ταῦτα ὁ μὲν ἔλεγεν, ὁ δὲ νύκτωρ τὴν τιμωρίαν ἐδέχετο.

Ἄθρει τοιγαροῦν, ὅπως ἁπάντων ἀνθρώπων (93)

(90) σχῆμα. Des. in edit. Paris.
(91) γάρ. Ita habet edit. Paris., Sirmondus καί.
(92) νεώς. Edit. Paris. ναούς.

(93) ὅπ. ἁπ. ἀνθρ. Edit. Paris. πῶς ἀνθρώπων ἁπάντων

Digitized by Google

A ἀεὶ προὐνόησε τῶν ὅλων ὁ Ποιητής, καὶ οὐ μόνον τῶν ἐξ Ἀβραὰμ καταγόντων τὸ γένος, ἀλλὰ πάντων τῶν ἐξ Ἀδάμ· καὶ διὰ τοῦ ἑνὸς ἔθνους, ἅπαντα ἐποδήγει πρὸς θεογνωσίαν τὰ ἔθνη. Καὶ οὐ μόνον ἡνίκα ηὐσέβει, τὴν (94) διὰ τούτων διδασκαλίαν πᾶσιν ἀνθρώποις προσέφερε, ἀλλὰ καὶ ὅτε τῆς παρανομίας εἰσεπράττετο δίκας. Ἀμέλει τὸν Ναβουχοδονόσορ ἐκεῖνον, τὸν ἀλαζόνα, τὸν τύραννον, τὸν τὴν εἰκόνα τὴν χρυσῆν ἀνορθώσαντα, τὸν (95) προσκυνῆσαι ταύτην πάντας κελεύσαντα, τὸν εἰπόντα· « Ἐπάνω τῶν ἄστρων θήσω τὸν θρόνον μου, καὶ ἐπάνω τῶν νεφελῶν ἀναβήσομαι, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ, καὶ καταλήψομαι τῇ χειρὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην ὡς νεοσσιάν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ· » οὐ δι' ἀγγέλων ὁ (96) τῶν ὅλων Θεὸς ἐπαίδευσε σωφρονεῖν, ἀλλὰ διὰ (97) τῶν ὑπ' αὐτοῦ δορυ- B αλώτων γεγενημένων. Ὡς γὰρ εἶδεν ἐκεῖνος τὰ τρία μειράκια, τὴν μὲν βασιλικὴν νομοθεσίαν μὴ τελέσαντα, τῆς δὲ φοβερᾶς ἐκείνης πυρᾶς ὡς ἀθυρμάτων καταφρονήσαντα, καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθράκων ἐκείνων ὡς ἐπὶ ῥόδων βαδίζοντα, καὶ τοὺς τοιαύτῃ φλογὶ παραδεδομένους τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντας, ἐκπλήττεται μὲν τὸ θαῦμα, καταπλήττεται δὲ τὸν τοῦ θαύματος ποιητήν, κελεύει δὲ πᾶσι τὸν τούτων Θεὸν προσκυνεῖν, καὶ ὕψιστον αὐτὸν ὀνομάζει, καὶ τῶν ἁπάντων Θεὸν καὶ βασιλέα καλεῖ. Οὕτω τὸν Ἀσσύριον ἐκεῖνον κατ' αὐτοῦ λυττήσαντα, καὶ τοῖς μανικοῖς ἐκείνοις χρησάμενον ῥήμασιν· « Ὅτι οὐ μὴ ῥύσηται ὑμᾶς Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ χειρός μου, καὶ ποῦ (98) εἰσιν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν; » τὴν οἰκείαν C ἀσθένειαν ἐξεπαίδευσε, καὶ μόνον φυγεῖν κατηνάγκασε, τὰς πολλὰς ἐκείνας χιλιάδας, ἐφ' αἷς ἐφρόνει μεγάλα, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ δι' ἑνὸς ἀγγέλου παραπέμψας θανάτῳ. Οὕτω τὸν Ἰωνᾶν Νινευΐταις μετανοίας ἀπέστειλε κήρυκα, καὶ τὸ κελευσθὲν ποιεῖν οὐ βουλόμενον, ἀλλὰ φυγεῖν ἀνοήτως ἐπιχειρήσαντα, δεσμεῖ μὲν τοῖς κύμασι, καθάπερ δέ τινι δεσμωτηρίῳ, παραδίδωσι τῷ κήτει. Τὸ δὲ ἄλογον ἀπήγαγε τὸν λογικὸν, ἔνθα κηρύττειν ἐτάχθη. Ἐπειδὴ δὲ ἔμελλε (99) τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας ἐπιτελεῖσθαι (1) μυστήριον, καὶ τὸ διὰ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κατασπείρεσθαι κήρυγμα, τηνικαῦτα λοιπὸν τοῦτο τὸ ἔθνος, ὃ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἐξ ἀρχῆς ἐξελέξατο, εἰς πᾶσαν κατέσπειρε τὴν οἰκουμένην, ἵν' D ἐθίσωσιν ἅπαντες ἀκούειν οἱ τῇ πολυθεΐᾳ κατεχόμενοι πλάνῃ, ὡς εἷς ἐστι Θεὸς, οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητής, καὶ ῥᾷον τὸ κήρυγμα ἐντεῦθεν (2) τοῖς θείοις ἀποστόλοις γένηται. Ἀλλ' ἴσως ἄν τις εἴποι, ὡς οὐ μόνον οὐ συνήργησαν Ἰουδαῖοι τῇ περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίᾳ, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀντέπραξαν, καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πείθεσθαι βουλομένοις ἐμποδὼν ἐγένοντο. Ἀλλ' εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσαι

habuerit sua providentia summus ille omnium Creator, non eorum modo, qui genus ex Abrahamo ducunt, sed omnium qui ex Adamo sunt : et per unam gentem omnes **681** gentes ad Dei cognitionem perduxit. Nec modo cum pietatem sectarentur, horum doctrinam omnibus hominibus obtulit, verum etiam cum iniquitatis pœnas ab ipsis exigeret. Quippe Nabuchodonosorem illum, arrogantem tyrannum, qui auream statuam erexit, eamque ab omnibus adorari jussit, qui dicebat · « Super astra ponam thronum meum, ultra nubes ascendam, et ero similis Altissimo, et apprehendam manu totam terram quasi nidum, et ceu ova derelicta tollam [68], » non per angelos summus ille Deus castigavit ut saperet, sed per eos qui ab ipso captivi ducti fuerant. Ut enim ille tres pueros, qui regium edictum non impleverant, horrendum illum ignem ceu rem ludicram contemnere, et super prunas ardentes quasi super rosas incedere, ac tali flamma circumdatos Deum laudibus celebrare vidit, miraculo quidem obstupescit, perculsus autem miraculi auctorem pertimescit, omnibus vero imperat ut horum Deum adorent, ipsumque altissimum nominat, et omnium Deum ac regem vocat. Sic Assyrium illum contra se insanientem, et insanis illis **682** verbis usum : « Quoniam non liberabit vos Dominus Deus ex manu mea, et ubi sunt dii gentium [69]? » ut suam infirmitatem agnosceret, castigavit, et solum aufugere coegit, multa illa hominum millia, quibus superbiebat, brevi temporis momento per unum angelum morti tradens. Sic Jonam Ninevitis pœnitentiæ præconem transmisit, et jussa exsequi nolentem, sed fugam stulte molientem, fluctibus quidem constringit, ceto autem tanquam carceri cuidam tradit. Irrationalis vero piscis rationalem hominem eo deduxit, ubi praedicare jussus erat [70]. Postquam autem magnum illud administrationis mysterium perfici, et divinæ incarnationis præconium per totum terrarum orbem dispergi debuit, tunc demum illum populum, quem beneficio singulari ab initio ex omnibus populis elegerat, in totum terrarum orbem dispersit, ut omnes audire assuefierent, qui deorum multitudine decepti erant, quod videlicet unus Deus est cœli et terræ conditor, et hinc prædicatio expeditior divinis apostolis et facilior fieret. Sed dicat fortasse aliquis, quod Judæi doctrinam Christi non modo non adjuverint, verum etiam valde ei obstiterint, iisque, qui ex gentibus crediturí erant **683** obstaculo fuerint. Sed si quis diligenter rem excutere velit, Judæorum repugnantiam gentium fidem plurimum adjuvisse inveniet. Disceptatio enim cum Judæis, et e lege ac prophetis desumpta demonstratio, manifeste illorum insaniam arguebat, genti-

[68] Isa. XIV, 13, 14; coll. X, 14. [69] IV Reg. XVIII, 33, 34. [70] Jonæ I-IV.

(94) τὴν — προσέφ. ibid. προσέφερε τὴν διδασκαλίαν τούτων πᾶσιν ἀνθρώποις.
(95) τὸν — κελ. Des. ibid.
(96) ὁ. ibid. post. ὅλων ponitur.
(97) διὰ. Des. ibid.
(98) ποῦ. Des. in edit. Paris.
(99) ἔμ. Ita edit. Parisina. Sirm. ἤμελλε.
(1) ἐπιτ. Edit. Paris. τελεῖσθαι.
(2) ἐντ. ibid. ἐν.

bus autem demonstrabat Christianam religionem olim prædicatam fuisse. Et testimonium quod ab hostibus ferebatur, eum qui prædicabatur sermonem fide dignum reddebat. Hujus enim sermonis præcones in medium producebant, et Abrahamum patriarcham, qui easdem promissiones accepit, et Isaacum promissionis fructum, et Jacobum, qui eamdem benedictionem a patre retulit, et Judam qui paternam benedictionis sortem suscepit, et Mosen qui hæc prædixit, et regem Davidem, qui eadem vaticinatus est, et Isaiam ac Jeremiam, qui eadem prædixerunt, et Ezechielem ac Danielem, qui hæc per Spiritum prædicarunt, totum præterea prophetarum chorum, qui nostra hæc evidentissime ante ostendit. Videntes igitur qui audiebant, Judæos confiteri hasce voces divinas esse, beneficia autem, quæ in Christi nomine conferebantur, conspicientes, et signa ceu obsides et pignora sermonum accipientes, prædicationem **684** quidem facile recipiebant, credebant autem Deo qui prædicabatur, et Judæorum impias nugas abominabantur. Proinde Judæorum incredulitas divinæ prædicationi non modo impedimentum non fuit, sed iis potius quibus resistere conabantur, sermoni fidei auctoritatem * conciliaverunt. Contradictio enim Domini testimonia producere coegit; illa autem mendacium confutaverunt, et veritatis lucem ostenderunt. Olim itaque universalis ille omnium Deus hominum salutem studiose administravit, et singulis temporibus commodam curam adhibuit. Et hæc docens beatus Paulus dixit: « Quandiu hæres puer est, nihil differt a servo, etsi sit dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est, usque ad tempus quod pater præscripserit: sic et nos, cum essemus pueri, sub elementis mundi eramus, in servitutem adacti. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum natum ex muliere, factum legi obnoxium, ut eos qui legi erant obnoxii redimeret, ut adoptione jus filiorum acciperemus [71]. » Quod vero ad hanc dispensationem non pœnitentia prioris instituti pervenerit, sed ab æterno ita instituerit, idem testis doceat, ad Corinthios scribens et dicens: « Sapientiam loquimur inter perfectos; sapientiam autem non sæculi **685** hujus, neque principum sæculi hujus, qui abolentur: sed loquimur sapientiam Dei in mysterio, quæ est recondita, quam præfinierat Deus ante sæcula, in gloriam nostram, quam nemo principum sæculi hujus cognovit. Nam si cognovissent, haudquaquam Dominum gloriæ crucifixissent [72]. » Nec enim hominum felicitati invidentes, summæ beatitudinis occasionem illis præbuerunt: sed ignorantes mysterii finem, contra Salvatorem animarum nostrarum insaniverunt, inviti autem summa bona

A θελήσεις, καὶ τὴν ἐναντίωσιν Ἰουδαίων σύμμαχον εὑρήσει τῆς τῶν ἐθνῶν πίστεως γινομένην. Ἡ γὰρ πρὸς Ἰουδαίους διάλεξις, καὶ ἡ (3) ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἀπόδειξις, σαφὴς μὲν ἔλεγχος (4) τῆς τούτων ἀνοίας ἐγίνετο, ὑπεδείκνυε δὲ τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἄνωθεν τὴν χριστιανικὴν πολιτείαν κεκηρυγμένην. Καὶ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία ἀξιόπιστον ἐποίει τὸν κηρυττόμενον λόγον. Ἔφερον γὰρ οἱ τοῦδε τοῦ λόγου κήρυκες εἰς μέσον, καὶ Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην, ταύτας τὰς ἐπαγγελίας δεξάμενον, καὶ Ἰσαὰκ τὸν τῆς ἐπαγγελίας καρπὸν, καὶ τὸν Ἰακὼβ ταύτην τὴν εὐλογίαν παρὰ τοῦ πατρὸς κομισάμενον, καὶ τὸν Ἰούδαν, τὸν πατρῷον τῆς εὐλογίας κλῆρον διαδεξάμενον, καὶ τὸν Μωσέα ταῦτα προειρηκότα, καὶ τὸν βασιλέα Δαβὶδ ταῦτα προθεσπίσαντα, καὶ B Ἡσαΐαν καὶ Ἱερεμίαν ταῦτα προαγορεύσαντας, καὶ Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιὴλ ταῦτα διὰ τοῦ πνεύματος προκηρύξαντας, καὶ ἅπαντα τῶν προφητῶν τὸν χορὸν τὰ ἡμέτερα σαφῶς προμηνύσαντα. Ὁρῶντες δὲ οἱ ἀκούοντες, συνομολογοῦντας (5) μὲν Ἰουδαίους θείας εἶναι ταύτας φωνὰς, βλέποντες δὲ καὶ τὰς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ τελουμένας εὐεργεσίας (6), καὶ ἐχέγγυα λαμβάνοντες (7) τῶν λόγων τὰ σημεῖα, ἐδέχοντο μὲν ῥᾳδίως τὸ κήρυγμα, ἐπίστευον δὲ τῷ κηρυττομένῳ Θεῷ, τὴν δὲ Ἰουδαίων ἐβδελύττοντο βδελυρίαν. Οὐκοῦν οὐ μόνον ἐμποδὼν οὐ γέγονεν ἡ Ἰουδαίων ἀπείθεια τῷ θείῳ κηρύγματι, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἀντιτείνειν ἐπεχείρουν, ἀξιόπιστον τὸν λόγον εἰργάζοντο. Ἡ γὰρ ἀντιλογία τὰς Δεσποτικὰς μαρτυρίας C εἰς μέσον ἄγεσθαι κατηνάγκαζεν· ἐκεῖναι δὲ τὸ ψεῦδος διήλεγχον, καὶ τῆς ἀληθείας τὸ φῶς ὑπεδείκνυσαν. Ἄνωθεν τοιγαροῦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰκονομῶν διετέλεσε σωτηρίαν, καὶ ἑκάστῳ καιρῷ τὴν πρόσφορον προσήνεγκε θεραπείαν. Καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ μακάριος ἔλεγε Παῦλος· « Ἐφ' ὅσον (8) χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὤν· ἀλλ' ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους, μέχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός· οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι. Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γεννώμενον (9) ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. » Ὅτι δὲ ἐπὶ ταύτην τὴν οἰ- D κονομίαν οὐκ ἐκ μεταμελείας ἐλήλυθεν, ἀλλ' ἄνωθεν οὕτω διέταξεν, ὁ αὐτὸς διδασκέτω μάρτυς, Κορινθίοις ἐπιστέλλων καὶ γράφων· « Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ

[71] Galat. IV, 1-5. [72] I Cor. II, 6-8.

(3) ἡ. Des. in edit. Paris.
(4) ἔλ. ibid. ἔλεγξις.
(5) συνομ. ibid. συνωμολόγουν τάς. Minus recte.
(6) εὐεργ. ibid. θαυματουργίας.
(7) ἐχ. λαμβ. ibid. ἐχέγγυον λαβόντες.
(8) ἐφ. ὅσον, κ. τ. λ. Vide t. III, p. 381.
(9) γενν. ibid. γενόμενον.

Digitized by Google

ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.» Οὐ γὰρ ἂν φθονοῦντες τῇ τῶν ἀνθρώπων εὐημερίᾳ, πρόφασιν αὐτοῖς τῆς ἄγαν εὐκληρίας παρέσχον· ἀλλ' ἀγνοοῦντες τοῦ μυστηρίου τὸ τέλος, ἐπεμάνησαν (10) μὲν τῷ Σωτῆρι τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ἄκοντες δὲ τῶν ἄκρων ἀγαθῶν ἡμῖν ἐγένοντο πρόξενοι. Οὐκοῦν ἀπεκρύπτετο μὲν (11) τὸ μυστήριον, πρὸ δὲ τῶν αἰώνων προώριστο.

A nobis propinarunt. Proinde absconditum quidem tenebatur, ante sæcula autem prædefinitum fuit mysterium.

Ταῦτα τοίνυν εἰδότες (12), καὶ διὰ πάντων τὴν τοῦ (13) Θεοῦ προμήθειαν καταμαθόντες, καὶ τὴν ἀστάθμητον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ὁρῶντες, καὶ τὸν ἀμέτρητον βλέποντες ἔλεον, παύσασθε (14) λυττῶντες κατὰ τοῦ κτίσαντος, μάθετε τὸν εὐεργέτην ὑμνεῖν, λόγοις εὐγνώμοσι τὰς μεγάλας εὐεργεσίας ἀμείψασθε. Θύσατε τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως· μὴ μολύνητε βλασφημίᾳ τὴν γλῶτταν, ὄργανον ὑμνῳδίας ποιήσατε τὴν εἰς τοῦτο γεγενημένην. Τῶν θείων οἰκονομιῶν τὰς μὲν φαινομένας προσκυνεῖτε, τὰς δὲ κεκρυμμένας μὴ πολυπραγμονεῖτε, ἀλλ' ἀναμείνατε τὴν μάθησιν εἰς καιρὸν ἐσομένην. Ὅταν ἀποδυσώμεθα τὰ πάθη, τότε τὴν τελείαν γνῶσιν ληψόμεθα. Μὴ (15) μιμήσησθε τὸν Ἀδὰμ, ὃς τῶν ἀπηγορευμένων καρπῶν κατετόλμησε· μὴ ἅψησθε τῶν κεκρυμμένων, ἀλλὰ τῷ προσήκοντι καιρῷ τὴν τούτων καταλείψατε (16) γνῶσιν. Πείσθητε τῷ σοφῷ λέγοντι· «Μὴ εἴπῃς (17)· Τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; Πάντα γὰρ εἰς χρείαν ἐγένετο (18).» Πανταχόθεν οὖν ὕμνων ἀφορμὰς ἐρανισάμενοι, καὶ μίαν ὑμνῳδίαν κεράσαντες, προσενέγκατε μεθ' ἡμῶν τῷ Ποιητῇ, καὶ ἀγαθοδότῃ, καὶ Σωτῆρι Χριστῷ, τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ ἡ προσκύνησις, καὶ μεγαλοπρέπεια εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

His igitur cognitis, et illius per omnia penetrantem providentiam edocti, et impervestigabilem ejus erga homines amorem cernentes, immensaque ejus perspecta misericordia, adversus Creatorem insanire desinite, benefactorem celebrare discite, gratis sermonibus beneficia rependite. Sacrificate Deo sacrificium laudis: linguam blasphemia ne polluatis, quin laudis organum facite, quæ in hunc usum facta est. Divina opera, quæ quidem apparent, adorate, B abscondita vero non curiosius inquirite, sed cognitionem horum in futurum tempus exspectate: quando exuemus affectus, tunc perfectam cognitionem accipiemus. Ne imitemini **686** Adamum, qui vetitos fructus decerpere ausus est: ne tetigeritis abscondita, sed suo tempori illorum cognitionem relinquite. Sapienti obtemperate, qui dicit: «Ne dixeris, Quid hoc est? in quem finem hoc est? Omnia enim ad usum aliquem creata sunt [73].» Undique ergo hymnorum occasiones corrogantes, et unam inde hymnodiam conficientes, nobiscum offerte illam Creatori, bonorum datori, et Salvatori Christo, vero Deo nostro. Ipsi gloria, et adoratio, et magnificentia sit omni tempore per sæcula sæculorum. Amen.

[73] Eccli. xxxix, 26.

(10) Ἐπεμ. Edit. Paris. ἐμάνησαν.
(11) μέν. Des. ibid.
(12) εἰδ. ibid. ἐγνωκότες.
(13) τ. Θεοῦ. ibid. τούτου.
(14) παύσ. — κτίσ. Des. ibid.
(15) μιμ. ibid. μιμήσητε δέ.
(16) κάτ. Edit. Paris. καταλίπετε.
(17) Μὴ εἴπ. Loco cit. leg. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν.
(18) χρ. ἐν. Edit. Paris. χρείας αὐτῶν ἔκτισται.

Digitized by Google

# ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

## ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ.

# THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

## GRÆCARUM AFFECTIONUM CURATIO

*AD CODICES MANUSCRIPTOS RECENSUIT*

***THOMAS GAISFORD, S. T. P.***

***ÆDIS CHRISTI DECANUS NECNON LINGUÆ GRÆCÆ PROF. REG***

Oxonii, e Typographeo Academico. mdcccxxxix

## LECTORI.

In eximio Theodoreti hoc opere recensendo usus sum duobus optimæ notæ codicibus manuscriptis, membranaceis, sæculi, ni fallor, undecimi, altero (quem voco B) bibliothecæ Bodleianæ n. olim 2410, 3, nunc vero Auctar. E. 2, 14; altero (C) bibliothecæ Regiæ Parisiensis, inter Coislinianos n. CCL. Priorem ipse ad editionem Sylburgianam exegi, posteriorem rogatu meo cum eadem editione contulit eruditus juvenis E. Millerus. Et cum B. post p. 157, 41, ed. Sylb. (*a*) foliis aliquot avulsis mancus sit, defectum hunc utcunque supplere conatus sum in consilium adhibendo tertium codicem (D) chartaceum, recentem admodum, sed qui ex exemplari non contemnendo descriptus videtur, bibliothecæ Bodleianæ inter Canonicianos n. 27.

Lectionibus, quas libri modo memorati præbuerunt, immiscui alias Fulvii Ursini studio e mss. quibusdam Vaticanis aliisque (vid. varr. lectt. infra ad serm. XII, p. 474) erutas et a Garnerio tandem in Appendice ad editionem Sirmondianam publica luce donatas. Ursinus scilicet hunc librum, hactenus, nisi in versione Latina Zenobii Acciaoli, ineditum, e prelo emittere voluerat; inque eum finem apographum ejus vel ipse confecerat vel fieri curaverat variarumque lectionum supellectile unde unde desumpta instruxerat: hoc autem consilium morte præpeditus exsequi non potuit. Apographo hoc in bibliothecæ Vaticanæ thesauros postmodum illato ita demum usus est Garnerius, ut in duas columnas omnes ejus copias distribueret; quarum in sinistra scilicet apographi verba seorsum posuit, in dextra vero diversitatem lectionis, quam vel ex libris manuscriptis Theodoreti, vel ex auctoribus antiquis unde hausit Theodoretus, congesserat Ursinus, et in margine apographi reposuerat. Non dubito igitur lectiones columnæ sinistræ, a me litteris Va notatas, e codice aliquo msto derivari: neque minus mihi constat reliquas, quas Vb nomino, non solum mss., sed aliqua saltem ex parte exemplaribus veterum scriptorum, veluti Platonis, Eusebii, etc., deberi: imo nonnun-

(*a*) Paginas editionis Sylburgii inter uncos in textu Græco posuimus; et eæ sunt ad quas provocat editor Oxoniensis. Edit. Patr.

Digitized by Google

quam meras esse conjecturas sive ipsius Ursini, sive alius cujuspiam viri docti. Has itaque caute adhibendas existimo: neque quis succensebit, si in iis repetendis paulum licentiæ mihi sumpsisse deprehensus fuero.

Addidi versionem Latinam Zenobii Acciaoli; attamen non prout a Sirmondo emendata est, sed cum Sylburgio integram illibatamque. Is interpres, haud-sum nescius, in sensu verborum sententiarumque exprimendo sæpe fallitur *; in reddendo tamen vestigia codicis ms. quem usurpavit adeo presse secutus est, ut non raro de scriptura istius codicis exinde possit decerni. Igitur non omittenda erat hæc interpretatio, quippe quæ sit inter apparatum criticum ponenda, licet in scriptore paucis difficultatibus obsito alioquin ope ejus haud ægre careremus.

* Ideo versionem a Sirmondo et Schulzio reformatam prætulimus. Edit. Patr.

---

*Veterensis civitatis consulibus et senatoribus, viris prudentia, industria et virtutum laude conspicuis, patronis sibi perpetua observantia colendis, Fridericus Sylburgius Veterensis S.*

Cum ortus nostri partem patria, partem propinqui, partem amici sibi vindicent, omnibus, qui quidem grati esse volent, eo imprimis annitendum, ut, quas illis secundum Deum gratias debent, si non factis, animo saltem et verbis referant. Quamobrem ego quoque, licet a prima statim adolescentia, præceptorum suasu, ad exteras scholas profectus, majorem ætatis partem foris transegerim, semper tamen patriæ præ cæteris operam meam deberi agnovi. Ideoque illi, bis vocanti, haud gravate obsecutus essem, nisi gravia mihi utroque tempore obstitissent impedimenta. Verumenimvero ea est patriæ magnanimitas, ut fere plenius sibi satisfactum putet, si foris multos locupletesque fecunditatis suæ testes habeat. Ea namque vobis, spectatissimi ornatissimique viri, singulari quodam Dei beneficio, bonorum ingeniorum obtigit feracitas, ut quemadmodum olim civitates, copiosiore juventutis proventu exauctæ, ver sacrum et colonias emittebant, ita et vos e vestra non ita magna civitate, numerosam ingeniosæ juventutis copiam per aliquot jam annos extruseritis: ut non absurda plane sit præceptorum nostrorum opinio, oppidum nostrum appellationem traxisse a veteribus Romanorum castris, in quibus ut Marti, ita et Musis militatum esse legimus. Ac possem sane, si opus esset, ultra quadraginta litteratos enumerare, qui apud vos oriundi exteris operam navant, præter eos quos domi eruditione ac rerum civilium industria sat probe instructos habetis. Sed nec locus hoc patitur, nec mirum id cuiquam videbitur, si tria saltem recentia consideret exempla. Nam cum in Pinciera familia præter theologum egregium, primum jurisconsultus, deinde medicus, post iterum jurisconsultus, doctorali titulo insigniti essent, et laudabili quadam æmulatione in cognata illis familia tres Vulteii, uno patre unaque matre nati, alternato juris et medicinæ studio, ad doctorale fastigium et ipsi paucis annis conscendissent, totidem fratres Gernandi jurisprudentiæ laurea et familiam et patriam brevi annorum intervallo cohonestarunt. Quocirca cum et mihi jampridem publico aliquo documento mea erga vos gratitudo atque observantia declaranda fuisset, nulla tamen hucusque satis commoda concessa est facultas. Hoc demum anno, Deo bene vertente, opportuna se atque exoptata obtulit occasio, dum in manus mihi venit is auctor quem ex ecclesiasticis scriptoribus primum apud vos degustavi: nempe Theodoretus: cujus aureolos *De Providentia* libros partim ex Justo Vulteio, partim ex Joanne Pinciero theologo, viris æterna memoria dignis, ante annos 35 magna cum voluptate audire memini. Ex quo tempore scriptoris ejus tantus animo meo insedit amor, tantaque veneratio, ut et propter styli et propter argumenti præstantiam eum semper magni fecerim. Quapropter etiam cum superiori anno primum vidissem ejus adversum Græcos Disputationes, quæ Latine quidem olim a Zenobio Acciaolo, Græce autem a nemine tanto temporum intervallo sunt editæ, continuo illas et publicandas et vestro patrocinio dicandas censui. Quas ne quis forte parvi esse arbitretur, sciat in eis præter sacram et profanam ἀρχαιολογίαν non pauca esse quæ ad nostrorum quoque temporum controversias haud inepte faciant. Nec est quod miremur martyres sanctosque cæteros tantopere ab eo extolli, humanasque vires speciosius quam ab Augustino aliisque Latinis prædicari. Nam magnificis illis encomiis primum Græcos a fastuosa deorum et philosophorum jactitatione avocare, deinde et Christianorum studia ad consimilem concertationis gloriam inflammare voluit. Ad Deum enim, ceu primum omnis boni fontem, istas δυνάμεις ab eo relatas fuisse, satis declarat quod aperte profitetur, τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτοῖς χάριν, quidquid in eis fuit mirificum, effecisse; et Θεοῦ τὸ δῶρον εἶναι ἵνα μή τις καυχήσηται. Sed ne προσφωνήσεως hujus limites transiliam, quod reliquum est, egregium hoc nobilis theologi opus, tamdiu a doctis desideratum, a me plurium exemplarium

collatione haud negligenter expolitum, accessionibusque non pœnitendis auctum et illustratum, meæ erga vos gratitudinis atque observantiæ testimonium, accipite, prudentissimi ornatissimique viri; apud quos natus et educatus, sacrisque ac profanis litteris initiatus, demum ea quæ homini ab hominibus optima et maxima contingere queunt, me adeptum esse libens volensque merito profiteor. Deus, omnis boni solus et unicus auctor, faxit ut quod a venerandis præceptoribus præclare apud vos institutum est seminarium, altius actis radicibus, generosiores in dies surculos emittat, qui domi et foris Ecclesiæ ac reipublicæ salutares Deoque gratos fructus jugi fecunditate proferant. Haidelbergæ Kal. Septembr. MDXCII.

## *ÆQUO LECTORI FRIDERICUS SYLBURGIUS S.*

Octoginta prope anni sunt, amice Lector, cum hæ Theodoreti θεραπευτικαὶ διαλέξεις Latine a Zenobio Acciaolo in lucem sunt emissæ. Ex quo tempore licet maximopere a doctis hominibus Græca earumdem editio expetita fuerit, nemo tamen inventus est qui reip. operam hanc præstiterit. Tandem cum superiori anno perlustrata hic bibliotheca Palatina unum in ea vetus exemplar invenissem, post etiam alterum recentius, Hieronymo Commelino, veteri amico et hospiti, hortator fui, ut, quod dudum ante cogitarat, hos Theodoreti libros, interim dum nos in Clementis editione occupati essemus, exscribendos curaret. Nec mora : statim operi manus admota est, librique illi e non malæ notæ codice, ante annos circiter 133, Michaelis Apostolii manu exarato, descripti sunt. Quia vero eæ suppetiæ ad ἀξιόλογον editionem non sufficere videbantur, alia insuper advocata sunt auxilia. Cum enim ex Davide Hœschelio intellexissem Augustæ quoque duos harum Disputationum exstare codices, alterum vetustiorem, alterum recentiorem, quantis precibus potui, ab homine amicissimo contendi, ut quo me hactenus in promovenda re litteraria juvisset studio, eo etiam in hac tandiu desiderata editione adjuvaret. Non diu se rogari passus, illico, quanta potuit promptitudine, misit quæ licuit adjumenta; et quidem præter exemplarium symbolas, de suo quoque non pauca, ut ante in Clemente, contribuit. Quibus potitus, instituta exemplarium collatione, deprehendi quod ante quoque aliquoties expertus eram, parum præstari, si unius tantum exemplaris ope gravis alicujus auctoris susciperetur editio. Etsi enim vetus exemplar Palatinum a viro docto sat diligenter perscriptum erat, tamen multis in locis mancum inventum est, ita ut non modo singulares particulæ passim in eo desiderarentur, sed sæpenumero integra etiam membra omissa essent: quod equidem non descriptori, ut homini erudito, sed exemplari, quod propositum habuit, ascribendum putaverim. In quibus supplendis ut vetus Augustanus præclaram navavit operam, ita recentiores in multis ei non cesserunt. Licet enim negligenter passim scripti essent, multis etiam in locis mutili, tamen ex optimæ notæ libro primitus exscriptos esse apparebat. Et ut inter vetustiores integrior erat Augustanus, ita vice versa inter recentiores sanior erat Palatinus. Palatinus vetustior id præ cæteris habuit singulare, ut cum Augustano veteri sub finem undecimi, recentioribus duobus sub finem duodecimi, aliquot deessent paginæ, solus ipse Disputationibus his coronidem imposuerit. His quintus accessit Acciaolus. Nam et ille partim in versione sua, partim in testimoniorum allegatione Græca, quam secutus esset lectionem non obscure indicabat. Loca enim quæ a Theodoreto citantur, si brevia essent, integra versioni suæ inseruerat: si prolixiora, initia tantum posuerat; et quidem interdum a versione sua discrepantia. Quæ allegatio a nobis in hac nostra editione data opera prætermissa est: quia, cum Latinis Græca ex adverso apposuerimus, superfluum fuisset, si bis eadem utrobique a nobis fuissent posita. His ergo auxiliis adscitis, si qua in apographo nostro aperte deessent, e cæteris supplevi: quæ vero specie quapiam ab eo aberant, ita ut aliquo modo abesse posse viderentur, et contra, si qua in eo essent quæ a cæteris abessent, ea plerumque uncis inclusi, ut eo melius in oculos et censuram legentium incurrerent. Idem tamen etiam feci nonnunquam, ubi aliquis insignis in exemplari nostro erat defectus ut inde perspiceretur, quam negligenter passim boni auctores a librariis sint tractati. Porro quia et ratio hujus operæ reddenda videbatur, seorsum notarum libellum confeci; in quo non tantum exposui quæ a quibus codicibus abessent, sed etiam sicubi vel in scriptura vel in sententia iidem variarent codices. In quo genere quoniam multa erant ejusmodi ut non uni duntaxat loco, sed pluribus, neque huic solummodo auctori, verum etiam aliis inservire possent: bona eorum pars, in notarum libello prætermissa, vel in Græcum vel in Latinum Indicem, prout ferebat commoditas, relata est: effectumque ut partim grammatici, partim historici et pragmatici repertorii vicem præstent. Quin et fontes ipsos a quibus Theodoretus hausit, non raro adii, si vel necessitas id postularet, vel temporis angustia pateretur. Qua in re id Acciaolo debetur, quod S. Scripturæ loca pleraque omnia versionis margini adjecerat: cætera nos, quantum licuit, investigavimus. Sicut autem Acciaoli opera nos identidem adjutos esse libenter profitemur, ita vicissim illi non nihil officii præstitimus. Nec enim id solum studuimus, ut fideliter et emendate versionem ejus ad exemplaris vestigia exprimeremus, sed etiam sicubi eam a Græcis dissonare animadverteremus, in notis no-

Digitized by Google

tris ea de re monuimus. Præterea quia in margine versioni ejus annotatiunculæ nonnullæ adjectæ erant, quæ versioni aliquid afferrent lucis, eæ partim in notarum libello, partim in ejus fine seorsum, partim etiam in Indicibus, pro cujusque commodo, sunt positæ. Tum versionis editionem secuti sumus antiquissimam et optimam; eam nempe quam Parisiis anno 1519 curavit Henricus Stephanus, ejus quo nos magistro usi sumus, avus. In Indicibus id præcipue spectatum est, ut Græcus exhiberet quæ vel ab auctore ipso enarrantur, vel a codicibus variantur, vel alioqui notatu digna sunt; in Latino autem res memorabiliores et auctorum allegationes repræsentarentur, expedito quærentium compendio. Auctores vero ipsos a tergo frontispicii seorsum alphabetica serie percensuimus; ut brevi synopsi quibus usus sit testibus perspici queat. Intelligis ergo, Lector, quid partim de nostro huc collatum sit, partim ab aliis petitum. Quo nomine ut suam cuique gratiam apud te constare par est, ita etiam Marburgensi academiæ hoc debetur, quod me de clementissimorum principum nostrorum suffragio ad continuandam bonorum auctorum editionem annuo subsidio jam aliquot annos adjuvat. Quod reliquum est, doctos rogamus ut et gratis animis hanc operam nostram accipiant, et si quo eam spicilegio adornare possunt, in studii hujus consortium ultro sese offerant: nominatim vero talem συνερανισμὸν petimus a cl. viris Fulvio Ursino et Theodoro Cantero: quorum ille ante decennium jussu Pontificis has Theodoreti Disputationes, ut in Bibliotheca Vaticana ponerentur, de novo exscribendas curavit, multisque locis mendosas et mutilas correxit ac restituit; hic vero, illas pene totas sua ipsius manu ante aliquot annos e vetere libro transcripsit. Quibus si et alii socios se adjungere volent, bonam et a nobis et a republica inibunt gratiam.

Digitized by Google

# ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

## ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ

ΗΤΟΙ

*ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΕΞ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ ΕΠΙΓΝΩΣΙΣ.*

# THEODORETI

EPISCOPI CYRI

## GRÆCARUM AFFECTIONUM CURATIO

SEU

### EVANGELICÆ VERITATIS EX GENTILIUM PHILOSOPHIA COGNITIO.

Zenobio Acciaolo interprete.

### 687-89 PROLOGUS.

Sæpenumero accidit ut nonnulli eorum qui suspensi Græcorum gentilium fabulas admirantur, mecum familiarius congressi, tum Christianam fidem nostram deriderent, **690** asserentes, nihil nos aliud quam meram credulitatem insinuare illis quos divinis rebus imbuendos accipimus ; tum vero et apostolos inscitiæ accusarent, barbaros propterea nuncupantes, quod omni careant elocutionis ornatu ; quin et ridiculum esse dicebant, quod honore martyres prosequamur, et insignis stultitiæ si viventes ab iis qui vita functi sunt ullum sibi commodum comparare contendant. ' Adjecerunt et alia quædam generis ejusdem, quæ suis locis liber hic edocebit. Ego vero et explicui tunc illis quæ afferri oportuit ad maledicta solvenda : nefarium autem et impium esse duxi, si simplicioris notæ homines ab illorum falli versutiis paterer , neque litteris aliquid traderem, quod illarum accusationum vanitatem redarguat. Itaque rem aggressus, omnem tractatum distribui in sermones duodecim : remissiorem vero stylum illis adhibui, quod eum

A

### Η ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

[1] Πολλάκις μοι τῶν τῆς Ἑλληνικῆς μυθολογίας ἐξηρτημένων συντετυχηκότες τινὲς τήν τε πίστιν [1] ἐκωμῴδησαν τὴν ἡμετέραν, οὐδὲν ἄλλο λέγοντες ἡμᾶς [2] τοῖς τὰ θεῖα παρ' ἡμῶν παιδευομένοις ἢ τὸ πιστεύειν [3] παρεγγυᾷν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων κατηγόρουν [4] ἀπαιδευσίας, βαρβάρους ἀποκαλοῦντες, τὸ γλαφυρὸν τῆς εὐεπείας οὐκ ἔχοντας [5]· καὶ τὸ γεραίρειν δὲ τοὺς μάρτυρας καταγέλαστον ἔφασκον, καὶ λίαν [6] ἀνόητον τὸ πειρᾶσθαι τοὺς ζῶντας παρὰ τῶν τεθνεώτων ὠφέλειαν πορίζεσθαι. Προσετίθεσαν δὲ καὶ ἕτερα ἄττα παραπλήσια τούτοις, ἃ διδάξει τὸ σύγγραμμα. Ἐγὼ δὲ πρὸς μὲν ἐκείνους ἅπερ ἐχρῆν διεξῆλθον, τὰ κατηγορήματα διαλύων· ἀνόσιον δὲ ᾠήθην καὶ δυσσεβὲς παριδεῖν τοὺς ἁπλοῖς ἤθεσι κε-

B

χρημένους ὑπ' ἐκείνων ἀπατωμένους, καὶ μὴ συγγράψαι καὶ διελέγξαι τῶν κατηγορημάτων τὸ μάταιον. Καὶ διεῖλον μὲν [7] εἰς δύο καὶ δέκα διαλέξεις [8] τὴν πραγματείαν, τὸν ἀνειμένον δὲ χαρακτῆρα τοῖς λόγοις ἐντέθεικα [9]· τῇ διδασκαλίᾳ γὰρ εἶναι τοῦτον ὑπείληφα πρόσφορον, ἄλλως τε καὶ ταῖς Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων φιλοσόφων χρώμενον [10] μαρτυρίαις

VARIÆ LECTIONES.

[1] τὴν [δὴ] πίστιν. τήν τε πίστιν B Va. δὴ om. C Vb. [2] προξενεῖν τοῖς τά. προξενεῖν deest B, C. [3] τὸ τῆς πίστεως. Τὸ πιστεύειν B. Vid. infra, col. 000. [4] καὶ τῆς—κατηγόρουν. τῆς—κατηγοροῦντες C. κατηγοροῦντες item Vb. et mox καὶ βαρβάρους. [5] ἔχοντας. ἔχοντες B. [6] λίαν ἀνόητον. λίαν. om. B. [7] διεῖλον μέν. διείλομεν B. [8] δύο καὶ δέκα διαλέξεις. δυοκαίδεκα λέξεις C. [9] ἐντέθεικα. ἐπιτέθεικα Vb. [10] χρώμενον. χρώμενος Vb.

Digitized by Google

ἔδει καὶ τοὺς ἰδίους [11] λόγους μὴ παντάπασιν ἀπᾴδοντας συναρμόσαι, ἀλλ' ἔχοντάς τινα [12] πρὸς ἐκείνας ἐμφέρειαν.

A illi convenire arbitratus sum, qui docentis officium partesque suscipiat. Sed et cum Platonis aliorumque philosophorum testimoniis uti oportuerit, componenda fuit oratio, quæ prorsus absona non esset, sed cum iis qui testes citantur aliquam haberet similitudinem.

Καὶ ἡ μὲν ΠΡΩΤΗ [13] διάλεξις τὴν ὑπὲρ τῆς πίστεως καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἀπαιδευσίας ἀπολογίαν ποιεῖται, ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων τὰς ἀποδείξεις προσφέρουσα [14].

PRIMA itaque disputatio de Christianorum fide, apostolorumque inscitia respondet, argumentis subnixa quæ de Græcis philosophis depromuntur.

Ἡ δὲ ΔΕΥΤΕΡΑ τῶν παρ' Ἕλλησιν ὀνομαστοτάτων [σοφῶν] [15] καὶ τῶν μετ' ἐκείνους φιλοσόφων ἐπικληθέντων, τὰς περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀπαριθμεῖται δόξας· καὶ Μωϋσοῦ [16] τοῦ πάντων ἐκείνων πρεσβυτάτου τὴν ἀληθινὴν [17] θεολογίαν ἐκ παραλλήλου τιθεῖσα, τὴν μὲν ἐκείνων διελέγχει ψευδολογίαν, τῆς δὲ τούτου [2] διδασκαλίας ἀστράπτουσαν [18] δείκνυσι τὴν ἀλήθειαν.

SECUNDA celeberrimorum apud Græcos sapientum, et eorum **691** qui post hos philosophi appellati sunt, de principiis rerum opiniones recenset, ac subinde Mosis, qui omnes illos antecessit, veram theologiam ex adverso constituens, illorum mendacia falsitatemque refellit; Mosaicæ vero doctrinæ
B clarissimam veritatem ostendit.

Ἡ δὲ ΤΡΙΤΗ διδάσκει [19] τίνα μὲν περὶ τῶν δευτέρων παρ' Ἕλλησι καλουμένων θεῶν παρ' ἐκείνοις μεμυθολόγηται, τίνα δὲ περὶ τῶν ἀσωμάτων κτιστῶν δὲ φύσεων ἡμᾶς ἡ θεία διδάσκει Γραφή· ὥστε πάλιν τῇ παρεξετάσει καὶ τῶν παρ' ἡμῶν [20] θρησκευομένων δειχθῆναι τὸ ἀξιέπαινον, καὶ τῶν μυσαρῶν ἐκείνων μύθων τὸ δυσειδὲς καὶ δυσῶδες διελεγχθῆναι.

TERTIA porro disputatio indicat, cujusmodi ea sint quæ Græci de diis illis fabulantur quos secundarios vocant, qualia item quæ de incorporeis, sed creatis naturis sacræ Litteræ nos docent: ut hic quoque proposita comparatione appareat quantopere laudanda sint quæ nos pio cultu veneramur, quamque abominabiles Græcorum fabulæ, quam turpes, quam putidæ.

Ἡ δὲ ΤΕΤΑΡΤΗ περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ κόσμου τὴν ὑπόθεσιν ἔχει· καὶ δείκνυσι τὴν ἡμετέραν κοσμογένειαν πολλῷ τῆς Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων πρεπωδεστέραν.

QUARTA autem disputatio circa rerum materiam mundumque versatur, ostenditque nostram de mundi origine sententiam magis rationi consentaneam esse, quam quæ traditur a Platone cæterisque philosophis.

Περὶ δὲ τῆς τοῦ [21] ἀνθρώπου φύσεως ἡ ΠΕΜΠΤΗ δέδεκται τὸν ἀγῶνα, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς δόξας καὶ τὰς Χριστιανικὰς ἐπιδεικνῦσα, καὶ οἷον [22] φωτὸς καὶ σκότους διδάσκουσα τὸ διάφορον.

C QUINTA vero disputatio de natura hominis certamen suscepit, ostensisque super hac re Græcorum Christianorumque sententiis, docet quanta sit lucem inter ac tenebras differentia.

Τὴν ΕΚΤΗΝ δὲ τάξιν ὁ περὶ τῆς Προνοίας ἔλαχε λόγος. Ἔδει γὰρ τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τοῖς ὑπὸ Θεοῦ γεγενημένοις τοῦτον ἀκολουθῆσαι τὸν λόγον, διελέγχοντα Διαγόρου μὲν τὸ ἄθεον, Ἐπικούρου δὲ τὸ βλάσφημον, τῆς Ἀριστοτέλους δὲ Προνοίας τὸ σμικρολόγον· ἐπαινοῦντα δὲ Πλάτωνος καὶ Πλωτίνου καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι τούτων εἰσὶν ὁμογνώμονες, τὰ περὶ τῆς Προνοίας διδάγματα· καὶ φυσικοῖς δὲ λογισμοῖς ἐπιδείκνυσι ταύτην ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένην, καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν θεόθεν γιγνομένων προφαινομένην.

SEXTUM disputationis locum sermo de Providentia sibi vindicat: par enim fuit ut cæteros sermones, qui de Deo creatisque a Deo rebus præcesserant, hic sermo sequeretur, qui Diagoræ quidem impietatem refelleret, Epicurique blasphemiam, et Aristotelis exilem de Providentia * sententiam; comprobaret autem Platonis ac Plotini, cæterorumque, qui cum illis sentiunt, de Providentia doctrinam: tum et rationibus ostenderet a natura petitis, hanc in mundi constitutione **692** spectari, singulisque
D in rebus quæ a Deo factæ sunt esse conspicuam.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν θυσιῶν ἔδει δεῖξαι τὸ περιττὸν, ἡ ΕΒΔΟΜΗ διάλεξις τοῦτον περιέχει τὸν λόγον, φιλοσόφοις μὲν λόγοις τῶν θυσιῶν τῶν Ἑλληνικῶν κατηγοροῦσα, προφητικοῖς δὲ τὸ νηπιῶδες τῆς Ἰουδαίων νομοθεσίας ἐπιδεικνῦσα.

Quia vero ostendendum etiam fuit superflua esse tot numero sacrificia, SEPTIMA disputatio sibi hoc demonstrandum sumpsit, philosophicis rationibus damnans gentium sacrificia, propheticis autem auctoritatibus docens, quam puerilis fuerit legis Judaicæ observatio.

Τὴν δὲ κατὰ [23] τῶν τοὺς νικηφόρους μάρτυρας

OCTAVA illorum profert objectiones, qui nos

VARIÆ LECTIONES.

[11] τοὺς ἰδίους λόγους. ἰδίους om. B Va. τοὺς οἰκείους λ. Vb. [12] τινά. τι B. ἐκείνους Va. ἐκείναις. Vb. [13] καὶ ἡ μὲν πρ. ἡ δὲ πρώτη B. C. Va. Sed C. in marg. καὶ ἡ μὲν cum Vb.. [14] προσφέρουσα. Vb. [15] ὀνομαστοτάτων σοφῶν. σοφῶν om. B, C. [16] Μωϋσοῦ. Μωϋσέως C. [17] ἀληθινήν. ἀληθῆ B, C. [18] ἀστράπτουσαν. ἀπαστράπτουσαν Sirm. [19] διδάσκει. διδασκαλία C. [20] ἡμῶν. ἡμῖν B. [21] τοῦ ἀνθρώπου. τοῦ om. C qui mox trs. Ἑλληνικὰς et Χριστιανικάς. [22] οἷον. ὅσον B, C. [23] τὴν δέ. τὴν δὲ πρὸς τοὺς τῶν τοῖς κατηγοροῦντας ἀπολογίαν ἡ C.

Digitized by Google

accusant, quod honore martyres prosequamur, simulque defensionem complectitur, philosophorum, historicorumque ac poetarum testimoniis ostendens Græcos non libamina solum, sed etiam sacrificia, honorandis mortuis impendisse, quorum alios quidem deos, alios vero semideos, heroas alios nuncuparent, eorumque plerosque magnis, dum vixerunt, flagitiis inquinatos fuisse.

Operæ pretium vero me facturum existimavi, si cum celeberrimis apud Græcos legumlatoribus nostros conferrem, piscatores, inquam, et coriarium, et publicanos, ut ex comparatione, quid inter se differant innotescat, et quod illæ quidem leges, una cum legislatoribus, oblivioni ac tenebris datæ sint; at piscatorum leges non solum apud Græcos et Romanos, sed apud Scythas, Sauromatas, Persas, barbarasque alias nationes vigeant. Hanc vero comparationem NONA complectitur disputatio.

DECIMA vero ostendit cujusmodi illa fuerint quæ per divina oracula prædicta sunt, quam videlicet Deum decentia, quamque viris prudentibus consentanea : contra vero, qualia illa fuerint, quæ Pythius, et Dodonæus, aliique falsi vates gentium
693 prædixerunt. In quibus et mendaces et futurorum ignari deprehensi sunt, et talia vaticinati, qualia nullus quidem qui probus homo censeatur effari velit.

Cum vero et ignaros nosse conveniat quæ ab ipsis, quæque a nostris, de mundi fine judicioque doceantur, harum rerum doctrinam UNDECIMA disputatio lecturis suppeditat.

Sed et actuosæ quoque virtutis discrimen ostendendum putavi, cum Græcorum gentem de veteribus philosophis gloriari videam, eorumque vitam laudibus efferre conari. Quare DUODECIMA disputatio vitam illorum non solum philosophis, sed laudatis quoque mancipiis indignam esse ostendit : cum apostolorum vita, eorumque qui apostolorum vestigia consectantur, humana conditione sit superior, iisque qui corporeis vinculis exsoluti cœlestes incolunt sedes persimilis.

Est autem libri titulus : *Curatio Græcarum affectionum*, vel, *Evangelicæ veritatis ex gentilium philosophia cognitio*.

Ego itaque, tum ut ægrotos curarem, tum ut bene valentium utilitati consulerem, operam hanc sus-

A γεραιρόντων κατηγορίαν, καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀπολογίαν, ἡ ΟΓΔΟΗ περιέχει, ταῖς τῶν φιλοσόφων καὶ συγγραφέων καὶ μέντοι καὶ ποιητῶν μαρτυρίαις χρωμένη, καὶ δεικνῦσα [24] ὡς Ἕλληνες οὐ μόνον χοαῖς ἀλλὰ καὶ θυσίαις τοὺς τεθνεῶτας ἐτίμων, τοὺς μὲν θεοὺς, τοὺς δὲ ἡμιθέους, τοὺς δὲ ἥρωας ὀνομάζοντες, καὶ τούτων τοὺς [25] πλείστους ἀκολασίᾳ συνεζηκότας.

Προὔργου δὲ ᾠήθην καὶ τοῖς παρ' Ἕλλησιν ὀνομαστοτάτοις [γεγενημένοις] [26] νομοθέταις τοὺς ἡμετέρους παρεξετάσαι, τοὺς ἁλιέας λέγω καὶ τὸν σκυτοτόμον καὶ τοὺς τελώνας [27]· καὶ δεῖξαι πάλιν ἐκ συγκρίσεως τὸ διάφορον, καὶ ὡς ἐκεῖνοι μὲν οἱ νόμοι μετὰ τῶν τεθεικότων τῷ τῆς λήθης παρεδόθησαν ζόφῳ, οἱ δὲ τῶν ἁλιέων ἀνθοῦσιν οὐ μόνον παρ' Ἕλ- B λησι καὶ Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ Σκύθαις καὶ Σαυρομάταις καὶ Πέρσαις καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις. Ταύτην δὲ τὴν παρεξέτασιν ἡ ΕΝΝΑΤΗ [28] περιέχει διάλεξις.

Ἡ δὲ ΔΕΚΑΤΗ [29] διδάσκει ὁποῖα μὲν οἱ θεῖοι [3] χρησμοὶ προηγόρευσαν, καὶ ὡς Θεῷ πρέποντα καὶ τοῖς εὖ φρονοῦσι τῶν ἀνθρώπων ἁρμόττοντα· τίνα δὲ ὁ Πύθιος, καὶ ὁ Δωδωναῖος, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων ψευδομάντεις προειπόντες ἐφωράθησαν μὲν ψευδόμενοι, [καὶ] [30] τῶν ἐσομένων οὐδὲν προγιγνώσκοντες [31], τοιαῦτα δὲ [32] τεθεσπικότες, ὁποῖα οὐδὲ τῶν ἐπιεικῶν τις ἀνθρώπων ἠνέσχετο ἂν εἰσηγήσασθαι.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τέλους καὶ κρίσεως [33] ἔδει γνῶναι τοὺς ἀγνοοῦντας τίνα μὲν ἡμεῖς, τίνα δὲ ἐκεῖ- C νοι διδάσκουσι, ταύτην ἡ ΠΡΩΤΗ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΗ διάλεξις τοῖς ἐντυχεῖν [34] βουλομένοις τὴν διδασκαλίαν προσφέρει [35].

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ἐπιδείκνυμι τὸ διάφορον, ἐπειδὴ μάλα καὶ [36] τὴν Ἑλληνικὴν συμμορίαν ἐπὶ τοῖς πάλαι γεγενημένοις φιλοσόφοις βρενθυομένην ὁρῶ, καὶ τὸν ἐκείνων βίον αἴρειν τοῖς λόγοις ἐπιχειροῦντας [37]. Ἐπιδείξει τοίνυν ἡ ΔΥΟΚΑΙΔΕΚΑΤΗ [38] διάλεξις, ὡς ἐκείνων [39] μὲν ὁ βίος οὐ μόνον φιλοσόφων, ἀλλὰ καὶ ἀνδραπόδων ἐπαινουμένων [40] ἀνάξιος· ὁ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνοις ἑπομένων τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης ὑπέρτερος, καὶ τοῖς τῶν σωμάτων [41] ἀπηλλαγμένοις καὶ τὸν οὐρανὸν περιπολοῦσι προσόμοιος.

D Ὄνομα δὲ τῷ βιβλίῳ, *Ἑλληνικῶν θεραπευτικὴ παθημάτων*, ἤ, *Εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπίγνωσις*.

Ἐγὼ μὲν οὖν τῆς τε τῶν νοσούντων ἕνεκα [42] θεραπείας, καὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων προμηθούμενος ὠφε-

## VARIÆ LECTIONES

[24] δεικνῦσα. ἐπιδεικνῦσα B. C. [25] τοὺς πλείστους. τοὺς om. B. [26] γεγενημένοις om. C. [27] τοὺς τελώνας. τὸν τελώνην C. [28] παρεξέτασιν ἡ ἐννάτη. ἐξέτασιν ἡ ἐνάτη C. ἐξέτασιν Vb. [29] δεκάτη. δεκάτη διάλεξις C, Vb. [30] [καὶ] τῶν. καὶ agnoscit B. [31] οὐδὲν προγινώσκοντες. οὐδὲν μέρος γιγνώσκοντες cum γρ. οὐδὲν προγιγνώσκοντες B. οὐδὲν μέρος γινώσκοντες cum γρ. in marg. τῶν ἐσομένων δὲ οὐδὲν προγινώσκοντες C, μέρος γνώσκοντες Va. οὐδὲν προγιγνώσκοντες Vb. [32] δὲ om. B. [33] περὶ κρίσεως. περὶ om. B, C. [34] ἐντυγχάνειν. ἐντυχεῖν B. ἐπιτυχεῖν C. [35] προσφέρει. προφέρει C. [36] μάλα καὶ habet B. om. Sirm. [37] ἐπιχειροῦντας. ἐπιχωροῦντας C. [38] δωδεκάτη. δυοκαιδεκάτη B cum γρ. ἡ δευτέρα καὶ δεκάτη. In C. δευτέρα καὶ τρίτη δεκατ (sic.) [39] ὁ ἐκείνων. ὁ om. B. sed mox ὁ βίος, et sic Va. [40] ἐπαινουμένων. ἐπαίνου μὲν ὢν Vb. [41] τῶν σωμάτων. τῶν om. B, Va. In C. τῆς φύσεως leg. post ὑπέρτερος, tum om. καὶ τοῖς — ἀπηλλαγμένοις. [42] εἵνεκα. ἕνεκεν. B. et sic infra. ἕνεκα C.

Digitized by Google

λείας, τοῦτον ἀνεδεξάμην τὸν πόνον· τοὺς δὲ τοῖς A ἀλλοτρίοις ἐντυγχάνοντας πόνοις παρακαλῶ, εἰ μὲν ἅπαντα εὖ ἔχει τὰ γεγραμμένα, τὸν τούτων ἀνυμνῆσαι δοτῆρα, καὶ τοῖς πεπονηκόσι προσευχὰς ἀντιδοῦναι [63]· εἰ δέ τινα ἐλλείπει, μὴ πάντων ὁμοῦ τούτων ἕνεκα καταγνῶναι, ἀλλ' ἐκ τῶν [εὖ] εἰρημένων [64] τὸ κέρδος κομίσασθαι.

## ΛΟΓΟΣ Α'.

### *Περὶ πίστεως* [65].

[4] Ἰατρικὴ θεραπεία ἔστι [66] μέν που καὶ σώματος, ἔστι δ' ἄρα καὶ ψυχῆς· καὶ γὰρ δὴ καὶ ταύτῃ κἀκείνῳ συχνὰ προσγίγνεται πάθη· ἀλλὰ τῷ μὲν, ἀκούσια· τῇ δὲ, ὡς ἐπίπαν, αὐθαίρετα. Τοῦτο οὖν εὖ εἰδὼς, οἷα δὴ πάνσοφος, ὁ Θεὸς, καὶ [67] ψυχῶν καὶ σωμάτων B καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ἑκατέρᾳ φύσει προσένειμεν [68] ἁρμόδια φάρμακα· καὶ μέντοι καὶ ἰατροὺς ἐπέστησε, τοὺς μὲν ταύτην, τοὺς δὲ ἐκείνην ἐκπαιδεύσας τὴν ἐπιστήμην, καὶ στρατηγεῖν καὶ ἀριστεύειν κατὰ τῶν νοσημάτων ἐκέλευσεν. Ἀλλ' οἱ μὲν τὸ σῶμα οὐκ εὖ διακείμενοι, καὶ τὴν νόσον δυσχεραίνουσι, καὶ τῆς ὑγείας ἱμείρονται [69], καὶ τοῖς ἰατροῖς εἴκουσιν, οὐ μόνον ἤπια προσφέρουσι φάρμακα, ἀλλὰ κἂν τέμνωσι, κἂν κάωσι [50], κἂν λιμώττειν κελεύωσι [51], κἂν πικρῶν τινων καὶ ἀηδῶν μεστὰς προσφέρωσι κύλικας· καὶ διὰ τοιαύτης ἀνιαρᾶς ἐπιμελείας τὴν ὑγίειαν καρπούμενοι μισθὸν τοῖς οὕτως ἀκουμένοις [52] ὀρέγουσιν, καὶ τὴν θεραπείαν δεχόμενοι τὴν τῶν φαρμάκων οὐ περιεργάζονται σκευασίαν· τὴν γάρ τοι C σωτηρίαν ποθοῦσιν, οὐ τὸν ταύτης τρόπον ἀνερευνῶσιν. Οἱ δὲ τῆς ἀπιστίας τὴν λώβην εἰσδεδεγμένοι, οὐ μόνον ἀγνοοῦσι τὴν παγχάλεπον [53] νόσον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄκρας εὐκληρίας ἀπολαύειν [54] ὑπολαμβάνουσιν. Ἢν δέ τις τῶν ταῦτα θεραπεύειν ἐπισταμένων ἀλεξίκακον φάρμακον τῷ πάθει προσενεγκεῖν ἐθελήσῃ, ἀποπηδῶσιν [55] αὐτίκα· καθάπερ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι νόσῳ [56] καὶ τὴν σφίσι προσφερομένην ἀποσείονται θεραπείαν, καὶ τὴν ἰατρείαν ὡς ἀῤῥωστίαν ὑποδιδράσκουσι. Χρὴ μέντοι τοὺς ταύτην μετιόντας τὴν ἐπιστήμην, καὶ χαλεπαίνοντας φέρειν, καὶ λοιδορουμένων ἀνέχεσθαι, κἂν πὺξ παίωσι, κἂν λακτίζωσι· τοιαῦτα γὰρ δὴ ἄττα πλημμελοῦσιν οἱ παραπαίοντες. Καὶ οὐ δυσχεραίνουσι τούτων γιγνομένων οἱ ἰατροὶ, ἀλλὰ καὶ δεσμὰ προσφέρουσι, καὶ καταιονῶσι βίᾳ D τὰς κεφαλὰς, καὶ πᾶσαν μηχανὴν ἐπινοοῦσιν ὥστε τὸ πάθος ἐξελάσαι, καὶ τὴν προτέραν [57] τῶν μορίων ἁρμονίαν ἀποδοῦναι τῷ ὅλῳ. Τοῦτο δὴ καὶ [58] ἡμῖν ποιητέον, καὶ τῶν οὕτω διακειμένων ἐπιμελητέον εἰς δύναμιν. Εἰ γὰρ καὶ ὀλίγοι λίαν εἰσὶν οἱ τῷ πάθει δεδουλωμένοι, καὶ ἐοίκασιν ὑποστάθμῃ τινὶ παχείᾳ τῶν

A cepi. Oratos autem velim, quicunque in aliorum lucubrationes inciderint, ut, si quidem bene habent omnia quæ scripta sunt, Deum laudent, qui bene scribendi facultatem dedit, ipsisque adeo scriptoribus bene precentur : sin vero aliqua desiderari videantur, ne horum causa, cuncta condemnent, sed ex iis potius quæ recte scripta viderint, emolumentum sibi comparent.

## 694 SERMO I.

### *De fide.*

Medendi rationem tum corpori, tum animæ congruere satis constat, siquidem et corpus et animam frequentibus morbis laborare contingit. Cæterum corporis afflictiones invitis nobis adveniunt : animæ B vero labes a voluntate ipsa, ut plurimum. Hujus itaque rei apprime conscius Deus, utpote sapientissimus, auctorque et animarum et corporum et rerum omnium, utrique naturæ congruentia medicamenta distribuit. Medicos enim constituit, quorum alios hanc, alios illam medendi rationem edocuit, eosque bellum adversus morbos gerere et vincere jussit. Verum qui sunt corpore male affecto, morbos ægre ferunt, sanitatemque appetunt, et medicis obsequuntur, non jucunda solum ministrantibus pharmaca, verum etiam si ferro ignique utantur, si inediam imperent, si plenos amaroris calices porrigant. Atque hoc tam tristi genere curationis valetudinem assequentes, mercedem illis rependunt a quibus sic sanantur. Medelam enim recipientes, C de remediorum apparatu non curant. Salutem enim desiderant, quo pacto illa obtingat non inquirunt. Contra autem, qui labem infidelitatis contraxerunt, non solum morbi gravitatem non sentiunt, sed optimo in statu se versari opinantur. Quod si quis curandi hujus morbi peritus salubre remedium velit afferre, statim resiliunt, quemadmodum qui 695 phrenetico morbo corripiuntur, et oblatam sibi curationem aversantur, et medicinam velut ægritudinem refugiunt. Cæterum iis qui artem hanc profitentur, quantumvis morosi ferendi sunt, tolerandique, vel si conviciis incessant, vel si pugnis aut calcibus appetant : solent enim quandoque delirantes hæc peccare. Neque tamen cum hæc fiunt, perturbantur D medici, sed et vincula intendunt, caputque unguento vi perfundunt, et omne remedii genus excogitant, quo ægritudinem summoveant, pristinamque partium æqualitatem corpori restituant. Hoc nobis utique factitandum est, et eorum qui sic affecti sunt cura pro viribus gerenda. Quamvis enim pauci sint numero qui hujus morbi servitio premantur,

VARIÆ LECTIONES.

[63] ἀποδοῦναι. ἀντιδοῦναι B, C. Mox κομίσεσθαι Va. [64] εὖ εἰρημένων. εὖ om. B, C. [65] ad tit. τοῦ αὐτοῦ περὶ πίστεως λόγος α'. B. [66] ἰατρικὴ θεραπεία γρ. ἰατρεῖαι καὶ θεραπεῖαι B. [67] θεὸς ὁ καί. ὁ θεὸς καὶ B, C. [68] προσένειμεν ἀπένειμεν C. Vb. infra in textu ἐκπαιδεύσοντας C. Vb. νοσημάτων σωμάτων B. pr. [69] ἱμείρονται. ὀρέγονται Va. B. cum γρ. ἱμείρονται. ante ὑγιείας C. om. τῆς. [50] καίωσι. κάωσι B. [51] κελεύωσι. κελεύουσι C. [52] οὕτως ἀκουμένοις. οὕτω κακουμένοις B. Va. τούτοις C. Vb. γρ. τοῖς οὕτω προσφερομένοις κακούμενοι ὀρέγουσι. C. in marg. [53] παγχάλεπον om. C. [54] εὐκληρίας ἀπολαύειν. ἀπολαύειν ὑγείας C. Vb. [55] ἀπαγορεύουσιν. ἀποπηδῶσιν B, C. [56] νόσῳ om. C. [57] πρότερον — ὅλῳ. προτέραν ὑγείαν ἀνακαλέσασθαι C. et in marg. γρ. τῶν μορίων ἁρμονίαν ἀποδοῦναι. [58] δὴ καί. δὲ καὶ B, C.

Digitized by Google

et pinguissimæ cuidam fæci sint similes, quæ ob crassitudinem per coli foramina non transit : ne sic quidem negligendi sunt, nec ferendum eos ab ejusmodi peste corrumpi : sed omnis excogitanda est ratio, qua insidens eis nebula tollatur, splendorque intellectualis luminis ostendatur. Nullus enim qui industrius sit colonus, multas spinas sic exscindit, ut paucas relinquat; sed si vel unam duasve invenerit, radicitus evellit, et segetem purgatissimam reddit. Multo igitur magis hoc nobis faciendum est. Non enim spinas exscindere, sed immutare agriculturæ nostræ lex jubet. Agedum itaque, ceu spinis quibusdam coloni rastrum admoveamus, sulcosque aurium qui obstructi sunt, orationis ligone dilatemus : ne quid **696** forte interveniat, quod irrigationis fluxum remoretur. Aspergamus, inquam, eos ceu infirmos, salutariaque illis ac pæonia pharmaca deferamus.

Primum vero omnium, curare studeamus morbum arrogantiæ. Etenim nonnulli eorum, qui in poetarum et oratorum scriptis versati sunt, Platonisque adeo elegantiam degustarunt, sacras Litteras contemnunt, ut quæ calamistris * eloquentiæ comptæ non sint, et indignum existimant a piscatoribus veritatem primam edoceri. Atque in singulis artibus, quarum fructus percipiunt, qua lingua loquantur illarum artifices solliciti non sunt. Neque enim Atticos esse sutores curant, neque fabros ferrarios, neque architectos, neque pictores, non factores navium, non gubernatores : sed sive Scythæ sint, sive Sauromatæ, sive Iberes, sive Ægyptii, cum voluptate utuntur artibus, solam harum peritiam poscentes, de gentium autem differentia minime laborantes : et citharœdi fides cum audiunt, solam consonantiam quærunt, nec Græcusne sit an Barbarus sciscitari student. In solo discendæ veritatis studio non curiosi esse non possunt, sed ignominiam existimant, si quis sermone Barbarus eos ad veritatem erudiat. Atque hoc genere superbiæ intumescunt homines, qui nec ad summum Græcæ sapientiæ apicem pervenerunt, sed pauca quædam, quod dicitur, primis labiis delibarunt, sibique hinc atque illinc exilia quæpiam collegerunt.

At illustrissimos Græcorum philosophorum, quorum **697** memoria hodieque apud doctos celeberrima est, Pherecydem Syrum, Samiumque Pythagoram, Thaletem Milesium, ac Solonem Atheniensem, Platonem denique illum, Aristonis quidem filium, Socratis vero auditorem, qui et cæteros omnes elo-

A τοῦ διυλιστῆρος οὐ διικνουμένῃ πόρων [59] διὰ παχύτητα· ἀλλ' οὖν οὐκ ἀμελητέον αὐτῶν, οὐδὲ παροπτέον φθειρομένους ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀλλὰ πάντα πόρον ἐξευρητέον, ὥστε τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς ὁμίχλην ἀποσκεδάσαι, καὶ τοῦ νοεροῦ φωτὸς ἐπιδεῖξαι τὴν αἴγλην. Οὐδεὶς γὰρ φιλόπονος γεωργὸς [60] τὰς μὲν [5] πολλὰς ἀκάνθας ἐκτέμνει, τὰς δὲ ὀλίγας ἐᾷ· ἀλλὰ κἂν δύο εὕρῃ, κἂν μίαν, πρόῤῥιζον ἀνασπᾷ, καὶ καθαρὸν ἀποφαίνει τὸ λήϊον. Πολλῷ δὴ οὖν μᾶλλον τοῦτο ποιητέον ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἐκτέμνειν [61], ἀλλὰ μεταβάλλειν τὰς ἀκάνθας, ὁ τῆς ἡμετέρας γεωργίας παρακελεύεται νόμος. Φέρε τοίνυν καὶ ὡς ἀκάνθαις τὴν γεωργικὴν [62] προσενέγκωμεν δίκελλαν, καὶ τῇ μακέλλῃ [63] τοῦ λόγου τὰς κεχερσωμένας τῶν ἀκοῶν ἀνευρύνωμεν [64] αὔλακας, ἵνα μηδὲν τῶν ἐν μέσῳ κειμένων κωλυμάτων B ἐπίσχῃ τῆς ἀρδείας τὸ ῥεῖθρον· καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀῤῥωστοῦντας καταιονήσωμεν, καὶ τὰ σωτήρια καὶ παιώνια [65] προσενέγκωμεν φάρμακα.

Πρῶτον δέ γε [66] τῶν ἄλλων τὸ τῆς οἰήσεως ἰατρεύσωμεν πάθος. Καὶ γὰρ δή τινες [αὐτῶν] [67] ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν λόγων μετεσχηκότες, τινὲς δὲ καὶ τῆς Πλάτωνος εὐεπείας ἀπογευσάμενοι, καταφρονοῦσι μὲν τῶν θείων λογίων, ὡς ἥκιστα κεκαλλιεπημένῃ φράσει κεκομψευμένων· οὐκ ἀξιοῦσι δὲ παρ' ἀνδρῶν ἁλιέων μαθεῖν τὴν τοῦ ὄντος ἀλήθειαν. Καὶ τέχνης μὲν ἑκάστης δρεπόμενοι τοὺς καρποὺς, τὰς τῶν τεχνιτῶν οὐ περιεργάζονται γλώττας· οὐδὲ γὰρ [68] Ἀττικοὺς εἶναι τοὺς σκυτοτόμους ἀπαιτοῦσιν, ἢ τοὺς χαλκέας, ἢ τοὺς τέκτονας, ἢ τοὺς ζωγράφους, ἢ τοὺς ναυπηγοὺς, ἢ [τοὺς] κυβερνήτας· ἀλλὰ κἂν Σκύθαι ὦσι, C κἂν Σαυρομάται, [κἂν Ἴβηρες,] κἂν Αἰγύπτιοι, μεθ' ἡδονῆς ἀπολαύουσι τῶν τεχνῶν, μόνην ἀπαιτοῦντες τὴν τούτων ἀκρίβειαν, τὴν δὲ τῶν ἐθνῶν διαφορὰν ἥκιστα δυσχεραίνουσι. Καὶ κιθαριστοῦ μὲν ἀκούοντες τῶν κρουμάτων [69] μόνον ἀπαιτοῦσι τὴν ἁρμονίαν, οὐ μὴν εἰ Ἕλλην ἐστὶν ἢ Βάρβαρος ἐπιζητοῦσι μαθεῖν· μόνην δ' ἄρα τῆς ἀληθείας τὴν μάθησιν ἀπεριέργως λαβεῖν οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλ' ἀτιμίαν ὑπολαμβάνουσιν, εἰ Βάρβαρος αὐτοὺς ταύτην τὴν γλῶτταν [70] παιδεύοι· καὶ τοῦτον ἔχουσι τὸν τῦφον ἄνδρες οὐδ' εἰς ἄκρον τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας [71] ἐληλακότες, ἀλλ' ὀλίγων τινῶν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἄκροις χείλεσι γεγευμένοι, καὶ σμικρὰ ἄττα ἔνθεν κἀκεῖθεν ἠρανισμένοι [72].

Οἱ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων περιφανέστατοι, D ὧν ἡ μνήμη παρὰ τοῖς ἐλλογίμοις μέχρι καὶ τήμερον πολυθρύλλητος, Φερεκύδης ὁ Σύριος [73], καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος, καὶ μέντοι καὶ Πλάτων ἐκεῖνος, ὁ Ἀρίστωνος μὲν υἱὸς, Σωκράτους δὲ φοιτητὴς, εὐστομίᾳ δὲ

## VARIÆ LECTIONES.

[59] τῶν τοῦ διυλιστῆρος οὐ διικνουμένῃ πόρων. τὸν τοῦ διυλητῆρος οὐ διικνούμενοι πόρον C. διικνούμενοι πόρων Vb. καὶ pro τῶν Sirm. [60] οὐδὲ γὰρ φιλόπονος φυτουργός. οὐδεὶς γὰρ (cum γρ. οὐδὲ γὰρ B.) φιλ. γεωργὸς B. C. οὐδὲ γὰρ Vb. [61] ἐκτεμεῖν — μεταβαλεῖν. ἐκτέμνειν — μεταβάλλειν B, C. [62] γεωργικὴν λογικὴν Vb. [63] μακέλλῃ. μάστιγι cum γρ. μακέλλῃ B. τῷ ἀρότρῳ C, et in marg. ἐν ἄλλ', καὶ τῇ μακέλλῃ τοῦ λόγου τὰς τῶν ἀκοῶν ἀνευρύνωμεν αὔλακας. [64] τὰς τῶν ἀκοῶν εὐ. τὰς κεχερσωμένας ἄνευ. C. κεχερσωμένας addit Sirm. [65] παιώνια. παιώνεια B. [66] πρῶτον δέ γε. πρῶτόν γε B. cum γρ. δέ γε. — πρῶτόν γε τοι Va. [67] τινες αὐτῶν. αὐτῶν om. B. αὖ τῶν C. [68] οὐδὲ γάρ. γὰρ om. C. qui infra χαλκεῖς et τούς om. ante κυβερνήτας. [69] κρουσμάτων. κρουμάτων B, C. [70] τὴν γλῶτταν ταύτην. ταύτην τὴν γλῶτταν B, C. [71] φιλοσοφίας. σοφίας Vb. [72] ἠρανισμένοι. ἐρανισμένοι C. ἐρανισάμενοι Vb. vid. 6, 39. [73] Σύριος. Ἀσσύριος C. Vb. omisso statim καί ter.

Digitized by Google

ἅπαντας[74] ἀποκρύψας, οὐκ ὤκνησαν[75] ἕνεκα τοῦ τἀληθὲς ἐξευρεῖν καὶ Αἴγυπτον περινοστῆσαι, καὶ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, καὶ Σικελίαν, καὶ Ἰταλίαν, καὶ ταῦτα οὐ μιᾶς[76] βασιλείας τάδε τὸ τηνικαῦτα[77] ἰθυνούσης τὰ ἔθνη, ἀλλὰ διαφόρων μὲν πολιτειῶν ἐν ταῖς πόλεσιν οὐσῶν, διαφόρων δὲ [6] νόμων. Αἱ μὲν γὰρ δημοκρατίαν, αἱ δὲ ὀλιγαρχίαν ἠσπάζοντο· καὶ οἱ μὲν ἐτυραννοῦντο, οἱ δὲ ἐννόμως ἐβασιλεύοντο. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἐπέσχε τῶν κωλυμάτων παρὰ βαρβάρους ἀνθρώπους δραμεῖν, καὶ μαθεῖν παρ' αὐτῶν ἅπερ αὐτοὺς ἄμεινον γινώσκειν ἑαυτῶν[78] ὑπελάμβανον. Φασὶ δὲ αὐτοὺς ἐν Αἰγύπτῳ οὐ μόνον παρ' Αἰγυπτίων, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἑβραίων τὰ περὶ τοῦ ὄντος διδαχθῆναι Θεοῦ. Καὶ ταῦτα διδάσκει μὲν Πλούταρχος ὁ Βοιώτιος[79], διδάσκει δὲ καὶ Πορφύριος ὁ κατὰ τῆς ἀληθείας λυττήσας, καὶ μέντοι καὶ Νουμήνιος ὁ Πυθαγόρειος, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι. Φασὶ δὲ τὸν Πυθαγόραν καὶ περιτομῆς ἀνέχεσθαι[80], τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκότα· Αἰγύπτιοι δὲ παρ' Ἑβραίων τόνδε τὸν νόμον παρέλαβον. Ἀβραὰμ γὰρ τοῦ πατριάρχου παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τῆς περιτομῆς δεξαμένου τὴν ἐντολὴν, ἐφύλαξε[81] μὲν ταύτην[82] τὸ γένος· ᾤκησε δ' ἐπὶ πλεῖστον τὴν Αἴγυπτον· ἐζήλωσαν δὲ τοὺς Ἑβραίους Αἰγύπτιοι. Ὅτι δὲ οὐκ ἦν πάλαι νόμος Αἰγυπτίοις περιτέμνειν τὰ βρέφη[83], ἡ τοῦ Φαραὼ θυγάτηρ ἀξιόχρεως μάρτυς. Τῇ γὰρ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ προσεῤῥιμμένον εὑροῦσα τὸν Μωϋσῆν, εὐθύς γε[84] τὴν περιτομὴν εἶδεν, καὶ τὸ γένος ἐπέγνω, καὶ τῶν Ἑβραίων ἔκγονον τὸ βρέφος[85] ὠνόμασεν.

Οἱ μὲν οὖν διὰ πάσης ἐληλυθότες παιδείας[86] τοσοῦτον ἔρωτα εἶχον φιλοσοφίας[87], ὡς καὶ πολέμων καὶ πελαγῶν[88] μεγίστων καταφρονῆσαι, καὶ βαρβάροις ἀνδράσι φοιτῆσαι, καὶ πανταχόθεν συλλέξαι ὅπερ ἀναγκαῖον ἐνόμισαν· Σωκράτης δὲ[89] ὁ Σωφρονίσκου, τῶν φιλοσόφων ὁ ἄριστος, οὐδὲ παρὰ γυναικῶν μαθεῖν τι[90] χρήσιμον ὑπέλαβε φιλοσοφίας ἀνάξιον· τῷ τοι καὶ τὴν Διοτίμαν οὐκ ἠρυθρία προσαγορεύων διδάσκαλον, καὶ μέντοι καὶ παρὰ τὴν Ἀσπασίαν διετέλει θαμίζων. Τούτων δέ γε οἱ πλεῖστοι μὲν οὐδὲ τὴν μῆνιν ἴσασι τὴν Ἀχιλλέως, ἐξ ἧς ἄρχεσθαι τῶν ἐλλογίμων μαθημάτων εἴωθε τὰ μειράκια. Οἱ δὲ ὀλίγα μὲν παρὰ ποιητῶν, ὀλίγα δὲ παρὰ ῥητόρων ἐρανισάμενοι, τῶν δέ γε φιλοσόφων οὐδὲ αὐτὰς τὰς προσηγορίας μεμαθηκότες, πλὴν δυοῖν[91] ἢ τριῶν τῶν ἐπισήμων, βάρβαρον μὲν τὴν θείαν Γραφὴν ὀνομάζουσι, μαθεῖν δὲ τἀληθὲς παρὰ ταύτης[92] αἰσχρὸν ὑπειλήφασιν. Ἐξ ἀνοίας δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀλαζονείας ἐπιγίνεται[93] πάθημα. Εἰ γὰρ τὰς Ἑλληνικὰς ἀνεγνώκεσαν[94] ἱστορίας, ἔγνωσαν ἂν δήπουθεν, ὡς καὶ τὰς περιφανεῖς ἐπιστήμας, καὶ τῶν τεχνῶν

A quentiæ copia superavit, nequaquam piguit inveniendæ veritatis causa Ægyptum Thebasque Ægyptias perlustrare, et Siciliam, et Italiam, idque non uno tunc imperio gentes illas gubernante, sed diversis per singulas civitates obtinentibus vivendi modis ac legibus. Aliæ quidem populi arbitrio regebantur, aliæ paucorum potestate: aliæ sub tyrannis erant, aliæ justis regibus parebant. Neque tamen horum illis quidquam impedimento fuit, quominus ad barbaras advecti nationes, ab his ea perciperent quæ melius ab eis quam a se ipsis sciri arbitrabantur. Aiunt vero eos in Ægypto, non solum ab Ægyptiis, sed ab Hebræis quoque Dei veri doctrinam percepisse. Atque hæc quidem Plutarchus narrat Bœotus: narrat et Porphyrius ille, qui con- B tra veritatem debacchatus est; Numenius præterea Pythagoreus, * et alii complures. Fertur autem Pythagoras circumcisionem quoque subiisse, acceptam ab Ægyptiis, qui ab Hebræis hanc legem acceperant. Nam cum Abraham patriarcha ab universorum Deo circumcidi jussus fuisset [a], ritum hunc posteritas asservavit: quam **698** per multa ætatum curricula in Ægypto versatam imitati sunt Ægyptii. Quod enim apud Ægyptios infantes circumcidi lex olim non fuerit, Pharaonis filia idonea testis est: quæ cum infantem Mosen in ripa fluminis expositum reperisset [b], illico circumcisum intuita, et pueri genus agnovit, et Hebræis parentibus natum esse asseruit.

C Hi ergo disciplinis omnibus instructi cum essent, tanto discendi studio inarserunt, ut, spretis bellorum mariumque maximorum discriminibus, barbaras nationes adierint, et quæ sibi usui fore videbant undecunque collegerint. Socrates enim Sophronisci filius, philosophorum præstantissimus, ne a mulieribus quidem quod ad rem foret doceri philosopho indignum esse duxit, nec erubuit Diotimam appellare magistram: quin et Aspasiam perdiu frequentavit. Horum autem plerique nec Achillis iram norunt, a qua studiosi adolescentes auspicari litterarum initia solent. Nam cum pauca omnino a poetis et ab oratoribus acceperint, philosophorum vero, duobus tribusve illustrioribus exceptis, nec ipsa nomina unquam didicerint, divinam tamen Scripturam barbaram vocant, veritatemque ab ea D discere turpe existimant; ex ignorantia porro ipsi superbiæ pestem **699** contraxerunt. Nam si Græcorum historiis oculos admovissent, scirent utique Græcos, et illustres scientias, et plurimas artes a Barbaris didicisse. Aiunt enim geometriæ et astro-

[a] Gen. XVII, 9, 10. [b] Exod. II, 5 seqq.

## VARIÆ LECTIONES.

[74] ἅπαντας. πάντας B. Va. [75] ὤκνησεν. ὤκνησαν B. [76] οὐδὲ μιᾶς. οὐ μιᾶς B. C. [77] τηνικαῦτα. τὸ τηνικαῦτα B, C. [78] αὐτῶν. ἑαυτῶν B. Va. αὐτὸν C. αὐτῶν Vb. [79] Βοιώτιος. Βοιώτης Va. [80] ἀνάσχεσθαι. ἀνέχεσθαι B. [81] ἐφύλαξε. ἐφύλαξαν B. [82] αὐτήν. ταύτην B, C. Tum ᾤκει δὲ C. Vb. [83] περιτέμνειν τὰ βρέφη. περιτέμνεσθαι C. Vb. [84] εὐθύς γε. εὐθύς τε B, C. [85] ἀρέφος· γένος Va. [86] σοφίας. παιδείας B. [87] φιλομαθίας. φιλοσοφίας B. φιλομαθείας C. [88] πελαγῶν. ποταμῶν. Vb. [89] Σωκράτης δέ. δέ om. B. [90] μαθεῖν τι. τι μαθεῖν C. [91] δυοῖν. δυεῖν C. [92] παρὰ ταύτης. παρ' αὐτῆς C. [93] ἐπιγίνεται. περιγίνεται B, Vb. [94] ἀνεγνώκεσαν. ἀνεγνώκεισαν Vb. Sirm.

Digitized by Google

nomiæ inventores primos Ægyptios fuisse : astrologiæ autem dierumque natalium observatio, Chaldæorum esse fertur inventum, cum Arabes ac Phryges avium observationes primi invenerint. Tubas vero Tyrrhenorum opus esse, ac tibias Phrygum, docent tragœdiæ, docent et historiæ. Ac litterarum quoque inventores Phœnicas fuisse, narrant Græci, et has Cadmum e Phœnicia primum in Græciam detulisse. Medicinæ vero auctorem volunt Apin [*] Ægyptium : quam subinde artem auxerit Æsculapius. Scapham in Libya primum compactam fuisse affirmant. Quod autem Orpheus, Odrysius patria, et Dionysia, et Panathenæa, et Thesmophoria, et Eleusinia sacra Athenas detulerit, idemque in Ægyptum profectus, Isidis et Osiridis sacra in Cereris Liberique patris orgia converterit, testis est Plutarchus e Chæronea Bœotiæ : testes item sunt et Siculus Diodorus, et orator Demosthenes. Aiunt enim Orpheum sanctissimos illis ritus ac cæremonias tradidisse. Ipsius autem Rheæ, seu Cybeles, seu Brimonis, aut quamcunque demum nuncupare velitis (multa enim vobis nominum copia, non item **700** subsistentium rerum), ejus, inquam, deæ festas solemnitates, quæque in eis peraguntur, e terra Phrygia sibi Græcos advexisse, iidem illi, quos superius citavi testes, plane docent. Cum itaque et artes, et disciplinas, et colendorum dæmonum cæremonias, et prima litterarum elementa, Græci a Barbaris edocti sint, et his præceptoribus glorientur : quid ita vos, quæso, qui ne illa quidem percipere potestis, quæ ab illis conscripta sunt, renuitis ab illis hominibus veritatem perdiscere, qui sapientiam a Deo sibi traditam acceperunt? Quod si propterea illis aures accommodare non vultis, quod e Græcia orti non fuerint, reliquum est ut nec Thaletem sapientem, nec Pythagoram dicere philosophum debeatis, nec ejus magistrum Pherecydem. Hic enim Syrus natione fuit, non Atheniensis, non Spartiates, neque Corinthius : Pythagoram vero Aristoxenus, et Aristarchus, et Theopompus Tyrrhenum tradunt fuisse : at Neanthes Tyrium vocat. Thaletem quoque, alii quidem Milesium fuisse dicunt : at Leander et Herodotus Phœnicem appellant. Ad hæc Aristoteles Stagirites fuit, Diogenes Sinopensis, Alcman Pirithi filius Crotoniates, qui primus fertur de natura rerum scripsisse. Empedocles rursus fuit Agrigentinus : Agrigentum vero civitas est Siciliæ.

A τὰς πλείστας, παρὰ βαρβάρων [95] ἐπαιδεύθησαν Ἕλληνες. Γεωμετρίαν μὲν γὰρ καὶ ἀστρονομίαν Αἰγυπτίους πρώτους εὑρηκέναι φασίν· ἀστρολογία δὲ καὶ γενεθλιαλογία Χαλδαίων εὕρημα [96] λέγεται· Ἄραβες δὲ καὶ Φρύγες οἰωνοσκοπικὴν [7] ἐπενόησαν πρῶτοι [97]· ὅτι δὲ καὶ ἡ σάλπιγξ Τυῤῥηνῶν ἐστιν ἔργον, καὶ αὐλοὶ Φρυγῶν [98], διδάσκουσι μὲν αἱ τραγῳδίαι, διδάσκουσι δὲ μετὰ τούτων [99] αἱ ἱστορίαι. Καὶ τὰ γράμματα δὲ [γε] Φοίνικας εὑρηκέναι λογοποιοῦσιν [99*]· οἱ Ἕλληνες, καὶ τὸν Κάδμον ταῦτα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι· ἰατρικῆς δὲ ἄρξαι τὸν Ἄπιν φασὶ τὸν Αἰγύπτιον, εἶτα τὸν Ἀσκληπιὸν αὐξῆσαι τὴν τέχνην. Σκάφος δὲ πρῶτον ἐν Λιβύῃ ναυπηγηθῆναι λέγουσιν. Ὅτι δὲ καὶ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέντοι καὶ τῶν Θεσμοφορίων, καὶ τῶν B Ἐλευσινίων τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς, ἀνὴρ Ὀδρύσης [1], εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισεν, καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον [2] ἀφικόμενος, τὰ τῆς Ἴσιδος καὶ τοῦ Ὀσίριδος [3] εἰς τὰ τῆς Δηοῦς καὶ τὰ τοῦ [4] Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια, διδάσκει μὲν Πλούταρχος ὁ ἐκ Χαιρωνείας [5] τῆς Βοιωτίας, διδάσκει δὲ καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, μέμνηται δὲ καὶ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, καί φασι [6] τὸν Ὀρφέα τὰς ἁγιωτάτας αὐτοῖς τελετὰς καταδεῖξαι [7]. Ὅτι δὲ καὶ τὰ τῆς Ῥέας, ἢ [8] τῆς Κυβέλης, ἢ τῆς Βριμοῦς, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλητε ὀνομάζειν [9] (πολλὴ γὰρ εὐπορία παρ' ὑμῖν ὀνομάτων, οὐχ ὑποκειμένων πραγμάτων)· ἀλλ' ὅμως ὅτι καὶ ταύτης τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς τελούμενα, ἀπὸ Φρυγίας εἰς τὴν Ἑλλάδα μετεκόμισαν Ἕλληνες, οἱ προκληθέντες ἤδη [10] μάρτυρες διαῤῥήδην διδάσκουσιν. Εἰ δὲ καὶ C τὰς τέχνας, καὶ τὰς ἐπιστήμας, καὶ τῶν δαιμόνων τὰς τελετὰς, καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα παρὰ βαρβάρων ἐδιδάχθησαν Ἕλληνες, καὶ ἐπὶ τοῖς διδασκάλοις ναβρύνονται [11], τί δήποτε ὑμεῖς, οὐδὲ συνιέναι τὰ ὑπ' ἐκείνων συγγεγραμμένα [12] δυνάμενοι, παραιτεῖσθε μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν παρὰ ἀνδρῶν θεόσδοτον σοφίαν εἰσδεξαμένων [13]; Εἰ δὲ, ὅτι οὐκ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐβλάστησαν, τὰς ἀκοὰς αὐτοῖς ὑπέχειν οὐ βούλεσθε, ὥρα ὑμῖν μήτε Θαλῆν ὀνομάζειν σοφὸν, μήτε Πυθαγόραν φιλόσοφον, μήτε Φερεκύδην τὸν ἐκείνου διδάσκαλον. Ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης Σύριος [14] ἦν, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Σπαρτιάτης, οὐδέ γε [15] Κορίνθιος· τὸν δὲ Πυθαγόραν Ἀριστόξενος καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος Τυῤῥηνὸν εἶναί φασιν· ὁ δὲ Νεάνθης D Τύριον ὀνομάζει· τὸν δὲ Θαλῆν, οἱ μὲν Μιλήσιον λέγουσιν, Λέανδρος δὲ καὶ Ἡρόδοτος Φοίνικα προσηγόρευσαν· καὶ μέντοι καὶ ὁ [16] Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης ἦν, Σινωπεὺς δὲ ὁ Διογένης, καὶ Ἀλκμὰν ὁ Πειρίθου [17] Κροτωνιάτης, ὃν πρῶτόν φασι περὶ φύσεως συγγράψαι λόγον· Ἀκραγαντῖνος δὲ ὁ Ἐμπεδοκλῆς· Σικελικὴ δὲ αὕτη ἡ πόλις [18].

## VARIÆ LECTIONES.

[95] in marg. σημ. πόθεν τὰς ἐπιστήμας οἱ τῶν Ἑλλήνων ἔμαθον πρόκριτ. C. [96] εὕρημα εὕρεμα C. [97] ἐπενόησαν πρῶτοι. ἐπενόησαν C. qui mox ἔργον ἐστίν. [98] Φρυγῶν. Φρυγίων B. [99] μετὰ τούτων. καὶ C. qui mox om. γε. Supra μὲν καὶ αἱ Vb. [99*] Φοίνικας εὑρηκέναι λογοποιοῦσιν. Φ. εὑρημέναι μυθολογοῦσιν Vb. [1] Ὀδρύσης. ὁ δρύσης B. [2] Αἴγυπτον. τὴν Αἴγυπτον B. [3] τοῦ Ὀσίριδος. τοῦ om. B, C. Tum Διοῦς C. [4] καὶ τοῦ. καὶ τὰ τοῦ B. [5] Χαιρωνείας. Χερωνείας B, C. [6] φασί. φη B. [7] ἐπιδεῖξαι, καταδεῖξαι B, V. vid. Aristoph. Ra. 1064. [8] [ἢ] καὶ ἢ B, C. [9] ὀνομάζειν. ὀνομάζεσθαι B. cum γρ. ὀνομάζειε. ὀνομάζεσθαι Va. cum γρ. ὀνομάζειν. [10] δή. ἤδη B. προσκληθέντες ἤδη C. [11] ἀβρύνονται. ἐναβρύνονται B. οὐ βαρύνονται C, Vb. [12] συγγεγραμμένα. γεγραμμένα C, Vb. [13] εἰσδεξαμένων. εἰσδεδεγμένων Vb. [14] Τύριος. Σύριος B, C. [15] οὐδέ. οὐδέ γε B. [16] καὶ ὁ, ὁ om. B. [17] Πειρίθου. Πειρίνθου C. Va. Vid. Diog. Laert. VIII, 83. [18] ἡ πόλις. πόλις B. cum γρ. σικελικαὶ πόλεις.

Digitized by Google

βίον προξενοῦσαν φροντίδων ἐλεύθερον [88] · τὸν δὲ σώφρονα γάμον νομοθετοῦσιν, ὡς καὶ τὸ γένος αὐξάνοντα [89], καὶ λαγνείας τοὺς σωφρονεῖν βουλομένους ἐλευθεροῦντα · πορνείας δὲ καὶ τῆς ἄλλης ἀκολασίας ὡς συώδους κατηγοροῦσι. « Τίμιος γὰρ ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος · πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. » Καὶ πάλιν · « Λέγω δὲ τοῖς [90] ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις · Καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ · εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. » Καὶ ἑτέρωθι · « Πορνεία δὲ καὶ ἀκαθαρσία μὴ [91] ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις. » Καὶ ἀλλαχοῦ · « Μή τις πόρνος καὶ βέβηλος [92], ὡς Ἠσαῦ. » Οἱ μὲν οὖν ἡμέτεροι διδάσκαλοι τὸν λογικοῖς πρέποντα διεθεσμοθέτησαν βίον · οἱ δὲ τῶν φιλοσόφων ἄριστοι καὶ αὐτοὶ ταῖς ἡδοναῖς ἐδουλώθησαν, καὶ νόμους ἔγραψαν ἀκολασίαν διδάσκοντας · τοιοῦτοι γὰρ οἱ περὶ γάμων καὶ παιδεραστίας τοῦ Πλάτωνος νόμοι. Καὶ μέντοι καὶ περὶ φιλίας Ἱππόδαμος ὁ Πυθαγόρειος οὕτω γέγραφεν · « Ἃ μὲν, ἐξ ἐπιστάμας [93] θεῶν · ἃ δὲ, ἐκ παροχᾶς ἀνθρώπων · ἃ δὲ, ἐξ ἁδονᾶς ζώων. » Ὁ δὲ Δεσπότης Χριστὸς ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις φησί · « Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς δύναται δεῖξαι, ἵνα τις θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. » Τὰ τελεώτατα ἐκπαιδεύων [94] καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐκέλευσεν ἀγαπᾷν · ὁ δὲ τὴν Πυθαγόρειον ἐκπαιδευθεὶς τετρακτὺν τὴν [177] ἀνθρωπίνην φιλίαν ἐκ παροχῆς ὡρίσατο κατορθοῦσθαι [95]. Οὐ μόνον δὲ ἀπᾴδων ὅδε ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ πάμπαν [96] ἀσύστατος. Πολλοὺς γὰρ ἐχθρῶν εὐεργέτας γεγενημένους εὑρίσκομεν · πολλοὺς δὲ εὖ μὲν παρά τινων πεπονθότας, ἀχαρίστους δὲ μάλα περὶ τοὺς εὐεργέτας γεγενημένους. Οὐ τοίνυν παροχῆς ἔκγονος ἡ φιλία, ἀλλὰ καρπὸς φιλίας ἡ παροχή.

A quoto die a viri congressu mulier Thesmophoriis intersit : « A proprii, inquit, statim, ab alieni, nunquam. » Hæc et quæ sunt his similia laudamus, et philosophia digna censemus, Platonemque admittimus nuptias inter bona collocantem, immortalitatisque parandæ inventum, et stabilitatem generis appellantem ; Democritum vero et Epicurum vehementer damnamus, qui et nuptias, et liberorum procreationem vitari jubent. Qui enim humanam felicitatem voluptate metiebantur, quidquid curarum aliquid vel fastidii afferre poterat, omnino repudiarunt. At Stoici media quadam via incesserunt. Conjugia enim, ac liberorum susceptionem, inter indifferentia recensuerunt. Sacræ autem Litteræ castimoniam quidem laudant philosophiæ studio

B susceptam, ut quæ vitam præbeat a curis liberam : castas vero nuptias lege sanciunt, ut quæ genus augeant, et a libidine liberent eos qui casti esse volunt. Fornicationem vero, et aliam omnem incontinentiam damnant, ut suibus congruentem. « Honorabile enim connubium in omnibus, et torus immaculatus, ait divinus Apostolus; fornicatores autem et adulteros judicabit Deus [i]. » Rursusque : « Dico autem non nuptis et viduis : Bonum est illis **1034** si sic permanserint, sicut et ego : quod si se non continent, nubant [j]. » Et alibi : « Fornicatio autem, et immunditia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos [k]. » Et alibi : « Ne quis fornicator aut profanus sicut Esau [l]. » Doctores itaque nostri ratione præditis convenientem vitam suis legibus

C instituerunt. At philosophorum præstantissimi, et ipsi voluptatibus servierunt, et leges scripserunt, quæ incontinentiam docent. Tales enim sunt, de conjugiis, et de puerorum amore, Platonis leges. Quin et de amicitia Hippodamus Pythagoreus in hunc modum scripsit. « Alia quidem gignuntur ex deorum scientia; alia vero, ex hominum præbitione; alia ex animalium voluptate. » Christus vero Dominus in sacris Evangeliis dicit : « Majorem hac charitatem nemo potest ostendere, ut animam suam ponat quis pro amicis suis [m]. » Et ad perfectissima erudiens, etiam inimicos diligere jussit [n]. Ille autem qui Pythagoricum quaternarium didicerat, humanam amicitiam proficisci ait a præbitione. Quæ oratio non modo est absona, sed etiam nullo modo consistere potest. Multos enim inimicos invenimus beneficia contulisse : multos rursus, qui affecti beneficiis, ingrati prorsus erga beneficiorum auctores fuerunt. **1035** Non igitur præbitionis partus est amicitia, sed amicitiæ fructus præbitio.

Ταῦτα πάλιν, ὦ ἄνδρες, παρεξετάσαντες, καὶ γνόντες ὅσον θείων καὶ ἀνθρωπίνων τὸ μέσον, δι' ἐκείνων, οἷόν τινων στοιχείων, ἐπὶ τὴν τούτων ὁδεύσατε [97] τελειότητα, καὶ « Μὴ προφασίζεσθε προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, » φησὶν ἡ μελῳδία τοῦ Πνεύματος. Ὅταν γὰρ τοὺς εὐαγγελικοὺς ἐπιδείξωμεν νόμους πολλῷ τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ὄντας ὑψηλοτέρους, τηνικαῦτα ὑμεῖς τοὺς μὲν νόμους ἐπαινεῖτε, τοὺς δὲ τούτους παραβαίνοντας ἀδεῶς εἰς μέσον προσφέρετε, καὶ δι' [98] ἐκείνων πειρᾶσθε διαβάλλειν τοὺς νόμους.

Hæc iterum, o viri, invicem comparantes, et quantum inter divina et humana sit discrimen

D agnoscentes, per illa, velut per elementa quædam, ad horum perfectionem contendite : « neque, ut Spiritus sancti melodia monet [o], excusationes excusate in peccatis. » Quando enim vobis ostendimus evangelicas leges esse Græcanica philosophia multo sublimiores, eas quidem laudatis, sed earum transgressores impudenter objicitis, illorumque causa leges calumniari conamini. Contra autem, reprehendere

[i] Hebr. xv, 4. [j] I Cor. vii, 8, 9. [k] Ephes. v, 3. [l] Hebr. xii, 16. [m] Joan. xv, 13. [n] Matth. v, 44. [o] Psal. cxl, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[88] φροντίδων ἐλεύθερον. ἐλεύθερον φροντίδων D. [89] αὐξάνοντα. αὔξοντα D. [90] τοῖς. ταῖς D. [91] μή. μηδὲ D. [92] καὶ βέβ. ἢ βέβ. D. [93] ἐπιστήμας. ἐπιστάμας V, et mox ἁδονᾶς cum D. [94] ἐκπαιδεύων. τε παιδεύων Sirm. [95] κατορθοῦσθαι. κατωρθοῦσθαι D. [96] πάμπαν. σύμπαν D. [97] ὁδεύσατε. ὡδεύσατε D. [98] καὶ δι'. καὶ om. C.

Digitized by Google

quidem illos oportebat, leges autem minime accusare. Neque enim propter malas vites a bonis abhorremus : neque ob amaras amygdalas etiam dulces aversamur : neque ob aurum subæratum, id quod purum est damnamus : neque ob ementitam purpuram etiam veram vituperamus. Neque propter ineptos pictores, etiam peritos accusamus : neque ob improbos homines, etiam bonos odio habemus. Neque si ignarum medicum quempiam nacti fuerimus, medendi artem illico repudiamus. Verum e pictoribus, et medicis, et sutoribus, et fabris ærariis, aurariisque, eos qui sunt **1036** egregii, laudamus atque suspicimus, imperitos vero suæ quemque artis carpere consuevimus. Neque tamen artes ipsas, tametsi nullum qui eas teneat nacti simus, ullo pacto accusandas putamus. Sit enim hoc profecto insulsissimum, ob aliquos cæcutientes, oculos atque ipsum videndi sensum tanquam inutilem vituperare : vel propter eos qui blæsa sunt lingua, vocis organa tanquam minime necessaria damnare : et propter obstructas aures, audiendi sensum supervacaneum dicere. Pari ergo modo, miserum sane atque iniquum sit, ob eos qui leges transgrediuntur, ipsas accusare leges, cum iis qui eas observare student. Neque enim, si faber quispiam lignarius lineam quidem recte duxerit, male autem ascia utens, atramenti signa corrumpat, vel ultra lineam aliquid de interioribus demens, vel citra illam quæ supervacua sunt relinquens, idcirco linea culpanda est, quæ rectum ostendit : fabri enim ignorantia peccatum est. Leges itaque lineæ cujusdam, et regulæ, et indicis locum obtinent. Eorum vero qui legibus utuntur, alii optime vitam suam instituunt, alii jucunda **1037** melioribus anteponentes, extra rectam harum lineam feruntur. Hi ergo sunt accusandi, leges vero laudandæ. Neque enim, si peritus medicus ægrotanti præcipiat, aliis quidem vesci, ab aliis autem penitus abstinere, ille vero contemptis medicinæ præceptis, curationi voluptatem præferat, et vetita edens ac bibens, morbum efficiat graviorem, propterea medicum ceu insidiatorem accusamus : quandoquidem ex laborantis intemperantia, non ex consulentis providentia invaluit ægritudo.

D Hæc igitur, quæque sunt his similia, ratiocinatione colligentes, salutarium legum latorem laudibus celebrate, legumque ipsarum commodam humanæ vitæ utilitatem suspicite. Ac veluti spectatores quidam laudabilium certaminum constituti, eos qui leges servant celebrate. Transgressores autem non æquali omnes calculo condemnate : quandoquidem non æquali omnes consilio transgrediuntur. Multa

A Ἔδει δὲ ψέγειν μὲν ἐκείνους, ἀλλὰ μὴ τῶν [99] νόμων κατηγορεῖν. Οὐδὲ γὰρ διὰ τὰς φαύλας ἀμπέλους φεύγομεν τὰς ἀρίστους, οὐδὲ διὰ τὰς πικρὰς ἀμυγδάλας καὶ τὰς γλυκείας ἀποστρεφόμεθα, οὐδὲ διὰ τὸν ὑπόχαλκον χρυσὸν καὶ τὸν ἀκίβδηλον διαβάλλομεν, οὐδὲ διὰ τὴν ἐψευσμένην πορφύραν καὶ τὴν ἀληθινὴν σκώπτομεν, οὐδὲ τῶν ἀμαθῶν ἕνεκα ζωγράφων καὶ τῶν ἐντέχνων κατηγοροῦμεν, οὐδὲ διὰ τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους καὶ τοὺς σπουδαίους μισοῦμεν, οὐδὲ ἐάν τινα εὕρωμεν ἀνεπιστήμονα ἰατρὸν ἤδη καὶ τὴν ἰατρικὴν ἀπαγορεύομεν τέχνην, ἀλλὰ καὶ τῶν ζωγράφων, καὶ τῶν ἰατρῶν, καὶ μέντοι καὶ τῶν σκυτοτόμων, καὶ τῶν χαλκοτύπων, καὶ τῶν χρυσοχόων τοὺς μὲν ἀρίστους θαυμάζομεν, τοὺς δὲ τὴν τέχνην οὐκ ἀκριβοῦντας [1] σκώπτειν εἰώθαμεν· τὰς δέ γε τέχνας, B κἂν μηδένα ἐπιστήμονα εὕρωμεν, διαβάλλειν οὐκ ἀνεχόμεθα [2]. Τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων διὰ τοὺς τυφλώττοντας τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ αὐτὴν τὴν ὀπτικὴν [3] αἴσθησιν διαψέγειν ὡς ἄχρηστον, καὶ διὰ τοὺς τὴν γλῶτταν πεπεδημένους τῶν τῆς φωνῆς ὀργάνων ὡς οὐκ ἀναγκαίων κατηγορεῖν, καὶ διὰ τὰ βεβυσμένα ὦτα τὴν ἀκουστικὴν αἴσθησιν περιττὴν ὀνομάζειν. Οὕτω τοίνυν ἀληθῶς σχέτλιόν τε καὶ ἄδικον τῶν τοὺς νόμους παραβαινόντων ἕνεκα καὶ αὐτῶν τῶν νόμων κατηγορεῖν, καὶ τῶν τούτους φυλάττειν ἐσπουδακότων. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις τέκτων οὐ κατὰ [4] λόγον μὲν εὐθύνοι τὴν στάθμην, παραλόγως [5] δὲ τῷ σκεπάρνῳ χρώμενος διαφθείροι τὰ σημεῖα τοῦ μέλανος, ἢ περαιτέρω ταύτης τῶν [6] ἔνδον ἀφαιρούμενος, ἢ περιττὰ τὰ ἔξωθεν καταλιπὼν, τὴν στάθμην C αἰτιατέον, ἣ τὸ εὐθὲς ἐπιδείκνυσι· [178] τῆς γάρ τοι τοῦ τέκτονος ἀμαθίας ἡ ἁμαρτία [7]. Οὐκοῦν οἱ νόμοι στάθμης τινὸς καὶ κανόνος καὶ γνώμονος [8] ἐπέχουσι τάξιν· τῶν δὲ τούτοις χρωμένων οἱ μὲν ἄριστα τὸν οἰκεῖον διευθύνουσι βίον, οἱ δὲ τὰ ῥᾷστα ἀντὶ τῶν βελτίστων προαιρούμενοι ἔξω τῆς τούτων εὐθύτητος βαίνουσι. Τοιγάρτοι τούτων [9] μὲν κατηγορητέον, τοὺς δὲ νόμους ἐπαινετέον. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις ἄριστος ἰατρὸς ἐπιτάξοι τῷ κάμνοντι τῶν μὲν μεταλαβεῖν, τῶν δὲ μὴ μετασχεῖν παντελῶς, εἶτα ἐκεῖνος, ἧττον [10] τῶν ἰατρικῶν ὑποθηκῶν φροντίσας, τῆς θεραπείας προτιμήσοι τὴν ἡδονὴν, καὶ τὰ ἀπειρημένα φαγὼν ἢ πιὼν αὐξήσοι τὴν νόσον, τὸν ἰατρὸν ὡς ἐπίβουλον αἰτιώμεθα. Ἐκ γὰρ δὴ τῆς τοῦ κάμνοντος ἀκρασίας, οὐκ ἐκ τῆς τοῦ συμβουλεύσαντος προμηθείας, ἡ νόσος ηὐξήθη.

Ταῦτα τοίνυν συλλογισάμενοι, καὶ ὅσα τούτοις προσόμοια, τὸν μὲν τῶν σωτηρίων νόμων νομοθέτην [11] ὑμνήσατε, αὐτῶν δὲ τῶν νόμων θαυμάσατε τὸ βιωφελὲς καὶ ὀνήσιμον· καὶ οἷον θεωροί τινες τῶν ἀξιεπαίνων ἀγώνων γιγνόμενοι, τοὺς μὲν τούτων ἀνακηρύξατε φύλακας, κατὰ δὲ τῶν παραβεβηκότων μὴ τὴν ἴσην ἐξενέγκητε [12] ψῆφον. Οὐ γὰρ ἴσῳ γε σκοπῷ παραβαίνουσιν ἅπαντες. Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ παρὰ

VARIÆ LECTIONES.

[99] μὴ τῶν. μὴ om. C. [1] ἀκριβοῦντας. ἀκριβότας V, cum ἠκριβωκότας pro conj. in marg. nescio an Ursini. [2] ἀνεχόμεθα· ἀνεχώμεθα D. [3] ὀπτικήν. τὴν ὀπτ. C, V, D. [4] οὐ κατά. οὐ om. C, D. [5] παραλόγως. παραλογων (ον et ς suprascr. ut fiant παραλογονως) D. [6] τήν. τῶν Sylb. Mox τὰ om. Sirm. [7] ἡ ἁμαρτία. τὸ ἁμάρτημα D. [8] γνώμονος. ἡγεμόνος V D. Tum τάξιν ἐπέχουσι D. [9] τούτων. τούτων μὲν C, D. [10] ἧττον. ὀλίγον D. [11] νομοθέτην — νόμων om. C. [12] ἐξενέγκητε· ἐξενέγκατε. C, V. D.

Digitized by Google

γνώμην πλημμελοῦμεν οἱ ἄνθρωποι· καὶ ταῦτα καὶ A αὐτοί γε οἱ νόμοι καλοῦσιν ἀκούσια. Καὶ γὰρ δὴ κατὰ κυνός τις, ἢ ἄλλου του [13] λίθον ἀκοντίσας, τοῦ μὲν διήμαρτεν, ἄνθρωπον δὲ κατέκτεινε· τοιαῦτα γὰρ δὴ πάθη καὶ Ἡρόδοτος ᾄδει. Πολλάκις δέ τις πέλεκυν [14] ἔχων καὶ ξύλα τέμνων κατά τινος παριόντος ἄκων ἠκόντισε τὸ σιδήριον. Τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις, ὡς ἀκουσίοις, ξυγγνώμην οἱ νόμοι προσνέμουσι. Καὶ τὰ ἑκούσια δὲ οὐ σμικρὰν [15] ἔχει διαφοράν. Οὐδὲ γὰρ ἴσον ὑπό τινος ὀργῆς καὶ θυμοῦ τινα παροξυνόμενον πατάξαι τὸν πέλας καὶ παραπέμψαι τῷ θανάτῳ, οὐ τοῦτο προβουλευσάμενον, οὐδὲ ἐπὶ τούτῳ γε παίσαντα, καὶ τὸ ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ λόχου καὶ προνοίας τυρεῦσαι τὸν θάνατον· τὸ μὲν γὰρ ἦν ἀκρασίας θυμοῦ, τὸ δὲ, πονηρίας ἐσχάτης· καὶ τὸ μὲν οὐχ ὅλον, τὸ δὲ ὅλον τῆς γνώμης. Οὕτω καὶ ταῖς τῆς B ἡδυπαθείας [16] οὐχ ἅπαντες ὁμοίως οἱ ἄνθρωποι περιπίπτουσιν ἁμαρτίαις· ἀλλ' οἱ μὲν ἥκιστα περιεργαζόμενοι τὰ εὐπρεπῆ τῶν σωμάτων περιπείρονται [17], ἔσθ' ὅπη δὲ καὶ ὁρῶσιν ἐξαπίνης καὶ καταδουλοῦνται τῷ πάθει, τοῦ λογισμοῦ τῆς ἡγεμονίας ἐξισταμένου· οἱ δὲ βίον ἔχουσι τῷ τῇ [18] τοιᾷδε θεωρίᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑστιᾷν. Καὶ οἱ μὲν οὐδὲ σιτίων οὐδὲ ποτῶν ἀπολαύουσιν [19] ἀδεῶς, ἡττῶνται δὲ ὅμως παλαίοντες, ἐπειδὴ παλαίειν ἐπιστημόνως οὐ βούλονται· οἱ δὲ ὑπερμαζῶσι καὶ τρυφῶσι, καὶ πᾶν εἶδος ἐπινοοῦσι [179] χλιδῆς, καὶ τὰς ἄλλας ὀρέξεις διερεθίζουσι παντοδαπαῖς ἐπινοίαις, καὶ μέντοι καὶ σβεννυμένων ἀσχάλλουσιν. Ἐπειδὴ τοίνυν τοσαύτη τῶν παρανομούντων διαφορὰ, οὐ χρεὼν ἅπασι χαλεπαίνειν C ὁμοίως, ἀλλὰ τοὺς μὲν προδήλως τὸν συώδη [20] βίον ἀσπαζομένους μυσάττεσθαι, τοῖς δὲ ἄλλοις καὶ ξυμβουλεύειν καὶ παραινεῖν, καὶ χεῖρα ὀρέγειν, καὶ [21] θεραπεύειν ἐπιμελῶς, καὶ προσφέρειν τῆς ὑγιείας τὰ φάρμακα· ἐκείνους δὲ, ἤν τι ἐπιμένωσι θηριωδῶς βιοτεύοντες, καὶ περιόντας θρηνήσωμεν, καὶ ἀποθανοῦσι τὸ [22] Σαρδαναπάλου ἐπίγραμμα προσενέγκωμεν. Τῷ γὰρ δὴ ἐκείνου ἐπιγέγραπται τάφῳ·

*Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' [ἔρωτος*
*Τέρπν' ἔπαθον [23] · τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα [λέλειπται.*
*Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασι- [λεύσας.*

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦτο ψευδῶς οἱ γεγραφότες ἐπέγραψαν. D Οὐ γὰρ ἔχει ὁ τελευτήσας ἅπερ ἔφαγε καὶ ἔπιεν, ἀλλ' εἰς τὴν δυσώδη φθορὰν ἐκεῖνα κεχώρηκεν· ἔχει δὲ μόνον τοῦ παρανόμου βίου τὴν δυσοσμίαν, ἣ διηνεκῶς τὴν ψυχὴν ἀλγύνει καὶ ἀνιᾷ, ξυνειδυῖαν ἑαυτῇ τὰ κάκιστα, καὶ μεμνημένην ὧν παρανόμως εἰργάσατο.

Ταύτην ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, δευτέραν καὶ δεκάτην διάλεξιν προσενήνοχα, καὶ ἐπέδειξα τίνα μὲν περὶ

enim præter animi quoque sententiam mortales nos peccamus : atque hæc leges ipsæ appellant involuntaria. Etenim in canem quispiam aut in rem aliam lapidem intorquens, aberravit a scopo, et hominem occidit. Hujusmodi enim casus celebrat et Herodotus. Sæpe autem securim quis tenens, et ligna secans, in transeuntem quempiam ferrum ejaculatur. His et similibus, tanquam involuntariis, **1038** leges dant veniam. Sed et quæ voluntaria sunt, non parum inter se differunt. Neque enim par est peccatum, si quis ira incitatus proximum percusserit, ac neci dederit, qui id ante non sit meditatus, nec eo animo percusserit : et si quis præparatis insidiis, certoque consilio necem intulerit. Illud enim præcipitis fuit iracundiæ, hoc autem supremæ cujusdam malitiæ; et illud non totum, hoc vero totum fuit voluntatis. Sic et in voluptatis peccata non uno modo homines omnes proruunt, sed alii circa venustas facies minime curiosi configuntur : interdum et repente vident, et perturbationi succumbunt, ratione ab imperio suo decussa. Alii in eo vitam consumunt, ut oculos pascant ejusmodi spectaculo. Sunt qui non sine metu cibo potuque utuntur : tamen pugnantes vincuntur, quia pugnare ex arte nolunt. Alii luxui gulæque supra modum indulgent, et omne genus deliciarum excogitant, atque alios quoque appetitus omni artificio irritant, et cum restinguuntur, graviter ac moleste ferunt. Quando igitur tanta est peccantium differentia, parem erga omnes indignationem concipi non decet : sed eos quidem abominari, qui ex professo porcorum vitam sectantur, alios vero et consulendo, et hortando, et manum porrigendo, curare diligenter, eisque salutaria pharmaca exhibere. Illos porro, si pergant **1039** brutorum more vivere, et vivos quidem luctu prosequemur, et mortuis eadem quæ Sardanapalo inscribemus. Illius siquidem tumulo inscriptum fuit :

*Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido*
*Hausit, multa quidem et felicia cuncta reliqui.*

*Nam cinis ecce ego sum, magni qui celsa tenebam*
*Regna Nini.*

Sed enim hoc etiam mentiti sunt qui sic inscripserunt. Neque enim amplius habet, qui vita functus est, ea quæ comedit ac bibit, sed in putrem illa corruptionem abierunt : habet autem solum improbæ vitæ suæ fetorem, qui animam scelerum sibi consciam, et quæ nefarie egit memoria retinentem, continuo angit et discruciat.

Has ego vobis, o viri, duodecim disputationes conscripsi, et ostendi quænam de Deo, deque ma-

## VARIÆ LECTIONES.

[13] του om. C, ἀλόγου D. [14] πέλεκα. πέλεκυν C, V, D. Mox τὸν σίδηρον D. [15] οὐ σμικράν. ὡς μικρὰν C. [16] τῆς ἡδυπαθείας. τῆς om. C. [17] περιπείρονται. περιπήρονται C. [18] τὸ τῇ. τῷ τῇ C. [19] ἀπολαύουσιν. ἀπολαύσουσιν V. [20] τὸν συώδη. τὸν om. C. [21] ὀρέγειν καί. Hic desinit C. [22] τὰ — ἐπιγεγραμμένα. τὸ — ἐπίγραμμα D, V, qui mox ἐπεγέγραπτο. [23] ἔπαθον. ἐδάην D, qui κεῖνα pro πάντα.

Digitized by Google

teria, et mundi fabrica, et de virtute ac vitio senserint Græci philosophi, et quænam iisdem de rebus sacræ nos Litteræ docuerint; et quo pacto illorum quidem jam exstincta sint omnia, et oblivionis caligine involuta, nostra vero hæc floreant ac vigeant, innumerisque per singulas civitates et provincias auditoribus frequententur, ac magistris, Platonica quidem carentibus eloquentia, sed veritatis medicinam præbentibus: et falsorum quidem deorum depulsum errorem, Servatoris autem nostri dogmata promulgata. Hoc enim et **1040** Porphyrius ipse, in iis quæ contra nos scripsit, testatus est. « Nunc autem, inquit, mirantur per tot jam annos civitatem morbo correptam teneri, cum neque Æsculapii, neque aliorum deum sit amplius in eam accessus. Ex quo enim Jesus coli cœptus est, nullus publicam deorum utilitatem persensit. » Hæc Porphyrius omnium nobis infensissimus dixit, apertèque confessus est Jesum, ex quo in eum credi cœptum est, deos potestate cassos reddidisse. Itaque post crucem et salutarem passionem, non amplius imponit hominibus Æsculapius, nec alius quisquam eorum qui dii nuncupantur. Omnem enim illorum cœtum, non secus ac noctuas quasdam lux exoriens, in tenebras compulit. Hujus lucis et vos participes fieri precor. Idcirco enim et scribendi laborem hunc suscepi, et tanquam herbis quibusdam undecunque collectis, salutare vobis pharmacum paravi.

A Θεοῦ καὶ ὕλης καὶ κτίσεως καὶ μέντοι καὶ ἀρετῆς καὶ κακίας τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἔδοξε φιλοσόφοις, καὶ τίνα ἡμᾶς οἱ θεῖοι ἐξεπαίδευσαν [24] λόγοι· καὶ ὡς ἔσβεσται μὲν τὰ ἐκείνων ἅπαντα καὶ παραδέδοται τῷ ζόφῳ τῆς λήθης, ἀνθεῖ δὲ ταῦτα καὶ τέθηλε, καὶ πολλὰς ἔχει καθ' ἑκάστην καὶ πόλιν καὶ χώραν ἀκροατῶν μυριάδας καὶ διδασκάλους, τὴν μὲν Πλατωνικὴν εὐεπίαν οὐκ ἔχοντας, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας ἰατρείαν προσφέροντας· καὶ τῶν μὲν ψευδωνύμων θεῶν τὸν πλάνον ἐληλαμένον [25], τοῦ δὲ ἡμετέρου Σωτῆρος τὰ δόγματα κηρυττόμενα· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὁ Πορφύριος ἐν οἷς καθ' ἡμῶν ξυνέγραψεν εἴρηκε. « Νυνὶ δὲ, φησὶ, θαυμάζουσιν εἰ τοσούτων ἐτῶν κατείληφε νόσος τὴν πόλιν, Ἀσκληπιοῦ μὲν ἐπιδημίας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν οὐκ ἔτι οὔσης. Ἰησοῦ γὰρ τιμωμένου, B οὐδὲ μιᾶς δημοσίας τις θεῶν ὠφελείας ᾔσθετο. » Ταῦτα ὁ πάντων ἡμῖν ἔχθιστος Πορφύριος εἴρηκε, καὶ ἀναφανδὸν ὡμολόγησεν, ὡς πιστευόμενος Ἰησοῦς φρούδους ἀπέφηνε τοὺς θεοὺς, καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ σωτήριον πάθος οὐκ ἔτι φεναχίζει [26] τοὺς ἀνθρώπους ὁ Ἀσκληπιὸς, οὐδὲ ἄλλος τις τῶν καλουμένων θεῶν. Ἅπαντα γὰρ αὐτῶν [180] τὸν ὁρμαθὸν, οἷόν τινας νυκτερίδας, τῷ σκότῳ παρέπεμψεν ἀνατεῖλαν τὸ φῶς. Ταύτης καὶ ὑμᾶς τῆς ἀκτῖνος μεταλαχεῖν ἀξιῶ. Τοῦδε γὰρ χάριν καὶ τὸν πόνον ἀνεδεξάμην, καὶ οἷόν τινας βοτάνας πανταχόθεν συλλέξας, τὸ ἀλεξίκακον ὑμῖν κατεσκεύασα φάρμακον.

VARIÆ LECTIONES.

[24] ἐξεπαίδεσαν om. D. cum lacuna. [25] ἐληλαμένον. ἐληλασμένον D. qui mox σωτῆρος τοῦ ἡμετέρου. [26] φαινακίζει. φεναχίζει D, et mox om. ὁ.

## **1041** ADMONITIO AD LECTOREM.

—

Ex Appendice tomo quarto editionis Sirmondi subjecta non nisi *Liber contra Nestorium*, seu *Epistola ad Sporacium*, et *Librorum* XXVII *adversus Eutychianos argumenta* ad hunc editionis novæ tomum quartum accedunt. *Oratio de divina et sancta charitate* locum in editione nostra nacta est tomo III, p. 1296, post Historiam religiosam. *Epistolæ* in Appendice Sirmondianæ editionis obviæ suo loco inserentur epistolis reliquis. *Reprehensio* denique *Anathematismorum Cyrilli* primum tenebit locum in tomo quinto et ultimo hujus editionis, ne moles hujus tomi nimium augeatur.

—

Digitized by Google

# ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ (1)

## ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

# ΚΑΤΑ ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ

## ΠΡΟΣ ΣΠΟΡΑΚΙΟΝ.

—

# THEODORETI

## EPISCOPI CYRI

# CONTRA NESTORIUM,

## AD SPORACIUM.

—

A Ἐπειδὴ δὲ τοῦ κόσμου (2) παντὸς κατὰ μικρὸν ὑποῤῥέοντος, καὶ πρὸς τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς ἐπειγομένου λύσιν, πᾶς τις ἑαυτὸν ἀξιόχρεων εἶναι τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον ᾤετο, διὰ τὸν ἐξ ἀμαθίας τῦφον οὐδενὸς μανθάνειν ἀνεχομένου, οὐκέτι λοιπὸν ὁ ἀνθρωποκτόνος δαίμων, ὁ τοῦ ψεύδους πατὴρ, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς, τοῖς ἔξωθεν καὶ φανεροῖς (3) πολεμίοις κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ὡπλίζετο· ἀλλ' εὑρὼν ὄργανον, πᾶσαν ὡς εἰπεῖν ἀθρόως αὐτοῦ τὴν τέχνην ὑποδεχόμενον, ἐν τῷ τῆς ὀρθοδοξίας προσχήματι τὴν ἄρνησιν τῆς θεότητος ὁμοῦ καὶ φιλανθρωπίας τοῦ Μονογενοῦς παρεισάγει, τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀτεχνολόγητον τῆς πίστεως ἡμῶν Ἑλληνικοῖς συνταράττων σοφίσμασι. Νεστόριόν που πάντως ἀκούετε· καὶ γὰρ ἐπίσημος ὁ ἀνήρ. Οὗτος ἐκ τῆς Γερμανικέων πολίχνης ὁρμώμενος, οὐκ οἶδα ποδαποῖς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐντεθραμ- B μένος ἐπιτηδεύμασιν, ἄλλην ἐξ ἄλλης ἀμείβων χώραν, καθάπερ Αἰγυπτιακὴ μάστιξ, τῇ μεγάλῃ τῶν Ἀντιοχέων ἐνέσκηψε πόλει. Ἐν ταύτῃ λόγων ἐλευθερίων μετρίως μετεσχηκὼς, φωνήν τε ὅτι καλλίστην καὶ μεγίστην ἀσκήσας, τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ προσιὼν (4) εἰσεφθάρη, καὶ τῷ καταλόγῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐναρίθμιος γεγονὼς, τόν τε τοῦ Θεοῦ λαὸν διδάσκειν (5) πεπιστευμένος, ἔδειξεν εὐθὺς ἐν προοιμίοις, οἷος παρὰ πάντα τὸν βίον γενήσεται. Οὐ γὰρ τὸν εὐγενῆ καὶ γόνιμον, καὶ γεωργῆσαι ψυχὰς ἀνθρώπων δυνάμενον, ἐζήλωσε χαρακτῆρα τῶν λόγων· ἀλλὰ πρὸς τὸ δημοτερπὲς ἀποκλίνας, καὶ τῶν εἰς ἀέρα λυομένων κρότων θηρευτὴς, εἰ καί τις ἄλλος,

Postquam mundo paulatim labente, et ad hujus universi dissolutionem festinante, unusquisque se idoneum pietatis magistrum **1042** existimavit, cum propter ignorantiæ fastum nemo discere sustineret, homicida dæmon, mendacii pater, zizaniorum seminator, non amplius per externos et manifestos hostes adversus Ecclesiam arma movit : sed instrumentum nactus, quod omnem, ut ita dicam, subito ejus artem susciperet, sub rectæ opinionis specie, divinitatis simul et humanitatis Unigeniti negationem inducit, simplicem et artificio carentem fidem nostram Græcanicis conturbans argutiis. De Nestorio prorsus audivistis. Vir enim est illustris. Hic ex Germanicensium ortus oppidulo, nescio cujusmodi ab initio studiis educatus, aliam ex alia regionem commutans, ut flagellum quoddam Ægyptiacum, in magnam Antiochenorum civitatem irrupit. In hac cum liberalibus disciplinis mediocriter esset imbutus, vocemque pulcherrimam et maximam exercuisset, in Ecclesiam Dei se ingessit, et in numerum presbyterorum relatus est, docendique populi munere imposito, statim in exordio qualis tota vita esset futurus ostendit. Neque enim generosum et genitalem, quique hominum animas excolere posset, dicendi characterem secutus est. Sed cum ad populi delectationem orationem suam conferret, et inanes plausus ut qui maxime aucuparetur, **1043** turbulentum et instabile vulgus ad sui desiderium excitavit, fusca veste indutus, tristis incedens, stre-

(1) Maximam hujus libelli partem ejusdem esse C argumenti cum capite duodecimo libri quarti *Hæret. fabularum*, et fuisse qui hunc librum Theodoreto suppositum esse temere pronuntiarent, supra jam monuimus, p. 368.

(2) παντός. Des. supra, l. c.

(3) Ibid. φανερῶς.

(4) Supra, p. 369. προϊών.

(5) διδάσκειν. Supplenda fuit vox ista, quæ exstat l. c.

Digitized by Google

pitus forenses declinans, pallore corporis continens videri affectans, libris domi ut plurimum incumbens, ac in otio et quiete secum habitans. Hoc habitu et hac simulatione populum inescans, magnam ætatis partem transegit, Christianus videri potius quam esse studens, et Christi * gloriæ suam præferens. Quoniam autem, ut a Domino dictum est, « Nihil est occultum quod non sciatur, neque opertum quod in lucem non veniat [1]; » et : « Bona opera manifesta sunt, et quæ aliter se habent celari non possunt [2], » per impervestigabilem Dei judiciorum abyssum, Nestorius eorum qui in palatio sedibusque pontificalibus versabantur, et ipsius qui orbis terrarum sceptra tunc regebat, suffragio, catholicæ orthodoxorum Constantinopolitanæ Ecclesiæ, orbisque adeo universi principatum adipiscitur. Ibi deinceps acta sunt illa, quæ terram et mare propemodum impleverunt. Ut enim maximam illam sedem accepit, et pontificatus præfecturam velut tyrannidem quamdam arripuit, impietatem,
1044 quam parturiebat, amplius continere non potuit : sed ex potestate quam habebat, stolidam assumens licentiam, profert in medium, omnibusque exponit, quam jam olim adversus Unigenitum conceperat blasphemiam, bellumque contra dogmata apostolica palam gerit : et sanctorum Patrum, qui ex quo annuntiatum est Evangelium, orthodoxorum fidei præfuerant, dicta rejicere contendit, regiæ urbis turbans Ecclesiam, orbemque simul turbans universum; divinum Paulum nihili faciens, qui clamat : « Qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicunque sit ille [3]. » Sed super candelabrum divini pontificum suggestus, non lucernam veritatis, sed tenebras ponit impietatis. Primus autem initæ novitatis gradus fuit, non oportere sanctam virginem, quæ Dei Verbum peperit, quod ex ea carnem suscepit, Deiparam confiteri, sed Christiparam duntaxat : cum tamen antiquissimi orthodoxæ fidei prædicatores, juxta traditionem apostolicam, Deiparam docuerint nominare et credere Domini matrem. Age nunc vero blasphemum artificium et observationem nulli antea cognitam in medium producamus.

A γενόμενος, τὸ συρφετῶδες καὶ ἀστάθμητον πλῆθος πρὸς τὸν οἰκεῖον ἐξεκαλέσατο πόθον, φαιὸν περιβεβλημένος ἱμάτιον, ἐστυγνακὼς βαδίζων, τοὺς ἀγοραίους ἐκκλίνων θορύβους, ὠχρότητι σώματος τὸ δοκεῖν ἐγκρατὴς εἶναι θηρώμενος, οἴκοι τὰ πολλὰ βιβλίοις προσανέχων, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἑαυτῷ συγγινόμενος. Τοιούτοις σχήμασί τε καὶ πλάσμασι τοὺς πολλοὺς δελεάζων, μέχρι πόῤῥω προῆλθε τῆς ἡλικίας, τὸ δοκεῖν Χριστιανὸς εἶναι πρὸ τοῦ εἶναι διώκων, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ δόξης τὴν ἑαυτοῦ προτιμῶν. Ἐπεὶ δὲ, κατὰ τὸ εἰρημένον τῷ Δεσπότῃ, « Οὐδὲν κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται, οὐδὲ ἀπόκρυφον, ὃ οὐ μὴ εἰς φανερὸν ἔλθῃ· » καὶ, « Τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλά ἐστι, καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα κρυβῆναι οὐ δύναται· » κατὰ τὴν ἀνεξιχνίαστον (6) τῶν τοῦ Θεοῦ κρι- B μάτων ἄβυσσον, καὶ Νεστόριος, ψήφῳ τῶν περὶ τὰ βασίλεια καὶ τοὺς θρόνους, καὶ αὐτοῦ τοῦ τηνικαῦτα τῆς οἰκουμένης τὰ σκῆπτρα διέποντος, τὴν (7) κατὰ Κωνσταντινούπολιν τῶν ὀρθοδόξων καθολικῆς Ἐκκλησίας τὴν προεδρίαν πιστεύεται, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. Ἐνταῦθά μοι λοιπὸν καὶ τὰ δράματα, ὧν μικροῦ πλήρης πᾶσα γῆ τε καὶ θάλασσα. Ὡς γὰρ τὸν μέγιστον ἐκεῖνον κατέλαβε θρόνον, καθάπερ τινὰ τυραννίδα τῆς ἀρχιερωσύνης τὴν προστασίαν ἁρπάσας, οὐκέτι κατέχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν ὠδῖνα τῆς ἀσεβείας οἷός τε ἦν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐξουσίας προσλαβὼν ἀμαθῆ παῤῥησίαν, εἰς μέσον ἄγει καὶ προτίθησιν ἅπασιν, ἣν πάλαι συνέλαβε (8) κατὰ τοῦ Μονογενοῦς βλασφημίαν· καὶ πόλεμον ἄντικρυς κατὰ τῶν ἀποστολικῶν αἱρεῖται δογμάτων, καὶ τῶν ἁγίων πα- C τέρων, τῶν ἀφ' οὗ κατηγγέλη (9) τὸ Εὐαγγέλιον τῆς τῶν ὀρθοδόξων καθηγησαμένων πίστεως, ἐκβαλεῖν πειρᾶται τοὺς λόγους· ταράττων μὲν τῆς βασιλίδος πόλεως τὴν Ἐκκλησίαν, ταράττων δὲ καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, οὐδὲν τοῦ θεσπεσίου Παύλου κεκραγότος ἐπιστρεφόμενος· « Ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς βαστάσει τὸ κρίμα, ὅστις ἂν ᾖ. » Ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν τοῦ θείου τῶν ἀρχιερέων βήματος, οὐ τὸν λύχνον τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ τὸν ζόφον τίθησι τῆς ἀσεβείας (10). Γίνεται δὲ αὐτῷ πρῶτον τῆς καινοτομίας ἐγχείρημα, τὸ μὴ δεῖν τὴν ἁγίαν Παρθένον, τὴν τοῦ Θεοῦ (11) Λόγου κατὰ σάρκα μητέρα, Θεοτόκον ὁμολογεῖν, Χριστοτόκον δὲ μόνον, τῶν πάλαι καὶ πρόπαλαι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως κηρύκων κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν Θεοτόκον διδαξάντων ὀνομάζειν τε (12) καὶ πιστεύειν τὴν τοῦ Κυρίου μητέρα. Φέρε δὴ οὖν μοι λοιπὸν τὴν βλάσφημον τεχνολογίαν, καὶ παρατήρησιν οὐδενὶ πρότερον ἐγνωσμένην, εἰς μέσον (13) ἀγάγωμεν.

1045 Christi appellatio, inquit, duas naturas significat, divinitatem Unigeniti, et humanitatem : Dei autem vox absolute prolata, simplicem et incorpoream Dei Verbi substantiam repræsentat : hominis vero, solam humanam * naturam ostendit. Propterea Christiparam, inquit, et non Deiparam Virginem fateri necesse est, ne

D Ἡ τοῦ Χριστοῦ προσηγορία, φησὶ, τῶν δύο φύσεών ἐστι σημαντικὴ, τῆς τε θεότητος τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ ἀπολύτως λεγομένη φωνὴ (14), τὴν ἁπλῆν καὶ ἀσώματον τοῦ Θεοῦ Λόγου παρίστησιν οὐσίαν· ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, μόνην τὴν ἀνθρωπείαν ὑποδείκνυσι φύσιν· διὰ τοῦτο Χριστοτόκον φησὶν, ἀλλ' οὐ Θεοτόκον τὴν Παρθένον ὁμο-

[1] Marc. IV, 22. [2] I Tim. V, 25. [3] Galat. V, 10.

(6) Supra pag. 370, leg. ἀνιχνίαστον. Alii ἀνεξίκακον. Vide l. c. schol. 95.
(7) Ibid. τῆς.
(8) συνέλ. Ibid. post κατὰ τοῦ Μονογ. ponitur.
(9) Ibid. ἀφ' οὗ κατηγγέλθη.
(10) ἀσ. Alii, ἀσαφείας. Vid. pag. 371, schol. 97.

(11) Ibid. τὴν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον τεκοῦσαν ἐξ αὐτῆς σάρκα λαβόντα, Θεοτόκον ὁμολογεῖν.
(12) τε. Des. supra, l. c.
(13) μέσον. Ibid. præm. τό.
(14) φωνή. Inscrenda fuit hæc vox, quæ exstat p. 371.

Digitized by Google

λογεῖν ἀναγκαῖον, μήποτε λάθωμεν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λέγοντες τὸν Θεὸν Λόγον ἐκ τῆς ἁγίας εἰληφέναι (15) Παρθένου, καὶ οὕτω προγενεστέραν τὴν μητέρα τοῦ γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς κατὰ τὸ ἀκόλουθον ὁμολογεῖν βιασθῶμεν. Ἵνα δὲ μὴ δόξω λοιδορίαις κεναῖς ταῦτα τοῦ ἀνδρὸς κατηγορεῖν, αὐτὸν ἐκεῖνον οἷς εἶπε τῆς οἰκείας ἀσεβείας ποιήσομαι μάρτυρα. Τῶν γὰρ ἀποστολικῶν διδαγμάτων, καὶ παντὸς ἁγίου μνήμην τῆς ἑαυτοῦ διανοίας ὑπερορίσας, ἐν τῇ τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησίᾳ πολλὰς τοιαύτας ἐξεβόησε φωνάς· Οὐκ ἔτεκεν (16), ὦ βέλτιστε, Μαρία Θεὸν, ἀλλ' ἔτεκεν ἄνθρωπον, θεότητος ὄργανον. Καὶ ἐν ἑτέροις δὲ πάλιν φληνάφοις· Ἀνέγκλητος Ἕλλην, μητέρα θεοῖς ἐπεισάγων. Ταῦτα μὲν ὡς ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα μοι τῶν ἐκείνου τέως εἰρήσθω, πρὸς τὰ ἑξῆς ἐπειγομένου τοῦ λόγου. Ὅθεν ἐπειδὴ θανάτῳ ἐξαισίῳ ἀπολοῦνται παράνομοι, τῆς τε ἀρχιερωσύνης διὰ τῶν ἐν Ἐφέσῳ (17) συναθροισθέντων ἁγίων ὑπὸ τῆς θείας ἐξεβάλετο ψήφου, καὶ βασιλικῷ νεύματι τὴν Ὄασιν καταδικασθεὶς οἰκεῖν, τῆς μελλούσης τῶν ἀσεβῶν κολάσεως ἐντεῦθεν ἐδέξατο τὰ προοίμια, παρανάλωμα τῆς οἰκείας φρενοβλαβείας γενόμενος, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ πληρώσας τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο λόγιον, ὅτι « Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσιν, προάγουσαι εἰς κρίσιν. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἐξητασμένα, παραδραμεῖν ἀναγκαῖον. Ἐπὶ (18) δὲ τὰ ἑξῆς ἴωμεν, καὶ εἰς τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων ὁμολογίαν μετέλθωμεν.

Ἡμεῖς τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς πανταχοῦ πειθόμενοι δόγμασι, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἁγίων Πατέρων, τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς Δημιουργόν τε καὶ Κύριον, τὸν μονογενῆ τοῦ Πατρὸς Υἱὸν, τὸν προαιώνιον, τὸν ἀμιγῆ σώματος καὶ πάντων ὅσα σώματος, τὸν πάντα ὄντα ὅσα καὶ ὁ Πατὴρ, πλὴν ἑνὸς μόνου τοῦ εἶναι Πατὴρ, πιστεύομεν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ὑπὸ τῆς αὐτοῦ κινηθέντα φιλανθρωπίας, εὐδοκίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, ὁμοούσιον τῇ τικτούσῃ σάρκα λαβόντα καὶ γενόμενον ἄνθρωπον, γεννηθῆναι Θεὸν μετὰ τοῦ προσλήμματος, οὐχ ὅπερ ἦν ἀποβαλόντα (τροπῆς γὰρ πάσης τὸ θεῖον ἐλεύθερον), ἀλλὰ προσειληφότα τὸ γενέσθαι καὶ ἄνθρωπον. Τοῦτον, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν λόγον, πειραθῆναι καὶ τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν κατὰ πάντα, καθ' ὁμοιότητα καὶ νόμον τὸν ἀνθρώπειον, χωρὶς ἁμαρτίας· τὸ γὰρ πεινῆσαι, καὶ κοπιάσαι, καὶ δακρῦσαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τῆς ἀνθρωπείας φύσεως παρίστησι τὴν ἀλήθειαν· σταυρωθῆναί τε ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀναληφθῆναι εἰς τοὺς οὐρανοὺς, τῷ οἰκείῳ Πατρὶ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον παρὰ πάσης νοητῆς τε καὶ αἰσθητῆς φύσεως· καὶ αὐτὸν πάλιν ἐλεύσεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὐδὲν ὑπὸ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς εἰς τὴν θείαν ἐλαττωθέντα φύσιν· ἀλλ' ἕνα Θεὸν μονογενῆ καὶ Κύριον τοῦ παντὸς, μετὰ τῆς

A imprudentes dicamus Deum Verbum initium ex sancta Virgine sumpsisse, atque ita antiquiorem matrem eo qui ex ea natus est, ex consequenti confiteri cogamur. Ne videar autem inanibus conviciis hæc in illum jactare, illum ipsum suis verbis testem producam. Apostolicorum enim documentorum, et sanctorum quorumcunque memoriam ex cogitatione sua exterminans, in orthodoxorum Ecclesia multas istiusmodi voces edidit : Non peperit, optimi viri, Maria Deum, sed hominem peperit divinitatis instrumentum. Et in aliis rursus magis : Culpa vacat gentilis, qui diis matrem inducit. Hæc a me pauca de multis dicta sint, dum ad sequentia festinat oratio. Unde quoniam horrenda morte peribunt impii, pontificatu per sanctos Ephesi congre-

B gatos **1046** divino suffragio dejectus est, et jussu imperatoris Oasim habitare jussus, futuri impiorum supplicii illinc sumpsit exordium, suæ ipsius amentiæ factus ludibrium, et in se dictum illud complens Apostoli : « Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium [a]. » Sed hæc quidem, ut quæ ab aliis multis examinata sunt, prætere consentaneum est. Pergamus igitur ad sequentia, et ad sanctorum Patrum confessionem veniamus.

Nos, evangelicis et apostolicis ubique dogmatibus obsequentes, juxta sanctorum Patrum traditio-

C nem, Deum Verbum, universi hujus Conditorem ac Dominum, unigenitum Patris Filium, sæculis anteriorem, corporis et omnium quæ sunt corporis, expertem, in quo sunt omnia quæ in Patre, præterquam esse Patrem, credimus in novissimis diebus, sua ipsius benignitate permotum, Deique Patris bona voluntate, ex sancta Virgine consubstantiali carne sumpta hominem factum, Deum una cum eo quod assumpsit natum esse, non eo abjecto quod erat (Deus quippe ab omni mutatione liber est), sed hoc adjuncto, quod homo etiam factus sit. Hunc, sicut ait Apostolus [b], humanis quoque **1047** affectionibus tentatum fuisse per omnia, pro similitudine et lege humana, absque peccato. Esuriisse enim, et fatigatum ac lacrymatum esse,

D et alia ejusmodi, humanæ naturæ veritatem demonstrant : crucifixumque esse sub Pontio Pilato, et mortuum ac sepultum esse, et tertio die resurrexisse, atque in cœlos assumptum esse, cum Patre simul adoratum et glorificatum ab universa intellectu sensuque prædita natura : et ipsum rursus venturum ad judicandos vivos et mortuos, nullo pacto ex servi forma imminutum a divina natura : sed unum Deum unigenitum et Dominum universi, cum propria carne, quem omnes confitentur et

[a] I Tim. v, 24. [b] Hebr. iv, 15.

(15) Supra. l. c. leg. εἰληφότα.

(16) Ἔτ. Sirm. editio h. l. et post pauca hab. ἔτοκεν, pro τέτοκεν, ut videtur. Maluimus scribere ἔτεκεν, ut supra, p. 372, legitur.

(17) Ἐφ. Loco cit. præm. τῇ.

(18) ἐπὶ — ἴωμεν. Hæc sunt ultima, p. 372.

Digitized by Google

A semper adorant. Hac de causa Deipara, vir bone, ab iis qui Christum tanquam Deum adorant, Virgo prædicatur : non quasi divina natura Unigeniti essentiæ suæ principium ex ea sumpserit; Deus enim et nunc est, et erit, et erat in principio, neque ab ullo unquam ut esset principium sumpsit : sed cum jam exsisteret Deus Verbum, incarnationis, dispensationisque erga nos suæ initium fecit virginei et immaculati uteri habitationem. Atque hujus rei testis est apostolus Paulus, testis est etiam divinus evangelista Joannes. Sanctus quidem Paulus sic exclamans : « Misit Deus Filium suum, » qui erat videlicet (neque enim mittitur quod non est, **1048** sed fit), « factum ex muliere, legi subjectum.[6] » Qui autem filius tonitru, propter grandisona cœ-
B lestiaque dogmata, a Domino appellatus est Joannes, cum dixisset [7], Deum esse Verbum, et in principio, et apud Deum fuisse, et semper esse, et omnia per ipsum facta esse, et Dominum esse omnium : et cum ostendisset, sine principio ipsius essentiam esse, et consubstantialem Patri, tanquam Unigeniti : tum ad arcanos etiam incarnationis sermones descendens, ait : « Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [8]. » Quomodo ergo non Deipara, o mortalium omnium, ut putas, sapientissime, quæ Deum Verbum, et in utero gestavit hominem factum, et peperit, et mater ejus quem peperit, necessario creditur? Sed et prophetæ omnes hæc prædicant. An Isaiam vociferan-
C tem non audisti : « Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel [9]. » Non juxta te, et deliras tuas nugas, organum Deitatis (pariet), sed Deum * nobiscum, hominem sicut nos factum. Et Jeremiam, qui et ipse Verbum incarnatum Deum esse profitetur his verbis : « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius ad eum : hic invenit omnem viam disciplinæ [10]. » **1049** Et post pauca : « Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [11]. » Et Præcursoris matrem ab adorando Spiritu prophetice incitatam, et exclamantem : « Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me [12]? » Hæc quæ a multis antehac dicta sunt, et nunc itidem dicuntur, prætergredi necesse est. Quod ergo Deipara sit sancta Virgo,
D sanis mentibus sufficiunt quæ diximus : sed doctam ejus argumentationem paucis evertere conabor.

Paulo itaque superius, *Christi*, aiebat, appellatio duas naturas designat, *Deus* vero simplicem et incompositam, *Homo* autem humanam repræsentat naturam. Quid ais? Ergo cum Dominus in Evangeliis diviniora, et, ut ipse loquitur, cœlestia docens, Nicodemo diceret (tanquam enim cum divinarum Litterarum perito tecum agam) : « Nemo

ἰδίας σαρκὸς ὁμολογούμενόν τε καὶ εἰς ἀεὶ προσκυνούμενον· διὰ τοῦτο Θεοτόκος, ὦ βέλτιστε, παρὰ τῶν τὸν Χριστὸν ὡς Θεὸν προσκυνούντων ἡ Παρθένος κηρύττεται· οὐχ ὡς τῆς θείας φύσεως τοῦ Μονογενοῦς ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐξ αὐτῆς· Θεὸς γάρ ἐστι τε καὶ ἔσται καὶ ἦν ἐν ἀρχῇ, οὐδέποτε παρ' οὐδενὸς ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβών· ἀλλ' ὢν ἤδη, τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς παρθενικῆς καὶ ἀχράντου νηδύος τὴν οἴκησιν. Καὶ τούτου μάρτυς μὲν ὁ ἀπόστολος Παῦλος· μάρτυς δὲ ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης. Ὁ μὲν ἅγιος Παῦλος οὑτωσὶ κεκραγώς· « Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ· » τὸν ὄντα δηλονότι· οὐ γὰρ ἀποστέλλεται τὸ μὴ ὄν, ἀλλὰ γίνεται· « γενόμενον (19) ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ δὲ βροντῆς υἱὸς διὰ τὸ μεγαλόφωνον καὶ οὐράνιον τῶν δογμάτων παρὰ τοῦ Δεσπότου κληθεὶς Ἰωάννης, πρότερον εἰπὼν, ὅτι Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, καὶ ἐν ἀρχῇ, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν, καὶ ἀεὶ ἦν, καὶ ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὅτι πάντων ἐστὶ Κύριος αὐτὸς, καὶ δείξας ἄναρχον αὐτοῦ τὸ εἶναι καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, καθάπερ Μονογενοῦς· τότε καὶ πρὸς τοὺς ἀποῤῥήτους τῆς οἰκονομίας καταβαίνων λόγους, φησίν· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Πῶς οὖν οὐ Θεοτόκος, ὦ πάντων ἀνθρώπων, ὡς οἴει, σοφώτατε, ἡ τὸν Θεὸν Λόγον κυοφορήσασά τε γενόμενον ἄνθρωπον, καὶ γεννήσασα, καὶ μήτηρ εἶναι τοῦ γεννηθέντος ἀναγκαίως πιστευομένη; Καὶ πάντες οἱ προφῆται ταῦτα κηρύττουσιν. Ἢ οὐκ ἤκουσας τοῦ μὲν Ἡσαΐου βοῶντος· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ; » οὐ, κατὰ σὲ, καὶ κατὰ τὰς σὰς λῃρῳδίας, θεότητος ὄργανον, ἀλλὰ Θεὸν μεθ' ἡμῶν, καθ' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον. Τοῦ δὲ Ἱερεμίου, καὶ αὐτοῦ θεολογοῦντος τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον, ἐν οἷς φησιν· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Καὶ τῆς τοῦ προδρόμου δὲ μητρὸς ὑπὸ τοῦ προσκυνητοῦ Πνεύματος προφητικῶς κινουμένης τε καὶ βοώσης· « Πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με; » Ταῦτα πολλοῖς πρότερον εἰρημένα, καὶ νῦν δὲ οὐδὲν ἧττον λεγόμενα, παραδραμεῖν ἀναγκαῖον. Ὅτι μὲν οὖν Θεοτόκος ἡ ἁγία Παρθένος, ἱκανὰ τοῖς εὐγνώμοσι τὰ εἰρημένα. Τὴν δὲ σοφὴν αὐτοῦ τεχνολογίαν διὰ βραχέων ἀνατρέψαι πειράσομαι.

Μικρὸν δὲ ἄνωθεν, ἡ *Χριστὸς*, φησὶ, προσηγορία τῶν δύο φύσεών ἐστι σημαντική· ἡ δὲ *Θεὸς*, τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσυνθέτου· ἡ δὲ *ἄνθρωπος*, τὴν ἀνθρωπείαν παρίστησι φύσιν. Τί λέγεις; Ὅταν οὖν ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τὰ θειότερα, καὶ ὡς αὐτὸς εἶπεν ἐπουράνια διδάσκων, πρὸς τὸν Νικόδημον λέγῃ (ὡς γὰρ εἰδότι σοι τὰς θείας διαλέξομαι Γρα-

[6] Galat. iv, 4. [7] Joan. i, 1-3. [8] ibid. 14. [9] Isa. i, 14; coll. Matth., i, 23. [10] Baruch. iii, 36, 37. [11] ibid. 38. [12] Luc. i, 43.

(19) γενόμ. t. III. pag. 382, leg. γεννώμενον, *natum*.

Digitized by Google

φάς· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. » Ἐπειδὴ Υἱὸν ἀνθρώπου σαφῶς εἶπεν, ἄρα τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐροῦμεν ἐκ τῶν οὐρανῶν κατεληλυθέναι κατὰ τὴν ἀσεβῆ καὶ ἄσοφόν σου σοφίαν; Τοῖς γὰρ σοῖς κατὰ σοῦ χρήσομαι σοφίσμασιν. Ἄπαγε τῆς βλασφημίας. Οὐ γὰρ ἡ τοῦ Δεσπότου σὰρξ ἐκ τῶν οὐρανῶν κατελήλυθεν, ἢ (20) τὰ πάντα πληροῖ. Ἀλλ' ἐνταῦθα περὶ τῆς θεότητός ἐστιν ὁ λόγος τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ· ὁ γὰρ καταβὰς ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ πάντα πληρῶν, καὶ μὴ ἀπολιμπάνων ἐκεῖνα ὅθεν κατέβη, ὁ Θεός ἐστι Λόγος, διὰ τοῦ προφήτου βοῶν· « Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει Κύριος. » Καὶ πάλιν· « Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; » καί· « Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. » Καθὸ (21) μὲν Θεὸς, ἐν οὐρανῷ τε ὢν, καὶ κατιὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὰ πάντα πληρῶν· καθ' ὃ δὲ ἄνθρωπος γέγονε, μετὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν, ἀνιών τε εἰς οὐρανοὺς, καὶ τῷ οἰκείῳ Πατρὶ συνδοξαζόμενος. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ τὸ εἰρημένον τῷ ἱεροψάλτῃ Δαβίδ. « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Ἰδοὺ τῆς περιττῆς σου τῶν λόγων σοφίας ἀκριβὴς ἔλεγχος ἡ τοῦ Κυρίου φωνή. Υἱὸν γὰρ ἀνθρώπου προτάξας καταβαίνοντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ὄντα ἐν ἐκείνοις ὅθεν κατέβη· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπών· « Ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ· » τὴν θείαν καὶ πάντα περιέχουσαν ἐδήλωσεν οὐσίαν, πρὸς ἡμᾶς τῷ τῆς οἰκονομίας κατιοῦσαν λόγῳ, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐν ἑαυτῇ φύσιν πρὸς τὸν πατρικὸν ἄγουσαν θρόνον, κατὰ τὸ εἰρημένον τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ· « Καὶ αὐτὸν ἤγειρεν τὸν Χριστὸν ἐκ τῶν (22) νεκρῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ (23), ὑπεράνω πάσης Ἀρχῆς, καὶ Ἐξουσίας, καὶ Δυνάμεως, καὶ Κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. » Οὐ δή που τῆς θείας τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τῆς τοῦ Πατρὸς δόξης ἀξιουμένης· ἀλλὰ τότε, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, τοῦ Θεοῦ Λόγου τῇ τοῦ Πατρὸς δόξῃ τιμωμένου τε καὶ προσκυνουμένου μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. Καὶ ἑτέρωθι δὲ ὁ αὐτὸς ἀπόστολος Παῦλος ἐκβάλλει σου ταύτην τὴν κενοφωνίαν. Κορινθίοις γὰρ ἐπιστέλλων φησίν· « Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. » Ἰδοὺ μόνου προσηγορίαν ἀνθρώπου προτάξας, ἐπήγαγεν· *Ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ*, τὴν θείαν διὰ τοῦ ἐξ οὐρανῶν εἰπεῖν ἑρμηνεύων οὐσίαν. Καὶ Θεὸν δὲ πολλάκις λέγοντες οἱ θεοφόροι προφῆται καὶ ἀπόστολοι, τὴν ἀνθρωπείαν ὑποτίθενται φύσιν. Ὁ μὲν Ἱερεμίας βοῶν· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. » Εἶτα, ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγω· « Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Οὐ δήπου

A ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo [13], » quia Filium hominis aperte dixit, an humanam naturam de cœlis descendisse dicemus, juxta impiam et stultam sapientiam tuam? Tuis enim contra te utar sophismatis. Facessat blasphemia. Nec enim de cœlis descendit Domini caro, nec implet omnia: **1050** sed de divinitate Christo Domino hic sermo est. Qui enim de cœlis descendit, et implet omnia, nec illa deserit unde descendit, Deus est Verbum, per prophetam clamans: « Nonne cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus [14]. » Et rursus: « Quis mensus est aquas manu, et cœlum palmo, et omnem terram pugillo [15]? » Et: « Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum [16]. » Quate- B nus Deus est, in cœlo exsistens, et ad nos descendens, et omnia implens: quatenus autem homo factus est, post sui ad nos demissionem, et ad cœlos sublatus, et cum Patre glorificatus. Hoc enim id quoque significat, quod sacer Psaltes ait: « Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis [17]. » Ecce inanis verborum tuorum sapientiæ vox Domini valida est refutatio. Filium enim hominis cum prius dixisset, descendentem de cœlo et in illis manentem unde descendit (hoc quippe declaravit dicens: « Qui est in cœlo »), divinam et omnia continentem substantiam designavit, quæ ad nos per incarnationem descendit nostramque in se naturam ad paternum thronum extulit, sicut a di- C vino Paulo dictum est: « Et illum suscitavit Christum a **1051** mortuis, et constituit ad dexteram suam supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro [18]. » Non utique quod divina Unigeniti substantia, post resurrectionem a mortuis, Patris gloriam sit consecuta: sed quod tunc, post ascensum in cœlos, Dei Verbum cum propria carne Patris gloria honoratum fuerit, et adoratum. Et alio loco etiam idem Paulus apostolus futilem istam orationem tuam refellit. Ad Corinthios enim scribens: « Primus, inquit, homo de terra, terrenus; secundus homo Dominus de cœlo [19]. » Ecce solius hominis voce præmissa, subjecit, *Dominus de cœlo*, D divinam per id quod *de cœlis* dixerat interpretans substantiam. Sed et Deum sæpe nominantes divini prophetæ et apostoli, humanam subjiciunt naturam. Jeremias exclamans: « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius ad eum [20]; » ac deinde, ne singula referam: « Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus [21]. » Non utique hominum oculis percipiendam Unigeniti divinitatem vaticinans: **1052** sed in eo quod ait, *visus est*, Dei Verbi carnem aperte demonstrans. Ejus-

[13] Joan. III, 13. [14] Jerem. XXIII, 24. [15] Isa. XL, 12. [16] Isa. LXVI, 1. [17] Psal. CIX, 1. [18] Ephes. I, 20, 21. [19] I Cor. XV, 47. [20] Baruch, III, 36. [21] ibid. 38

(20) ἢ. Edit. Sirm. ἣ, sed scribendum fuit ἥ.
(21) καθό. Aut καθ' ὅ, ut post pauca.
(22) τῶν. Des. t. III, p. 408
(23) αὐτ. Loco cit. sequitur ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.



Digitized by Google

dem quoque est sententiæ, quod in psalmo XLIX a A divino Davide dictum est : « Deus manifeste veniet [22]. » Sophonias item propheta id ipsum exprimit, dicens : « Apparebit Dominus super eos, et disperdet omnes deos gentium terræ [23]. » Nec minus evangelista Joannes arcanum hoc prædicat mysterium : « Quod fuit ab initio, dicens, quod audivimus, quod vidimus, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ [24], » haud sane incorpoream et invisibilem Dei Verbi naturam manibus contrectari sciens, sed Dei Verbi corpus Verbi appellatione honorans. Sic enim se res habet, et hanc nobis fidem * tradiderunt qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis, et qui post illos omnes fuit sacer sanctorum Patrum numerus. Quod postquam Unigenitus, Dei Verbum, Deus manens, homo sicut nos factus est, affectio- B nesque nostras in seipso per servi formam suscepit, nec vocabulis, nec natura deinceps a propria carne **1053** sejungitur : sed sive hominem dixerit, Deum Verbum dicit, sive Deum nominarit, nihilo secius cum carne sua nominat. Atque hæc quidem hactenus. Neque enim propositum nobis est testimoniorum multitudinem proferre, sed imperitam technologiam et falsam observationem redarguere.

τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς ὀφθαλμοῖς ἀνθρώπων ληπτὴν ἔσεσθαι προφητεύων· ἀλλὰ διὰ τοῦ Ὤφθη τὴν σάρκα τοῦ Θεοῦ Λόγου σαφῶς ὑποδείκνυσιν. Τῆς δὲ αὐτῆς ἔχεται διανοίας καὶ τὸ ἐν τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ παρὰ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ εἰρημένον· « Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει. » Καὶ Σοφονίας δὲ ὁ προφήτης τὸ αὐτὸ τοῦτο προφητεύει λέγων· « Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς. » Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τὸ ἀπόῤῥητον τοῦτο κηρύττει μυστήριον· « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, λέγων, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἐθεασάμεθα (24) καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς. » Οὐ δήπου τὴν ἀσώματον καὶ ἀόρατον τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν χερσὶ ψηλαφωμένην εἰδὼς, ἀλλὰ τὸ σῶμα τοῦ Θεοῦ Λόγου B προσηγορίᾳ τιμῶν. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει, καὶ ταύτην ἡμῖν παρέδοσαν τὴν πίστιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, καὶ ὁ ἱερὸς τῶν μετ' ἐκείνους ἅπαντας ἁγίων Πατέρων κατάλογος. Ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν Μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ μεῖναι Θεὸν, καὶ εἰς ἑαυτὸν διὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς τὰ ἡμέτερα καταδέξασθαι πάθη, οὔτε προσηγορίαις, οὔτε τῇ φύσει λοιπὸν ἀπὸ τῆς ἰδίας μερίζεται σαρκός· ἀλλὰ κἂν ἄνθρωπον εἴπῃ, τὸν Θεὸν Λόγον λέγει· κἂν Θεὸν ὀνομάσῃ, οὐδὲν ἧττον μετὰ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς ὀνομάζει. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Οὐ γὰρ πλήθους μαρτυριῶν ἡμῖν ἐπίδειξις πρόκειται, ἀλλ' ἔλεγχος τῆς ἀπαιδεύτου τεχνολογίας καὶ παρατηρήσεως.

[22] Psal. XLIX, 3. [23] Sophon. II, 11. [24] I Joan. I, 1.

(24) ὃ ἐθ. Loco cit. præcedit, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.

# ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ(1) ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

## ΛΟΓΟΙ ΚΖ'

## ΠΡΟΣ ΔΙΑΦΟΡΟΥΣ ΘΕΣΕΙΣ.

—

# THEODORETI EPISCOPI CYRI

## LIBRI XXVII (2).

## ADVERSUS VARIAS PROPOSITIONES.

—

**1054** Lecti sunt Theodoreti episcopi Cyri libri C septem et viginti adversus varias propositiones. *Primus* adversus eos qui dicunt unam factam esse naturam Deum Verbum, et sumptas ex Davidis semine

Ἀνεγνώσθη Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου λόγοι κζ' πρὸς διαφόρους θέσεις. Ὧν ὁ μὲν *Πρῶτος* (3) πρὸς τοὺς λέγοντας μίαν φύσιν γεγενῆσθαι τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ληφθεῖσαν

(1) Θεοδωρ. Nostro ex Photii auctoritate hos libros tribuit Joannes Dallæus, Combefisius Maximo, Garnerius autem auctoritate Marii Mercatoris, Eutherio Tyanensi. Sex vel septem priores horum librorum Caveus et Garnerius pro iisdem haberi volunt cum libris quinque Pentalogii. Vid. Oudinum, *De script. Eccles.* tom. I, pag. 1131 ; Fabric. *Biblioth. Gr.* vol. VII, p. 438 et 446 ; et Athanasii edit. Bened. t. II, p. 540.

(2) Ita potius inscribi debet : *Librorum XXVII adversus varias propositiones (Eutychianas) Argumenta.* (Ex Photii *Biblioth.* cod. XLVI.)

(3) πρῶτος. Apud Photium sequitur λόγος.

Digitized by Google

ἀπαρχὴν, καὶ προσάπτοντας τὰ πάθη τῇ θεότητι. Ὁ δὲ *Δεύτερος* πρὸς τοὺς αὐτοὺς γραφικώτερον συμπλεκόμενος. Καὶ ὁ *Τρίτος* περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. Ὁ δὲ *Τέταρτος* διδασκαλίας τῶν ἁγίων Πατέρων περιέχει περὶ τῆς ἐνδόξου οἰκονομίας τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Χριστοῦ, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ὁ μέντοι *Πέμπτος* αἱρετικῶν δόξας ἀθροίζει, καὶ παρατίθησιν αὐτὰς τῇ δόξῃ τῶν μὴ ὁμολογούντων ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεις· καὶ δείκνυσι πολλὴν πρὸς ἀλλήλους διασώζοντας τὴν συγγένειαν. Ὁ δὲ *Ἕκτος* διαλαμβάνει ὅτι εἷς Υἱὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός (4). Ὁ *Ἕβδομος* ἐπιστολῆς ἐπέχει τόπον· ἐν οἷς τὸ πρῶτον συμπληροῦται βιβλίον. Ὁ δέ γε (5) *Ὄγδοος* καὶ πρὸς τοὺς πλήθει μόνῳ κρίνοντας τὴν ἀλήθειαν. Ὁ *Ἔννατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, μὴ δεῖν ἀπὸ τῶν Γραφῶν ζητεῖν ἢ λαλεῖν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ παρ' ἑαυτοῖς πίστει. Ὁ *Δέκατος* πρὸς τοὺς προβάλλοντας κακοήθως τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Ὁ *Ἑνδέκατος* πρὸς τοὺς κωλύοντας δύο φύσεις ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐκλαμβάνειν. Ὁ *Δωδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ὁ λέγων ἄλλο μὲν τὸν Λόγον, ἄλλο δὲ τὴν σάρκα, δύο υἱοὺς λέγει. Ὁ *Τρισκαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ καὶ ἄνθρωπον γινώσκειν τὸν Χριστὸν, ταυτόν ἐστι τῷ καὶ εἰς ἄνθρωπον ἔχειν τὰς ἐλπίδας. Ὁ *Τεσσαρεσκαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἔπαθεν ἀπαθῶς. Ὁ *Πεντεκαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἔπαθεν ὡς ἠθέλησεν. Ὁ *Ἑκκαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι χρὴ δέχεσθαι τὰς φωνὰς, καὶ μὴ σκοπεῖν τὰ δι' αὐτῶν σημαινόμενα, ὡς πάντας ὑπερβαίνοντα. Ὁ *Ἑπτακαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἔπαθεν Λόγος (6) σαρκί. Ὁ *Ὀκτωκαιδέκατος*, πρὸς τοὺς λέγοντας, Ποίαν δώσουσιν οἱ Ἰουδαῖοι δίκην, εἰ μὴ Θεὸν ἐσταύρωσαν; Ὁ *Ἐννεακαιδέκατος*, πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἰουδαῖός ἐστιν ὁ μὴ Θεὸν ἐσταυρῶσθαι λέγων. Ὁ *Εἰκοστὸς* πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ ἄγγελοι ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐσθίοντες, οὐ πάντως σαρκὸς φύσιν ἐπεφέροντο. Ὁ *Εἰκοστὸς πρῶτος*, πρὸς τοὺς σμικρύνοντας ἕκαστον θαῦμα τῷ ἀρνεῖσθαι τὴν σάρκα. Ὁ *Εἰκοστὸς δεύτερος*, πρὸς τοὺς ζημιοῦντας ἡμῶν τὸ γένος, τῷ μὴ λέγειν, ἐκ τῆς φύσεως ἡμῶν εἰλῆφθαι τὴν ἀπαρχήν. Ὁ *Εἰκοστὸς τρίτος* πρὸς τοὺς λέγοντας, Πιστεύειν ἁπλῶς οἷς (7) λέγουσι, καὶ μὴ κατανοεῖν τὸ (8) πρέπον ἢ ἀπρεπές. Ὁ *Εἰκοστὸς τέταρτος*, πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν. Ὁ *Εἰκοστὸς πέμπτος*, ἀνακεφαλαίωσις τῶν κατὰ μέρος ῥηθέντων. Ὁ *Εἰκοστὸς ἕκτος*, περὶ τῆς ὕστερον μηνυθείσης συνθέσεως ἤτοι συνουσιώσεως. Ὁ *Εἰκοστὸς ἕβδομος*, περὶ τοῦ κατὰ τὸν κοινὸν ἄνθρωπον ὑποδείγματος. Δῆλον δὲ καὶ ἐκ μόνης αὐτῶν τῆς ὑποθέσεως, ποῖοι τῶν εἰρημένων λόγων τὸ ὀρθόδοξον κρατύνουσι φρόνημα, καὶ τίνες ἐκκλίνουσιν (9).

A primitias, et qui passiones attribuunt divinitati. *Secundus* cum eisdem ex Scriptura pressius congreditur. *Tertius* de eadem re disputat. *Quartus* sanctorum Patrum doctrinam continet de gloriosa incarnatione Domini nostri Jesu Christi Filii Dei. *Quintus* hæreticorum congerit opiniones, quas componit cum opinione eorum qui duas in Christo naturas non agnoscunt, et ostendit magnam eos inter se affinitatem habere. **1055** *Sextus* colligit unum esse Filium Dominum nostrum Jesum Christum. *Septimus* epistolæ locum tenet: quibus volumen primum absolvitur. *Octavus* contra eos qui multitudine duntaxat veritatem dijudicant. *Nonus* in eos qui aiunt non oportere ex Scripturis quærere aut loqui, sed suam sibi fidem sufficere. B *Decimus* in male objicientes illud: « Verbum caro factum est [1]. » *Undecimus* adversus prohibentes duas capere in incarnatione naturas. *Duodecimus* in eos qui dicunt eum qui affirmat aliud esse Verbum, aliud vero carnem, duos filios profiteri. *Decimus tertius* in eos qui dicunt idem esse Christum etiam hominem agnoscere, ac in homine etiam spem collocare. *Decimus quartus* in eos qui dicunt: Passus est sine passione. *Decimus quintus* adversus eos qui dicunt: Passus est sicut voluit. *Decimus sextus* in eos qui dicunt oportere voces accipere, non autem earum significata, ut quæ omnium captum excedant, considerare. *Decimus septimus* adversus dicentes: Verbum per carnem C passum est. *Decimus octavus* contra eos qui dicunt: Quas pœnas dabunt Judæi, si Deum non crucifixerunt? *Decimus nonus* in eos qui dicunt: Judæus is est qui Deum minime crucifixum affirmat. *Vicesimus* in eos qui dicunt angelos etiam, qui apud Abrahamum cibum sumpserunt, non continuo carnis naturam attulisse. *Vicesimus primus* in eos qui singula miracula extenuant, dum carnem negant. *Vicesimus secundus* adversus eos **1056** qui damnum irrogant generi nostro, dum concedere nolunt, ex nostra natura sumptas esse primitias. *Vicesimus tertius* in eos qui dicunt, credere simpliciter iis quæ dicunt, et non attendere quid decens sit vel indecens. *Vicesimus quartus* adversus eos qui post passionem et ascensionem naturarum tol- D lunt differentiam. *Vicesimus quintus* summatim ea repetit quæ per partes dicta sunt. *Vicesimus sextus* de compositione, seu consubstantiatione postea manifestata. *Vicesimus septimus* de eo quod secundum communem hominem est exemplo. Clarum vero, vel ex solo argumento, quinam ex supradictis libris orthodoxam corroborent doctrinam, quique ab ea discedant.

[1] Joan. I, 14.

(4) Χριστός. Ibid. præm. ὁ.
(5) δέ γε. Ibid. δέ.
(6) Λόγ. Ibid. præm. ὁ.
(7) οἷς. Ibid. οὕς, in marg. οἷς.
(8) τό. Ibid. τί.
(9) τίνες ἐκκλ. Ii scilicet qui opposita recensent sententias, ut liber quintus.

Digitized by Google

INCIPIT

# BEATI THEODORETI

## DE TRINITATE (1).

Salus autem est scientia exsistentis, exsistentis vero scientia (2) est Deus, Deus autem est Trinitas, cujus notitiam Verbum, secundum similitudinem nostram præter peccatum factum [1], dedit dicens discipulis : « Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [2]. » Tres subsistentias sive personas ostendit, dicens in Patrem et in Filium et sanctum Spiritum. Propterea enim Pater est, et non Filius neque Spiritus; et Filius est, et neque Pater neque Spiritus; et Spiritus sanctus est, et neque Pater neque Filius. Manifestavit autem se sancta Trinitas in Jordane, Patre testante, Filio baptizato, sancto Spiritu in columbæ specie descendente. Et Pater non erat qui baptizabatur, sed Filius. Qui vero desursum testabatur, non erat Filius, sed Pater. Et qui in specie columbæ descendit, non erat Filius qui baptizabatur, neque Pater qui de excelsis clamabat, sed Spiritus sanctus. Pater enim ab excelsis clamabat : « Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui [3], » latens Verbum propter incarnationem ostendens. Filius autem est incarnatum Verbum, et a Joanne baptizatus. Et Spiritus sanctus, propriam habens subsistentiam, descendens ostendebatur in specie columbæ et permanens super eum.

*Contra Sabellium, ejusdem beati Theodoreti.*

Arguitur itaque insensatus Sabellius, qui sensu Judaico asserit monarchiam, intelligendo et sapiendo Patrem non vere Patrem, et Filium non vere Filium, et Spiritum sanctum non vere Spiritum sanctum; sed nomina solummodo sine substantiis, tria in una persona conjiciens. Ut autem clare intelligatur, exemplo quodam tene (3) istius patefaciamus sensum. Ait enim Trinitatem non vere trinitatem personarum subsistentium esse nomen Petrus (4), in baptismate vero Andreas, et in militia Thomas : sed non vere trini hujusmodi trinitas est; nominum vere solummodo trinitas, et non rerum est. Res autem vere subsistens est Pater, *ex quo omnia* [4], et res vere subsistens Filius, *per quem omnia*, et res vere subsistens Spiritus sanctus, *in quo omnia*. Propter tres substantias tres res, et propter unam eamdemque naturam una eademque res. Omnia ergo quæcunque facta sunt, a sancta Trinitate habent essentiam, et in ea consistunt. « Verbo enim Domini (hoc est Patris) cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum [5]. » Dominus autem Pater, Dominus autem et Filius, et Dominus vero et Spiritus sanctus. Commune namque trium personarum est Dominus et Deus. « Deus enim Deus tuus Dominus unus est [6]. » Attende quod dicitur : Unus Deus substantia atque natura, tres vero personæ. Non alterius naturæ Pater, et alterius Filius, et alterius Spiritus sanctus; sed una natura atque substantia. Nam et animalia rationalia sex alas habentia, dicendo « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus [7], » in trinitate personarum prædicant unitatem. Unitas enim in trinitate cognoscitur; in unitate trinitas una, deitas una, et virtus una, et regnum unum. Quod vult Pater, vult et Filius, vult et Spiritus sanctus. Trinitas autem, quia Pater Filii subsistentis Pater est, et Filius subsistentis Patris et Filius, et Spiritus sanctus subsistens est ex Patre procedens et per Filium datus.

**1056*** *Adversus Arium impium.*

Sed necessarium quidem est ut, tres subsistentias confitendo, malam sectam Arii fugiamus. Contraria (5) enim Sabellio Judaizanti pergens viam, et fugiens monarchiam, in multorum deorum paganicam irruit opinionem, subsistentias sanctæ Trinitatis in unam deitatis substantiam non intendens, sed naturas et substantias extraneas subjectas alterutris, Deum magnum definiens, et parum (6) et minimum. Fuge insensibilitatem. Fugiens enim rem incongruam, incongruentius advenit. Introduxit enim sine fœdere prœlium sanctæ Ecclesiæ, Dei Filium minorando. Respice itaque quomodo Sabellius quidem fugiens Arium Judæus est factus, quomodo autem Arius Sabellium fugiens paganus effectus est. Ille siquidem uniprincipium, hic vero

[1] Hebr. IV, 15. [2] Matth. XXVIII, 19. [3] Matth. III, 17. [4] Rom. XI, 36; I Cor. VIII, 6. [5] Psal. XXXII, 6. [6] Deut. VI, 4; Marc. XII, 29. [7] Isa. VI, 3.

(1) Ex *Miscell.* Baluz., tom. IV, pagg. 1-8. [Recusum in Gallandii *Bibliotheca*, tom. IX, p. 416.]
(2) *Est Deus*] *Est Dei*, legit Cotelerius in *Eccl. Gr. Monum.*, tom. III, pag. 560 C.
(3) *Exemplo quodam tene*] *Exemplo quodam tenui*, vel (*tene*). Id. ibid.
(4) *Ait enim*, etc.] Leg. *Ait enim trinitatem personarum subsistentium esse. Nomen Petrus, in baptismate vero Andreas, et in militia Thomas.* Id. ibid.
(5) *Contraria*] Leg. *contrariam*. Id. ibid. pag. 561 a.
(6) *Parum*] Leg. *parvum*. Id. ibid.

Digitized by Google

multiprincipium alligavit (7). Est autem media et vere regalis via, et ab hoc et ab illo abstinere. Ait enim : « Non declinabis ad dexteram aut sinistram. Via regali perge [8]. » Regalis autem via est, ut neque Sabellii continuatio velut confusio suscipiatur, neque Arii divisio : sed credantur tres quidem substantiæ sive personæ, non autem una Trinitatis subsistentia, secundum Sabellium, et una substantia seu natura confiteantur, et non tres naturæ secundum Arium. Quia vero incerta sunt ignorantibus quæ dicuntur, quod est natura et substantia seu persona vel subsistentia ; necessarium est de his breviter explanare. Inerudite namque multi se habentes delinquunt circa sanctam Trinitatem et circa incarnatam dispensationem unius de Trinitate Dei Verbi, nescientes quid est natura et substantia, et quid est substantia atque persona. Natura et substantia in nullo significativorum differunt nisi nomine. Natura enim substantia est. Substantia et natura in nullo significativorum differunt nisi nomine. Substantia enim est persona. Sed natura quidem et substantia hoc quod est commune significant. Persona vero et substantia (8) quod proprium significant. Velut una et communis omnium hominum natura est atque substantia ; subsistentia vero et persona, uniuscujusvis hominis proprium. Et non quoniam innumerabiles personæ et subsistentiæ sunt hominum, propterea innumerabiles et naturæ sive substantiæ. Una namque et eadem substantia atque natura apud homines, et non altera est. Et rursus non quoniam una et eadem natura atque substantia omnium hominum est, propterea una est sola persona seu subsistentia omnium hominum. Scimus enim diversas personas hominum, et non unam. Petrus enim et Jacobus et Joannes unum quidem natura et substantia, secundum quod homines sunt ; non autem unum subsistentia vel persona. Proprium enim sunt singuli. Petrus enim non est Jacobus aut Joannes. Similiter autem et horum singuli non sunt quod alius. Propria enim est uniuscujusvis persona seu subsistentia. Idem autem immutabilitate naturæ sive substantiæ. Quod enim est Petrus natura, hoc et Jacobus et Joannes. Quod autem est Petrus subsistentia, neque Jacobus neque Joannes est. Alter enim est Petrus, et alter Jacobus, alterque Joannes. Probatum est igitur quoniam non idem est natura et subsistentia, neque idem substantia atque persona. Idem autem natura et substantia quod commune et non proprium significat, et idem persona et subsistentia quod proprium et non commune declarat. Educati siquidem et sicuti dicunt exemplum secundum hominem sumentes

A ascendamus ad ratiocinationem divinam sanctæ Trinitatis universa transilientis. Nihil enim naturarum æquabitur Creatori, licet aliquod eorum quæ sunt facta sumatur exemplum propter brevitatem nostram in terra jacentium et erudientium velut per quasdam imagines. Ait enim Cantiloquus : « Etiam in imagine ambulet homo [9], » non ut consistat usque in hoc, sed jaculatur (9) mente a sensibilibus ad intelligibilia. Sanctæ igitur Trinitatis una quidem est natura atque substantia. Commune est enim trium substantia, non autem una substantia seu personarum Patris et Filii et Spiritus sancti tres subsistentiæ. Oportet igitur desiderantem spiritales divitias et volentem Christianorum dogmata vindicare, rerum non ignorare proprie esse, ne forte B aliud pro alio intelligens circa dogmata peccet. Qui enim naturam et personam idem esse intelligit, aut in Arii divisionem incidit, aut in confusionem Sabellii. Arius enim, tres subsistentias dicens, tres etiam dicit naturas. Sabellius autem, unam naturam dicens, unam dicet et subsistentiam. Idem ergo duæ hæreses sunt perpessi (10), quoniam naturam et subsistentiam idem esse putaverunt, licet contrariæ alterutris dogmatibus esse videantur. Sancta vero Ecclesia, optime dogmata a principio servans, certissime novit causas discernere, unam dicens sanctæ Trinitatis esse naturam, non unam subsistentiam sicuti Sabellius ; sed tres quidem dicens subsistentias, non tres naturas, sicut Arius. Et unam naturam novit, quod commune est, subsisten- C tiam vero non unam, quod proprium. Dicendo enim unam naturam, indivisibilitatem prædicat Trinitatis : dicendo autem tres subsistentias, inconfusibilitatem Trinitatis agnoscit. Multi autem Ecclesiæ filiorum, propter reverentiam seu formidinem discere declinantes, ex ignorantia peccant circa Trinitatem et circa incarnatam dispensationem. Christianissimus (11) autem vere est scientia inenarrabilis sanctæ Trinitatis : per hanc sanctam scientiam ab ignorantia liberatur (12). Homo gratia filius Dei vocatur, detergens maculas peccatorum per opera bona, ex quibus præcipue purgata mens fit susceptibilis sanctæ Trinitatis et unitatis. Trinitatem namque personarum subsistentium hujusmodi mens, D id est et in Patre et Filio et Spiritu sancto suscepit : « Veniemus enim, inquit Trinitas, et mansionem faciemus apud eum [10]. » Ubi enim Filius, ibi et Pater et Spiritus sanctus. Sit autem nobis in exemplo homo ad imaginem Dei et similitudinem factus. Servat enim in semetipsum tanquam imago ejus cujus est imago similitudinem. Sed inferior est tanquam factura et creatura. Non alienus autem

[8] Num. xxi, 22. [9] Psal. xxxviii, 7. [10] Joan. xiv, 23.

(7) *Alligavit*] Leg. *allegavit*. Id. ibid.
(8) *Subsistentia* ] Ita codex Corbeiensis. Bellovacensis et hic et in omnibus ferme locis sequentibus habet *substantia*.
(9) *Jaculatur*] Leg. *Jaculetur*. Id. ibid. b.
(10) *Perpessi*] Forte, *perpessæ*. Et paulo ante, *unam dicit*.
(11) *Christianissimus* ] Leg. *Christianismus*. Id. ibid.
(12) *Liberatur. Homo* etc.] Leg. *liberatur homo gratia, filius Dei vocatur*. Id. ibid.

Digitized by Google

a Dei cognitione est, licet non exsistentibus (13) donante Creatore. Intellectus autem, et iste secundum interiorem hominem, non extra rationem gentibus (14). Namque est intellectus rationis. Sed neque extra Spiritum. Est enim intellectus intelligens, et ratiocinatrix, et spiritus palam faciens, et contemplatur (15) et substantia tria proprietatibus. Mens enim seu intellectus (16), pater verbi; habet enim verbum proprium in abscondito una cum spiritu proprio. Movetur enim et ratiocinatur mens in spiritu. Mens autem aliud est præter rationem. Et iterum ratio non est mens, secundum quod ratio est. Sed singula singulatim cognoscuntur. Inseparabilia vero sunt horum singula naturaliter. Una enim substantia. Sed non, quoniam una substantia, una quoque proprietas. Non enim, quoniam tres proprietates, tres quoque substantiæ. Non enim erant tria unum, si tres essent substantiæ; neque unum tria, si una proprietas. Ascende jam sumens scabellum nostrum exemplum ad illam mentem quæ ultra omnia est, qui vere Pater est et Verbum (17). Ibi enim vere est unitas trinitatis, et trinitas vere est unitatis. Propterea enim Pater, exsistens (18) subsistentia, inseparabiliter habet Filium et Spiritum. Et Filius, Filius exsistens subsistentia, inseparabiliter habet Patrem et Spiritum. Et Spiritus sanctus, Spiritus exsistens subsistentia, inseparabiliter habet Patrem et Filium. Et separatur unumquodque, et non separatur. Secundum quod separatur subsistentiis, vere trinitas. Secundum quod non separatur substantia, vere unitas est. Qui autem hujus favi suavissimi gustum non habent, divinæ ratiocinationis inexpertes exsistentes, illud humano spiritu, tanquam animales, non suscipiunt quæ Spiritus Dei sunt[11]. Stultitia enim eis est, et scire non possunt. Aiunt enim : Si tria, quomodo unum? et si unum, quomodo tria? incongrua ratione unum percipientes et tria. Si unum enim, inquit, una (19) subsistentia, et non tres; si vero tria, tres omnimodis substantiæ, et non una. Non enim possibile est, inquit, unum esse tria, neque rursum tria unum : non contemplantes subtilissimis sensibus (20) scelestissimam (21) scientiæ profunditatem. Secundum quid unum tria et quid (22) tria unum; secundum quod immutabiliter habet ad semetipsam Trinitas una natura exsistens, propter hoc unum Trinitas. Porro secundum quod non una persona sed tres trinitas, vere est unitas, trinitas personis non substantia, et unitas substantia non personis. Secundum aliud vero trinitas, trinitas, et secundum aliud unitas, unitas est. Alius enim et alius et alius. Tres enim subsistentiæ. Non autem aliud et aliud et aliud. Una enim natura atque substantia est. « Clare vero ostendit semetipsam veritas credentibus[12]. Invenitur enim ab eis qui non tentant eam, et apparet non discredentibus sibi[13]. »

[11] I Cor. II, 14. [12] Sap. VI, 17. [13] Sap. I, 2.

(13) *Non exsist.*] Leg. *ex non exsistentibus.* ID. ibid.

(14) *Gentibus*] Leg. *agentibus.* ID. ibid.

(15) *Et contemplatur* etc.] Leg. *et contemplator; et unum substantia, tria proprietatibus.* ID. ibid. c.

(16) *Mens enim* etc.] Vide Theodoritum, quæst. 20 in Genesim. ID. ibid.

(17) *Qui vere*] Leg. *quia vere.* ID. ibid.

(18) *Propterea enim Pater exsistens*] Leg. *Propterea enim Pater, Pater exsistens.* ID. ibid.

(19) *Una*] Codex Bellovac. *dua.*

(20) *Scelestissimam*] Legendum, *excellentissimam.*

(21) *Scelestissimam*] Leg. *selectissimam.* ID. ibid.

(22) *Et quid*] Leg. *et secundum quid.* Et mox : *propter hoc unum : trinitas porro, secundum quod non una persona, sed tres. Trinitas vere est unitas,* etc.

# BEATI THEODORETI

## EPISCOPI CYRI

# EPISTOLÆ.

### 1057-1059 DE LATINA VERSIONE EPISTOLARUM THEODORETI

### ADMONITIO JAC. SIRMONDI.

Epistolas Theodoreti Vaticano ex codice depromptas Latinitate donarat Federicus Metius, in usum et gratiam cardinalis Baronii, qui harum aliquot juxta Metianam illam versionem retulit in Annales ecclesiasticos. Quid ea Romæ postea factum sit nescimus, nisi quod in lucem constat non exiisse. Quocirca cum Græcum exemplar alterum eodem ex fonte Vaticano illustrissimi doctissimique Arelatensis archiepiscopi beneficio nacti essemus, quod in hac editione repræsentamus, ne Latina versio deesset, quia Metiana carebamus, nostram substituimus.

Digitized by Google

## TESTIMONIA DE HIS EPISTOLIS.

*Nicephorus lib.* XIV *Historiæ, cap.* 54, *Theodoreti opera recensens.*

Καὶ ἐπιστολαῖς δὲ τούτου ὑπὲρ πενταχοσίας ἐνέτυγον, ἀρίστως καὶ κατὰ λόγον Ἕλληνα συγκειμένας.

A Hujus etiam in Epistolas incidi supra quingentas, optime et ad Græci sermonis nitorem compositas.

*Collatio Catholicorum cum Severianis, Constantinopoli habita anno* 532.

Sed et invenimus in Theodoreti litteris, quas ad Dioscorum fecit, quia quando contra Julianum et de Apopompæo conscripsisset libros, ipsos destinavit in Antiochia B. Cyrillus, et rogavit B. Joannem ostendere illos orientalibus præclaris doctoribus. Et quia ostensis eis scripsit ei Theodoretus, et rescripsit ei B. Cyrillus, et diligentiam et affectum ei testificans. *Quæ verba exstant in epist.* 83 *Theodoreti.*

*Synodus* V *generalis collatione* V.

*Ex epistola Theodoreti ad Hierenatum digamum.* Quoniam vero inculpatis me, quod sanctum et beatum reliqui Patrem Theodorum in connumeratione doctorum, necessarium existimavi, *et cætera, quæ in hoc tomo exstant in epistola* 16 *ad Irenæum episcopum, qui perperam eo loco Hierenatus appellatur.*

---

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

### ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

# ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

# BEATI THEODORETI

### EPISCOPI CYRI

# EPISTOLÆ.

### Α'. — Ἀνωνύμῳ.

B Τῷ θαυμαστῷ συμβούλῳ τὸν συνετὸν ἀκροατὴν ὁ προφητικὸς συνέζευξε λόγος. Ἐγὼ δέ σου τῇ ὁσιότητι οὐχ ὡς ἀκροατῇ συνετῷ, ἀλλ' ὡς κριτῇ σοφῷ τε καὶ ἀληθεῖ, τὴν εἰς τὸν θεῖον Ἀπόστολον συγγραφεῖσάν μοι δέδωκα βίβλον. Καὶ καθάπερ οἱ χρυσοχόοι τῇ βασάνῳ προσφέρουσι τὸν χρυσὸν, ἰδεῖν ἐθέλοντες εἰ ἀκίβδηλός τε καὶ ἄπεφθος· οὕτως ἐγὼ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ τὸ σύγγραμμα προσενήνοχα, γνῶναι βουλόμενος, εἴτε εὖ ἔχει, εἴτε τινὸς δεῖται καθάρσεως. Ἀλλὰ καὶ ἀναγνοὺς καὶ πέμψας, οὐδὲν ἡμῖν, ὦ φίλη κεφαλὴ, τῶν εἰρημένων περὶ τούτου δεδήλωκας. Ἡ δὲ σιγή με παρασκευάζει τοπάζειν, ὡς τἀναντία περὶ ταύτης ψηφισάμενος ὁ κριτὴς, οὐκ ἠθέλησε διὰ τοῦ μηνῦσαι λυπῆσαι. Λῦσον τοίνυν τὴν ὑποψίαν, καὶ τὴν περὶ τοῦ συγγράμματος ψῆφον δηλῶσαί μου καταξίωσον.

### 1060 I. — *Anonymo.*

Cum admirabili consiliario prudentem auditorem propheticus sermo conjunxit [1]. Ego vero sanctitati tuæ, non ut prudenti auditori, sed ut sapienti veroque judici librum obtuli, quem in divinum Apostolum conscripseram. Et quemadmodum aurifices ad lapidem aurum admovent, cum probare volunt an purum sit et excoctum : sic ego ad pietatem tuam commentarium misi, scire avens rectene se habeat, an aliqua egeat purgatione. At tu de illo, cum abs te lectum remitteres, nihil horum nobis, amice, significasti. Facit autem hoc silentium, ut conjiciam judicem, quia illum calculo suo damnarat, noluisse nos rem indicando mœrore afficere. Dilue itaque suspicionem, ac de commentario mihi quid sentias exprimere ne graveris.

[1] Isa. III, 2.

Digitized by Google

1061 **II. — *Eidem.***

Non puto eos qui ardenter amant de illorum partu qui amantur recte judicare. Subripit enim amor justitiam. Nam et patres forma præstare deformes filios existimant, et filii similiter patrum deformitatem non vident. Sic et frater fratrem cernit, non qualem natura, sed qualem affectus ostendit. Ad hunc ego modum de scriptis meis judicasse sanctitatem tuam arbitror, sententiam dictante benevolentia. Maxima enim revera vis est charitatis, amicorumque defectus persæpe obtegit non leves. Hujus tu opibus affluens, o amice, scripta nostra laudibus ornasti. At ego a religione tua peto, bonum ut Dominum exores, quo scriptorum laudem ratam habeat, laudatumque talem reddat, qualem laudantium verba depingunt.

**III. — *Irenæo episcopo.***

Hujusmodi comparationes divinus quidem Apostolus interdicit. Scribens enim ad Romanos sic ait: « Itaque nolite ante tempus judicare, quoad usque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, et tunc laus erit unicuique a Deo [1]. » Jure autem ac merito id facit. Nos siquidem res solas cernimus: universorum vero Deus ipsum etiam eorum qui res gerunt perspectum habet consilium, atque ex hoc potius quam ex operibus judicans, fert sententiam. Ita divinum Apostolum coronabit factum Judæis 1062 tanquam Judæum, et iis qui erant sub lege quasi sub lege, et iis qui sine lege tanquam sine lege [2]. Multis enim ut prodesset fictas personas induit, non adulatoris amplectens vitam, nec damnosum sibi lucrum captans, sed ut eorum quos docebat utilitati consuleret. Divinus ergo Paulus, ut jam dixi, divinum judicium exspectari jubet. Verumtamen qui majora audemus, et theologiam cogitationem ac verba transcendentem attingimus, non blasphemiæ argumenta impiorum hæreticorum more aucupantes, sed ut illorum impietatem convincamus, et Creatori laudes pro captu nostro persolvamus, absurdi nihil acturi sumus, si ad interrogationem vestram respondeamus.

Proposuistis oratione vestra impium judicem, qui duobus pietatis athletis optionem dederit, ut alterutrum facerent, aut sacrificarent dæmonibus, aut sese in mare darent præcipites: atque horum unum quidem posterius arripuisse, alacriterque in profundum desiliisse: alterum vero neutrum elegisse, sed idolorum quidem cultum prioris exemplo respuisse, seipsum tamen fluctibus non objecisse, sed exspectasse ut per vim ab alio mergeretur. His ita expositis, rogastis uter illorum rectius fecisse videatur. Ego vero vobis quoque secundum laude digniorem videri arbitror. Neque

A **Β'. — *Τῷ αὐτῷ.***

Οὐχ οἶμαι τοὺς θερμῶς ἀγαπῶντας ταῖς τῶν ἀγαπωμένων ὠδῖσι κρίνειν ὀρθῶς· κλέπτει γὰρ ὁ πόθος τὸ δίκαιον. Καὶ γὰρ οἱ πατέρες ὥρᾳ λάμπειν τὰ δυσειδῆ παιδία νομίζουσι· καὶ παῖδες ὡσαύτως τὸ τῶν πατέρων εἰδεχθὲς οὐχ ὁρῶσιν· οὕτω καὶ ἀδελφὸς ἀδελφὸν βλέπει, οὐχ ὡς ἡ φύσις, ἀλλ' ὡς ἡ διάθεσις δείκνυσιν. Οὕτω τὴν σὴν θειότητα κρῖναι τοῖς ἐμοῖς ὑπείληφα λόγοις, τοῦ φίλτρου τὴν ψῆφον ἐξενεγκόντος. Μεγίστη γὰρ ἀληθῶς ἡ τῆς ἀγάπης ἰσχὺς, καὶ συσκιάζει πολλάκις τῶν φίλων οὐ μικρὰ πλημμελήματα. Ταύτης ἔχων τὸν πλοῦτον, ὦ φίλη κεφαλὴ, εὐφημίαις τοὺς ἡμετέρους ἐταινίασας λόγους· ἐγὼ δέ σου τὴν θεοσέβειαν ἀπαγγέλλω (1) τὸν ἀγαθὸν ἀντιβολῆσαι Δεσπότην, βεβαιῶσαι τοῖς λόγοις
B τὴν εὐφημίαν, καὶ δεῖξαι τὸν ἐπαινούμενον, ὁποῖον τῶν ἐπαινούντων ζωγραφοῦσιν οἱ λόγοι.

**Γ'. — *Εἰρηναίῳ ἐπισκόπῳ.***

Ὁ μὲν θεῖος Ἀπόστολος τὰς τοιαύτας ἀπαγορεύει συγκρίσεις. Ῥωμαίοις γὰρ ἐπιστέλλων οὕτως ἔφη· « Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. » Μάλα δὲ εἰκότως τοῦτο πεποίηκεν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ μόνα ὁρῶμεν τὰ πράγματα· ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ τῶν ταῦτα δρώντων ἐπίσταται τὸν σκοπὸν, καὶ τούτῳ μᾶλλον ἢ τοῖς ἔργοις δικάζων ἐκφέρει τὴν ψῆφον. Οὕτω στεφανώσει τὸν θεῖον Ἀπόστολον γενόμενον
C τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖον, καὶ τοῖς κατὰ νόμον ὡς ὑπὸ νόμου, καὶ τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομον. Διὰ γὰρ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν τοῖς τῆς ὑποκρίσεως προσωπείοις ἐχρήσατο· οὐ κόλακος ἀσπαζόμενος βίον, καὶ κέρδος ἐπιζήμιον ἑαυτῷ μηχανώμενος· ἀλλ' οἷς τὴν διδασκαλίαν προσέφερε τὴν ὠφέλειαν πραγματευόμενος. Ὁ μὲν οὖν θεσπέσιος Παῦλος, ὡς ἔφην ἤδη, τὸ θεῖον ἀναμένειν κελεύει κριτήριον. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν μειζόνων κατατολμῶμεν, καὶ θεολογίας τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἁπτόμεθα, οὐ βλασφημίας ἀφορμὰς κατὰ τοὺς ἀνοσίους ἐπιζητοῦντες αἱρετικοὺς, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν ἐξελέγχοντες, καὶ ὡς χωροῦμεν τὸν Ποιητὴν ἀνυμνοῦντες, οὐδὲν ἀπεικὸς δρῴημεν ἂν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀποκρινόμενοι πεῦσιν.

D Ὑπέθεσθε τῷ λόγῳ δυσσεβῆ δικαστὴν, αἵρεσιν δεδωκότα δύο τισὶν ἀθληταῖς εὐσεβείας, ὥστε δυοῖν θάτερον δρᾶσαι, ἢ θῦσαι δαίμοσιν, ἢ σφᾶς εἰς τὸ πέλαγος ῥίψαι· καὶ τὸν μὲν ἁρπάσαι τὸ δεύτερον, καὶ προθύμως εἰς τὸν βυθὸν κυβιστῆσαι· τὸν δὲ μηδέτερον ἑλέσθαι· ἀλλὰ τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν παραπλησίως τῷ προτέρῳ βδελύξασθαι, ἑαυτὸν δὲ μὴ παραδοῦναι τοῖς κύμασιν, ἀλλ' ἀναμεῖναι βίᾳ τοῦτο παρ' ἑτέρου παθεῖν. Οὕτω ταῦτα τῷ λόγῳ διασκευάσαντες, ἤρεσθε πότερος αὐτοῖν ἄμεινον δεδρακέναι δοκεῖ. Ἐγὼ δὲ οἶμαι καὶ ὑμῖν συνδοκεῖν τὸν δεύτερον ἀξιαγαστότερον εἶναι. Οὐδὲ γὰρ μὴ προσταττόμενον

[1] I Cor. IV, 5. [2] I Cor. IX, 20, 21.

(1) ἐπαγγέλλω. Neapolitanus.

Digitized by Google

χρή τινα ἑαυτὸν ὑπεξάγειν, ἀλλὰ προσμένειν ἢ τὸν αὐτόματον, ἢ τὸν βίαιον θάνατον. Καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ Δεσπότης, τοὺς ἐν τῇδε τῇ πόλει διωκομένους φεύγειν εἰς ἑτέραν παρεκελεύσατο· καὶ αὖθις κἀκείνην ἀμείβειν, καὶ εἰς ἑτέραν ἀπιέναι πόλιν ἐκέλευσε. Ταῦτα πεπαιδευμένος ὁ θεῖος Ἀπόστολος, τοῦ ἐθνάρχου τὰς χεῖρας διέφυγε, καὶ οὐδὲ τῆς φυγῆς τὸν τρόπον ἐσίγησεν· ἀλλ' ὑπέδειξε τὴν σαργάνην τῷ λόγῳ, καὶ τὸ τεῖχος, καὶ τὴν θυρίδα, αὐχῶν ἐπὶ τούτοις, καὶ σεμνυνόμενος. Ὁ γὰρ θεῖος νόμος τὸ δοκοῦν αἰσχρὸν ποιεῖ σεμνόν. Οὕτω ποτὲ μὲν Φαρισαῖον, ποτὲ δὲ Ῥωμαῖον ἑαυτὸν προσηγόρευεν· οὐ τὸν θάνατον δειμαίνων, ἀλλ' ἐννόμως ἀγωνιζόμενος. Οὕτως ἐπεκαλέσατο Καίσαρα, τὰς τῶν Ἰουδαίων ἐπιβουλὰς προμαθών· καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν δὲ πρὸς τὸν χιλίαρχον ἔπεμψε, καὶ τὰ τυρευθέντα μεμήνυκεν, οὐ τῆς παρούσης βιοτῆς ἐφιέμενος, ἀλλὰ τοῖς θείοις νόμοις ἑπόμενος. Οὐ γὰρ δὴ βούλεται ἡμᾶς ὁ Δεσπότης εἰς προὔπτον ἑαυτοὺς ἐμβάλλειν. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς οὐ διὰ λόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων ἐδίδαξεν. Πολλάκις γὰρ τὰς μιαιφόνους τῶν Ἰουδαίων ἐξέκλινε χεῖρας. Καὶ ὁ μέγας δὲ Πέτρος, τῶν ἀποστόλων ὁ πρῶτος, ἀπολυθεὶς τῶν δεσμῶν, καὶ τὰς Ἡρώδου χεῖρας διαφυγὼν, ἀφίκετο μὲν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου, καὶ τὴν ἐκείνων φροντίδα λύσας τῇ παρουσίᾳ, καὶ σιγὴν ἄγειν κελεύσας, εἰς οἰκίαν ἑτέραν μετέστη, πλέον λαθεῖν τῇ μεταβάσει πειρώμενος. Τοῦτο τῆς φιλοσοφίας τὸ εἶδος εὑρήσομεν κἀν τῇ Παλαιᾷ. Καὶ γὰρ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ πολυύμνητος, ἀνδρίᾳ τῇ προτεραίᾳ κατὰ τοῦ Αἰγυπτίου χρησάμενος, εἶτα γνοὺς τῇ ὑστεραίᾳ κατάδηλον τὸν φόνον γεγενημένον, ἀπέδρα, καὶ πολλῶν ὁδὸν ἐξήνυσεν ἡμερῶν, καὶ τὴν Μαδιανῖτιν κατέλαβε χώραν. Οὕτως Ἡλίας ὁ πάνυ τὰς τῆς Ἰεζάβελ μεμαθηκὼς ἀπειλὰς, τοῖς ἀνελεῖν βουλομένοις ἑαυτὸν οὐκ ἐξέδωκεν, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην καταλιπὼν, ἔδραμεν εἰς τὴν ἔρημον. Εἰ δὲ τὸ φυγεῖν τῶν πολεμούντων τὰς χεῖρας ὅσιόν τε καὶ Θεῷ προσφιλὲς, πολλῷ δήπουθεν ὁσιώτερον τὸ μὴ πεισθῆναι τῷ κελεύσαντι αὐτὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι φονέα. Οὐδὲ γὰρ ὁ Κύριος εἶξεν εἰρηκότι τῷ διαβόλῳ· « Βάλε σεαυτὸν ἄνωθεν κάτω. » Ὅτε δὲ τὰς Ἰουδαϊκὰς κατ' αὐτοῦ καθώπλισε χεῖρας, διὰ τῶν μαστίγων, καὶ τῶν ἀκανθῶν, καὶ τῶν ἥλων, καὶ τῆς κτίσεως ἐπειγομένης τοῖς ἀλιτηρίοις ἐκείνοις πανωλεθρίαν ἐπαγαγεῖν, αὐτὸς ὡς Δεσπότης ἐκώλυσεν, εἰδὼς τὸ πάθος τῷ κόσμῳ σωτήριον. Διά τοι τοῦτο καὶ παρὰ τὸ πάθος τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγεν· « Εὔξασθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. » Καὶ ἡμᾶς λέγειν ἐδίδαξεν· « Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. »

Μετασχηματίσωμεν δὲ, εἰ δοκεῖ, μικρά τινα τοῦ προβλήματος, καὶ σαφέστερον μαθησόμεθα τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἀφελόμενοι τοῦ λόγου τὴν θάλατταν, φῶμεν ξίφος ἐγχειρίσαι τὸν δικαστὴν ἑκατέρῳ τῶν ἀθλητῶν, καὶ προστάξαι τὸν οὐκ ἀνεχόμενον θῦσαι, τὴν οἰκείαν ἐκτεμεῖν κεφαλήν· τίς οὖν ἄρα εὖ φρο-

A enim injussum quemquam oportet de vita seipsum educere, sed mortem vel spontaneam vel violentam præstolari. Quod docens Dominus, eos qui persecutionem in una civitate patiantur, in alteram fugere præcepit, atque iterum ex hac etiam migrare, et in aliam abire jussit [4]. **1063** Qua ex disciplina divinus Apostolus [5] præpositi gentis manus effugit, fugæque modum non reticuit, sed et sportam commemoravit, et murum, et portam, eo nomine glorians et exsultans. Lex quippe divina honestum id reddebat quod indecorum videbatur. Sic et Pharisæum se interdum, interdum Romanum professus est, non mortem reformidans, sed legitime decertans [6]. Sic Cæsarem appellavit, cum Judæorum insidias præsensisset [7], sororisque B filium misit ad tribunum, et insidias patefecit [8], non vitam præsentem expetens, sed legibus divinis obtemperans. Neque enim vult Dominus, ut præcipites nos ipsos agamus, atque hoc nos ipse non verbis modo, sed factis etiam docuit. Sæpius etiam cruentas Judæorum manus declinavit. Et magnus Petrus, apostolorum primus, vinculis solutus Herodisque manibus elapsus, venit ad domum Joannis, qui cognominatus est Marcus, et cum illis sollicitudinem præsentia sua exemisset silentiumque imperasset, in aliam domum se transtulit, hoc satagens ut sedes mutando amplius lateret [9]. Hoc philosophiæ genus in veteri etiam lege reperiemus. Nam et Moses ille celeberrimus, cum pri- C die fortiter egisset in Ægyptium, ac postridie cædem esse patefactam comperisset, fugam iniit, multorumque dierum iter emensus pervenit in Madianitidem regionem [10]. Et magnus Elias, Jezabelis minas cum didicisset, iis qui occidere volebant **1064** seipsum non tradidit, sed habitabili relicta, fugit in solitudinem [11]. Quod si persequentium manus effugere sanctum Deoque acceptum est, multo utique sanctius ei qui sui ipsius homicidam esse suadeat non obsequi. Neque enim cessit Dominus diabolo dicenti : « Mitte te deorsum [12]. » Et quando Judaicas in eum manus armavit flagellis, et spinis, et clavis, properante creatura impiis illis exitium inferre, ipse tanquam Dominus prohibuit, passionem suam sciens mundo esse salutarem. D Propterea sub ipsam passionem apostolis dixit : « Orate ut non intretis in tentationem [13]. » Et nos dicere docuit : « Et ne nos inducas in tentationem [14]. »

Commutemus autem, si placet, pauca quædam in proposita quæstione, et veritatem apertius cognoscemus : ac, maris nomine sublato, dicamus judicem gladium utrique athletæ porrexisse, ac jussisse, ut qui sacrificare nollet, suum sibi caput amputaret : quis jam mentis compos sustineat pro-

[4] Matth. x, 23. [5] II Cor. xi, 33. [6] Act. xxiii, 6; xxii, 25. [7] Act. xxv, 10. [8] Act. xxiii, 16. [9] Act. xii, 12 seqq. [10] Exod. ii, 15. [11] III Reg. xix, 1 seqq. [12] Matth. iv, 6. [13] Matth. xxvi, 41. [14] Luc. xi, 4.

Digitized by Google

prio sanguine cruentare dexteram, suique ipsius carnificem fieri, et inimicam manum reddere, atque iniqua jubenti judici parere? Multo igitur laude dignior est secundus. Priorem enim sola commendat animi alacritas: alterum vero præter alacritatem ornat consilii rectitudo. Hæc ego pro data mihi scientiæ mensura dijudicavi. Is vero qui et res et cogitationes clare novit, in die apparitionis ostendet uter consultius deliberaverit.

A νῶν ἠνέσχετο ἂν αἵματι οἰκείῳ φοινίξαι τὴν δεξιάν, καὶ δήμιος ἑαυτοῦ γενέσθαι, καὶ πολεμίαν ἀποφῆναι τὴν χεῖρα, καὶ εἶξαι τῷ παρανόμῳ κελεύσαντι δικαστῇ; Πολλῷ τοιγαροῦν ὁ δεύτερος ἀξιαγαστότερος. Τῷ προτέρῳ μὲν γὰρ ἡ προθυμία μόνη προσφέρει τὴν εὐφημίαν, τὸν δὲ δεύτερον πρὸς τῇ προθυμίᾳ καὶ ἡ εὐβουλία κοσμεῖ. Ταῦτα ἐγὼ μὲν πρὸς τὸ δεδομένον τῆς γνώσεως μέτρον διέκρινα· ὁ δὲ καὶ τὰ πράγματα καὶ τὰ ἐνθυμήματα σαφῶς ἐπιστάμενος, ἐν τῇ τῆς ἐπιφανείας ἡμέρᾳ δείξει τὸν ἄμεινον βουλευσάμενον.

### 1065 IV. — *Heortastica.*

Animarum corporumque Conditor utrique naturæ commoda largitus est, atque una nos et mentem et sensum pascentibus bonis cumulavit. Cum sanctissimo enim festo pluviam quoque optatissimam dedit, ut tristitiæ vacuam redderet celebritatem. Nos vero munificum laudantes Dominum, festivas de more litteras scribimus, tuamque salutantes pietatem, orationum auxilium deposcimus.

### Δ'. — *Ἑορταστική.*

Ὁ ψυχῶν καὶ σωμάτων Δημιουργὸς ἑκατέρᾳ φύσει τὰ πρόσφορα δέδωκε, καὶ κατὰ ταυτὸν ἡμᾶς καὶ B τοῖς νοητοῖς αἰσθητοῖς ἐπέκλυσεν ἀγαθοῖς. Μετὰ γὰρ δὴ τῆς παναγοῦς ἑορτῆς καὶ τὸν τριπόθητον ἔδωκεν ὑετὸν, ἵνα καθαρὰν ἀθυμίας τὴν πανήγυριν ἀποφήνῃ. Ἡμεῖς δὲ τὸν μεγαλόδωρον ὑμνήσαντες Δεσπότην, τοῖς ἑορταστικοῖς συνήθως κεχρήμεθα γράμμασι, καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν προσφθεγγόμενοι, τὴν ἀπὸ τῶν προσευχῶν αἰτοῦμεν βοήθειαν.

### V. — *Heortastica.*

Qui nos curis angoribusque post peccatum addixit conditor Deus, consolationis occasiones nobis suppeditavit divinas interponens festivitates. Harum enim argumenta et concessa nobis a Deo beneficia in mentem revocant, et perfectam tristium omnium liberationem denuntiant. His bonis jam nunc fruentes, abundanteque lætitia, magnificentiam tuam salutamus, et amicitiæ, ut festi lex postulat, officio perfungimur.

### E'. — *Ἑορταστική.*

Φροντίσιν ἡμᾶς καὶ λύπαις μετὰ τὴν ἁμαρτίαν συζεύξας ὁ δημιουργήσας Θεὸς, παρέσχεν ἡμῖν παραψυχῆς ἀφορμὰς τὰς θείας ἐν μέσῳ τεθεικὼς ἑορτάς. Αἱ γὰρ τούτων ὑποθέσεις καὶ τῶν θεοσδότων ἡμᾶς ἀναμιμνήσκουσι δωρεῶν, καὶ τὴν παντελῆ τῶν ἀνιαρῶν προμηνύουσι λύσιν. Τούτων τῶν ἀγαθῶν C καὶ νῦν ἀπολαύσαντες, καὶ θυμηδίας ἀναπλησθέντες, τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν προσφθεγγόμεθα, καὶ τῆς φιλίας τὸ μέτρον ἐκτίνομεν κατὰ τὸν νόμον τῆς ἑορτῆς.

### VI. — *Heortastica.*

Concessit nobis benignus Dominus, ut cum Christi amantis populi alacritate divinam et salutarem festivitatem perageremus, spiritualisque ex ea utilitatis fructus caperemus. Quare tuæ erga nos pietatis affectum agnoscens, hac de re certum te per litteras facio. Lætantur enim qui erga aliquos bene sunt affecti, cum de illis læti quidpiam audiverint.

### Ϛ'. — *Ἑορταστική.*

Παρέσχεν ἡμῖν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης μετὰ τῆς τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ προθυμίας ἐπιτελέσαι τὴν θείαν καὶ σωτήριον ἑορτὴν, καὶ τοὺς τῆς πνευματικῆς ὠφελείας ἐξ αὐτῆς τρυγῆσαι καρπούς. Τὴν περὶ ἡμᾶς τοίνυν διάθεσιν τῆς σῆς εὐλαβείας εἰδὼς, δῆλον αὐτῇ διὰ γραμμάτων τοῦτο ποιῶ. Ἥδονται γὰρ οἱ εὖ περί τινας διακείμενοι, ὅταν τι περὶ αὐτῶν θυμήρες ἀκούσωσιν.

### 1066 VII. — *Theonillæ.*

Jam pridem scripsissem, si pridem cognitum habuissem obitum magnificentissimi conjugis gravitatis tuæ. Nunc vero scribo, non ut tristitiæ acerbitatem verbis consolatoriis deliniam. Iis enim qui philosophari norunt, vitæque hujus conditionem exploratam habent, sufficit ad sedandas mœroris tempestates sola cogitatio. Quod si diuturnam illam consuetudinem memineris, ista divinas leges commemorat, lacrymisque illius (mœroris) opponit et naturæ cursum, et Dei decretum, et spem resurrectionis. Quorum ego non ignarus, multis verbis opus non habeo. Hortor tantum ut philosophia opportune utaris, et defuncti mortem longam esse peregrinationem statuas, Deique ac Servatoris nostri promissa exspectes. Expers enim est mendacii qui

### Z'. — *Θεονίλλῃ.*

D Πάλαι ἂν ἐγεγράφειν, εἰ πάλαι ἐγνώκειν τὴν τελευτὴν τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου τῆς σῆς σεμνοπρεπείας ὁμοζύγου. Καὶ νῦν δὲ γράφω, οὐχ ἵνα τὴν τῆς ἀθυμίας ὑπερβολὴν λόγοις παραμυθητικοῖς κατευνάσω· τοῖς γὰρ ἐπισταμένοις φιλοσοφεῖν, καὶ τοῦδε τοῦ βίου τὴν φύσιν ἐπεσκεμμένοις, ἀπόχρη καὶ μόνος ὁ λογισμὸς ἀποσκεδάσαι τῆς λύπης τὰς τρικυμίας. Κἂν τῆς μακρᾶς ἐκείνης συνηθείας ἀναμιμνήσκῃ, αὐτὸς τοὺς θείους νόμους ἀναγινώσκει, καὶ ταῖς ἐκείνης δάκρυσιν ἀντιτάττει καὶ τῆς φύσεως τὸν δρόμον, καὶ τοῦ Θεοῦ τὸν ὅρον, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Ταῦτ' εἰδὼς οὐ δέομαι λόγων πολλῶν, ἀλλ' εἰς καιρὸν τῇ φιλοσοφίᾳ κεχρῆσθαι παρακαλῶ· καὶ νομίσαι τοῦ κατοιχομένου τὴν τελευτὴν ἀποδημίαν μακράν· καὶ προσμεῖναι τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ

Digitized by Google

Σωτῆρος ἡμῶν ὑπόσχεσιν. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ τὴν ἀνάστασιν ἐπαγγειλάμενος, μᾶλλον δὲ ἀληθείας πηγή.

A resurrectionem promisit, imo vero fons veritatis.

### Η'. — *Εὐγραφίᾳ.*

Περιττὸν μὲν οἶμαι τὸ πάλιν ἐπῳδὰς τῇ λύπῃ προσφέρειν πνευματικάς. Ἀπόχρη γὰρ (2) μόνη τῶν σωτηρίων παθημάτων ἡ μνήμη σβέσαι καὶ τὴν ἀκμάζουσαν ἀθυμίαν. Ὑπὲρ γὰρ τῆς τῶν ἀνθρώπων ταῦτα γεγένηται φύσεως. Τὸν γὰρ θάνατον ὁ Δεσπότης κατέλυσεν, οὐχ ἵνα ἓν σῶμα κρεῖττον ἀποφήνῃ θανάτου· ἀλλ' ἵνα δι' ἐκείνου τὴν κοινὴν ἀνάστασιν πραγματεύσηται, καὶ ταύτην ἡμῖν τὴν ἐλπίδα βεβαίαν παράσχῃ. Εἰ δὲ καὶ τῶν θείων ἑορτῶν παντοδαπὴν ψυχαγωγίαν προσφερουσῶν οὐ καταγωνίζῃ τῆς ἀθυμίας τὸ πάθος, παρακαλῶ σου τὴν σεμνοπρέπειαν, B τοῦ προικῴου γοῦν γραμματείου τὰ μετὰ τὴν ἐπίδοσιν ἀναγνῶναι, καὶ γνῶναι σαφῶς, ὡς ἡγήσατο τοῦ γάμου τοῦ θανάτου ἡ μνήμη. Τὸ γὰρ θνητὸν τῆς φύσεως ἐπιστάμενοι, καὶ προμηθούμενοι τῆς τῶν ἔτι ζώντων εἰρήνης, τὰς καλουμένας αἱρέσεις ἐπιτάττουσιν, καὶ οὐ δυσχεραίνουσι πρὸ τῆς γαμικῆς συναφείας μεμνημένοι θανάτου· ἀλλὰ διαῤῥήδην βοῶσιν, εἰ μὲν ὁ ἀνὴρ προτελευτήσοι, συνέδοξε τόδε γενέσθαι· εἰ δὲ ἡ γυνὴ τοῦτο ὑπομείνοι τὸ πάθος, τόδε συνήρεσε. Τί τοίνυν δυσχεραίνομεν ταῦτα πρὸ τοῦ γάμου μεμαθηκότες, καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν προσμένοντες; Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα διαλυθῆναι τὴν συζυγίαν, ἢ τοῦ ἀνδρὸς προτελευτῶντος, ἢ τῆς γυναικὸς προαπιούσης. Τοῦτον γὰρ ἔχει τὸν δρόμον ὁ βίος. Καὶ τὰ θεῖα τοίνυν, καὶ τὰ C ἀνθρώπινα σαφῶς εἰδυῖά σου ἡ θαυμασιότης, σκεδασάτω τὴν ἀθυμίαν, καὶ τὴν κοινὴν ἐλπίδα τῶν εὐσεβῶν προσμεινάτω.

### VIII. — *Eugraphiæ.*

Supervacaneum duco spiritualia iterum remedia dolori adhibere. Sufficit enim vel ad summam tristitiam profligandam salutarium cruciatuum sola recordatio. Pro * natura quippe humana hi suscepti sunt. Mortem enim Dominus destruxit, non ut corpus unum de morte triumphasse ostenderet, sed ut communem per illud resurrectionem præstaret, atque hanc nobis spem firmam præberet. Quod si, cum divinæ festivitates omnimodam consolationem afferre soleant, tristitiæ dolorem non expugnas, suadeo gravitati tuæ, ut ea relegas **1067** quæ dotis incremento in dotalibus tabulis subjiciuntur, et aperte cognoscas mortis memoriam nuptias præcessisse. Morti enim obnoxiam esse naturam intelligentes et adhuc viventium paci prospicientes, conditiones quas vocant imponunt, et ante nuptialem copulam mortis meminisse non abnuunt, sed diserte pronuntiant : Si vir ante mortuus fuerit, hoc fieri conventum est : sin uxori prius id contigerit, hoc ita complacuit. Quid ergo ægre ferimus, qui hæc ante nuptias didicimus, atque hæc in dies, ut verbo dicam, singulos exspectamus? Prorsus enim necesse est dissolvi conjugium, aut viro prius obeunte, aut uxore præeunte. Hic enim cursus est vitæ. Et divina igitur et humana callens præstantia tua tristitiam excutiat, et communem piorum spem præstoletur.

### Θ'. — *Ἀνωνύμῳ* (3).

Ἡ μὲν θεοσέβεια ὑμῶν δυσχεραίνει καὶ ἄχθεται διὰ τὴν ἀδίκως ἡμῖν καὶ δίχα κρίσεως ἐπενεχθεῖσαν ψῆφον· ἐμὲ δὲ αὐτὸ τοῦτο ψυχαγωγεῖ. Εἰ μὲν γὰρ δικαίως κατεκρίθην, ἤλγησα ἄν, ὡς παρασχὼν ἀφορμὰς εὐλόγους τοῖς κατακρίνασιν. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτῳ τῷ μέρει καθαρόν μου τὸ συνειδὸς, χαίρω καὶ γάννυμαι, καὶ προσμένω τῶν ἄλλων λύσιν ἁμαρτημάτων διὰ τήνδε τὴν ἀδικίαν. Οὐδὲ γὰρ ὁ Ναβουθὲ δι' ἄλλην ἀρετὴν πολυθρύλλητος, ἀλλ' ὅτι τὴν ἄδικον ἐκείνην ὑπέμεινε σφαγήν. Εὔξασθαι δὲ παρακαλῶ D παρὰ τοῦ Θεοῦ μὴ ἐγκαταλειφθῆναι ἡμᾶς, καὶ ὁ πολεμῶν πολεμείτω. Ἀρκεῖ γάρ μοι εἰς πᾶσαν θυμηδίαν ἡ τοῦ Θεοῦ μου εὐμένεια· κἂν αὐτὸς ἡμῖν παρῇ, τῶν λυπηρῶν ἁπάντων ὡς ἀθυρμάτων καταφρονοῦμεν.

### IX. — *Anonymo.*

Indignatur et ægre fert pietas tua ob injuste in nos et sine judicio latam sententiam ; me vero id ipsum consolatur. Nam si juste condemnatus essem, dolerem utique, quasi legitimas causas judicibus præbuissem. Nunc vero, quia mihi hac in parte pura est conscientia, gaudeo et exsulto, et propter hanc injuriam aliorum criminum veniam spero. Neque enim Nabuthes [18] aliam ob virtutem in ore est omnium, quam quod injustam illam cædem passus est. Quare ora, quæso, ut a Deo **1068** non deseramur, tum qui impugnat impugnet. Sufficit enim mihi ad omnem animi lætitiam Dei benevolentia : et si ipse nobis adsit, tristia omnia ut ludicra contemnemus.

### Ι'. — *Ἡλίᾳ σχολαστικῷ.*

Τοὺς νόμους εἰς ἐπικουρίαν τῶν ἀδικουμένων οἱ νομοθέται γεγράφασι, καὶ τὴν ῥητορικὴν ἀσκοῦσι τέχνην οἱ τὸν δικανικὸν ἀσπαζόμενοι βίον, ἵνα τοῖς δικαίας δεομένοις βοηθείας συνηγορῶσι. Καὶ λόγων

### X. — *Heliæ scholastico.*

Leges ad auxilium oppressorum scripsere legislatores, et qui forensem vitam sequuntur, dicendi artem * exercent, ut justa ope indigentibus patrocinentur. Tu igitur, qui et eloquentiam et legum

[18] III Reg. xxi, 1 seqq.

(2) καὶ addit Neap.
(3) Ad præfectum urbi scriptam citat Baronius *Annal.* ad a. C. 445, extr., tom. VI, p. 16, D.

Digitized by Google

scientiam adeptus es, amice, arte utere ut decet. Arte feri injuriam facientes, et ab his læsos adjuva leges tanquam scutum opponens : nullus vero injuriam faciens patrocinium obtineat, quamvis sit familiarissimus. Hoc autem ex numero est Abrames, vir pessimus : qui postquam agrum ecclesiasticum diutino tempore incoluit, quosdam postea nequitiæ socios inde asciscens, ea est ausus quæ aperte fassus est. Misi porro cum illo et acta, et eos qui injuria sunt affecti, ac religiosissimum Gerontium subdiaconum : non ut legibus noxium tradant, sed ut de iis quæ passi sunt peritiam tuam edocentes, et ad commiserationem permoventes, scelestum hominem ut ablata reddat cogere persuadeant.

A τοίνυν ῥητορικῶν, καὶ τῆς τῶν νόμων ἐπιστήμης μεταλαχὼν, ὦ φίλη κεφαλὴ, εἰς δέον χρῆσαι τῇ τέχνῃ, καὶ βάλλε τῇ τέχνῃ τοὺς ἀδικοῦντας, καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων βαλλομένοις ἐπάμυνε, προβαλλόμενος καθάπερ ἀσπίδα τοὺς νόμους· καὶ μηδεὶς ἀδικῶν ἀπολαυέτω συνηγορίας, κἂν οἰκειότατος ᾖ. Εἷς δὲ τούτων Ἀβράμης ὁ κάκιστος· ὃς ἀγρὸν ἐκκλησιαστικὸν χρόνον οἰκήσας συχνὸν, εἶτά τινας ἐντεῦθεν εἰς κοινωνίαν τῆς κακουργίας λαβὼν, τετόλμηκεν ἃ σαφῶς ὡμολόγησεν. Ἀπέστειλα δὲ σὺν αὐτῷ καὶ τὰ πεπραγμένα, καὶ τοὺς ἠδικημένους, καὶ τὸν εὐλαβέστατον Γερόντιον τὸν ὑποδιάκονον· οὐχ ἵνα τοῖς νόμοις παραδῶσι τὸν ἀλιτήριον, ἀλλ' ἵνα τὴν σὴν B διδάξωσιν ἃ πεπόνθασι παίδευσιν καὶ συναλγῆσαι παρασκευάσαντες πείσωσιν ἀναγκάσαι τὸν ἀνόσιον ἄνθρωπον ἀποδοῦναι τὰ συληθέντα.

XI. — *Flaviano episcopo Constantinopolitano.*

Lumen te orbis clarissimum exhibuit universorum conditor et moderator, obscuramque noctem in puram meridiem convertit. **1069** Et quemadmodum juxta portus in specula positus ignis nocte navigantibus aditum portus ostendit, sic sanctitatis tuæ radius pietatis causa vexatis maxima consolatio illuxit, et apostolicæ fidei portum patefecit : ac scientes pariter lætitia replevit, ignaros a scopulis liberavit. Ego vero præ cæteris bonorum largitorem laudo, strenuum nactus defensorem, qui divino timore humanum terrorem excutit, et pro evangelicis dogmatibus alacriter dimicat, et apostolica certamina libenter aggreditur. Itaque omnis jam lingua in sanctitatis tuæ laudes incitatur. Nec enim soli pietatis alumni sinceram fidem tuam prædicant, sed ipsi etiam hostes veritatis fortitudinem magnopere commendant. Veritatis quippe splendoribus cedit mendacium. Hæc nunc scribo, reverendissimum et religiosissimum Hypatium lectorem sciens et prompto animo sanctitatis tuæ nutibus obsequi, et egregiorum facinorum tuorum, domine, perpetuam facere mentionem. Sanctum Deoque charum caput tuum amplectentes, oramus ut precibus nos fulcias, ut quod reliquum est vitæ juxta leges divinas peragamus.

IA'. — *Φλαβιανῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.*

Φωστῆρά σε τῆς οἰκουμένης φανότατον ἀπέφηνεν ὁ τῶν ὅλων Ποιητής τε καὶ Πρύτανις, καὶ τὴν βαθεῖαν σκοτομήνην εἰς καθαρὰν μετέβαλε μεσημβρίαν. Καὶ καθάπερ τὸ παρὰ τοὺς λιμένας φρυκτωρούμενον πῦρ τοῖς ναυτιλλομένοις νύκτωρ ἐπιδείκνυσι τοῦ λιμένος τὸ στόμα, οὕτως ἡ τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἀκτὶς τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πολεμουμένοις ἀνεφάνη μεγίστη παραψυχὴ, καὶ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ἐπέδειξε τὸν λιμένα, καὶ τούς τε εἰδότας θυμηδίας ἐνέπλησε, τούς τε ἀγνοοῦντας ἠλευθέρωσε τῶν σκοC πέλων. Ἐγὼ δὲ διαφερόντως τὸν τῶν ἀγαθῶν ἀνυμνῶ χορηγὸν, πρόμαχον γενναῖον εὑρὼν, τῷ θείῳ φόβῳ τὸ ἀνθρώπειον ἐξελαύνοντα δέος, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων προθύμως προκινδυνεύοντα, καὶ τοὺς ἀποστολικοὺς ἀγῶνας ἀσπασίως ἀναδεχόμενον. Καὶ πᾶσα δὲ γλῶττα νῦν εἰς εὐφημίαν κινεῖται τῆς σῆς ἁγιότητος. Οὐ γὰρ μόνοι τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι θαυμάζουσι τὸ τῆς πίστεως ἀκραιφνὲς, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι λίαν ᾄδουσι τὴν ἀνδρίαν. Ταῖς γὰρ τῆς ἀληθείας ἀστραπαῖς παραχωρεῖ τὸ ψεῦδος. Ταῦτα νῦν γράφω, τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Ὑπάτιον τὸν ἀναγνώστην εἰδὼς, καὶ προθύμως μὲν τοῖς τῆς σῆς ὁσιότητος διακονούμενον νεύμασι, διηνεκῶς δὲ τῶν ἀξιεπαίνων σου, δέσποτα, μεμνημένον κατορθωμάτων. Καί σου τὴν ἁγίαν καὶ Θεῷ φίλην περιπτυσσόμενοι κεφαλὴν, ταῖς προσευχαῖς ἡμᾶς ὑπερείδειν παρακαλοῦμεν, ἵνα τὸ γοῦν λειπόμενον τῆς ζωῆς κατὰ τοὺς θείους βιώσωμεν νόμους.

XII. — *Irenæo episcopo.*

Maximam illam et adamantinam turrim, Jobum dico, strenuum virtutis athletam, nec frequentium omnis generis ærumnarum impetus perculit, sed immobilem potius et inexpugnabilem ostendit. Post finem vero certaminum, tentationum causam **1070** justus legislator aperuit dicens : « Putasne me aliter respondisse tibi, quam ut justus appareas[16]? » Hæc verba pietatem quoque tuam audire arbitror, quæ multos et diversos molestarum re-

D IB'. — *Εἰρηναίῳ ἐπισκόπῳ.*

Τὸν μέγιστον ἐκεῖνον καὶ ἀδαμάντινον πύργον, τὸν Ἰὼβ φημι, τὸν γενναῖον τῆς ἀρετῆς ἀθλητὴν, οὐδὲ ἡ τῶν συχνῶν καὶ παντοδαπῶν λυπηρῶν κατέσεισε προσβολὴ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκίνητόν τε καὶ ἄμαχον ἔδειξεν. Μετὰ μέντοι τῶν ἀγώνων τὸ τέλος, τὴν τῶν πειρασμῶν αἰτίαν ὁ δίκαιος νομοθέτης ἐδήλωσεν, οὕτως εἰπών· « Οἴει δέ με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα δίκαιος ἀναφανῇς; » Τούτων ἀκούειν τῶν λόγων καὶ τὴν σὴν ὑπολαμβάνω φιλοθεΐαν,

[16] Job XL, 1.

(4) Exstat hæc epistola e Latina Metii interpretatione apud Baronium *Annal.* ad a. C. 449, tom. VI, p. 101.

Digitized by Google

πολλὰς καὶ διαφόρους προσϐολὰς σκυθρωπῶν δυναμένην πραγμάτων ἐνεγκεῖν· οὐχὶ φυγοῦσαν δὲ ταύτας, ἀλλὰ τὸ τῆς οἰκονομίας (5) σταθερὸν καὶ στερεώτερον διδάξασαν. Ταύτην ἰδὼν τῆς ἱερᾶς ὑμῶν ψυχῆς ἀνδρείαν ὁ μεγαλόδωρος Δεσπότης, οὐχ ἠνέσχετο κρύψαι ἀξιόκτητον ἀθλητὴν, ἀλλ' εἰς τοὺς ἀγῶνας εἰσήγαγεν· ἵνα τὴν μὲν σεβασμίαν ὑμῶν κεφαλὴν τῷ νικηφόρῳ κατακοσμήσῃ στεφάνῳ, ἀρχέτυπον δὲ ὠφελείας τοὺς ὑμετέρους ἄλλους προσενέγκῃ τοῖς ἄλλοις. Συνήθως τοίνυν, ὦ φίλη κεφαλὴ, καὶ τόνδε νίκησον τὸν ἀγῶνα, καὶ φέρε γενναίως τοῦ ὑμετέρου μὲν γαμϐροῦ, ἐμοῦ δὲ γνησιωτάτου φίλου τὴν τελευτήν. Καὶ νίκησον τῇ φιλοσοφίᾳ καὶ συγγένειαν καὶ μνήμην ἠθῶν ἄριστα κεκραμένων καὶ ἐλευθερίως, νικῶσαν καὶ ζωγράφων τέχνην, καὶ λογογράφων ἐπιστήμην· καὶ τὴν τῆς ἀθυμίας διάλυσον προσϐολὴν τῇ μνήμῃ τοῦ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομοῦντος σοφῶς, καὶ τὸ μέλλον προορῶντος, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον ἰθύνοντος. Καὶ συνησθῶμεν ἀπαλλαγέντι τῶν τοῦ βίου τρικυμιῶν· μᾶλλον δὲ χάριν ὁμολογήσωμεν, ὅτι φερόμενος ἐξ οὐρίων εἰς τοὺς ἀπηνέμους καθωρμίσθη λιμένας, καὶ πεῖραν τῶν πικρῶν οὐκ ἔλαβε ναυαγίων, ὧν ὅδε ὁ βίος μεστός. Ἀλλὰ γὰρ οἶδα περιττὸν ποιῶν, τὸν γενναῖον τῆς ἀρετῆς ἀγωνιστὴν, καὶ τῶν ἄλλων ἀθλητῶν παιδοτρίϐην, εἰς καρτερίαν ἀλείφων. Γράφω δὲ ὅμως, καὶ ἐμαυτῷ διὰ τῶνδε τῶν λόγων ψυχαγωγίαν προσφέρων. Ἤλγησα γὰρ τῷ ὄντι τῆς ἀξιαγάστου συνουσίας ἀναμνησθείς. Ἀλλὰ πάλιν ὕμνησα τῶν ὅλων τὸν Πρύτανιν, καὶ τὸ συνοίσειν μέλλον εἰδότα, καὶ πρὸς τοῦτο τὰ καθ' ἡμᾶς κυϐερνῶντα. Ταῦτα μετὰ τὸ γράψαι τὰ πρότερα ὑπομνηστικὰ ὑπηγόρευσα, τινός μοι τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ φίλων μεμηνυκότος τὴν τελευτήν.

Ἀκμάζει μὲν ἔτι μοι τὰ τῆς λύπης, καὶ χαλεπῶς αὕτη προσβάλλει τῷ λογισμῷ· τὸν δὲ τῆς ἑορτῆς πληρῶσαι νόμον ὑπέλαβον δίκαιον. Αὐτίκα γοῦν καὶ τοῖς γράμμασι κέχρημαι, καὶ τὴν εὐλάβειάν σου προσφθέγγομαι, καὶ τῆς ἀγάπης ἐκτίνω τὸ χρέος.

ΝΖ'. — Εὐτρεχίῳ ὑπάρχῳ.

Δέδωκεν ἡμῖν τῶν ὅλων ὁ Πρύτανις καὶ τοῦτο, τῆς C ὑμετέρας μεγαλοφυΐας ἀκοῦσαι τὸ γέρας, καὶ συνησθῆναι μὲν ὑμῖν οὕτω τετιμημένοις, συνησθῆναι δὲ τοῖς ἀρχομένοις ὑπὸ τοιαύτης ἰθυνομένοις πραότητος. Ἐγὼ δὲ ἄδικον ᾠήθην σιγῇ κρύψαι τὴν εὐθυμίαν, καὶ μὴ δηλῶσαι ταύτην τοῖς γράμμασιν. Ὅτι γὰρ θερμοὶ τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας ὑπάρχομεν ἐρασταὶ, παρ' ὑμῶν τοῦ φίλτρου τὰς ἀμοιβὰς εἰληφότες, πέπεισται πάντως ἡ ὑμετέρα μεγαλοπρέπεια. Ὡς ἐρασταὶ δὲ τοιοῦτοι, τὸν τῶν ἀγαθῶν ἱκετεύομεν χορηγὸν, ταῖς παντοδαπαῖς αὐτοῦ δωρεαῖς περικλύζειν ὑμᾶς ἀεί.

ΝΗ'. — Νόμῳ ὑπάτῳ.

Διχῇ μοι μερίζει τὴν γνώμην ἡ περὶ τοῦ γράψαι τῷ ὑμετέρῳ μεγέθει βουλή. Τῶν μὲν γὰρ ὑμετέρων D φρενῶν εἰδὼς ἐξηρτημένα τὰ πράγματα, καὶ τὰς κοινὰς ὑμῖν ἐπικειμένας φροντίδας ὁρῶν, ἄμεινον ἡγοῦμαι σιγᾶν· τὸ εὐρὺ δὲ πάλιν καὶ πολυχώρητον τῆς ὑμετέρας ἐπιστάμενος διανοίας, σιωπᾶν οὐκ ἀνέχομαι, δεδιὼς μὴ ῥᾳστώνης ὀφλήσω γραφήν. Κεντεῖ δέ με καὶ πόθος, ὃν ἡ βραχεῖα γεῦσις τῆς ὑμετέρας ἐνεποίησε θέας. Ἐμφορηθῆναί με γὰρ ταύτης ἐστέρησε τῆς τρισμακαρίας ἐκείνης κεφαλῆς ἡ νόσος καὶ τελευτή. Οὗ δὴ χάριν ἐπινοῶ μοι φάρμακον ψυχαγωγίας τὰ γράμματα. Τὸν δὲ τῶν ὅλων ἱκετεύω Δεσπότην, ἰθύνειν ὑμῶν τὸν βίον, καὶ φέρειν ἐξ οὐρίων ἀεὶ, ἵνα τῆς ὑμετέρας προμηθείας ἀπολαύσωμεν ἅπαντες.

A fraterna charitate tua, et cum litteris ad alios portus transmittetur.

LIV. — *Heortastica.*

Divinæ ac salutares solemnitates et mœstos consolantur, et lætos lætiores efficiunt : atque hoc ego experientia didici. Nam cum tristitiæ fluctibus obruerer, undas superavi simul ac dierum festorum portus aspexi. Oret itaque **1111** pietas tua, ut gravi hac procella penitus liberer, et a benigno Domino mœroris oblivionem quamdam accipiam.

LV. — *Heortastica.*

Male nos affecit tristitia. Naturam quippe humanam sortiti sumus, non adamantinam. Remedio autem mihi fuit recordatio Apparitionis Dominicæ. Nunc igitur et scribo juxta morem diei festi, et magnificentiam tuam saluto, quam clara et illustri fama vivere cupio.

LVI. — *Heortastica.*

Urget quidem adhuc me tristitia, et mentem graviter concutit : attamen diei festi legem implere justum existimavi. Nunc itaque et scribo, et reverentiam tuam saluto, et charitatis debitum persolvo.

LVII. — *Eutrechio præfecto.*

Hoc etiam nobis omnium Rector indulsit, ut de excellentiæ tuæ dignitate audiremus, tibique tantum honorem adepto gratularemur, gratularemur et subditis quos tanta regit mansuetudo. Ego vero iniquum duxi lætitiam silentio tegere, et hanc litteris non indicare. Quod enim magnificentiam tuam amemus vehementer, et a vobis amemur vicissim, tuæ prorsus magnificentiæ persuasum est. Qui ergo sic amamus, bonorum largitorem obtestamur, ut omnium donorum suorum affluentem tibi det copiam.

**1112** (37) LVIII. — *Nomo consuli.*

Duas in partes animum meum dividit suscepta de dandis ad te litteris deliberatio. Nam cum ex consiliis tuis pendere res omnes intelligam, et publicas in te curas incumbere, præstare arbitror silere. At cum mentis tuæ rursus amplitudinem capacitatemque perspectam habeam, tacere non audeo, ne accuser inertiæ. Stimulat etiam me desiderium, quod brevis conspectus tui gustus injecit. Quominus enim illo satiarer, obstitit beatissimi illius viri morbus et obitus. Unde nunc solatii remedium ex litteris capto. Universorum autem Dominum oro, ut vitæ tuæ cursum regat, secundisque semper ventis provehat, ut providentia tua frui omnes possimus.

(37) Interpretatio hujus epistolæ Latina est in Baronii *Annal.* ad ann. 445, t. VI, p. 30.

Digitized by Google

### LIX. — *Claudiano.*

Sinceras amicitias nec dissolvere locorum distantia potest, nec tempus attenuare. Corporibus enim nocet, floremque ætatis eripit, et senium inducit : amicitiæ autem vim auget, plura suggerens incitamenta. Propterea et ego multis a tua magnificentia distans stationibus, salutatoriam hanc epistolam scribo, amicitiæ videlicet stimulis incitatus. ' Ejus vero lator est Patroinus draconarius, vir ob animi virtutem reverentia dignissimus : quippe qui divinis legibus magna cum alacritate obsequi studet. Per hunc ergo ne grave sit, vir præstantissime, desiderabilem nobis **1113** sublimitatis tuæ valetudinem nuntiare, cum optatissimo exitu promissionis.

### LX. — *Dioscoro episcopo Alexandriæ.*

Multis quidem et aliis virtutibus præditam esse audimus sanctitatem tuam (velox siquidem fama quaquaversum discurrens omnium aures gloria tua implevit) ; maxime tamen prædicant omnes animi modestiam, quam lege sanciens Dominus seipsum nobis exemplum proposuit dicens : « Discite a me, quia mitis sum et humilis corde [37]. » Natura enim cum sit excelsus, vel potius excelsissimus Deus, mitem et humilem animum suscepta carne probavit. In illum ergo intuens, domine, subditorum multitudinem non respicis, neque sedis sublimitatem : sed naturam spectas, et volubiles vitæ mutationes, divinisque legibus obsequeris, quarum observatio regni cœlorum est conciliatrix. Hac ego de sanctitatis tuæ humilitate certior factus, sacrum Deoque charum caput tuum per litteras amplecti audeo, et preces offero quarum fructus est salus. Auctor autem mihi litterarum istarum fuit religiosissimus presbyter Eusebius : cujus istuc profectionem ut cognovi, epistolam hanc dictavi, tuam orans sanctitatem, tum ut precibus suis nos fulciat, tum ut litteris spirituale convivium inserat, esurientibusque admirandas verborum epulas mittat.

### **1114** LXI. — *Archibio presbytero.*

Cum duas nuper tuæ pietatis epistolas accepissem, non aspernatus sum, sed scripsi e vestigio, et Dei amantissimo presbytero Eusebio litteras dedi. Cunctatione autem quadam interjecta, quod præsens erat dilatum est. Tempus enim deinceps intra portus navigia continuit, maris denotans tempestatem, et nautas gubernatoresque cessare jubens. Inpræsentiarum ergo debitum exsolvo, non ut non debeam, sed ut debitum augeam. Hoc enim debitum multiplex ' fit cum solvitur. Nam qui amicitiæ leges servare student, philtrum acuunt, et ardentius efficiunt, facemque excitant ex scintilla,

A

### ΝΘ'. — *Κλαυδιανῷ.*

Τὰς εἰλικρινεῖς φιλίας οὔτε τοπικὴ διάστασις διαλύειν ἰσχύει, οὔτε χρόνος ἐξιτήλους ἐργάζεται. Τοῖς μὲν γὰρ σώμασι λυμαίνεται, καὶ τὸ μὲν ἄνθος ἀποσυλᾷ, τὸ δὲ γῆρας ἐπάγει· τῆς δέ γε φιλίας αὔξει τὸ ἄνθος, πλείονα προσφέρων τὰ ζώπυρα. Διά τοι τοῦτο κἀγὼ πολλοῖς σταθμοῖς τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας ἀφεστηκὼς, τὴν προσρητικὴν ταύτην ἐπιστολὴν γράφω, τοῖς τῆς φιλίας δηλονότι νυττόμενος κέντροις. Κομίζει δὲ ταύτην Πατρωῖνος δρακωνάριος, ἀνὴρ αἰδοῦς ἀξιώτατος διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετήν· τοὺς γὰρ θείους νόμους μετὰ πολλῆς φυλάττειν προθυμίας ἐπείγεται. Μηνῦσαι τοίνυν ἡμῖν δι' αὐτοῦ, θαυμασιώτατε, καταξίωσον τὴν ἀξιάγαστον ἡμῖν τοῦ σοῦ μεγέθους ὑγείαν, καὶ τὸ τριπόθητον τῆς ὑποσχέσεως πέρας.

B

### Ξ'. — *Διοσκόρῳ ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας* (38).

Πολλοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις εἴδεσιν ἀρετῆς κοσμεῖσθαι τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἀκούομεν (ὠκύπτερος γὰρ ἡ φήμη πάντοσε διαδραμοῦσα τῆς σῆς εὐκλείας τὰς ἁπάντων ἐνέπλησεν ἀκοάς)· οὐχ ἥκιστα δὲ ἅπαντες ᾄδουσι τὸ τοῦ φρονήματος μέτριον· ὃ νομοθετῶν ὁ Δεσπότης ἑαυτὸν ἡμῖν ἀρχέτυπον προὔθηκεν, « Μάθετε, λέγων, ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » Φύσει γὰρ ὢν ὑψηλὸς, μᾶλλον δὲ ὕψιστος Θεὸς, τὸ πρᾶον καὶ ταπεινὸν ἐνανθρωπήσας ἠσπάσατο φρόνημα. Εἰς αὐτὸν οὖν ἀφορῶν, οὐχ ὁρᾷς, δέσποτα, τῶν ἀρχομένων τὸ πλῆθος, οὐδὲ τῶν θρόνων τὸ ὕψος, ἀλλὰ τὴν φύσιν βλέπεις, καὶ τὰς ἀγχιστρόφους τοῦ βίου μεταβολὰς, καὶ τοῖς θείοις νόμοις ἀκολουθεῖς, ὧν
C ἡ φυλακὴ προξενεῖ τῶν οὐρανῶν τὴν βασιλείαν. Ταύτην σου τῆς ὁσιότητος τὴν ταπεινοφροσύνην ἀκούων, θαρρῶ διὰ γραμμάτων τὴν ἱεράν σου καὶ Θεῷ φίλην περιπτύξασθαι κεφαλὴν, καὶ προσευχὰς ἀπαγγέλλω (39), ὧν ὁ καρπὸς σωτηρία. Πρόξενος δέ μοι τούτων γεγένηται τῶν γραμμάτων ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος Εὐσέβιος· τὴν αὐτόσε γὰρ ἀποδημίαν αὐτοῦ μαθὼν, παραυτίκα τὴν ἐπιστολὴν ὑπηγόρευσα, παρακαλῶν σου τὴν ἁγιότητα, ταῖς μὲν εὐχαῖς ἡμᾶς (40) ὑπερεῖσαι, τοῖς δὲ γράμμασι τὴν πνευματικὴν πανδαισίαν ἐνθεῖναι, καὶ πεινῶσιν ἐκπέμψαι τὴν ἀξιάγαστον τῶν λόγων εὐωχίαν.

### ΞΑ'. — *Ἀρχιβίῳ πρεσβυτέρῳ.*

Οὐκ ἠμέλησα τὰς δύο πρώην δεξάμενος ἐπιστολὰς,
D ἀλλ' ἐπέστειλα παραυτίκα, καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ πρεσβυτέρῳ Εὐσεβίῳ τὰ γράμματα δέδωκα. Μελλήσεως δὲ γενομένης τινὸς, τὸ παρὸν νῦν ἀνεβάλετο. Ἡ γὰρ ὥρα λοιπὸν εἴσω τῶν λιμένων κατεῖχε τὰ σκάφη, τοῦ πελάγους ὑποδεικνῦσα τὴν ζάλην, καὶ ναύτας καὶ κυβερνήτας διαναπαύουσα. Ἐκτίνω τοίνυν τόδε ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ χρέος, οὐχ ἵνα μὴ ὀφείλω, ἀλλ' ἵνα τὸ χρέος αὐξήσω. Τοῦτο γὰρ τὸ ὄφλημα πολλαπλάσιον ἐπιτεινόμενον γίνεται. Οἱ γὰρ φυλάττειν ἐσπουδακότες τῆς φιλίας τοὺς νόμους, ἐρεθίζουσι τὸ φίλτρον, καὶ θερμότερον ἀπεργάζον-

[37] Matth. XI, 29.

(38) Eadem epistola latine est apud Baronium ad A. 444, t. VI, p. 22.

(39) ἐπαγγέλλω Neap.
(40) Sic Neap. Sirmondus habebat ὑμῶν.

αι, καὶ τὸν σπινθῆρα ποιοῦσι πυρσόν· ὑπὸ δὲ τούτου πυρπολούμενοι, νικᾷν ἀλλήλους τῷ πόθῳ φιλοτιμοῦνται. Δέξαι τοίνυν τὴν ἀπολογίαν, ὦ σεβασμία μοι κεφαλή, καὶ δὸς τὴν συγγνώμην, καὶ πέμψον ἡμῖν ἐπιστολήν, τὴν σὴν ὑγείαν μηνύουσαν.

ΞΒʹ. — *Ἰωάννῃ πρεσβυτέρῳ.*

Τὸ *Λάθε βιώσας*, εἴρηκε μέν τις τῶν πάλαι καλουμένων σοφῶν. Ἐγὼ δὲ τὴν γνώμην ἐπαινέσας, ἐβουλήθην ἔργῳ βεβαιῶσαι τὸν λόγον. Οὐδὲν γὰρ ἀπεικὸς ᾠήθην ποιεῖν, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων συλλέγων τὸ χρήσιμον. Καὶ γὰρ τὰς μελίττας φασίν, οὐκ ἀπὸ ἐδωδίμων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν πικρῶν βοτανῶν, καὶ τὰ κηρία συλλέγειν, καὶ τὴν γλυκεῖαν δρόσον ἀρύεσθαι. Εἶδον δὲ ἔγωγε καὶ πέτραις ἀγόνοις ἐνιζανούσας, καὶ τὴν νοτίδα τὴν ὀλίγην ἀνιμωμένας. Πολλῷ δὲ δήπουθεν δικαιότερον, τοὺς τῷ λόγῳ τετιμημένους πάντοθεν καρποῦσθαι τὴν ὠφέλειαν. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, πειρῶμαι λανθάνειν, καὶ πάντων μάλιστα τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζομαι. Ἐπανελθὼν δὲ πρώην ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος Εὐσέβιος, ἀπήγγειλε συνουσίαν ὑμῖν τινα γεγενῆσθαι, καὶ μεταξὺ λόγου τινὸς καὶ τὴν περὶ ἡμῶν κινηθῆναι, καὶ τὴν σὴν εὐσέβειαν εὐφήμως τῆς ἐμῆς μνησθῆναι σμικρότητος. Ἐγὼ δὲ ἄγνωμον ᾠήθην, καὶ λίαν ἄδικον, τὸν εὖ καὶ καλῶς μεμνημένον μὴ τοῖς ἴσοις ἀμείψασθαι. Εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἄξιον εὐφημίας εἰργάσμεθα, ἀλλ' οὖν οὕτως ἐπαινούντων θαυμάζομεν τὸν σκοπόν. Ἀγάπης γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔπαινος ἔκγονος. Προσφθέγγομαι τοίνυν τὴν σὴν θεοσέβειαν, διακόνῳ χρώμενος τῶν γραμμάτων ἐκείνῳ, ὃς καὶ τοὺς ἀγράφους σου λόγους, οὓς περὶ ἡμῶν διεξῆλθες, πρώην κεκόμικε. Δεξάμενος τοίνυν, θεοφιλέστατε, τὴν ἐπιστολήν, ἄμειψαι τὰ γράμματα. Ἦρξας μὲν γὰρ λόγων αὐτός, ἐγὼ δὲ γραμμάτων· καὶ ἠμειψάμην γράμμασι τοὺς λόγους. Λείπεται τοίνυν σε τὰ γράμματα γράμμασιν.

ΞΓʹ. — *Ἑορταστική.*

Τῶν μὲν ἄλλων τῆς ἑορτῆς ἀγαθῶν συνήθως ἀπελαύσαμεν. Καὶ γὰρ τὴν τῶν σωτηρίων παθημάτων ἑωρτάσαμεν μνήμην, καὶ διὰ τῆς Δεσποτικῆς ἀναστάσεως ἐδεξάμεθα τὰ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως εὐαγγέλια, καὶ τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν φιλανθρωπίαν ὑμνήσαμεν· ἡ δὲ τῶν Ἐκκλησιῶν ζάλη καθαρᾶς μεταλαχεῖν εὐφροσύνης οὐκ εἴασεν. Εἰ γὰρ ἑνὸς μέλους ἀλγοῦντος ὅλον κοινωνεῖ τῆς ὀδύνης τὸ σῶμα, παντὸς ταραττομένου τοῦ σώματος πῶς ἔνεστι μὴ θρηνεῖν; Ἐπιτείνει δὲ ἡμῖν τὴν ἀθυμίαν τὸ νομίζειν εἶναι ταῦτα τῆς παντελοῦς ἀποστασίας προοίμιον. Εὐξάσθω τοίνυν ἡ θεοσέβειά σου, εἰ μὲν ταῦτα οὕτως ἔχει, τῆς θείας ἡμᾶς ἐπικουρίας τυχεῖν, ἵνα δυνηθῶμεν « ἀντιστῆναι, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ. » Εἰ δέ τις χρόνος ὑπολείπεται τῇ τοῦ (41) βίου συστάσει, λυθῆναι τὸν κλύδωνα, καὶ τὴν προτέραν γαλήνην τὰς Ἐκκλησίας ἀπολαβεῖν· ἵνα μὴ ἐπιπλεῖστον οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ ταῖς ἡμετέραις ἐπαγάλλωνται συμφοραῖς.

[30] Ephes. VI, 13.

(41) τοῦδε Neap.

A et hac face accensi amore certant invicem, et vincere conantur. Accipe ergo defensionem, vir mihi venerande, et da veniam, epistolamque mitte, quæ de incolumitate tua certiores nos faciat.

LXII. — *Joanni presbytero.*

*Vivens late*, dixit quispiam ex iis qui sapientes olim sunt appellati. Quam ego sententiam cum probassem, verba factis confirmare institui. Nihil enim absurdi facere me existimavi, si etiam ab aliis sumam quod utile est. Nam et apes ferunt, non ex iis modo quæ esui sunt, sed ex amaris etiam herbis et favos colligere, et dulcem rorem haurire. Vidi et ipse, cum in saxis infecundis insiderent, et exiguum humorem delibarent. Quo utique justius est, eos qui ratione præditi sunt, utilitatem undecunque decerpere. Ego certe, ut dixi, latere studeo, et quiete ac silentio præ **1115** omnibus delector. Rediens autem nuper ex patria vestra religiosissimus presbyter Eusebius, conventum quemdam apud vos factum narravit, atque in sermone quodam, cum de me etiam verba fierent, honorificam a pietate tua de mea parvitate factam esse mentionem. Unde ingratum atque injustum fore censui, ei qui præclare et honeste nostri meminerit paria non referre. Etsi enim laude dignum nihil egimus, eorum tamen qui sic laudant, mentem et consilium suspicimus. Charitatis enim partus est hujusmodi laudatio. Saluto igitur pietatem tuam, litterarum ministro utens illo, qui tua sine scripto verba, quæ de nobis habueras, nuper ad nos detulit. Tu vero suscepta epistola, Dei amantissime, litteras litteris redde. Nam verba tu quidem prior usurpasti, ego vero litteras, et pro verbis litteras reddidi : restat nunc ergo ut tu quoque litteras litteris compenses.

LXIII. — *Heortastica.*

Aliis quidem diei festi bonis de more potiti sumus. Nam et salutaris passionis memoriam celebravimus, et per Dominicam resurrectionem communis resurrectionis evangelia suscepimus, ineffabilemque Dei et Servatoris nostri humanitatem laudibus extulimus : verum Ecclesiarum agitatio sincera nos lætitia perfrui non permisit. Etenim si dolente uno membro totum corpus turbatur, qui fas est non lugere? Auget vero et intendit tristitiam nostram, quod initium ista putentur esse integræ et absolutæ defectionis. Quocirca oret pietas tua, si quidem hæc ita se habent, ut divinum **1116** auxilium adipiscamur, quo possimus, quod ait Apostolus, « resistere in die malo [30]. » Sin autem reliquum aliquod est tempus ad res constituendas, ut sedetur tempestas, et pristinam tranquillitatem Ecclesiæ recipiant, ne veritatis hostes de calamitatibus nostris exsultent.

Digitized by Google

## LXIV. — *Heortastica.*

Quo tempore salutarem passionem pro genere humano pertulit Dominus, mœrebat supra modum sacrorum apostolorum chorus: nec enim satis perspectum habebant fructum passionis. Postquam vero profectam ex ea salutem cognoverunt, evangelii seu boni nuntii nomine passionis prædicationem appellarunt, eamque omnibus hominibus alacriter promulgarunt. Fideles autem, quippe animo illuminati, hac hilari animo suscepta, passionis memoriam die festo colunt, et mortis tempus in epuli celebritatisque occasionem convertunt. Conjuncta enim resurrectio mortis luctum depellit, et pignus fit communis resurrectionis. Hac in præsens solemnitate perfuncti, pietatem tuam salutamus, festivitatis indicia tanquam bonum quemdam odorem emittentes.

## LXV. — *Zenoni magistro militum.*

Humanis perturbationibus affici, omnibus commune est: ferre autem fortiter, et illarum impetum frangere, non jam commune. Illud enim naturæ est, hoc **1117** vero arbitrii. Unde et philosophos suspicimus, qui optima elegerint, et perturbationes consilio superarint. Philosophiam autem perficit quæ in nobis est ratio, quæ perturbationes regit, nec ducitur ab illis. Una porro e perturbationibus humanis est tristitia, quam ut vincat hortamur magnificentiam vestram. Facile autem vobis fuerit tristitiam vincere, si et naturam cogitetis, et luctus dispendium consideretis. Quod enim defunctis lucrum erit, nobis plangentibus luctuique indulgentibus? Quare cum animo revolvimus natalium communionem, et longi temporis consuetudinem, et claram militiam, et a multis decantata egregia facinora, cogitemus hominem fuisse quem ista ornabant, decretoque mortis obnoxium; Deum insuper omnia moderari, et quid profuturum sit certius nosse, eoque res humanas dirigere. Hæc ego pro epistolæ mensura scripsi, eminentiam tuam obsecrans, ut tuam nobis omnibus valetudinem concedas, quam ut conservare lætitia solet, sic tristitia labefactare. Hac enim de causa communem spectans utilitatem epistolam exaravi.

## LXVI. — *Aerio sophistæ.*

Ad optatissimam celebritatem parens et altrix te vocat. Sacro etenim templo tectum impositum est, et conveniens ornatus accessit, et habitatores quibus exstructum est desiderat. Hi sunt apostoli et prophetæ, Veteris ac Novi Testamenti eximiæ vocis præcones. Festum igitur **1118** præsentia tua exorna, et manantem ex eo benedictionem hauriens, fac ut nobis lætior sit solemnitas.

A

## ΞΔ′. — *Ἑορταστική.*

Ἡνίκα μὲν τὸ σωτήριον πάθος ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ὁ Δεσπότης ὑπέμεινεν, ἠθύμει λίαν ὁ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων χορός· οὐ γὰρ ᾔδεσαν ἀκριβῶς τὸν τοῦ πάθους καρπόν. Ἐπειδὴ δὲ ἔγνωσαν τὴν ἐντεῦθεν βλαστήσασαν σωτηρίαν, εὐαγγέλιον ἐκάλεσαν τὸ τοῦ πάθους (42) κήρυγμα, καὶ τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις προθύμως προσήνεγκαν. Οἱ δὲ πεπιστευκότες, ἅτε δὴ τὸν νοῦν φωτισθέντες, ἀσπασίως τοῦτο δεξάμενοι, ἑορτάζουσι τοῦ πάθους τὴν μνήμην, καὶ τὸν θανάτου καιρὸν δημοθοινίας ἔχουσι καὶ (43) πανηγύρεως ἀφορμήν. Συνημμένη γὰρ ἡ ἀνάστασις ἀποβάλλει (44) τοῦ θανάτου τὸν θρῆνον, καὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως ἐχέγγυος γίνεται. Ταύτης ἐπὶ τοῦ
B
παρόντος μεταλαχόντες τῆς ἑορτῆς, προσφθεγγόμεθά σου τὴν θεοσέβειαν, οἷόν τινα εὐοσμίαν ἐκπέμποντες τῆς ἑορτῆς μηνύματα.

## ΞΕ′. — *Ζήνωνι στρατηγῷ.*

Τὸ μὲν τοῖς ἀνθρωπείοις παθήμασι βάλλεσθαι, πάντων ἀνθρώπων κοινόν· τὸ δὲ φέρειν γενναίως, καὶ τῆς τούτων περιγίνεσθαι προσβολῆς, οὐκ ἔτι κοινόν. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς φύσεως, τοῦτο δὲ τῆς προαιρέσεως. Διὸ δὴ καὶ τοὺς φιλοσοφοῦντας θαυμάζομεν, ὡς τὰ βέλτιστα προαιρουμένους, καὶ γνώμῃ τὰ πάθη νικῶντας. Τὴν δὲ φιλοσοφίαν κατασκευάζει τὸ ἐν ἡμῖν λογικὸν, ἡγούμενον τῶν παθῶν, ἀλλ' οὐκ ἀγόμενον ὑπ' αὐτῶν. Ἓν δὲ τῶν ἀνθρωπείων παθημάτων ἡ λύπη· ταύτης περιγίνεσθαι παρακαλοῦμεν τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν. Ῥᾴδιον δὲ τοῖς καθ' ὑμᾶς νικῆσαι
C
τὸ πάθος, τήν τε φύσιν λογιζομένοις, καὶ τὸ ἀκερδὲς τοῦ πένθους ἐνθυμουμένοις. Τίς γὰρ ὄνησις ἔσται τοῖς ἀπελθοῦσιν, ἡμῶν ὀλοφυρομένων καὶ θρήνοις κεχρημένων; Ὅταν τοίνυν τὸ κοινὸν τῶν ὠδίνων εἰς νοῦν λαμβάνωμεν, καὶ τὸν μακρὸν τῆς συνηθείας χρόνον, καὶ τὰς λαμπρὰς στρατηγίας, καὶ τὰς πολυθρυλλήτους ἀριστείας, λογισώμεθα ὡς καὶ ἄνθρωπος ὁ τούτοις κοσμούμενος, καὶ ὑπὸ τὸν ὅρον τοῦ θανάτου τελῶν· καὶ πρὸς τούτοις, ὅτι Θεὸς πρυτανεύει τὰ σύμπαντα, καὶ τὸ συνοίσειν μέλλον ἀκριβέστερον ἐπιστάμενος, πρὸς τοῦτο κυβερνᾷ τὰ ἀνθρώπεια. Ταῦτα ὡς ἐν (45) ἐπιστολῆς μέτρῳ γέγραφα, παρακαλῶν τὴν ὑμετέραν μεγαλοφυΐαν χαρίσασθαι πᾶσιν ἡμῖν τὴν ὑμετέραν ὑγείαν, ἣν οἶδεν εὐθυμία φυλάττειν, ἀθυμία δὲ λύειν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἔγρα-
D
ψα, τῆς κοινῆς προμηθούμενος ὠφελείας.

## ΞϚ′. — *Ἀερίῳ σοφιστῇ.*

Εἰς τὴν τριπόθητον ὑμᾶς πανήγυριν ἡ τετοκυῖα καὶ θρεψαμένη καλεῖ. Ὁ γὰρ ἱερὸς σηκὸς καὶ τὸν ὄροφον ἔλαβε, καὶ τὸν προσήκοντα κόσμον προσέλαβε, καὶ τοὺς οἰκήτορας οἷς ἐδομήθη ποθεῖ. Ἀπόστολοι δὲ οὗτοι, καὶ προφῆται, Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης μεγαλόφωνοι κήρυκες. Κοσμήσατε τοίνυν τῇ παρουσίᾳ τὴν ἑορτὴν, καὶ τὰς ἐκ ταύτης ἀναβλυζούσας εὐλογίας ἀρύσασθε, καὶ θυμηρεστέραν ἡμῖν ἐργάσασθε τὴν πανήγυριν.

(42) τοῦ πάθους, quod ipsum Sirmondi versio expressit, reponendum e Cod. Vindob.
(43) καί, quod habebat Neap., exciderat e Sirm. textu.
(44) ἀπελαύνει Neap.
(45) ἐν additum e Neap.

Digitized by Google

### ΞΖ'. — *Μαράνᾳ.*

A Σὸν μὲν ἔργον, ὦ ἄριστε, τὸ καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τὴν τῶν ἐγκαινίων πανήγυριν καλεῖν. Ἐκ γὰρ τῆς σῆς σπουδῆς τε καὶ προθυμίας καὶ ὁ θεῖος ἐδομήθη σηκὸς, καὶ οἱ μεγαλόφωνοι τῆς ἀληθείας ἀφίκοντο κήρυκες οἱ τοῦτον οἰκήσοντες, καὶ τοὺς πιστῶς προσιόντας φρουρήσοντες. Γράφω δὲ ὅμως σημαίνων τῆς ἑορτῆς τὸν καιρόν.

### ΞΗ'. — *Ἐπιφανίῳ.*

Ἐβουλόμην μὴ μόνον ὡς πολίτας, ἀλλὰ καὶ ὡς ὁμοπίστους ὑμᾶς καὶ ὁμοσκήνους, εἰς τὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ προφητῶν συγκαλέσαι πανήγυριν· ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τὸ τῆς προλήψεως πάθος. Οὗ δὴ χάριν τὰ τῆς ἐνεγκούσης μόνα προβάλλομαι δίκαια, καὶ παρακαλῶ τῆς ἀξιεράστου τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ B προφητῶν μεταλαχεῖν εὐλογίας. Ταύτην γὰρ τὴν μετάληψιν οὐδεμία κωλύει διχόνοια.

### ΞΘ'. — *Εὐγραφίᾳ.*

Εἰ μή με τὰ τῆς ἀνάγκης κατεῖχε δεσμὰ, εὐθὺς ἂν ἔδραμον, τὴν κοίμησιν γνοὺς τοῦ μεγαλοπρεποῦς καὶ ἀοιδίμου ὁμοζύγου τῆς σῆς θαυμασιότητος. Παμπόλλας γὰρ ὑμῖν ὀφείλω χάριτας, διαφόρως ἐγὼ παντοδαπῆς τιμῆς παρ' ὑμῶν ἀπολαύσας. Ἐπειδὴ δὲ ἄκων ἐκωλύθην ἀποδοῦναι τὸ χρέος, ἄτοπον ᾠήθην γράμματα πέμψαι παρ' αὐτὴν τὴν τοῦ πένθους ἀκμὴν, οὔτε τοῦ γραμματοφόρου συντυχεῖν δυναμένου τῇ σεμνοπρεπείᾳ τῇ σῇ, οὔτε τῆς ὀδύνης συγχωρούσης τοῖς γράμμασιν ἐντυχεῖν. Τοῦ δὲ λογισμοῦ λοιπὸν χώραν ἐσχηκότος ἀνανῆψαι, καὶ ἄγξαι τὸ πάθος, C καὶ κολάσαι τοῦ πένθους τὴν ἀμετρίαν, ἐθάῤῥησα γράψαι, καὶ τὴν σὴν παρακαλέσαι θαυμασιότητα, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐπεσκεμμένην, καὶ τὸ κοινὸν τοῦ πάθους λογιζομένην, καὶ πρὸς τούτοις τὰ θεῖα πεπαιδευμένην, μετρῆσαι τῇ πίστει τὴν ἀθυμίαν. Οὐ γὰρ ἀπέθανεν ὁ πάντα ἄριστος ἐκεῖνος ἀνὴρ, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ἀλλὰ καθεύδει ὕπνον τοῦ συνήθους μακρότερον. Ταύτην γὰρ ἡμῖν ὁ Δεσπότης ἔδωκε τὴν ἐλπίδα· ταύτην ἐκ τῶν θείων Λογίων δεδέγμεθα τὴν ὑπόσχεσιν. Οἶδα μὲν οὖν, ὡς ἀνιαρὸν ὁ χωρισμὸς, καὶ λίαν ἀνιαρὸν, καὶ διαφερόντως ὅταν καὶ ἠθῶν εὐαρμοστία, καὶ χρόνος μακρότερος τὴν φιλίαν (46) αὐξήσῃ· ἀλλ' ἀποδημίας ἔστω, μὴ τελευτῆς, ἡ λύπη. Διαφερόντως δὲ τοῖς ἐν εὐσεβείᾳ τεθραμμένοις ἡ τοιαύτη προσήκει φιλοσοφία· ᾗ καὶ D τὴν ὑμετέραν σεμνοπρέπειαν κοσμηθῆναι παρακαλῶ. Προσφέρω δὲ τὴν παραίνεσιν, οὐχ ὡς ἀναλγησίαν νοσῶν· τῷ ὄντι γὰρ ἤλγησα τὴν ψυχὴν, τῆς φίλης ἐμοὶ κεφαλῆς τὴν ἐκδημίαν μεμαθηκώς. Ἀλλ' εἰς νοῦν ἔβαλον τῶν ὅλων τὸν Πρύτανιν, καὶ τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ σοφίαν, τὴν ἅπαντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομοῦσαν. Καὶ τὴν σὴν παρακαλῶ ὁσιότητα ταῦτα δὴ λογίζεσθαι, καὶ τοῦ πάθους περιγενέσθαι, καὶ τὸν πάντων ἡμῶν Δεσπότην ὑμνῆσαι Θεόν· ἀῤῥήτῳ γὰρ προμηθείᾳ κεχρημένος τὰ καθ' ἡμᾶς κυβερνᾷ.

### LXVII. — *Maranæ.*

Tuæ quidem, vir optime, partes erant etiam alios ad dedicationis celebritatem vocare : tuo siquidem studio ac diligentia et divinum templum ædificatum est, et clarissimi veritatis præcones venerunt, ut in illo habitent, fideliterque accedentes custodiant. Attamen scripsi, et festivitatis tempus significavi.

### LXVIII. — *Epiphanio.*

Vellem ego non solum ut civem, verum etiam ut fidei consortem et contubernalem, te ad sanctorum apostolorum et prophetarum celebritatem convocare; sed non patitur anticipatæ opinionis affectus. Quamobrem sola patriæ jura obtendo, * et oro ut amabilem sanctorum apostolorum et prophetarum benedictionem sortiare. Hanc enim participationem nulla prohibet sententiarum dissensio.

### LXIX. — *Eugraphiæ.*

Nisi me necessitatis vincula retinuissent, accurrissem e vestigio simul ac de magnifici et gloriosi conjugis tui dormitione cognovi. Plurimas enim vobis debeo gratias, omni a vobis honoris genere multifariam cumulatus. Cum autem, quominus debitum redderem, invitus fuissem retardatus, absurdum duxi sub ipsum luctus impetum litteras dare, quando nec tabellario alloqui gravitatem tuam liceret, nec litteras legere dolor permitteret. At postquam rationi **1119** locus datus est resipiscendi, dolorisque comprimendi, et immoderati luctus castigandi, scribere ausus sum, tuamque hortari excellentiam, ut humanam naturam considerans, et commune malum recogitans, divinis præsertim rebus imbuta, mœrorem fide metiatur. Non enim mortuus est præstantissimus ille vir, juxta Domini vocem [39], sed dormit, somnum ducens solito longiorem. Hanc enim nobis Dominus spem dedit : hanc ex divinis Eloquiis accepimus promissionem. Scio equidem molestam esse separationem, ac plane permolestam : tum maxime cum et morum convenientia, et temporis diuturnitas auxerit amicitiam. Verum peregrinationis sit dolor iste, non mortis. Iis autem maxime, qui in pietatis schola sunt educati, talis congruit philosophia : qua et gravitatem tuam, ut ornari studeat, oro. Nec vero exhortatione hac utor, quasi indolentia laborem. Animo enim revera dolui, chari mihi capitis excessu cognito. Sed universorum Rectorem in animum revocavi, ejusque ineffabilem sapientiam, quæ ad utilitatem omnia dispensat. Tuam proinde hortor excellentiam, ut hæc ipsa cogitet, doloremque vincat, et nostrum omnium Dominum Deum laudet. Ineffabili quippe providentia res nostras gubernat.

[39] Luc. VIII, 52.

(46) φιλοσοφίαν mendose habet Vindobonensis.

Digitized by Google

## LXX. — *Eustathio episcopo Ægarum.*

Tragœdia dignum est quod de Maria nobilissima narratur. Hæc **1120** enim, ut ipsa refert, et alii quidem testati sunt, filia est magnificentissimi Eudæmonis : sed in illa calamitate, quæ Africam invasit, avitam libertatem amisit, et mancipata est servituti. Mercatores vero quidam eam a Barbaris emptam popularibus quibusdam nostris vendiderunt. Vendita porro est una cum ipsa et puella ipsius olim famula domestica. Itaque acerbum servitutis jugum pariter ducebant ancilla et domina. Cæterum discrimen ignorare famula noluit, nec oblita est pristinæ dominationis : sed benevolentiam in calamitate reservavit, et post communium dominorum famulatum, famulabatur etiam illi quæ conserva putabatur, pedes abluens, lectulum sternens, et reliqua similiter officia procurans. Res ad emptorum notitiam pervenit. Inde vulgata per urbem hujus libertas, et probitas ancillæ. Quæ cum didicissent qui apud nos degunt milites fidelissimi (ego enim tunc aberam), pretio emptoribus restituto illam a servitute vindicarunt. Ego vero post reditum, et de calamitatis casu, et de laudabili militum studio certior factus, illis quidem fausta precatus sum, nobilissimam vero puellam cuidam e religiosissimis diaconis commendavi, et annonam illi affatim præberi jussi. Jam decem elapsi menses erant, cum patrem audiens adhuc vivere, magistratumque gerere in Occidente, redire ad illum, ut par erat, concupivit. Et cum affirmarent nonnulli, ad nundinas, quæ apud vos nunc aguntur, complures ab Occidente mercatores **1121** venturos, postulavit ut cum litteris meis proficisceretur. Hac ego de causa epistolam scripsi, pietatem tuam obtestans, ut generosæ stirpis curam gerat, et religione prædito cuipiam jubeat, ut cum naviculariis, et gubernatoribus, mercatoribusque agat, et fidis eam viris committat, qui patri restituere queant. Profsus enim lucrum ingens referent, qui filiam ad patrem præter spem omnem humanam perduxerint.

## Ο′. — *Εὐσταθίῳ ἐπισκόπῳ Αἰγῶν* (47).

A Τραγῳδίας ἄξιον τὸ κατὰ τὴν εὐγενεστάτην Μαρίαν διήγημα. Αὕτη γάρ ἐστι μὲν θυγάτηρ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Εὐδαίμονος, ὥς καὶ αὐτή φησι, καὶ ἄλλοι τινὲς μεμαρτυρήκασιν. Ἐν δὲ τῇ καταλαβούσῃ συμφορᾷ τὴν Λιβύην, τῆς προγονικῆς ἐλευθερίας ἐξέπεσε, καὶ εἰς δουλείαν μετέπεσεν. Ἔμποροι δέ τινες, αὐτὴν παρὰ τῶν βαρβάρων πριάμενοι, διεπώλησάν τισι τὴν ἡμετέραν οἰκοῦσιν. Συνεπράθη δὲ αὐτῇ καὶ παιδίσκη, πάλαι τὴν οἰκετικὴν τάξιν ἔχουσα παρ' αὐτῇ· κοινῇ τοίνυν εἷλκον τὸν πικρὸν δουλείας ζυγὸν, ἥ τε θεράπαινα, καὶ ἡ δέσποινα. Ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν ἀγνοῆσαι τὸ διάφορον ἡ θεράπαινα, οὐδὲ τῆς προτέρας ἐπελάθετο δεσποτείας· ἀλλὰ τὴν εὔνοιαν τῇ συμφορᾷ διεφύλαξε, καὶ μετὰ τὴν τῶν κοινῶν δεσποτῶν B θεραπείαν ἐθεράπευε τὴν νομιζομένην ὁμόδουλον, ἀπονίπτουσα πόδας, ἐπιμελομένη στρωμνῆς, καὶ τῆς ἄλλης ὡσαύτως ἐπιμελείας φροντίζουσα. Τοῦτο τοῖς πριαμένοις ἐγένετο γνώριμον. Ἐντεῦθεν ἐθρυλλήθη κατὰ τὴν πόλιν ἥ τε ταύτης ἐλευθερία, καὶ τῆς θεραπαίνης ἡ εὐτροπία. Ταῦτα μεμαθηκότες οἱ παρ' ἡμῖν ἱδρυμένοι πιστότατοι στρατιῶται (ἐγὼ γὰρ τηνικαῦτα ἀπῆν), καὶ τοῖς πριαμένοις ἀπέδοσαν τὴν τιμὴν, καὶ ταύτην τῆς δουλείας ἐξήρπασαν. Ἐγὼ δὲ μετὰ τὴν ἐπάνοδον, διδαχθεὶς καὶ τὸ δρᾶμα τῆς συμφορᾶς, καὶ τῶν στρατιωτῶν τὴν ἀξιέπαινον ὄρεξιν, τὰ ἀγαθὰ μὲν ἐπηυξάμην ἐκείνοις, τὴν εὐγενεστάτην δὲ κόρην τῶν εὐλαβεστάτων τινὶ διακόνων παρέδωκα, σιτηρέσιον ἀρκοῦν χορηγεῖσθαι παρεγγυήσας. Δέκα δὲ διεληλυθότων C μηνῶν, μαθοῦσα τὸν πατέρα ζῆν ἔτι, καὶ ἄρχειν ἐν τῇ Δύσει, ἐπεθύμησεν εἰκότως πρὸς ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν· καί τινων εἰρηκότων, ὡς ἀπὸ τῆς Ἑσπέρας ἔμποροι πλεῖστοι καταίρουσιν εἰς τὴν νῦν παρ' ὑμῖν ἐπιτελουμένην πανήγυριν, ᾔτησε μετὰ γραμμάτων ἐμῶν τὴν ἀποδημίαν ποιήσασθαι. Τούτου χάριν ταύτην γέγραφα τὴν ἐπιστολὴν, παρακαλῶν σου τὴν θεοσέβειαν, ὡς εὐγενοῦς φροντίσαι βλαστήματος, καὶ κελεῦσαί τινι τῶν εὐλαβείᾳ κοσμουμένων, καὶ ναυκλήροις, καὶ κυβερνήταις, καὶ ἐμπόροις διαλεχθῆναι, καὶ πιστοῖς αὐτὴν ἀνδράσι παραδοῦναι, ἀποκαταστῆσαι τῷ πατρὶ δυναμένοις. Πάντως γὰρ πάμπολλα κερδανοῦσι παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα τῷ πατρὶ τὴν παῖδα προσάγοντες.

## LXXI. — *Zenoni magistro militum et consuli.*

Fortitudinem tuam mirantur omnes, ut mansuetudine et clementia temperatam, et quæ erga domesticos blando, adversus hostes virili animo feratur. Laudabilem porro hæc efficiunt magistrum militum. Militem enim ornat fortitudo, ducem præ fortitudine prudentia, et cum his temperantia atque justitia, per quas magna virtus paratur. Hanc autem colligit bonorum cupida mens, suavissimumque ducit laborem, fructuum spectans dulcedinem. Virtutis siquidem athletis præmia tanquam magnificus quidam agonotheta proposuit universorum Deus, alia quidem in hac vita, alia vero in illa quæ finem non habet. Iis ergo quæ hic sunt magnitudo

## ΟΑ′. — *Ζήνωνι στρατηγῷ καὶ ὑπάτῳ.*

Τὴν ὑμετέραν ἀνδρείαν θαυμάζουσιν ἅπαντες, ὡς ἡμερότητι καὶ πραότητι κεκραμένην, καὶ τοῖς μὲν D οἰκείοις ἠπίως, τοῖς δὲ πολεμίοις ἀνδρείως προσφερομένην. Τὸν ἀξιέπαινον δὲ ταῦτα δείκνυσι στρατηγόν. Στρατιώτην μὲν γὰρ ἡ ἀνδρία κοσμεῖ, τὸν δὲ στρατηγὸν πρὸ τῆς ἀνδρίας ἡ φρόνησις· καὶ μετὰ τούτων σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, δι' ὧν ὁ τῆς ἀρετῆς συναθροίζεται πλοῦτος. Συλλέγει δὲ τοῦτον ἡ τῶν ἀγαθῶν ὀρεγομένη ψυχή· καὶ ἥδιστον ἡγεῖται τὸν πόνον, εἰς τὸ γλυκὺ τῶν καρπῶν ἀποβλέπουσα. Τοῖς γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀθληταῖς ἆθλα προτέθεικεν οἷά τις ἀγωνοθέτης φιλότιμος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τὰ μὲν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, τὰ δὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ πέρας οὐκ ἔχοντι.

(47) Habet hanc epistolam Latine redditam Baronius ad ann. 440, tom. VI, p. 6.

Digitized by Google

Τῶν τῇδε μὲν οὖν τὸ ὑμέτερον ἀπήλαυσε μέγεθος, A καὶ τὸ ἀκρότατον ἐδέξατο γέρας· εἴη δὲ καὶ τῶν μονίμων ἐκείνων καὶ διαρκῶν τὴν ὑμετέραν μεγαλοφυΐαν τυχεῖν ἀγαθῶν, καὶ μετὰ τῆς ὑπατικῆς ἀμπεχόνης προσλαβεῖν τὴν ἄῤῥητον καὶ θείαν περιβολήν. Κοινὴ γὰρ πάντων εὐχὴ τῶν ἐκείνης τῆς δωρεᾶς ἐπισταμένων τὸ μέγεθος.

## ΟΒ'. — Ἑρμησιγένει παρέδρῳ.

Ἡνίκα τῶν ἀνθρώπων ὁ τῆς ἀγνοίας κατεκέχυτο ζόφος, οὐ τὰς αὐτὰς ἅπαντες ἑορτὰς ἐπετέλουν, ἀλλὰ διῃρημένας εἶχον κατὰ πόλεις τὰς πανηγύρεις. Ἐν Ἤλιδι μὲν γὰρ Ὀλύμπια ἦν, ἐν Δελφοῖς δὲ τὰ Πύθια, ἐν δέ γε τῇ Σπάρτῃ τὰ Ὑακίνθια, Ἀθήνησι δὲ τά (48) Παναθήναια, καὶ τὰ Θεσμοφόρια, καὶ τὰ Διονύσια. Ἐπίσημα δὲ ἦν· καὶ ἄλλοι δὲ ἄλλων ἐπετέ- B λουν δημοθοινίαν (49) δαιμόνων. Ἐπειδὴ δὲ τὸ νοερὸν φῶς τὴν ἀχλὺν ἐκείνην ἐσκέδασε, πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης ἠπειρῶται καὶ νησιῶται κοινῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιτελοῦσι τὰς ἑορτάς· καὶ ἔνθα ἄν τις ἀποδημῆσαι θελήσῃ, κἂν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, κἂν πρὸς δυόμενον, πανταχοῦ τὴν αὐτὴν εὑρήσει κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐπιτελουμένην πανήγυριν. Οὐδὲ γὰρ κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον, τὸν τῇ Ἰουδαίων ἀσθενείᾳ συμβαίνοντα, εἰς μίαν ἀνάγκη συνιέναι πόλιν, καὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἑορτάζειν τὴν μνήμην· ἀλλὰ πᾶσα πόλις, καὶ πᾶσα κώμη, καὶ ἀγροὶ, καὶ ἐσχατιαὶ, τῆς θείας ἐνεπλήσθησαν χάριτος· καὶ ἐν παντὶ τόπῳ σηκοὶ θεῖοι καὶ τεμένη καθιέρωνται τῷ τῶν ὅλων Θεῷ. Διά τοι τοῦτο καὶ κατὰ πόλεις διῃρημένοι πανηγυρίζομεν, καὶ αὖ πάλιν κοινωνοῦμεν ἀλ- C λήλοις τῶν ἑορτῶν. Τὸν γὰρ αὐτὸν Θεόν τε καὶ Δεσπότην τοῖς ὕμνοις γεραίρομεν, καὶ τὰς μυστικὰς αὐτῷ θυσίας προσφέρομεν. Τούτου δὴ χάριν καὶ διὰ γραμμάτων ἀλλήλους οἱ γειτονεύοντες προσφθεγγόμεθα, τὴν ἐκ τῆς ἑορτῆς ἐγγινομένην θυμηδίαν σημαίνοντες. Τοῦτο κἀγὼ νῦν ποιῶ, καὶ τὴν ἑορταστικὴν πρόσρησιν τῇ σῇ μεγαλοπρεπείᾳ προσφέρω. Ἀντιδώσει δὲ καὶ αὐτὴ πάντως τὴν ἴσην, καὶ τιμήσει τὸν νόμον τῆς ἑορτῆς.

## ΟΓ'. — Ἀπολλωνίῳ.

Θεμιστοκλέα τὸν Νεοκλέους, τὸν ἄριστον ἐκεῖνον καὶ ἀξιάγαστον στρατηγὸν, θαυμάζων ὁ συγγραφεὺς, φυσικὴν αὐτῷ μόνην προσμεμαρτύρηκεν ἀρετήν· Περικλέα δὲ, τὸν Ξανθίππου, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς παι- D δείας ἔφη προσειληφέναι δεινότητα, καὶ τὴν πειθὼ τοῖς λόγοις ἐπιστάζειν, καὶ ταύτῃ κατακηλεῖν τοὺς ἀκούοντας, καὶ ἱκανὸν γενέσθαι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. Οὐδὲν γὰρ ἀπεικὸς περὶ αὐτοῦ γράφοντα τοῖς αὐτοῦ λόγοις κεχρῆσθαι. Ταῦτα καὶ τὴν σὴν λαμπρύνει μεγαλοπρέπειαν. Καὶ γὰρ δεξιάν σοι φύσιν ἔδωκεν ὁ δημιουργήσας Θεὸς, καὶ τῆς παιδείας ἡ μετουσία τὸ ταύτης δείκνυσι κάλλος. Οὐδὲν τοίνυν ἐλλείπει τῷ πλούτῳ τῆς ἀρετῆς, ἢ μόνη τοῦ πεποιηκότος ἡ γνῶσις· ταύτης γὰρ προσγενομένης, τελευτάτην ἕξομεν τῶν ἀγαθῶν τὴν φοράν.

vestra potita est, et supremum honorem est consecuta. Utinam et stabilibus illis ac perpetuis bonis sublimitatem tuam frui contingat, et cum palmata consulari ineffabilem divinamque vestem assumere. Commune namque votum est omnium qui illius doni magnitudinem intelligunt.

## 1122 LXXII. — *Hermesigeni assessori.*

Quo tempore hominum generi circumfusa ignorantiæ nox erat, non eadem omnes festa celebrabant, sed diversas singulis in civitatibus agebant panegyres. Nam in Elide quidem Olympia erant, apud Delphos vero Pythia, et apud Spartam rursus Hyacinthia, Athenis vero Panathenæa, et Thesmophoria, et Dionysia. Insignia porro hæc erant, et alii aliorum dæmonum epulas instruebant. Postquam vero lux mentibus infusa caliginem illam discussit, ubique terrarum ac marium, et continentis incolæ et insulani, una omnes Deo et Servatori nostro dies festos agunt, et quocunque pergere quis velit, sive ad solis ortum, sive ad occasum, eamdem ubique reperiet eodem tempore solemnitatem celebrari. Neque enim juxta Mosis legem, Judæorum infirmitati accommodatam, in unam necesse est civitatem confluere, beneficiorumque memoriam feriando recolere. Sed civitates singulæ, et vici, et agri, et oræ ultimæ divina cumulatæ sunt gratia, locisque omnibus divina templa et delubra universorum Deo sacrata sunt. Itaque et singulas per urbes divisi conventus agimus, et inter nos rursus festorum solemnia communicamus. Eumdem quippe * Deum ac Dominum hymnis veneramur, et mysticas illi hostias offerimus. Unde per litteras etiam qui vicini sumus invicem nos salutamus, quam ex festo capimus lætitiam significantes. Hoc et ego nunc ago, **1123** festalemque magnificentiæ tuæ salutationem mitto. Tu paria prorsus rependes, et festi legem observabis.

## LXXIII. — *Apollonio.*

Themistoclem Neoclis filium, præstantissimum illum et laudatissimum ducem, admirans historicus, naturali duntaxat virtute præditum fuisse testatus est; Periclem vero Xanthippo natum, etiam a disciplina haustam facultatem adjunxisse dixit, suadelamque sermones instillare, et hac audientes demulcere, idoneumque exstitisse, qui et convenientia nosset, et eloqui eadem posset. Nec enim absurdum est, cum de illo scribam, ipsius verbis uti. Tuam hæc quoque illustrant magnificentiam. Nam et dextram felicemque tibi naturam tribuit conditor Deus, et adjuncta disciplina hujus pulchritudinem demonstrat. Quare ad virtutis opes aliud deest nihil, nisi sola auctoris cognitio: quæ si accesserit, perfectissimam bonorum copiam habebimus. Hæc

(48) τά τε Neap.

(49) Pro ὠμοθοινίᾳ, δημοθοινίαν, publicas epulas, rescripsi cum Valesio ad Theod. *Hist. eccles.* v, 21, ubi idem vocabulum habet noster; itemque supra epist. 64, in simili contextu.

Digitized by Google

**audito adventu tuo scribo, bonorum orans largitorem, ut et lucis radio aciem mentis illuminet, et doni magnitudinem ostendat, et possessionis illius amorem incendat, et desiderantem desiderii compotem reddat.**

**LXXIV. — *Urbano.***

**Concessit nobis munificus Dominus ut hac rursum festivitate frueremur, et festalem salutationem magnificentiæ tuæ mitteremus: quam quidem et valere ac florere optamus, et ineffabile a Deo donum consequi, quod bonorum quæ sperantur accedentibus semina 1124 suppeditat, et nunquam desituræ vitæ regnique symbola præbet. Hæc benignum Dominum amplitudini tuæ præstare oramus. Solent enim qui amant amicis bona expetere.**

LXXV. — *Clericis Berœensibus.*

Animadverti non abs re esse quod vos amem. Fidem enim fecerunt pietatis vestræ litteræ amantem me redamari. Mihi vero cur vos amem causæ sunt complures: primum quidem, quod pater vester, magnus ille et apostolicus vir, meus quoque pater fuit. Deinde quod religiosissimum episcopum, qui Ecclesiam vestram nunc regit, unanimis ac germani fratris habeam loco; tertium, civitatum vicinitas; quartum, quod frequentes ad nos invicem commeemus: hoc autem et amicitiam generare, et generatam conservare valet. Quod si autem vultis, quintum dicam: quæ linguæ ad aures est conjunctio (illa quippe verba profert, hæ vero excipiunt), eamdem et nos habemus vobiscum. Vos etenim cum voluptate sermones nostros auditis, et ego exiguam hanc stillam perlibenter in vos effundo. Colophon autem unionis nostræ, fidei est consensio: quod spuriorum dogmatum nullum admiseritis, sed antiquam illam et apostolicam doctrinam conservetis, quam veneranda vobis canities attulit, quam virtutis sudores aluerunt. Hortor ergo pietatem vestram, ut gregis majorem nunc curam suscipiatis, atque hunc illæsum pastori custodiatis, ut cum fiducia **1125** præclaram illam patriarchæ vocem usurpetis: « Nec a bestia captum obtuli tibi [44]. »

LXXVI. — *Uranio præsidi Cypri.*

Sinceram amicitiam præsentia corroborat, locorum autem distantia non dirimit. Valida quippe hujus sunt vincula. Quod quidem et ex aliis multis cognoscere est in promptu: sed ad dicti veritatem satis esse possunt res nostræ. Multa enim nos sejungunt, et montes, et urbes, et mare: nihil tamen magnificentiæ tuæ memoriam exstinxit. Simul ac enim ab urbibus illis quæ mari adjacent venientem cernimus aliquem, mox Cyprum et egregium ejus rectorem sermo producit in medium, læta-

[44] Gen. xxxi, 39.

A **Ταῦτα γνοὺς ὑμῶν τὴν ἄφιξιν ἐπιστέλλω, τὸν τῶν ἀγαθῶν ἀντιβολῶν χορηγὸν, καὶ φωτὸς ἀκτῖνα χαρίσασθαι τῷ τῆς ψυχῆς ὀπτικῷ, καὶ τῆς δωρεᾶς ἐπιδεῖξαι τὸ μέγεθος, καὶ τῆς κτήσεως ἐκείνης ἐξάψαι τὸν ἔρωτα, καὶ ποθήσαντι δωρήσασθαι τὸ ποθούμενον.**

**ΟΔ'. — *Οὐρβανῷ.***

**Δέδωκεν ἡμῖν ὁ μεγαλόδωρος Δεσπότης καὶ ταύτης πάλιν ἀπολαῦσαι τῆς ἑορτῆς, καὶ τὴν ἑορταστικὴν πρόσρησιν πέμψαι τῇ μεγαλοπρεπείᾳ τῇ σῇ· ἣν ὑγιαίνειν τε καὶ διαλάμπειν εὐχόμεθα, καὶ τῆς ἀῤῥήτου καὶ θεοσδότου μεταλαχεῖν δωρεᾶς, ἣ τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν τοῖς προσιοῦσι τὰ σπέρματα χορηγεῖ, καὶ τῆς τέλος οὐ δεξομένης ζωῆς τε καὶ βα-** B **σιλείας τὰ σύμβολα δίδωσιν. Ταῦτα τὸν φιλάνθρωπον Δεσπότην ἀντιβολοῦμεν τῷ σῷ μεγέθει δωρήσασθαι· πεφύκασι γὰρ οἱ φιλοῦντες, τὰ ἀγαθὰ τοῖς φίλοις αἰτεῖν.**

ΟΕ'. — *Τοῖς κληρικοῖς Βεροίας.*

Ἔγνων ὡς εἰκότως περὶ τὴν ὑμετέραν διάκειμαι θεοσέβειαν. Πέπεικε γάρ με τῆς εὐλαβείας ὑμῶν τὰ γράμματα, ὡς ἀγαπῶν ἀνταγαπῶμαι. Πολλὰς δὲ ἔχω τῆς περὶ ὑμῶν ἀγάπης τὰς ἀφορμάς. Πρῶτον μὲν, τὸ τὸν ὑμέτερον πατέρα, τὸν μέγαν ἐκεῖνον καὶ ἀποστολικὸν ἄνδρα, καὶ ἐμὸν γεγενῆσθαι πατέρα. Δεύτερον δὲ, τὸ καὶ τὸν θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον, τὸν νῦν τὴν ὑμετέραν Ἐκκλησίαν ἰθύνοντα, ὁμόψυχον ἔχειν καὶ γνήσιον ἀδελφόν. Τρίτον, τῶν πόλεων τὸ C γειτόνημα. Τέταρτον, τὸ θαμὰ πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς φοιτᾷν. Ἱκανὸν δὲ τοῦτο καὶ τεκεῖν φιλίαν, καὶ τεχθεῖσαν αὐξῆσαι. Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ πέμπτην ἐρῶ· ἣν παρέχει συνάφειαν γλῶττα πρὸς ἀκοὴν (ἡ μὲν γὰρ προφέρει τοὺς λόγους, ἡ δὲ δέχεται τούτους), ταύτην καὶ ἡμεῖς ἔχομεν πρὸς ὑμᾶς. Καὶ γὰρ ὑμεῖς ἥδιστα τῶν ἡμετέρων ἐπακούετε λόγων, κἀγὼ τὴν λιβάδα μου τὴν σμικρὰν ἀσπασίως εἰς ὑμᾶς ἀναλίσκω. Ὁ δὲ κολοφὼν τῆς ἑνώσεως, ἡ συμφωνία τῆς πίστεως· τὸ μηδὲν τῶν νόθων εἰσδέξασθαι δογμάτων, ἀλλὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην καὶ ἀποστολικὴν φυλάττειν διδασκαλίαν, ἣν ἡ σεβασμία ὑμῖν προσενήνοχε πολιὰ, ἣν ἀρετῆς ἱδρῶτες ἐξέθρεψαν. Παρακαλῶ τοίνυν τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν νῦν πλείονα τῆς ποίμνης ποιήσασθαι προμήθειαν, καὶ φυλάξαι τῷ ποιμένι ταύτην ἀλώβητον, καὶ μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν τὸν ἀξιέπαινον τοῦ πατριάρχου λόγον· « Θηριάλωτον οὐκ ἐνήνοχά σοι. »

D ΟϚ'. — *Οὐρανίῳ ἄρχοντι Κύπρου.*

Τὴν εἰλικρινῆ φιλίαν κρατύνει μὲν συνουσία, τοπικὴ δὲ οὐ διατέμνει διάστασις· ἰσχυρὰ γὰρ τὰ ταύτης δεσμά. Καὶ τοῦτο γνοίη μὲν ἄν τις καὶ ἐξ ἑτέρων πολλῶν· ἀπόχρη δὲ καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ἐπιδεῖξαι τοῦ λόγου τ' ἀληθές. Πολλὰ γὰρ ἡμᾶς διίστησι καὶ ὄρη, καὶ πόλεις, καὶ θάλαττα· ἀλλ' οὐδὲν ἔσβεσεν τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας τὴν μνήμην. Εὐθὺς γὰρ ἤν τινα ἴδωμεν ἐξ ἐκείνων ἀφιγμένον τῶν πόλεων, αἳ τῆς θαλάττης εἰσὶν ἀγχιτέρμονες, τὴν Κύπρον καὶ τὸν ταύτης ἄριστον κυβερνήτην εἰς μέσον ὁ λόγος προ-

φέρει, καὶ γαννύμεθα τὸ σὸν ἀκούοντες κλέος. Νῦν δὲ διαφερόντως πολλῆς ἐνεπλήσθημεν θυμηδίας· τὸ γὰρ πάντων ἡμῖν ἐρασμιώτερον μεμαθήκαμεν. Τί γὰρ ἡμῖν, ὦ ἄριστε, θυμηρέστερον τοῦ τὴν ἀξιέπαινόν σου ψυχὴν τῷ τῆς γνώσεως φωτὶ πεφωτισμένην ἰδεῖν; Τὸν γὰρ πολλοῖς κοσμούμενον εἴδεσιν ἀρετῆς, δίκαιον ἡγούμεθα καὶ τὸν ταύτης προσλαβεῖν κολοφῶνα· καὶ πιστεύομεν ὡς ὀψόμεθα τὸ ποθούμενον. Ἁρπάσει γὰρ δῆλον ὅτι προθύμως ἡ σὴ λαμπρότης τὴν θεόσδοτον δωρεὰν, παρὰ γνησίων φίλων καὶ σαφῶς ταύτης ἐπισταμένων τὸ μέγεθος προτρεπομένη, καὶ πρὸς τὸν μεγαλόδωρον ποδηγουμένη Θεὸν, « ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, » καὶ δι' ἀνθρώπων ἀνθρώπους σαγηνεύει πρὸς σωτηρίαν, εἰς ἀγήρω ζωὴν τοὺς ἀγρευομένους ἀπάγων. Ὁ μὲν γὰρ ἰχθυολκὸς τῶν θηρωμένων τὴν ζωὴν ἀφαιρεῖται· ὁ δὲ ἡμέτερος ἁσπαλιευτὴς, ὅπερ ἂν ζωγρήσῃ, τῶν πικρῶν ἐλευθεροῖ τοῦ θανάτου δεσμῶν. Τούτου χάριν « ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, » καὶ διὰ τῆς ὁρωμένης ἀνθρωπότητος τὴν ζωηφόρον τοῖς ἀνθρώποις διδασκαλίαν προσήνεγκεν, καὶ λογικοῖς πρέπουσαν πολιτείαν ἐνομοθέτησεν· καὶ τοὺς νόμους ταῖς θαυματουργίαις κρατύνας, κατέλυσε τῷ τῆς σαρκὸς θανάτῳ τὸν θάνατον· καὶ ταύτην ἀναστήσας, πᾶσιν ἡμῖν ὑπέσχετο τὴν ἀνάστασιν, ἐχέγγυον ἀξιόχρεων τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως τοῦ τιμίου σώματος αὐτοῦ δεδωκὼς τὴν ἀνάστασιν. Οὕτω δὲ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ταῦτα μισοῦντας, ἠγάπησεν, ὡς τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον παρά τισιν ἀπιστεῖσθαι διὰ τὴν τῶν παθημάτων ὑπερβολήν. Ἀπόχρη δὲ δεῖξαι τῆς φιλανθρωπίας τὴν ἄβυσσον, καὶ τὸ τοὺς ἀπιστοῦντας ἔτι καθ' ἡμέραν ἑκάστην καλεῖν. Ποιεῖ δὲ τοῦτο, οὐχ ὡς ἀνθρωπίνης θεραπείας δεόμενος (τίνος γὰρ ἐνδεὴς τῶν ὅλων ὁ Ποιητής), ἀλλ' ὡς διψῶν ἑκάστου τὴν σωτηρίαν. Ἅρπασον τοίνυν, ὦ θαυμάσιε, τὸ δῶρον, καὶ τὸν φιλόδωρον ὕμνησον, καὶ μεγίστην ἡμῖν καὶ θυμηρεστάτην προξένησον ἑορτήν.

### ΟΖ'.—*Εὐλαλίῳ ἐπισκόπῳ τῆς Περσικῆς Ἀρμενίας.*

Ἔγνων ὡς ἐζήτησεν ὁ Σατανᾶς σινιάσαι καὶ ὑμᾶς ὡς τὸν σῖτον, καὶ ἐνδέδωκεν ὁ Δεσπότης, ἵνα δείξῃ τὸν σῖτον, ἵνα τὸν χρυσὸν δοκιμάσῃ, ἵνα τοὺς δοξάζοντας ἀντιδοξάσῃ, ἵνα τοὺς ἀθλητὰς στεφανώσῃ, ἵνα τοὺς ἀριστέας ἀνακηρύξῃ. Ἐγὼ μέντοι δέδια καὶ φρίττω, οὐ περὶ ὑμῶν ἀγωνιῶν τῶν γενναίων τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῶν, ἀλλ' εἰδὼς ὅτι συμβαίνει καὶ ἀσθενέστερον διακεῖσθαί τινας. Εἰ γὰρ ἐν δυοκαίδεκα ἀποστόλοις εἷς εὑρέθη προδότης, εὔδηλον ὅτι ἐν πολλαπλασίοις ἀνθρώποις πλείους εὕροι τις ἂν τῆς τελειότητος ἀποδέοντας. Ταῦτα λογιζόμενος συνεχύθην, καὶ ἀθυμίας ἐνεπλήσθην πολλῆς. « Εἰ γὰρ πάσχει ἓν μέλος, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. » Μέλη δὲ ἀλλήλων ἐσμὲν, καὶ εἰς ἓν σῶμα τελοῦμεν, κεφαλὴν ἔχοντες τὸν Δεσπότην Χριστόν. Μίαν δὲ ὅμως ἔχω (50) τοῦ πάθους παραψυχὴν, τὴν ὑμετέραν εἰς νοῦν

A murque gloriam tuam audientes. Nunc vero potissimum ingenti gaudio repleti sumus, cum id didicerimus quod cæteris omnibus amabilius nobis erat. Quid enim nobis, vir optime, sit jucundius, quam laudabilem animam tuam scientiæ lumine illustratam contueri? Eum quippe, qui multiplici virtutis genere sit ornatus, æquum censemus ipsum etiam illius colophonem adjungere, credimusque nos quod cupimus conspecturos. Arripiet enim haud dubie prompto animo claritas tua divinum donum, germanis amicis, qui hujus magnitudinem apprime norint, instigantibus, et ad munificum datorem Deum deducentibus, qui « omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire [41]: » qui hominum opera homines piscatur B ad salutem, ad senii expertem vitam captos perducens. Piscium enim venator vita privat quos capit: at piscator noster quos **1126** vivos ceperit, ab amaris mortis vinculis liberat. Hujus rei gratia « in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [42], » et per oculis expositam humanitatem, vitalem hominibus doctrinam attulit, et ratione præditis congruentem conversationem legibus sanxit, legesque miraculis confirmans, carnis morte mortem destruxit, et carnem suscitans nobis omnibus resurrectionem promisit, idoneum dans pignus resurrectionis nostræ pretiosi corporis sui resurrectionem. Sic autem homines quamvis odio habentes dilexit, ut incarnationis mysterium fidem C apud quosdam propter cruciatuum quos pertulit atrocitatem non obtineat. Abunde vero ad demonstrandam humanitatis abyssum sufficit, quod incredulos etiamnum in dies vocare non cessat. Hoc porro agit, non quasi humano egens famulatu (qua enim re indigeat qui universa creavit?), sed salutem sitiens uniuscujusque. Quare donum arripe, vir admirande, donique auctorem laudibus effer, et maximam nobis jucundissimamque festivitatem adorna.

### LXXVII. — *Eulalio episcopo Persicæ Armeniæ.*

Cognovi expetiisse Satanam, ut vos etiam cribraret sicut triticum [43], et permisisse Dominum, ut triticum ostenderet, ut aurum probaret, ut glorificantes se glorificaret, ut athletas coronaret, ut D victores proclamaret. Ego sane timeo et horreo, non de vobis sollicitus, qui strenui veritatis pugiles estis: sed quod sciam evenire, ut infirmiores sint nonnulli. Etenim si in duodecim apostolis unus repertus est proditor, **1127** haud dubium quin copiosiore in hominum numero multos sit invenire, qui perfectionis numeros omnes non expleant. Quæ mecum reputans conturbatus sum, et magno animi mœrore affectus. « Si quid enim patitur unum membrum, ut divinus scribit Apostolus, compatiuntur omnia membra [44]. » Membra autem sumus invicem, et in unum corpus coalescimus, caput habentes Christum Dominum. Attamen do-

[41] I Tim. II, 4. [42] Baruch. III, 38. [43] Luc. XXII, 31. [44] I Cor. XII, 26.

(50) ἔσχον Neap.

Digitized by Google

lorem meum reficit una consolatio, dum vestram cogito sanctitatem. Divinis namque oraculis eruditi, et a pastorum principe quid bonum pastorem designet informati, dubium non est quin pro ovibus posituri sitis animas vestras. « Mercenarius enim cum videt lupum venientem, fugit, quia mercenarius est, et ad eum, juxta Domini vocem, non pertinet de ovibus; bonus autem pastor animam suam dat pro ovibus suis [45]. » Eodemque modo militum dux optimus fortitudinem patefacit, non pacis tempore, sed in bello, partim alios excitans, partim ipse pro exercitu periculis se objiciens. Absurdum quippe foret militari honore illum frui, et, ubi usus poscit, pericula defugere.

Hæc beatissimis quoque prophetis in more semper fuerunt: qui, corporis salute postposita, pro Judæis, qui ipsos oderant et aversabantur, nullum laborem et periculum detrectabant: de quibus divinus Apostolus: « Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, cæde gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat hic mundus, **1128** in solitudinibus errantes, et montibus, et speluncis, et cavernis terræ [46]. » Sic et divini apostoli orbem universum peragrando prædicabant, non habentes domum, non lectum, non stratum, non mensam, non aliud quidquam eorum quæ usus postulat necessarius: sed flagellati, et torti, et carceribus detenti, et alia mille mortis genera perferentes. Atque hæc illi perferebant, non pro notis et amicis, sed pro illis ipsis qui eos persequebantur pericula ultro adeuntes. Quo certe justius nunc est, pro fidei sociis, et fratribus, et filiis, irruens hoc tempore periculum amplecti. Hanc enim in suos benevolentiam insitam habet etiam natura brutarum animantium. Nam et passeres videre est pro pullis suis quoad possunt decertantes, et quas vires habent ad illorum defensionem exercentes: et alia similiter volucrum genera pro parvulis suis periculum subeunt. Et quid volucres dico? ursi, et pardi, et lupi, et leones quodlibet pro fetuum suorum salute perpeti gaudent. Nec enim irruentes declinant, sed illorum impetus excipiunt, et pro natis suis dimicant.

A λαμβάνων ὁσιότητα. Τοῖς γὰρ θείοις ἐντραφέντες λόγοις (51), καὶ παρὰ τοῦ ἀρχιποιμένος μεμαθηκότες τί τὸν ἀγαθὸν χαρακτηρίζει ποιμένα, εὔδηλον ὅτι τὴν ψυχὴν ὑμῶν θήσετε ὑπὲρ τῶν προβάτων. « Ὁ γὰρ μισθωτὸς, ὅταν ἴδῃ τὸν λύκον ἐρχόμενον, φεύγει, ὅτι μισθωτός ἐστι, καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν· ὁ δὲ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Οὕτω καὶ στρατηγὸς ἄριστος οὐκ ἐν εἰρήνῃ δείκνυσι τὴν οἰκείαν ἀνδρίαν, ἀλλ' ἐν τῷ τοῦ πολέμου καιρῷ, καὶ τοὺς ἄλλους διεγείρων, καὶ αὐτὸς προκινδυνεύων τῆς στρατιᾶς. Ἄτοπον γὰρ, τῆς μὲν στρατηγικῆς αὐτὸν ἀπολαύειν τιμῆς, ἐν δὲ τῷ τῆς χρείας καιρῷ τοὺς κινδύνους ἀποδιδράσκειν.

C tudo id non permittit, sed cribranti nos traditi propter illa sumus, fidei certaminum participes fieri cupimus : ut quandoquidem ex vita nostra fiduciam non habemus, fidem inviolatam servando misericordiam in die adventus Domini consequamur, et veniam. Hæc etiam ut nobiscum oret a tua petimus sanctitate.

## ΠΓ'. — *Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου, πρὸς Διόσκορον Ἀλεξανδρείας* (78)

Μεγίστην φέρει τοῖς συκοφαντουμένοις παραψυχὴν τὰ τῆς θείας Γραφῆς διηγήματα. Ὅταν γάρ τις ὑπὸ γλώττης ἀχαλινώτου ψευδηγορίαις βληθεὶς τὰς ὀξείας δέξηται τῆς ἀθυμίας ἀκίδας, ἀναμιμνήσκεταί τε τῆς κατὰ τὸν ἀξιάγαστον Ἰωσὴφ ἱστορίας, καὶ ὁρῶν τῆς σωφροσύνης τὸ ἄγαλμα, καὶ τῆς παντοδαπῆς ἀρετῆς τὸν διδάσκαλον συκοφαντίας γραφὴν ὑπομείναντα,

## 1145 LXXXIII. — *Theodoreti episcopi Cyri ad Dioscorum archiepiscopum Alexandriæ.*

Maximo calumniam patientibus solatio sunt ea, quæ in divina Scriptura commemorantur. Cum enim effrenatæ linguæ mendaciis confixus quispiam acutos doloris aculeos exceperit, admirandi Joseph
D historiæ recordatur, et simulacrum continentiæ, virtutumque omnium magistrum videns accusatum per calumniam, et quasi alienas nuptias violasset,

[69] Exod. XXIII, 1.

(77) συκοφαντούντων Neap.
(78) Hanc epistolam Græcam primus ediderat Sirmondus tanquam octogesimam tertiam inter Theodoreti epistolas, cujus et Latina interpretatio e codice Vaticano facta exstat in Baronii *Annalibus* ad a. C. 444, tom. VI, p. in. 22 seq., plane consentiens cum Sirmondi recensione. At cum postea Garnerius eamdem epistolam repetiisset in *Auctario*, p. 101 seq. e codice quodam Vaticano, sed et auctiorem et lectionibus valde a Sirmondiana discrepantem ; hanc substituimus cum lectionis varietate, receptis in textum lectionibus Sirmondianis, ubi Garnerianis præstare videbantur.

Digitized by Google

conclusum vinctumque, et longo tempore in custodia detentum, narrationis hujus remedio mitigat dolorem: eodemque modo mitissimum David animadvertens, qui a Saule tanquam tyrannus fuerat ejectus, inimicum cepisse et illæsum dimisisse; inde rursus tristitiæ utilem adhibet medicinam. Cum vero ipsum etiam Christum Dominum viderit, factorem sæculorum, omnium conditorem, verum Deum, veri Dei Filium, iterum a scelestis Judæis edacem et vinolentum appellatum; non jam consolationem tantummodo, sed lætitiam maximam capit, ut qui communione Dominica dignus habitus sit.

**1146** Hæc autem nunc ut scriberem coactus sum, cum sanctitatis tuæ litteras legissem ad dominum meum Dei amantissimum sanctissimumque archiepiscopum Domnum scriptas. In illis enim hoc inter cætera continebatur, quosdam ad maximam urbem, quæ a sanctitate tua regitur, cum venissent, accusasse nos, quasi in duos filios divideremus unum Dominum nostrum Jesum Christum: idque cum apud Antiochiam dissereremus, ubi multæ myriades auditorum ad concionem convenerunt. At ergo illos quidem deploravi, qui manifestam calumniam texere ausi sunt. Dolui vero, et ignosce, domine, quia vocem exprimit dolor, quod mihi aurem alteram tua divina excellentia integram non reservaverit; sed iis, quæ falso ab illis dicta sunt, fidem habuit: et illi quidem tres sunt, vel quatuor, vel quindecim. Ego vero multas auditorum myriades rectæ doctrinæ testes habeo. Sex enim continuis annis docui sub beatæ sanctæque memoriæ Theodoto Antiochensium episcopo, vitæ claritate et divinorum dogmatum scientia nobilissimo: tredecim rursus aliis sub sanctæ et beatæ memoriæ Joanne episcopo, qui disserentibus nobis sic alliciebatur, ut ambas manus moveret, et de sede sua consurgeret; quem quidem divinis Litteris a puero imbutum, exactam divinorum dogmatum scientiam adeptum esse, sanctitas tua in litteris suis **1147** testata est. Ad hæc septimus hic annus est Deo charissimi archiepiscopi domini Domni. Nec in hodiernum usque diem, tanto temporis intervallo, ullus unquam nec Deo charissimorum episcoporum, nec religiosissimorum clericorum ea, quæ a nobis dicta essent, reprehendit. Quanta vero cum animi voluptate Christiani populi sermones meos audirent,

A καὶ ὡς γάμον ἀλλότριον διορύξαντα, καθειρχθέντα τε καὶ πεδηθέντα, καὶ πλεῖστον ὅσον ἐν εἱρκτῇ σχολάσαντα (79) χρόνον, τῷ τοῦ διηγήματος φαρμάκῳ βαστάζει (80) τὴν ἀλγηδόνα· ὅταν δὲ πάλιν (81) εὑρίσκῃ τὸν πραότατον Δαβὶδ ὡς τύραννον ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ἐλαυνόμενον, τὸν δὲ τὸν (82) πολέμιον θηρεύσαντα, καὶ ἀλώβητον ἀπολύσαντα, ἀλεξιφάρμακον πάλιν ἐντεῦθεν τῆς ἀθυμίας λαμβάνει. Ὅταν δὲ καὶ αὐτὸν ἴδῃ τὸν Δεσπότην Χριστὸν τὸν Ποιητὴν τῶν αἰώνων, τὸν τῶν ἁπάντων Δημιουργὸν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ Υἱὸν, πάλιν (83) ὑπὸ τῶν ἀλιτηρίων Ἰουδαίων φάγον καὶ οἰνοπότην ὀνομαζόμενον, οὐκ ἔτι μόνον ψυχαγωγίαν, ἀλλὰ καὶ εὐθυμίαν καρποῦται μεγίστην· ἅτε δὴ (84) τῆς Δεσποτικῆς ἀξιούμενος κοινωνίας.

B Ταῦτα δὲ γράψαι νῦν ἠναγκάσθην, ἐντυχὼν τοῖς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος (85) γραφεῖσι τῷ (86) δεσπότῃ μου τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Δόμνῳ. Προσέκειτο γὰρ αὐτοῖς καὶ τόδε, ὥς τινες τὴν μεγίστην πόλιν, τὴν ὑπὸ τῆς σῆς ἁγιότητος (87) ἰθυνομένην, κατειληφότες, ἔγραψαν (88) ἡμᾶς ὡς εἰς δύο υἱοὺς μερίζοντας τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ταῦτα ἐν Ἀντιοχείᾳ διαλεγομένους, ἔνθα πολλαὶ μυριάδες τῶν ἀκροατῶν πληροῦσι τὸν σύλλογον. Καὶ ἐκείνους μὲν ἐθρήνησα ὡς (89) προφανῆ συκοφαντίαν ὑφᾶναι τετολμηκότας. Ἤλγησα δὲ, καί μοι σύγγνωθι, δέσποτα, ὑπὸ (90) ὀδύνης λέγειν βιαζομένῳ, ὅτι μοι θατέραν τῶν ἀκοῶν ἡ κατὰ Θεόν σου τελειότης οὐκ ἐφύλαξεν ἀκεραίαν, ἀλλὰ τοῖς ψευδῶς παρ' ἐκείνων εἰρημένοις ἐπίστευσεν· C κἀκεῖνοι (91) μὲν τρεῖς εἰσιν ἢ τέσσαρες, ἢ πέντε καὶ δέκα. Ἐγὼ δὲ πολλὰς ἔχω μυριάδας ἀκροατῶν (92) τῇ τῆς διδασκαλίας ὀρθότητι μαρτυρούσας. Ἓξ μὲν γὰρ ἔτη διετέλεσα διδάσκων ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας καὶ ὁσίας μνήμης Θεοδότου τῆς (93) Ἀντιοχέων ἐπισκόπου, ὃς καὶ βίῳ λαμπρῷ καὶ τῇ τῶν θείων δογμάτων ἐκεκόσμητο γνώσει· τρὶς καὶ δέκα πάλιν (94) ἕτερα ἐπὶ τοῦ τῆς ὁσίας καὶ μακαρίας μνήμης (95) Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου, ὃς τοσοῦτον ἐγάννυτο διαλεγομένων ἡμῶν, ὡς ἄμφω τὼ χεῖρε κινεῖν, καὶ διανίστασθαι πολλάκις· ὅτι δὲ, παιδόθεν τοῖς θείοις λόγοις (96) ἐντεθραμμένος, ἀκριβῆ λίαν εἶχε τῶν θείων δογμάτων τὴν εἴδησιν, ἐμαρτύρησεν ἐν τοῖς γράμμασιν ἡ σὴ ὁσιότης (97). Πρὸς δὲ τούτοις D ἕβδομόν ἐστιν ἔτος τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου τοῦ κυρίου Δόμνου. Καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας, τοσούτου παρελθόντος (98) χρόνου, οὐδεὶς οὔτε τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, οὔτε τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν, τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐμέμψατο

(79) διατρίψαντα Sirm.
(80) θεραπεύει Sirm.
(81) οὕτω πάλιν Sirm.
(82) δὶς τὸν Idem.
(83) πλάνον ὑπὸ τῶν ἀλιτηρίων Ἰουδαίων ὠνομασμένον. Sirm. Pro ἀλιτ. Garnerius ediderat ἀλλοτρίων.
(84) δὲ habebat Garn.
(85) ἁγιότητος Sirm.
(86) θεοφ. κ. ἁγιωτ. ἀρχ. τῷ κυρίῳ Δόμνῳ. Sirm.
(87) ὁσιότητος Sirm.
(88) ἐγράψαντο Sirm.
(89) ὡς abest a Sirm.
(90) ἐπ' Sirm.
(91) καίτοι ἐκεῖνοι Idem.
(92) ἀνθρώπων Sirm.
(93) τῆς addit idem.
(94) δὲ add Sirm.
(95) μακαρίου Ἰωάννου ὃς τοσοῦτον ἰαίνετο ὑπὸ διαλεγ. ἡμ. Sic Sirmondi codex habebat.
(96) τοῖς λόγ. τ. θείοις Sirm. λογίοις Neap.
(97) ἡ ἁγιότης ἡ σὴ Sirm.
(98) διεληλυθότος Sirm.

Digitized by Google

πώποτε. Μεθ' ὅσης δὲ θυμηδίας καὶ οἱ φιλόχριστοι A λαοὶ τῶν ἡμετέρων ἐπαΐουσι (99) λόγων, ῥᾴδιόν σου τὴν (99') κατὰ Θεὸν τελειότητα παρὰ τῶν ἐκεῖθεν ἐνταῦθα παραγενομένων, καὶ παρὰ τῶν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἀφικομένων, μαθεῖν.

Ταῦτα (1) λέγω οὐ σεμνυνόμενος, ἀλλ' ἀπολογεῖσθαι βιαζόμενος (2), οὔτε μὴν λαμπρότητα, ἀλλ' ὀρθότητα μόνον (3) τοῖς ἐμαυτοῦ λόγοις προσμαρτυρῶν. Καὶ ὁ μέγας δὲ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος (4), ἔσχατον ἑαυτὸν τῶν ἁγίων καὶ πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν ὀνομάζων ἀεὶ, ἠναγκάσθη, τῶν ψευδηγόρων ἐμφράττων τὰ στόματα, τὸν τῶν οἰκείων πόνων ἐκθεῖναι κατάλογον· καὶ δεικνὺς ὡς τῆς ἀνάγκης ἦν (5), ἀλλ' οὐ τῆς γνώμης, ἡ τῶν παθημάτων διήγησις, ἐπήγαγεν, « Ἄφρων ἐγενόμην καυχώμενος· ὑμεῖς δέ (6) με ἠναγκάσατε. » B

Ἐγὼ δὲ ἄθλιον ἐμαυτὸν καὶ τρισάθλιον οἶδα· πολλοῖς γὰρ ὑποκείμενον (7) πλημμελήμασι· διὰ δὲ μόνης πίστεως (8) ἐν τῇ τῆς θείας ἐπιφανείας ἡμέρᾳ, φειδοῦς τινος ἀπολαύσεσθαι προσδοκῶ. Τοῖς μὲν γὰρ τῶν ἁγίων Πατέρων ἀκολουθεῖν ἴχνεσι, καὶ προθυμοῦμαι, καὶ προσεύχομαι (9), καὶ τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν, ἣν ἐν κεφαλαίῳ παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συναχθέντες (10) ἁγιώτατοι Πατέρες (11), σπουδάζω φυλάττειν ἀκήρατον.

Καὶ ὥσπερ ἕνα πιστεύω εἶναι Θεὸν Πατέρα, καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον· οὕτω καὶ ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, Υἱὸν τοῦ Θεοῦ (12) μονογενῆ, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεν[ν]ημένον, ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ C χαρακτῆρα τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ κατὰ σάρκα ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου τεχθέντα. Οὕτω γὰρ ἡμᾶς καὶ ὁ πάνσοφος διδάσκει Παῦλος (13). « Ὧν οἱ πατέρες, φησὶ, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας (14). Ἀμήν. » Καὶ πάλιν· « Περὶ τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ (15) τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ (16) ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης. » Διὰ γὰρ (17) τοῦτο καὶ Θεοτόκον ἀποκαλοῦμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον, καὶ τοὺς τὴν προσηγορίαν ταύτην παραιτουμένους, ἀλλοτρίους τῆς εὐσεβείας ἡγούμεθα.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς εἰς δύο πρόσωπα, ἢ δύο υἱοὺς, ἢ εἰς δύο κυρίους μερίζοντας τὸν ἕνα Κύριον D ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, κιβδήλους ὀνομάζομεν, καὶ τῆς τῶν φιλοχρίστων ἀποκρίνομεν μοίρας.

facile potest tua divina excellentia tum ex iis, qui illinc huc veniunt, tum ex iis, qui hinc illo proficiscuntur, cognoscere.

Hæc autem dico, non jactantiæ causa, sed defensionis necessitate, neque splendorem orationi meæ, sed tantum asserens rectitudinem. Nam et magnus quoque orbis magister, qui postremum se sanctorum et primum peccatorem appellare solet, ut ora mendacium obstrueret, suorum ipse laborum indicem proferre coactus est, et ostendens necessitatis fuisse, non liberæ voluntatis, ærumnarum commemorationem, addidit: « Insipiens factus sum dum glorior, vos autem me coegistis [70]. »

Ego vero miserum me, ac miserrimum novi, multis enim obnoxius sum culpis: sed propter solam fidem in die divini adventus veniam me adepturum confido. Sanctorum namque Patrum vestigia sequi cupio **1148** et opto, et evangelicam doctrinam, quam compendio nobis tradiderunt, qui apud Nicæam Bithyniæ convenere sanctissimi Patres, illibatam studeo conservare.

Et sicut unum esse credo Deum Patrem, et unum Spiritum sanctum ex Patre procedentem: sic et unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ante omnia sæcula genitum a Patre, splendorem gloriæ, et characterem paternæ substantiæ, propter hominum salutem incarnatum, et hominem factum, et secundum carnem natum ex Maria Virgine. Sic enim nos docuit et sapientissimus Paulus: « Quorum patres sunt, inquit, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen [71]. » Et iterum: « De Filio Dei, qui factus est ex semine Davidis secundum carnem, qui destinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis [72]. » Propterea igitur et Deiparam appellamus sanctam Virginem, et eos qui nomen hoc repudiant, alienos a pietate censemus.

Similiter et eos qui in duas personas, vel duos filios, vel duos dominos dividunt unum Dominum nostrum Jesum Christum, non sinceros dicimus, et a Christianorum cœtu segregamus.

[70] II Cor. XII, 11. [71] Rom. IX, 5. [72] Rom. I, 3.

(99) ἐπακούουσι Sirm.
(99') τῇ κ. Θ. τελειότητι π. τ. ἐκ. αὐτόσε παραγινομένων καὶ μέντοι καὶ παρὰ τ. ε. ε. ἀφικνουμένων Sirm.
(1) Καὶ ταῦτα Sirm.
(2) βουλόμενος Garn.
(3) μόνην Sirm.
(4) ὁ θεσπέσιος Παῦλος Idem addit.
(5) ἢ ἀλοὺς ἦν, ἡ τῶν, etc. Garn.
(6) δὲ abest a Sirm.
(7) ὑπόκειμαι Sirm.
(8) διὰ μόνην δὲ πίστιν Sirm.
(9) προθυμούμενον καὶ προσευχόμενον Garn.
(10) συνελθόντες Sirm. Συνεληλυθότες Neap.
(11) Addit Garn. ἣν καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἁγία σύνοδος κρατεῖν διηγόρευσε, quæ spuria esse non dubito; unam quidem Nicenæ fidei auctoritatem semper Theodoretus in epistolis apologeticis suis urget. epist. 84, 86, etc.
(12) τοῦ Θ. addit. Sirm.
(13) ἐδίδαξεν καὶ ὁ π. Π. Idem.
(14) τῶν αἰώνων addit Sirm.
(15) αὐτοῦ add. Sirm. idque conjunxerat Garnerius cum Θεοῦ.
(16) ὡρισθ. τοῦ Θ. habebat Garn.
(17) τοι addit Sirm.

Digitized by Google

**1149** Audivimus enim divinissimum Paulum dicentem : « Unus Dominus, una fides, unum baptisma[73]. » Et iterum : « Unus Dominus, Jesus Christus, per quem omnia [74]. » Et rursus : « Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula [75]. » Et alibi : « Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos [76]. » Et innumeras hujusmodi apud ipsum reperire est, unum Dominum enuntiantes, sententias.

Sic etiam clamat divinus evangelista : « Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre) plenum gratiæ et veritatis [77]. »

Clamat et huic cognominis, dicens : « Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat [78]. » Et cum unam ostendisset personam, utraque posuit, et divina et humana. Humanum namque est, et *vir*, et *venit* : divinum vero, *prior me erat*. Attamen non alium novit eum qui post venit, et alium qui ante ipsum erat ; sed eumdem novit ante sæcula quidem ut Deum, hominem vero post ipsum factum ex Virgine.

Sic et beatissimus Thomas, manu ad Domini carnem admota, Dominum appellavit, et Deum, dicens : « Dominus meus et Deus meus [79], » per naturam quæ cernebatur, invisibilem agnoscens. Ita et nos ipsius quidem carnis et divinitatis differentiam novimus : unum autem scimus Filium hominem factum Deum Verbum.

**1150** Hæc enim et a sancta Scriptura didicimus, et a sanctis Patribus qui hanc interpretati sunt, Alexandro et Athanasio, clarissimis præconibus veritatis, qui apostolicam sedem vestram exornarunt ; Basilio item et Gregorio, aliisque terrarum luminibus. Quod vero beatorum quoque Theophili et Cyrilli scriptis utamur, atque his etiam adversantium audaciam retundamus, libri ipsi testantur. Eos enim qui Dominicæ carnis ac Deitatis differentiam negant, et nunc quidem divinam naturam in carnem aiunt esse conversam, nunc vero carnem in divinitatis naturam transiisse, admiratione dignissimorum virorum medicamentis curare nitimur. Aperte siquidem et duarum naturarum discrimen nos docent, et immutabilitatem divinæ prædicant naturæ : et Dominicam carnem divinam quidem vocant tanquam Dei Verbi carnem

A Ἠκούσαμεν γὰρ τοῦ θειοτάτου Παύλου λέγοντος· « Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. » Καὶ πάλιν· « Εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. » Καὶ αὖθις· « Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. » Καὶ ἑτέρωθι, « Ὁ καταβὰς, αὐτὸς καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν πάντων (18). » Καὶ μυρίας δὲ τοιαύτας (19) ἔστιν ἰδεῖν παρ' αὐτῷ φωνὰς τὸν ἕνα Κύριον κηρυττούσας.

Οὕτω καὶ ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς βοᾷ· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν (καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς) πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. »

Καὶ ὁ τούτου δὲ ὁμώνυμος ἐβόα (20) λέγων· « Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν,
B ὅτι πρῶτός μου ἦν. » Καὶ τὸ ἓν πρόσωπον δείξας ἀμφότερα τέθηκε, καὶ τὰ θεῖα, καὶ τὰ ἀνθρώπινα (21). Ἀνθρώπινον μὲν γὰρ, καὶ τὸ, *ἀνὴρ*, καὶ τὸ, *ἔρχεται*· θεῖον δὲ τὸ (22), *Ὅτι πρῶτός μου ἦν*. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἄλλον οἶδε τὸν ὀπίσω ἐρχόμενον, καὶ ἄλλον τὸν πρὸ αὐτοῦ ὄντα· ἀλλὰ (23) τὸν αὐτὸν οἶδε προαιώνιον μὲν ὡς Θεὸν, ἄνθρωπον δὲ μετ' αὐτὸν ἐκ τῆς Παρθένου τεχθέντα.

Οὕτω καὶ ὁ τρισμακάριος Θωμᾶς τῇ τοῦ Κυρίου σαρκὶ τὴν χεῖρα προσενεγκὼν, Κύριον ὠνόμασε καὶ Θεὸν (24), εἰπὼν (25)· « Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου· » διὰ τῆς ὁρωμένης φύσεως καταμαθὼν τὸν ἀόρατον. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, τῆς μὲν αὐτοῦ σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος τὴν διαφορὰν ἐπιστάμεθα· ἕνα δὲ ἴσμεν
C Υἱὸν τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν Λόγον.

Ταῦτα (26) καὶ παρὰ τῆς ἁγίας (27) Γραφῆς ἐδιδάχθημεν, καὶ παρὰ τῶν ταύτην ἡρμηνευκότων ἁγίων (28) Πατέρων, Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀθανασίου, τῶν μεγαλοφώνων κηρύκων τῆς ἀληθείας, οἳ τὸν ἀποστολικὸν ὑμῶν κατεκόσμησαν (29) θρόνον, καὶ Βασιλείου, καὶ Γρηγορίου, καὶ τῶν ἄλλων τῆς οἰκουμένης φωστήρων. Ὅτι δὲ καὶ (30) τοῖς τῶν μακαρίων Θεοφίλου καὶ Κυρίλλου συγγράμμασι κεχρημένοι, τοὺς ἀντιλέγειν τολμῶντας ἐπιστομίζομεν, αὐτὰ μαρτυρεῖ τὰ γράμματα. Τοὺς γὰρ τῆς Δεσποτικῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος τὴν διαφορὰν ἀρνουμένους, καὶ ποτὲ μὲν τὴν θείαν φύσιν εἰς σάρκα τετράφθαι (31) λέγοντας, ποτὲ δὲ τὴν σάρκα εἰς θεότητος μεταβεβλῆσθαι (32) φύσιν, τοῖς τῶν θαυ-
D μασιωτάτων (33) ἀνδρῶν φαρμάκοις θεραπεύειν σπουδάζομεν. Σαφῶς γὰρ καὶ τῶν δύο φύσεων τὴν διαφορὰν ἡμᾶς ἐκπαιδεύουσι, καὶ τὸ ἄτρεπτον τῆς

[73] Ephes. IV, 5. [74] I Cor. VIII, 6. [75] Hebr. XIII, 8. [76] Ephes. IV, 10. [77] Joan. I, 14. [78] ibid. 20. [79] Joan. XX, 28.

(18) παντ. τ. οὐρ. Sirm.
(19) ἑτέρας addit Sirm.
(20) ὁ Βαπτιστής φημι, βοᾷ Sirm.
(21) ἀνθρώπεια. Idem.
(22) Sic. Neap. τὸ aberat a Sirm. et Garn.
(23) Sic recte Sirmondus, ut in epist. 101. Garn. habebat ἀλλ' αὐτὸν οἶδε τὸν πρὸ αἰώνων, κ. τ. ἑξ.
(24) κ. κ. θ. ὠνόμ. Sirm.
(25) Hæc εἰπ. — ὁ Θεός μου absunt a Sirm.
(26) γὰρ addit Sirm.
(27) θείας Idem.
(28) ἁγ. abest a Sirm.
(29) διεκόσμησαν Idem.
(30) Hoc melius quam quod edidit Garnerius: καὶ τοῖς τῶν μακαριωτάτων Θ. κ. Κ. γραμμ. κεχρ. τ. α. τ. ἐπιστ. καὶ διὰ τούτων αὐτὰ μ. τ. πράγματα.
(31) ἐστράφθαι Garn. τὸ ἄτρεπτον τ. θείας φύσεως paulo post. commemorat Theodoretus.
(32) Sic e Sirm. constituimus, quod superiori τετράφθαι accommodatius esset quam participium μεταβληθεῖσαν apud Garnerium.
(33) θαυμασίων τούτων Sirm.

θείας κηρύττουσι φύσεως, καὶ τὴν Δεσποτικὴν σάρκα θείαν μὲν ἀποκαλοῦσιν, ὡς τοῦ Θεοῦ Λόγου (34) σάρκα γεγενημένην· τὸ δὲ εἰς θεότητος αὐτὴν μεταβεβλῆσθαι φύσιν, ὡς ἀσεβὲς ἀποκηρύττουσιν (35).

Ὅτι δὲ καὶ ὁ τῆς μακαρίας (36) μνήμης Κύριλλος πολλάκις ἡμῖν ἐπέστειλεν, οἶμαι καὶ τὴν σὴν σαφῶς εἰδέναι τελειότητα (37). Καὶ ἡνίκα δὲ τὰ κατὰ Ἰουλιανοῦ συγγράμματα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐκπέπομφεν (38), ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ εἰς τὸν ἀποπομπαῖον γραφέντα, τὸν μακάριον ᾔτησεν Ἰωάννην τὸν τῆς Ἀντιοχέων (39) ἐπίσκοπον, ἐπιδεῖξαι ταῦτα (40) τοῖς κατὰ τὴν ἑῴαν διαπρέπουσι διδασκάλοις, καὶ δὴ τοῖς γράμμασιν εἴξας ὁ μακάριος Ἰωάννης πέπομφεν ἡμῖν τὰς βίβλους, καὶ ἀναγνόντες ἐθαυμάσαμεν, καὶ ἐπεστείλαμεν (41) τῷ τῆς μακαρίας μνήμης Κυρίλλῳ· καὶ ἀντέγραψε (42) πάλιν ἡμῖν, καὶ ἀκρίβειαν ἡμῖν καὶ διάθεσιν μαρτυρῶν· καὶ σώζεται ταῦτα τὰ γράμματα παρ' ἡμῖν.

Ὅτι δὲ (43) καὶ τοῖς περὶ Νεστορίου ὑπαγορευθεῖσι τόμοις ὑπὸ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἰωάννου δὶς ὑπεγράψαμεν, μαρτυροῦσιν ἡμῖν αἱ χεῖρες. Ἀλλ' οὗτοι ταῦτα περὶ ἡμῶν θρυλλοῦσι, τὴν οἰκείαν νόσον τῇ καθ' ἡμῶν συκοφαντίᾳ συσκιάζειν πειρώμενοι.

Ἀποστραφήτω (44) τοίνυν ἡ σὴ ὁσιότης (45) τοὺς (46) λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς φροντιζέτω γαλήνης, καὶ τοὺς διαφθείρειν ἐπιχειροῦντας (47) τῆς ἀληθείας τὰ δόγματα, ἢ τοῖς ἀλεξικάκοις θεραπευέτω φαρμάκοις, ἢ τὴν θεραπείαν μὴ δεχομένους, ὡς ἀνηκέστως διακειμένους, τῶν ποιμνίων ἐξελασάτω, ἵνα μὴ τῆς ἐκείνων λώβης μεταλάχῃ (48) τὰ πρόβατα, ἡμᾶς δὲ τῆς συνήθους ἀξιούτω προσρήσεως. Ὅτι γὰρ ἃ φρονοῦμεν γεγράφαμεν (49), μαρτυρεῖ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν συγγραφέντα εἰς τὰς θείας Γραφὰς, καὶ κατὰ τῶν τὰ τοῦ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου φρονούντων.

Πρὸς δὲ τούτοις καὶ σύντομον ἀκροτελεύτιον τίθημι· Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ (50) τὴν ἁγίαν Παρθένον Θεοτόκον, ἢ ψιλὸν ἄνθρωπον ἀποκαλεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἢ εἰς δύο υἱοὺς μερίζει τὸν ἕνα Μονογενῆ, καὶ πρωτότοκον πάσης τῆς κτίσεως, ἐκπέσοι τῆς εἰς Χριστὸν ἐλπίδος, καὶ εἰπάτω πᾶς ὁ λαός· Γένοιτο, γένοιτο!

(51) Τούτων δὲ παρ' ἡμῶν οὕτως εἰρημένων, τὰς ἱεράς σου εὐχὰς παρασχεῖν μοι, δέσποτα, καταξίωσον, καὶ ἀντιγράφοις εὐφρᾶναι, δηλοῦσιν ὡς ἀπεστράφη σου ἡ ἁγιωσύνη τοὺς συκοφάντας.

A factam; illam autem * in divinitatis conversam fuisse naturam, velut impium rejiciunt.

Beatæ porro memoriæ Cyrillum sæpe ad nos litteras dedisse perspectum est, opinor, excellentiæ tuæ. Sed et quando suos adversus Julianum libros misit Antiochiam, similiterque librum de emissario, **1151** beatum Joannem rogavit episcopum Antiochenum, ut illos spectatis per Orientem magistris ostenderet, litterisque obsequens beatus Joannes nobis libros misit, quos legentes suspeximus, et beatæ memoriæ Cyrillo scripsimus: et ille ad nos rescripsit, diligentiamque ac benevolentiam nostram commendavit: quæ litteræ apud B nos servantur.

Quod vero libellis de Nestorio publicatis a beatæ memoriæ Joanne, bis subscripsimus, manus ipsæ nostræ testantur. Sed ipsi talia de nobis susurrant, qui vitia sua calumnia, qua nos petunt, obtegere enituntur.

Quare aversetur sanctitas tua loquentes mendacium, et ecclesiasticæ tranquillitatis curam suscipiat, eosque qui instituunt veritatis dogmata corrumpere, aut salutaribus curet medicamentis, aut curationem recusantes tanquam insanabiles a caulis ejiciat, ne quid ex iis contagionis trahant oves, nos C vero consueto alloquio ne frustretur. Quod enim ea sentiamus quæ scripsimus, libri ipsi testantur quos edidimus, tum in sacram **1152** Scripturam, tum adversus Arianos et Eunomianos.

Ad hæc autem succinctam addo coronidem, si quis sanctam Virginem Deiparam non dicit, aut purum hominem vocat Dominum nostrum Jesum Christum, vel in duos filios dividit unum Unigenitum ac primogenitum omnis creaturæ, a spe in Christum excidat, et dicet omnis populus: Fiat, fiat!

His ita dictis a nobis, sanctas preces tuas impertiri nobis dignare, et mutuis hilarare litteris, qui-D bus patefiat sanctitatem tuam aversari calumniatores.

(34) Λόγου aberat a Garn.

(35) Hoc rectius, cum antea sit ἀποκαλοῦσιν. Sirm. habebat ἀπεκήρυξαν.

(36) κ. ὁσίας addit Garn.

(37) εἰδέναι σαφ. ἁγιότητα Sirm.

(38) πέπομφ. Idem.

(39) τῆς Ἀντιοχείας Sirm.

(40) αὐτά. Idem.

(41) ἀπεστ. Garn.

(42) ἔγραψε Garn.

(43) Abest hic locus Ὅτι δὲ — πειρώμενοι a Sirmondi recensione; neque audeo dicere quam sit verus; nisi intelligatur pax Theodoretum inter et Joannem Antiochenum tandem aliquando post institutum colloquium facta, de qua re noster narrat in epistola, quæ est 162 synodici, quocum confert infra epist. 80; quanquam ista pax non in Nestorium ipsum iniqua erat, in cujus damnationem non consenserat Theodoretus, sed admiserat Joannis scriptum de dogmatibus in controversia Nestoriana tractatis. Vide epist. synodici 159, 160 et 161.

(44) ἀπογραφήτω Garn.

(45) ἡ ὁσ. σου Sirm.

(46) αὐτούς Garn,

(47) τολμῶντας Sirm.

(48) Sic et epist. 103 extr. Garn. habebat μεταλάβῃ.

(49) γεγρ. exciderat e Garn.

(50) οὐ λέγει Sirm.

(51) Quæ hic sequuntur, non ediderat Sirmondus.

Digitized by Google

* Fraternitatem omnem tibi pietate in Christo conjunctam, et ego valere jubeo, et ii qui mecum sunt.

Πᾶσαν τὴν σὴν θεοσεβείᾳ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητα, ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

## LXXXIV. — *Episcopis Ciliciæ.*

Calumnias, quibus appetiti sumus, audivit prorsus pietas vestra. Etenim qui veritati contraria sentiunt, in duos filios dividere nos aiunt unum Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum Dei Filium. Sunt autem qui dicant calumniæ ansam eos arripere ex paucis quibusdam, qui apud vos ita sentiunt, atque in duas personas incarnatum Deum Verbum dividunt. Quos apostolicam vocem audire oportet, disertis verbis dicentem : « Unus Dominus, Jesus Christus, per quem omnia [80]. » Et iterum : « Unus Dominus, una fides, unum baptisma [81]. » Oportebat et Dominicæ illos obsequi doctrinæ. Ipse siquidem **1153** Dominus sic ait : « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo [82]. » Et iterum : « Si videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius [83]. » Et sancti quoque baptismatis traditio unum esse Filium nos docet, sicut unum Patrem, et unum Spiritum sanctum. Dignetur ergo sanctitas vestra, si qui sunt prorsus (ego enim non credo) qui apostolicis dogmatibus reluctentur, reprimere illos, et ecclesiastico more castigare, et docere sanctorum Patrum vestigiis insistere, et a sanctis beatisque Patribus expositam in Nicæa Bithyniæ fidem illibatam servare, ut quæ evangelicam apostolicamque doctrinam compendio tradat. Decet enim vos, Dei amantissimi, et Dei gloriæ, et communis famæ curam habere : nec aspernari manantem ad omnes contumeliam propter paucorum hominum istorum imperitiam vel contentionem, si qui sunt prorsus, tametsi non adversus istos, sicut contra nos linguas exacuerunt sycophantæ. Dignamini autem et nostri meminisse in precibus vestris ad Deum : hoc enim suadet lex charitatis.

## ΠΔʹ. — *Τοῖς ἐν Κιλικίᾳ ἐπισκόποις.*

Τὰς καθ' ἡμῶν γεγενημένας συκοφαντίας μεμάθηκεν πάντως ἡ ὑμετέρα φιλοθεΐα. Οἱ γὰρ τἀναντία τῇ ἀληθείᾳ φρονοῦντες, εἰς δύο υἱοὺς μερίζειν ἡμᾶς φασι τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱόν. Λέγουσι δέ τινες τῆς συκοφαντίας αὐτοὺς λαμβάνειν τὰς ἀφορμὰς ἔκ τινων εὐαριθμήτων παρ' ὑμῖν (52) ταῦτα φρονούντων, καὶ εἰς δύο πρόσωπα διαιρούντων τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν Λόγον. Οὓς δεῖ τῆς ἀποστολικῆς ἐπακοῦσαι φωνῆς διαῤῥήδην βοώσης· « Εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. » Καὶ πάλιν· « Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. » Ἔδει δὲ αὐτοὺς καὶ ταῖς Δεσποτικαῖς ἀκολουθῆσαι διδασκαλίαις. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος οὕτω φησίν· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. » Καὶ πάλιν· « Ἐὰν ἴδητε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον. » Καὶ ἡ παράδοσις δὲ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἕνα Υἱὸν ἡμᾶς εἶναι διδάσκει, ὡς ἕνα Πατέρα, καὶ ἓν ἅγιον Πνεῦμα. Καταξιωσάτω τοίνυν ἡ ὑμετέρα φιλοθεΐα, εἴπερ ἄρα τινὲς ὅλως εἰσὶν (ἐγὼ γὰρ οὐ πείθομαι), τοῖς ἀποστολικοῖς δόγμασιν ἀπειθοῦντες, καὶ ἐπιστομίσαι αὐτοὺς, καὶ ἐκκλησιαστικῶς σωφρονίσαι, καὶ διδάξαι τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ἀκολουθεῖν ἴχνεσι, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἐκτεθεῖσαν πίστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων ἀκήρατον φυλάττειν, ἅτε δὴ τὴν εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν διδασκαλίαν ἐν κεφαλαίῳ διδάσκουσαν. Πρέπει γὰρ ὑμῖν, θεοφιλέστατοι, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης, καὶ τῆς κοινῆς εὐκλείας φροντίσαι, καὶ μὴ περιιδεῖν τὴν κατὰ κοινοῦ χωροῦσαν λοιδορίαν διὰ τὴν τῶν ὀλίγων τούτων ἀνθρώπων ἀμαθίαν, ἢ φιλονεικίαν, εἴπερ τινὲς ὅλως εἰσὶν, εἰ καὶ μὴ κατὰ τούτων, ὥσπεροῦν καὶ καθ' ἡμῶν, παρέθηξαν τὰς γλώσσας οἱ συκοφάνται. Καταξιοῦτε δὲ μνημονεύειν ἡμῶν ἐν ταῖς πρὸς τὸν Κύριον προσευχαῖς. Τοῦτο γὰρ ὁ τῆς ἀγάπης παρακελεύεται νόμος.

## LXXXV. — *Basilio episcopo.*

Bonorum summam divinus Apostolus appellavit charitatem, et hac nutriri fidei alumnos præcepit. Hujus opibus ditata pietas **1154** tua, et quæ opus erant suggessit, et jucunda nuntiavit. Quid enim timentibus Dominum sit jucundius, quam rectorum dogmatum integritas et consensus? Sic igitur habeto, Dei amantissime, valde lætatos illis nos esse quæ de communi amico didicimus : quantoque antea dolore nos affecerat, quod illum unam carnis et deitatis naturam dicere audiebamus, quodque manifeste impassibili deitati salutarem passionem adaptaret, tantum lætitiæ cepimus ex san-

## ΠΕʹ. — *Βασιλείῳ ἐπισκόπῳ* (53).

Κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀγάπην ὁ θεσπέσιος προσηγόρευσε Παῦλος, καὶ ταύτῃ τρέφεσθαι τῆς πίστεως τοὺς τροφίμους παρεκελεύσατο. Ταύτης ἔχουσα τὸν πλοῦτον ἡ σὴ θεοσέβεια, καὶ ἅπερ ἐχρῆν εἰσηγήσατο, καὶ τὰ θυμήρη μεμήνυκε. Τί γὰρ θυμηρέστερον τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον τῆς τῶν ὀρθῶν δογμάτων ὑγείας τε καὶ συμφωνίας; Εὖ ἴσθι τοίνυν, θεοφιλέστατε, ὡς ἄγαν ἥσθημεν τὰ περὶ τοῦ κοινοῦ φίλου μεμαθηκότες· καὶ ὅσον πρώην ἠλγήσαμεν, ἀκούσαντες ὡς μίαν εἶναι φύσιν σαρκὸς καὶ θεότητος λέγει, καὶ ὡς ἄντικρυς τῇ ἀπαθεῖ θεότητι τὸ σωτήριον πάθος προσάπτει, οὕτως ηὐφράνθημεν

[80] I Cor. VIII, 6. [81] Ephes. IV, 5. [82] Joan. III, 13. [83] Joan. VI, 63.

(52) Sic pro παρ' ἡμῖν rescribendum esse jam vidit Garnerius.

(53) Latina hujus epistolæ versio est apud Baron. t. VI, p. 564, ad a. C. 448.

Digitized by Google

τοῖς τῆς σῆς ὁσιότητος γράμμασιν ἐντυχόντες, καὶ A μεμαθηκότες ὡς ἀκεραίους φυλάττει τὰς τῶν φύσεων ἰδιότητας, καὶ οὔτε τὸν Θεὸν Λόγον εἰς σάρκα τετράφθαι φησὶν, οὔτε τὴν σάρκα εἰς θεότητος μεταβεβλῆσθαι φύσιν· ἀλλ' ἐν τῷ ἑνὶ Υἱῷ, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ ἐνανθρωπήσαντι Θεῷ Λόγῳ, ἀσυγχύτους μεμενηκέναι φησὶν τὰς ἑκατέρας φύσεως ἰδιότητας· καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀνυμνήσαμεν ἐπὶ τῇ τῆς θείας πίστεως συμφωνίᾳ. Εἰς μέντοι Κιλικίαν ἑκατέραν γεγράφαμεν, καίτοι σαφῶς οὐκ εἰδότες, εἴπερ τινές εἰσιν ἐναντία τῇ ἀληθείᾳ φρονοῦντες, καὶ παρηγγυήσαμεν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἰχνεῦσαι καὶ ζητῆσαι, εἴπερ ἄρα τινές εἰσιν εἰς δύο υἱοὺς διαιροῦντες τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ ἢ παραινετικῶς σωφρονίσαι, ἢ τοῦ καταλόγου χωρίσαι τῶν ἀδελφῶν. Τῷ ὄντι γὰρ ὁμοίως B ἀποστρεφόμεθα καὶ τοὺς μίαν φύσιν σαρκὸς καὶ θεότητος εἶναι λέγειν τολμῶντας, καὶ τοὺς εἰς δύο υἱοὺς μερίζοντας τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ὅρων ἔξω βαίνειν ἐπιχειροῦντας. Ὅτι δὲ καὶ πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν εὐτρεπεῖς, θαῤῥείτω σου ἡ ὁσιότης. Εἰ γὰρ ὁ Προφήτης φησίν· «Μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην ἤμην εἰρηνικός·» πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς τὴν κατὰ Θεὸν εἰρήνην ἀσπαστῶς προσδεχόμεθα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειάν τινες ἔδραμον τῶν τῷ ψεύδει συντεθραμμένων, καὶ συκοφαντίας ἔῤῥαψαν καθ' ἡμῶν, καὶ τοῖς τοιούτοις λόγοις ὑπαχθεὶς ὁ θεοφιλέστατος τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπίσκοπος, καί τοι πληροφορηθεὶς δι' ἡμετέρων γραμμάτων, τινὰ τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἀπέστειλε πόλιν· C καταξιωσάτω σου ἡ θεοσέβεια τὴν οἰκείαν εὔνοιαν δεῖξαι συνήθως καὶ ἀντιτάξαι τῷ ψεύδει τὴν ἀλήθειαν.

## ΠϚʹ. — *Φλαβιανῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.*

Πολλὰς μὲν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, τὰ πάντα θεοφιλέστατε, τρικυμιῶν ἐδεξάμεθα προσβολὰς, καὶ τὸν τοῦ παντὸς ἐπικαλεσάμενοι Κυβερνήτην, ἀντισχεῖν ἠδυνήθημεν πρὸς τὸν κλύδωνα· τὰ δὲ νῦν καθ' ἡμῶν ἐπιχειρηθέντα πᾶσαν τραγικὴν ὑπερβαίνει διήγησιν. Νομίσαντες γὰρ σύμμαχον σχήσειν καὶ συνεργὸν εἰς τὰ κατὰ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως τυρευόμενα, τὸν θεοφιλέστατον τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, τὸν κύριον Διόσκορον, ἀπεστείλαμεν ἕνα τῶν παρ' ἡμῖν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, συνέσει κοσμούμενον, μετὰ συνοδικῶν γραμμάτων, διδάξαντες αὐτοῦ τὴν θεοσέβειαν, ὡς ταῖς γεγενημέναις ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας D μνήμης Κυρίλλου συνθήκαις ἐμμένομεν, καὶ τήν τε παρ' αὐτοῦ γραφεῖσαν στέργομεν ἐπιστολὴν, τήν τε τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίου, ἣν πρὸς τὸν μακάριον Ἐπίκτητον ἔγραψεν, ἀσπασίως δεχόμεθα· καὶ πρό γε τούτων, τὴν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἐκτεθεῖσαν πίστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων. Καὶ παρεκαλέσαμεν τοὺς τ[οι]ούτοις ἐμμένειν οὐ βουλομένους ἐμμεῖναι παρασκευάσαι. Ἀλλά τις ἐντεῦθεν δραμὼν τῶν τἀναντία φρονούντων, καὶ τοὺς

[84] Psal. cxix, 6.

ctitatis tuæ litteris, ex quibus cognovimus illum integras servare naturarum proprietates, et neque Deum Verbum in carnem dicere conversum, neque carnem in deitatis naturam transiisse: sed in uno Filio Domino nostro Jesu Christo, homine facto Deo Verbo, inconfusas mansisse utriusque naturæ proprietates. Et universorum Deum laudibus extulimus ob divinæ fidei consensionem. Scripsimus autem in utramque Ciliciam, tametsi non satis compertum haberemus, an aliqui sint qui veritati contraria sentiant, et Dei amantissimos episcopos hortati sumus, investigare et quærere, an aliqui sint prorsus, qui in duos filios dividant unum Dominum Jesum Christum, eosque vel admonendo corrigere, vel a fratrum cœtu segregare. Revera enim similiter aversamur eos qui unam carnis deitatisque naturam dicere audent, et eos qui in duos filios dividunt unum Dominum nostrum Jesum Christum, et apostolicos limites egredi conantur. Quod vero ad pacem etiam parati simus, persuasum habeat sanctitas tua. Nam si Propheta dicit: «Cum his qui oderunt pacem eram pacificus[84],» **1155** multo magis nos pacem, quæ secundum Deum est, libenter amplectimur. Quia vero Alexandriam quoque advolaverunt nonnulli ex iis qui cum mendaciis sunt educati, et calumnias contra nos concinnarunt, atque hujusmodi verbis inductus Deo charissimus civitatis illius episcopus, quamvis plenam ei fidem fecerimus litteris nostris, religiosissimum quemdam episcopum ad urbem regiam misit, dignetur pietas tua suam nobis de more benevolentiam exhibere, et mendacio veritatem opponere.

## LXXXVI. — *Flaviano episcopo Constantinopolitano.*

Multos quidem in hac vita, Deo per omnia charissime, ingentium procellarum impetus excepimus, et invocato universi gubernatore, non impares tempestati fuimus: quæ vero nunc contra nos excogitata sunt, tragicam omnem narrationem exsuperant. Rati enim nos adjutorem ac socium ad ea quæ contra fidem apostolicam moventur habituros Deo charissimum Alexandriæ episcopum dominum Dioscorum, misimus unum ex religiosissimis presbyteris, prudentia insignem, cum litteris synodicis, pietati ejus suggerentes, nos in eo fœdere quod sub beatæ memoriæ Cyrillo initum est permanere, scriptamque ab eo epistolam amplecti, et beatissimi sanctique Athanasii epistolam, quam ad beatum Epictetum scripsit, libenter recipere, atque ante hæc fidem in Nicæa Bithyniæ a sanctis beatisque Patribus expositam. Et hortati sumus **1156** ut eos qui in his permanere nolunt, suadeat permanere. Verum abiens hinc quidam ex iis qui contraria sentiunt, et tumultus istos cient, cum aliquos illic decepisset, et sexcentas contra nos ca-

Digitized by Google

lumnias texuisset, nefandas contra nos vociferationes suscitavit.

A θορύβους τούτους ἐργαζομένων, ἐξαπατήσας τῶν αὐτόθι τινὰς, καὶ μυρίας καθ' ἡμῶν συκοφαντίας ὑφήνας, παρεσκεύασεν ἀθέσμους καθ' ἡμῶν ἐκβοήσεις γενέσθαι.

Deo autem charissimus episcopus Dioscorus epistolam ad nos scripsit, quam ab eo scriptam non decuit, qui ab universorum Deo didicerat, vocem mendacii non suscipere. Fidem enim iis habens quæ contra nos dicta fuerant, quasi accurate singula examinasset, ac veritatem per tormenta expressisset, ita nos condemnavit. Sed nos calumniam forti animo pertulimus, eique blandis litteris rescripsimus, et pietati ejus ostendimus falsa esse hæc omnia, nullumque Deo charissimorum Orientis episcoporum ab apostolicis dogmatibus dissentire. Quod et religiosissimis clericis, qui ab eo venerant, ipsa rerum experientia persuasum est. At ille omnibus valere jussis, et calumniantibus aures tradens, rem aggressus est, quæ credi nullatenus queat, nisi testem haberet Ecclesiam. Tulit enim illos qui nobis anathema dicebant, surgensque et acclamans illorum voces confirmavit. Adhæc aliquos ex Deo charissimis episcopis in urbem regiam misit, ut accepimus, majores sperans contra nos tumultus excitandos. Nos vero primum defensorem habemus omnium inspectorem Deum. Pro divinis siquidem ejus dogmatibus dimicamus. Deinde vero tuam quoque sanctitatem obtestamur, ut oppugnatam fidem tueatur, et pro conculcatis **1157** canonibus decertet. In illa quippe regia urbe congregati beati Patres, cum iis qui apud Nicæam convenerant conspirantes, diœceses distinxerunt, et sua unicuique diœcesi assignarunt, aperte interdicentes ex altera quosquam diœcesi alteram * invadere : sed Alexandriæ episcopum Ægypti tantummodo res administrare, et sua singulas diœceses. Hic vero legibus istis acquiescere non vult, sed sursum ac deorsum beati Marci sedem obtendit : idque cum liquido intelligat, Megalopolim Antiochenorum magni Petri sedem habere, qui beati Marci magister erat, chorique apostolorum princeps et coryphæus. Verum nos sedis sublimitatem novimus: nos ipsos vero cognoscimus et metimur. Humilitatem enim apostolicam a principio didicimus. Sanctitatem porro tuam obsecramus, ut neque sanctos canones proculcatos despiciat, et sanctæ fidei defensionem alacri animo suscipiat. In hac namque positam habemus spem salutis, per eamque nos veniam adepturos confidimus.

Ὁ δὲ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Διόσκορος γέγραφεν ἡμῖν ἐπιστολὴν, ἣν οὐκ ἔδει γράψαι τὸν παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ μεμαθηκότα ἀκοὴν ματαίαν οὐ παραδέχεσθαι. Πιστεύσας γὰρ τοῖς καθ' ἡμῶν εἰρημένοις, ὡς ἀκριβῶς τούτων ἕκαστον ἐξετάσας, καὶ ἐκ τῆς βασάνου μεμαθηκὼς [τ]ἀληθὲς, οὕτως ἡμῶν κατεψηφίσατο. Ἀλλ' ἡμεῖς γενναίως τὴν συκοφαντίαν ἠνέγκαμεν, καὶ χρηστοῖς γράμμασιν ἠμειψάμεθα, καὶ πεπείκαμεν αὐτοῦ τὴν θεοσέβειαν, ὡς πάντα ταῦτα ψευδῆ, καὶ ὡς οὐδεὶς τῶν τῆς Ἀνατολῆς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐναντία τοῖς ἀποστολικοῖς B φρονεῖ δόγμασιν. Ἐπείσθησαν δὲ καὶ δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας καὶ οἱ ἀποσταλέντες παρ' αὐτοῦ εὐλαβέστατοι κληρικοί. Ὁ δὲ πᾶσιν ἐῤῥῶσθαι φράσας, καὶ τοῖς συκοφαντοῦσι τὰς ἀκοὰς ἐκδοὺς, πρᾶγμα πεποίηκεν οὐδαμῶς πιστευθῆναι δυνάμενον, εἰ μὴ πᾶσαν εἶχε μαρτυροῦσαν τὴν Ἐκκλησίαν. Ἠνέσχετο μὲν γὰρ τῶν ἀναθεματιζόντων ἡμᾶς· ἀναστὰς δὲ καὶ προσφωνήσας ἐκείνων φωνὰς ἐπεβεβαίωσε. Πρὸς δὲ τούτοις, καί τινας τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἀπέστειλεν, ὡς ἔγνωμεν, πόλιν, αὐξῆσαι τοὺς καθ' ἡμῶν θορύβους ἐλπίζων. Ἡμεῖς δὲ πρῶτον μὲν τὸν τῶν ὅλων Ἐπόπτην πρόμαχον ἔχομεν· ὑπὲρ γὰρ τῶν θείων αὐτοῦ δογμάτων ἀγωνιζόμεθα. Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν σὴν C ἁγιωσύνην παρακαλοῦμεν τῆς πολεμουμένης πίστεως ὑπερμαχῆσαι, καὶ τῶν πατηθέντων ὑπεραγωνίσασθαι κανόνων. Ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ βασιλευούσῃ πόλει συνελθόντες οἱ μακάριοι Πατέρες, συμφώνως τοῖς ἐν Νικαίᾳ συναθροισθεῖσι τὰς διοικήσεις διέκριναν, καὶ ἑκάστῃ διοικήσει τὰ ἑαυτῆς ἀπένειμαν, ἄντικρυς ἀπαγορεύσαντες, ἐξ ἑκατέρας (54) τινὰς διοικήσεως ἑτέρᾳ μὴ ἐπιέναι· ἀλλὰ τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ τῆς Αἰγύπτου μόνα διοικεῖν, καὶ ἑκάστην διοίκησιν τὰ οἰκεῖα. Ὁ δὲ τούτοις ἐμμένειν τοῖς ὅροις οὐ βούλεται, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω τοῦ μακαρίου Μάρκου τὸν θρόνον προβάλλεται· καὶ ταῦτα σαφῶς εἰδὼς, ὡς τοῦ μεγάλου Πέτρου τὸν θρόνον ἡ Ἀντιοχέων μεγαλόπολις ἔχει, ὃς καὶ τοῦ μακαρίου Μάρκου διδάσκαλος ἦν, καὶ τοῦ χοροῦ τῶν D ἀποστόλων πρῶτος καὶ κορυφαῖος. Ἀλλ' ἡμεῖς τοῦ μὲν (55) θρόνου τὸ ὕψος ἐπιστάμεθα, ἑαυτοὺς δὲ καὶ γινώσκομεν καὶ μετροῦμεν. Τὴν γὰρ ἀποστολικὴν ταπεινοφροσύνην ἄνωθεν μεμαθήκαμεν. Τὴν δὲ σὴν ὁσιότητα παρακαλοῦμεν, μήτε τοὺς ἁγίους κανόνας πατουμένους παριδεῖν, καὶ τῆς θείας πίστεως ὑπερμαχῆσαι προθύμως. Εἰς ταύτην γὰρ ἔχομεν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, καὶ διὰ ταύτην τυχεῖν προσδοκῶμεν φιλανθρωπίας.

Ut autem hoc quoque sanctitas tua non ignoret, scito, domine, hanc illum adversum nos pusillanimitatem gerere, ex quo synodicis vestris sub beatæ memoriæ Proclo factis sanctorum Patrum regulis inhærentes assensimus ; ac de hoc nos semel atque iterum increpasse, quasi et Antiochenorum, ut ait, et Alexandrinorum jura prodiderimus. Illorum me-

Ἵνα δὲ μηδὲ τοῦτο ἀγνοήσῃ σου ἡ ὁσιότης, ἴσθι, δέσποτα, ὡς τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔσχε μικροψυχίαν, ἐξ οὗ τοῖς παρ' ὑμῖν γεγενημένοις συνοδικοῖς ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Πρόκλου συνεθέμεθα, τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων κανόσιν ἀκολουθήσαντες· καὶ περὶ τούτου καὶ ἅπαξ ἡμῖν καὶ δὶς ἐνεκάλεσεν, ὡς προδεδωκόσι καὶ τῆς Ἀντιοχέων, ὥς λέγει, καὶ τῆς Ἀλε-

(54) ἑτέρας Neap.

(55) μέν addiderat Neap.

ξανδρέων Ἐκκλησίας τὰ δίκαια. Τούτων μεμνημένος, καὶ καιρὸν εὑρὼν, ὡς ὑπέλαβε, τὴν δυσμένειαν ἔδειξεν. Ἀλλὰ τῆς ἀληθείας οὐδὲν ἰσχυρότερον. Οἶδε γὰρ αὕτη καὶ δι' ὀλίγων νικᾷν. Παρακαλῶ δέ σου τὴν ἁγιότητα, καὶ μνημονεύειν ἡμῶν ἐν ταῖς πρὸς τὸν Κύριον προσευχαῖς, ἵνα ἀντισχεῖν δυνηθῶμεν πρὸς τὰ διάφορα κύματα.

### ΠΖ'. — *Δόμνῳ ἐπισκόπῳ Ἀπαμείας.*

Ὁ μὲν τῆς φιλαδελφίας ἀπῄτει νόμος, πολλὰς ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι καιρῷ δέξασθαι παρὰ τῆς σῆς φιλοθεΐας ἐπιστολάς. Παρεγγυᾷ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, « κλαίειν μετὰ κλαιόντων, καὶ χαίρειν μετὰ χαιρόντων. » Ἐδεξάμην δὲ οὐδεμίαν, καίτοι παραγενομένων ἔναγχος πρὸς ἡμᾶς τῶν τε θεοσεβεστάτων μοναζόντων τῆς ὑμετέρας μονῆς, καὶ τοῦ θεοσεβεστάτου Ἠλίου τοῦ πρεσβυτέρου. Ἐγὼ δὲ γέγραφα, καὶ προσφθέγγομαί σου τὴν ὁσιότητα, καὶ γνωρίζω ὡς ἤρκεσεν ἡμῖν ἀντὶ πάντων ἡ τοῦ Δεσπότου ψυχαγωγία. Τῷ ὄντι γὰρ, οὐδ' εἰ ἰσάριθμα τῶν ἡμετέρων τριχῶν σχοίημεν στόματα, ὑμνῆσαι αὐτὸν ἀξίως ἰσχύομεν, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν τῆς δοκούσης ἀτιμίας ἀξιωθέντες, ἣν πάσης τιμῆς σεβασμιωτέραν ἡγούμεθα. Εἰ δὲ καὶ τὰς ἐσχατιὰς τῆς οἰκουμένης οἰκῆσαι κατακριθῶμεν, πλέον αὐτὸν ἀνυμνήσομεν, ὅσῳ μειζόνων ἀγαθῶν ἀξιούμεθα. Εὐξάσθω (56) δ' ὅμως ἡ ὁσιότης σου, καὶ αἰτησάτω ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις γαλήνην. Τῆς γὰρ τούτων ἕνεκα ζάλης καὶ ἡμεῖς θρηνοῦμεν, καὶ στένομεν, καὶ ὀλοφυρόμεθα. Καὶ γὰρ ἐξέωσαν, ὡς ἔγνωμεν, ταύτην οἱ ἀπὸ Ὀσροηνῆς κληρικοὶ, μυρία πάντων ἡμῶν καταχέοντες, καίτοι ἐμοῦ οὐδὲ συνδικάσαντος, οὐδὲ τῆς ἐπ' αὐτοῖς κοινωνήσαντος ψήφου, ἀλλ', ὡς οἶδέ σου ἡ ὁσιότης, καὶ τὴν κοινωνίαν αὐτοῖς δοθῆναι τὸ Πάσχα παρακαλέσαντος. Ἀλλὰ ῥᾴδιον τοῖς συκοφάνταις λέγειν ἃ βούλονται. Ἡμᾶς δὲ ὁ τοῦ Δεσπότου παραμυθεῖται μακαρισμός. « Μακάριοι γάρ ἐστε, φησὶν, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ἕνεκεν ἐμοῦ, ψευδόμενοι. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

### ΠΗ'. — *Ταύρῳ πατρικίῳ.*

Ὑπερβαίνειν με τοὺς ὅρους οἱ συκοφάνται βιάζονται, καὶ γράφειν ὑμῖν, τὰς μεγίστας κεκοσμηκόσιν ἀρχὰς, καὶ τὰς ὑπερτάτας εἰληχόσι τιμὰς, ἀναγκάζουσιν. Οὗ δὴ χάριν παρακαλῶ συγγνώμης μεταλαχεῖν. Γράφω γὰρ, οὐκ αὐθαδείᾳ χρώμενος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς χρείας ὠθούμενος· οὐδὲ τὸ σκυθρωποῖς τισιν ἀδίκως περιπεσεῖν ὑφορώμενος (τοῦτο γὰρ ὡς ἐπίπαν πεπόνθασιν ἅπαντες οἱ τῷ Θεῷ γνησίως δεδουλευκότες), ἀλλὰ τὴν ὑμετέραν μεγαλοφυΐαν πεῖσαι βουλόμενος, ὡς ψευδεῖς καθ' ἡμῶν ὠδίνουσι λόγους οἱ τῶν ἡμετέρων κατηγοροῦντες δογμάτων. Ἡμεῖς μὲν γὰρ, μετὰ τὴν μητρῴαν θηλὴν, τὴν ἀποστολικὴν τροφὴν ἐδεξάμεθα, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων καὶ

A mor, tempusque, ut ei visum est, nactus, inimicitias patefecit. Sed veritate nihil est potentius. Potest enim illa **1158** etiam cum paucis vincere. Oro autem sanctitatem tuam, ut nostri etiam in suis ad Dominum precibus recordetur, quo possimus diversis fluctibus resistere.

### LXXXVII. *Domno episcopo Apameæ.*

Postulabat fraterni lex amoris, ut crebras hoc tempore a pietate tua litteras acciperem. Præcipit enim divinus Apostolus, « flere cum flentibus, et gaudere cum gaudentibus [85]. » Ego vero nullas prorsus accepi, tametsi nuper ad nos venerint religiosissimi monachi monasterii vestri, et religiosissimus Elias presbyter. B Attamen scribo, et saluto sanctitatem tuam, nobisque pro omnibus satis fuisse Domini consolationem significo. Revera enim, nec si ora nobis tot essent quot capilli, laudare illum pro dignitate non possumus, ista ob ejus confessionem ignominia putatitia affecti, quam omni honore augustiorem ducimus. Quod si vel ad ultimas terræ oras relegati fuerimus, tanto illum impensius laudabimus, quanto majoribus bonis honestamur. Oret nihilominus sanctitas tua, et sanctis Ecclesiis tranquillitatem exposcat. (Harum enim tempestatis causa lugemus et nos, et angimur, et lamentamur.) Expulerunt hanc quippe, ut cognovimus, clerici Osroenes, qui plurima contra nos omnes effuderunt; quamvis ego nec una judicarim, nec latæ in C illos sententiæ particeps fuerim : sed communionem eis, quod sanctitas tua novit, **1159** per Pascha dari rogarim. Verum facile est calumniatoribus ea dicere quæ volunt. Nos autem Domini consolatur beatificatio : « Beati enim estis, inquit, cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me. Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis [86]. »

### LXXXVIII.— *Tauro patricio.*

Transgredi me terminos cogunt sycophantæ, et vobis, qui maximas dignitates ornastis, supremosD que honores adepti estis, scribere compellunt. Quocirca ut veniam consequar oro. Scribo enim, non arrogantia ductus, sed impulsus necessitate : neque quod injuste mihi tristia quædam impendere intelligam (hoc enim iis fere qui sincere Deo servierint omnibus usu venit), sed ut magnificentiæ tuæ fidem faciam, falsa in nos ab illis jactari, qui dogmata nostra reprehendunt. Nos quippe post ubera matris apostolicam escam suscepimus, expositamque a beatis et sanctis Patribus Nicææ fidem et didicimus, et docemus, et eos qui aliter quam illa sapiunt impietatis damnamus. Quod si quis ab hac

[85] Rom. XII, 15. [86] Matth. v, 11, 12.

(56) Locus est etiam Latine apud Baron. t. VI, p. 71, ad a C. 448.

diversa nos docere contendit, is sine vadimonio ne accuset, sed præsentes convincat. Hoc enim et divinis legibus cautum est, et humanis. Eccui vero injuriis vexatos defendere magis conveniat, quam tibi, vir Christiane, cui et generis splendor, et dignitatum sublimitas, et quod in legibus **1160** primas tenes, amplam tribuit facultatem?

A μεμαθήκαμεν, καὶ διδάσκομεν· καὶ τοὺς ἄλλο τι παρὰ ταύτην φρονοῦντας δυσσεβείας γραφόμεθα. Εἰ δέ τις ἕτερα διδάσκειν ἡμᾶς παρὰ ταύτην ἰσχυρίζεται, μὴ ἐρήμην κατηγορείτω, ἀλλὰ παρόντας ἐξελεγξάτω. Τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς θείοις νόμοις, καὶ τοῖς ἀνθρωπείοις δοκεῖ. Τίνι δὲ οὕτω προσήκει τῶν ἀδικουμένων ὑπερμαχεῖν, ὡς ὑμῖν, ὦ φιλόχριστοι, οἷς καὶ τοῦ γένους ἡ περιφάνεια, καὶ τῶν ἀξιωμάτων τὸ ὕψος, καὶ μέντοι καὶ τὸ τῶν νομίμων πρωτεύειν, παρέχει τὴν παῤῥησίαν;

## LXXXIX. — *Florentio patricio.*

Majorem quam mihi conveniat rem aggredior, qui amplitudini tuæ litteras mittam. Verum * audaciæ hujus non temeritas auctor fuit, sed ii qui contumeliis nos vexant. Operæ pretium enim duximus religiosas aures tuas docere, manifesta in nos calumnia eos uti qui dogmata nostra criminantur. Nos in aliis sane plurimis deliquisse non negamus. Verum dogmaticam apostolorum doctrinam ad hanc usque diem retinemus intactam : atque ob hanc unam in die adventus Dominici misericordiam nobis impertiendam confidimus. Pro hac enim adversus hæreses omnes decertare non desinimus, hanc pietatis alumnis assidue suggerimus, per hanc lupos innumeros in oves transformatos principi omnium nostrum pastori Salvatorique obtulimus. Hæc porro tradidere nobis, non apostoli modo et prophetæ, verum ii etiam qui horum libros interpretati sunt, Ignatius, Eustathius, Athanasius, Basilius, Gregorius, Joannes, et reliqua orbis lumina : et ante hos, sancti Patres apud Nicæam congregati, quorum fidei confessionem, velut paternam hæreditatem, illibatam conservamus, et qui dogmata hæc audent prætergredi, eos adulterinos ac veritatis hostes appellamus. Oro igitur magnificentiam tuam, ut de his per nos certior facta obstruat ora nobis obtrectantium. Absurdum **1161** namque, opinor, fuerit, iis quæ contra absentes dicuntur fidem tanquam veris adhibere : justum autem et legibus consentaneum, eos qui criminis actionem persequi velint, præsentibus reis accusare, probationes afferre. Sic enim verum judices facile poterunt invenire.

## ΠΘ'. — *Φλωρεντίῳ πατρικίῳ.*

Μείζονι μὲν ἢ κατ' ἐμαυτὸν ἐγχειρῶ πράγματι, τῷ ὑμετέρῳ μεγέθει πέμπων ἐπιστολάς. Ἀλλ' οὐ θρασύτης αἰτία τῆς τόλμης, ἀλλ' οἱ ταῖς καθ' ἡμῶν λοιδορίαις χρησάμενοι. Προὔργου γὰρ ὑπελάβομεν, B διδάξαι τὰς ἀκλινεῖς ὑμῶν ἀκοὰς, ὡς ἄντικρυς ἡμᾶς συκοφαντοῦσιν οἱ τῶν ἡμετέρων κατηγοροῦντες δογμάτων. Ἡμεῖς δὲ ἕτερα μὲν πλεῖστα πεπλημμεληκέναι φαμέν· τὴν δέ γε δογματικὴν τῶν ἀποστόλων διδασκαλίαν μέχρι τοῦ παρόντος ἀλώβητον ἐφυλάξαμεν, καὶ διὰ ταύτην μόνην οἴκτου τυχεῖν καὶ φιλανθρωπίας ἐν τῇ τῆς Δεσποτικῆς ἐπιφανείας ἐλπίζομεν ἡμέρᾳ. Ὑπὲρ γὰρ ταύτης πρὸς τὰς παντοδαπὰς αἱρέσεις διατελοῦμεν ἀγωνιζόμενοι· ταύτην διηνεκῶς τοῖς τροφίμοις τῆς εὐσεβείας προσφέρομεν· διὰ ταύτης λύκους μυρίους εἰς πρόβατα μεταβαλόντες (57), τῷ πάντων ἡμῶν ἀρχιποιμένι καὶ Σωτῆρι προσενηνόχαμεν. Ταῦτα δὲ ἡμῖν παρέδοσαν οὐ μόνον οἱ ἀπόστολοι καὶ προφῆται, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ τούτων C ἡρμηνευκότες συγγράμματα, Ἰγνάτιος, Εὐστάθιος, Ἀθανάσιος, Βασίλειος, Γρηγόριος, Ἰωάννης, καὶ οἱ ἄλλοι τῆς οἰκουμένης φωστῆρες· καὶ πρὸ τούτων οἱ ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότες ἅγιοι Πατέρες· ὧν τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ὡς πατρῷον κλῆρον φυλάττομεν ἄσυλον, καὶ τοὺς ταῦτα παραβαίνειν τολμῶντας τὰ δόγματα κιβδήλους ἀποκαλοῦμεν, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρούς. Παρακαλῶ τοίνυν τὴν ὑμετέραν μεγαλοφυΐαν, ταῦτα παρ' ἡμῶν διδαχθεῖσαν, ἐπιστομίσαι τοὺς λοιδορίαις καθ' ἡμῶν χρησαμένους. Ἄτοπον γὰρ οἶμαι τοῖς κατὰ τῶν ἀπόντων λεγομένοις ὡς ἀληθέσι πιστεύειν· ἔννομον δὲ καὶ δίκαιον, τοὺς βουλομένους διώκειν παρόντων κατηγορεῖν τῶν φευγόντων, καὶ τοὺς ἐλέγχους παράγειν. Οὕτω γὰρ οἱ δικάζοντες εὑρεῖν τἀληθὲς ῥᾳδίως (58) δυνήσονται.

## XC. — *Lupicino magistro.*

Juventutis certaminibus defuncti, senectutisque metas ingressi, cum majori nos in honore futuros speravimus, calumniæ jaculis configimur, et illatis accusationibus cogimur afferre defensionem. Quare magnificentiam tuam obtestor, ut accusantium nos mendaciis fidem non habeas. Etenim si vitam agerem in silentio, haberet fortasse locum perversæ doctrinæ suspicio. At cum in Ecclesiis assidue verba faciamus, innumeros per Dei gratiam dogmatum testes habemus. Apostolicis namque definitionibus ac legibus insistimus, * expositamque Nicææ a sanctis et beatis Patribus fidem, velut regulam

D

## Ϟ'. — *Λουπικίνῳ μαγίστρῳ.*

Τοὺς τῆς νεότητος διεξελθόντες ἀγῶνας, καὶ τῶν τοῦ γήρως ὅρων εἴσω γενόμενοι, καὶ πλείονος τιμῆς ὡς γεγηρακότες ἀπολαύσεσθαι προσδοκήσαντες, τοῖς τῆς συκοφαντίας βαλλόμεθα βέλεσι, καὶ πρὸς τὰς γεγενημένας κατηγορίας ἀπολογίαν προσφέρειν ἀναγκαζόμεθα· οὗ δὴ χάριν καὶ τὴν ὑμετέραν παρακαλοῦμεν μεγαλοπρέπειαν, ταῖς τῶν κατηγορούντων ἡμᾶς μὴ πιστεῦσαι ψευδολογίαις. Εἰ μὲν γὰρ τῶν σιωπὴν ἀσπαζομένων ἐτύγχανον, ἴσως ἂν εἶχε χώραν τῆς κενοδοξίας ἡ ὑποψία. Ἐπειδὴ δὲ διηνεκῶς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις διαλεγόμεθα, πολλὰς διὰ τὴν θείαν χάριν ἔχομεν μυριάδας τῇ τῶν δογμάτων

(57) Sic Neap. Sirmond. μεταβάλλοντες.

(58) Ita Neap. Sirm. ῥᾷδιον.

Digitized by Google

A ὀρθότητι μαρτυρούσας. Τοῖς γὰρ ἀποστολικοῖς ὅροις καὶ νόμοις ἀκολουθοῦμεν, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων, οἷόν τινα κανόνα καὶ γνώμονα τοῖς λόγοις προσφέροντες, τὴν διδασκαλίαν εὐθύνομεν. Εἰ δέ (59) τις ἕτερά τινα παρὰ ταῦτα φρονεῖν ἡμᾶς ἰσχυρίζεται, παρόντων κατηγορείτω, μὴ ἀπόντας συκοφαντείτω. Δίκαιον γὰρ λόγων μεταλαχεῖν καὶ τὸν φεύγοντα, καὶ πρὸς τὴν γεγενημένην κατηγορίαν τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι, καὶ τηνικαῦτα τοὺς δικάζοντας κατὰ νόμους τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν. Τούτων ἀπολαῦσαι κἀγὼ διὰ τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας παρακαλῶ. Εἰ δ' ἐρήμην τινὲς ἡμῶν καταψηφίσασθαι βούλονται, ἀσπαστῶς καὶ τὴν ἄδικον δεχόμεθα ψῆφον. Ἀναμένομεν γὰρ τὸ τοῦ Δεσπότου κριτήριον, ἔνθα οὔτε μαρτύρων, οὔτε κατηγόρων δεόμεθα. Πάντα γὰρ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα ἐνώπιον αὐτοῦ κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον.

quamdam ac normam verbis nostris applicantes, doctrinam dirigimus. Quod si quisquam ab his diversa nos sentire contendit, præsentes accuset, nec absentes calumnietur. Justum enim est, ut loquendi partes obtineat etiam reus, atque objectis accusationibus respondeat, et ita demum sententiam judices ex legibus pronuntient. Has ego partes quæso ut mihi quoque per **1162** magnificentiam tuam consequi liceat. Sed etsi nos cuiquam indicta causa damnare visum sit, ferimus vel injustam æquo animo sententiam : quia Domini tribunal exspectamus, ubi nec testibus, nec advocatis indigemus, cum oculis ejus, ut ait Apostolus [67], nuda et aperta sint omnia.

## ϞΑ'. — *Εὐτρεχίῳ ὑπάρχῳ.*

B Τὴν περὶ ἡμᾶς διάθεσιν τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας οἶδα σαφῶς, καὶ λόγων οὐ δέομαι ταύτην με διδασκόντων. Σαφέστερον γὰρ διδάσκει τῶν λόγων τὰ πράγματα. Τῆς δὲ γεγενημένης εἰς ἡμᾶς ἀδικίας ἐβουλόμην τὴν αἰτίαν μαθεῖν. Καινότατον γὰρ ὑπομένομεν πρᾶγμα, κατὰ ταὐτὸν ἄγαμοι καὶ δίγαμοι πολεμούμενοι. Εἰ δὲ οἱ νῦν τὰς καθ' ἡμῶν συκοφαντίας ὑφήναντες παραχαράττειν ἡμᾶς τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν φασίν, τί δήποτε μὴ παρόντας ἐλέγχουσιν, ἀλλ' ἀπόντων κατηγοροῦσι; Τοῦτο γὰρ αὐτῶν μάλιστα διελέγχει τὸ ψεῦδος. Εἰδότες γὰρ ὡς πολλὰς ἔχομεν μυριάδας, τοῖς ἀποστολικοῖς ἡμῶν δόγμασι μαρτυρούσας, ἐρήμην ἐποιήσαντο τὴν γραφήν. C Ἀλλὰ χρὴ τοὺς ἐννόμως δικάζοντας τῷ κατηγορουμένῳ θατέραν ταῖν ἀκοαῖν ἀκεραίαν φυλάξαι. Εἰ δὲ τοῖς τῶν ἀντιδίκων λόγοις ἑκατέραν προσφέρουσι, καὶ τὴν ἐκείνοις δοκοῦσαν ἐκφέρουσι ψῆφον, στέρξομεν τὴν ἀδικίαν, ὡς τῆς τῶν οὐρανῶν πρόξενον βασιλείας· καὶ τὸ ἀκλινὲς ἐκεῖνο δικαστήριον προσμενοῦμεν, ἔνθα οὔτε κατήγορος, οὔτε συνήγορος, οὔτε μάρτυς, οὔτε ἀξιωμάτων διαφορά, ἀλλ' ἔργων καὶ λόγων κρίσις, καὶ ἡ κατ' ἀξίαν ἀντίδοσις. « Πάντες γάρ, φησί, παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ ἴδια τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. »

## XCI. — *Eutrechio præfecto.*

Quæ sit erga nos magnificentiæ tuæ benevolentia, satis perspectum habeo, nec verbis opus est, quæ hanc nobis declarent. Clarius quippe verbis omnibus res docent. Illatæ autem nobis injuriæ causam avebam cognoscere. Rem enim patimur inauditam, qui uno tempore velut innupti et digami oppugnamur. Quod si qui nunc contra nos calumnias orsi sunt, evangelicam doctrinam adulterare nos dicunt, cur tandem non præsentes arguunt, sed absentes accusant? Hoc enim revera ipsorum potius redarguit mendacium. Nam cum intelligant multas nos habere myriades, quæ apostolica esse dogmata nostra testentur, ideo actionem sine vadimonio instituerunt. Sed oportet æquos judices reo alteram aurem servare. Quod si adversariorum sermonibus utramque præbent, et ex eorum arbitrio sententiam promunt, amplectemur injuriam regni cœlorum conciliatricem, et forum illud expectabimus, in quo non accusator futurus, nec patronus, nec testis, nec discrimen dignitatum, sed dictorum factorumque judicium, et congrua meritis retributio, « Omnes enim stabimus, inquit, **1163** ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum [68]. »

## ϞΒ'. — *Ἀνατολίῳ πατρικίῳ.*

Τοὺς μὲν θεοσεβεστάτους ἐπισκόπους εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἀνελθεῖν παρεσκεύασε πόλιν ὁ ὁσιώτατος D ἀρχιεπίσκοπος ὁ κύριος Δόμνος, ὥστε τὴν κατὰ πάντων ἡμῶν γεγενημένην διελέγξαι συκοφαντίαν. Τῆς δὲ ὑμετέρας μεγαλοφυΐας διαφερόντως ἐπὶ τοῦ παρόντος δεόμεθα, ἐπειδὴ τῶν ὅλων ὁ Κύριος καὶ πίστιν ὑμῖν εἰλικρινῆ δέδωκε, καὶ ζῆλον ὑπὲρ ταύτης θερμὸν, καὶ φρένας συνέσει κεκοσμημένας, καὶ πρὸς τούτοις, δύναμιν τοῖς ἀγαθοῖς ὑμῶν ὑπουργοῦσαν βουλεύμασιν. Ἐπαμύνατε τοιγαροῦν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ τὸ ψεῦδος καταγωνίσασθε, καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας πολεμουμένης ὑπερμαχήσατε.

## XCII. — *Anatolio patricio.*

Profecti quidem sunt in urbem regiam sanctissimi archiepiscopi Domni opera religiosissimi episcopi, ut calumniam refellant quæ nobis omnibus est imposita : sed tua potissimum magnificentia nobis opus est hoc tempore, cui universorum Dominus et fidem sinceram impertiit, et incensum pro ea zelum, et ornatam prudentia mentem, et bonis præterea consiliis obsecundantem facultatem. Opitulamini ergo injuste vexatis, et falsitatem profligate, et oppugnatam doctrinam apostolicam defendite. Aderit enim procul dubio Ecclesiarum Dominus et gubernator conatui magnificentiæ tuæ,

[67] Hebr. IV, 13. [68] II Cor. V, 10.

(59) Hæc pars epist. Latine est ap. Baron. t. VI, p. 16, ad a C. 443.

Digitized by Google

tristemque nubem discutiens liquidam serenitatem fidei alumnis gratificabitur. Quod si procellam prævalere permiserit, magnitudo quidem tua mercedem integram recipiet, nos vero tempestati acquiescemus, et quocunque nos ejecerit, cum lætitia vivemus, divinum judicium præstolantes, rectamque illam et justam sententiam exspectantes.

A Συνεργήσει γὰρ δήπουθεν τῶν Ἐκκλησιῶν ὁ Δεσπότης καὶ κυβέρνήτης τῇ τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας σπουδῇ, καὶ διαλύσει τὸ νέφος τὸ σκυθρωπὸν, καὶ καθαρὰν αἰθρίαν χαριεῖται τοῖς τροφίμοις τῆς πίστεως. Εἰ δὲ καὶ συγχωρήσοι τὸν χειμῶνα νικῆσαι, τὸ μὲν ὑμέτερον μέγεθος τέλειον ἀπολήψεται τὸν μισθὸν, ἡμεῖς δὲ τὸν κλύδωνα στέρξομεν, καὶ ἔνθα ἂν ἡμᾶς ἐξώσῃ, μετὰ ψυχαγωγίας διάξομεν, τὸ θεῖον κριτήριον ἀναμένοντες, καὶ τὴν ὀρθὴν ἐκείνην καὶ δικαίαν προσμένοντες ψῆφον.

XCIII. — *Senatori patricio.*

Magnificentiam tuam, cujus perpetuam memoriam circumfero, etiam per Deo charissimos et sanctissimos episcopos saluto. Illis **1164** autem ut in urbem regiam pergerent auctor fuit sanctissimus episcopus dominus Domnus, ut contra nos compositum diluant mendacium. Apertam enim quidam contra nos calumniam texuerunt, tumultuque Ecclesias repleverunt, pro quibus Christus Dominus crucem subiit ignominia contempta; pro quibus divinus apostolorum chorus, et victorum martyrum greges omnia mortis genera perpessi sunt. Pro pace ut decertes, oro magnificentiam tuam. Nam facile fuerat universorum Deo, tristia hæc solo nutu depellere: differt tamen, tum ut eorum qui impugnantur declaret fortitudinem, tum ut nobis capiendæ utilitatis occasiones præbeat.

ϞΓ'. — *Σενατωρίῳ πατρικίῳ.*

Καὶ διὰ τῶν θεοφιλεστάτων καὶ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων προσφθέγγομαι τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν, ἧς τὴν μνήμην (60) ἄσβεστον περιφέρω. Καταλαβεῖν δὲ αὐτοὺς τὴν βασιλίδα παρεσκεύασε πόλιν
B ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος ὁ κύριος Δόμνος, ἵνα τὸ καθ' ἡμῶν συντεθὲν διαλύσωσι ψεῦδος. Προφανῆ γάρ τινες καθ' ἡμῶν συκοφαντίαν ἐξύφηναν, καὶ ζάλης τὰς Ἐκκλησίας ἐνέπλησαν, ὑπὲρ ὧν ὁ Δεσπότης Χριστὸς σταυρὸν ὑπέμεινεν αἰσχύνης καταφρονήσας, ὑπὲρ ὧν ὁ τῶν θείων ἀποστόλων χορὸς, καὶ τῶν νικηφόρων μαρτύρων οἱ δῆμοι, ταῖς παντοδαπαῖς τοῦ θανάτου παρεδόθησαν ἰδέαις. Ὑπὲρ τῆς τούτων εἰρήνης τὴν ὑμετέραν ἀγωνίσασθαι μεγαλοφυΐαν παρακαλῶ. Ῥᾴδιον μὲν γὰρ ἦν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ νεῦσαι, καὶ λῦσαι τὰ σκυθρωπά· ἀλλ' ἀναβάλλεται, καὶ τῶν πολεμουμένων τὴν ἀνδρίαν ἐπιδεικνὺς, καὶ ἡμῖν ἀφορμὰς εἰς ὠφέλειαν παρέχων.

XCIV. — *Protogeni præfecto.*

C Jam olim quidem benignus Dominus idoneam ad exsequendum mentis consilium vobis tribuit facultatem: sed eamdem auxit hoc tempore, ut magnitudo vestra facilius et impugnatam defendat veritatem et mendacium evertat, optatamque Ecclesiis tranquillitatem restituat. Quam gravi enim procella oppletæ sint Orientis Ecclesiæ, et ab aliis multis magnificentia vestra didicit, et accuratius ex Deo charissimis episcopis cognitura est, qui hanc longam peregrinationem hiemis tempore propterea susceperunt, vestræ imprimis post divinam gratiam auctoritatis providentia freti. Sedate igitur nobis, Christi amantes, tempestatem, obscuramque noctem in liquidam serenitatem convertite, et incitatas contra nos linguas **1165** refrenate. Nos enim
D divina favente gratia, pro apostolicis dogmatibus assidue pugnamus, fidemque Nicææ expositam illibatam servamus, et eos qui hæc violare dogmata non dubitant, impios appellamus. Atque horum testes nobis sunt qui apud nos sunt catechumeni, qui a nobis baptizantur, qui nostros in ecclesiis sermones audiunt. Quod si accusare legitime volunt, præsentes redarguere oportet, non absentes calumniari. Sic enim et in aliis negotiis, dum judicat magnificentia vestra, sententiam promit, ex accusationis defensionisque verbis quid verum sit deprehendens.

ϞΔ'. — *Πρωτογενεῖ ὑπάρχῳ* (61).

Πάλαι μὲν δέδωκεν ὑμῖν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης δύναμιν ἀρκοῦσαν ὑπουργῆσαι τῇ γνώμῃ. Ηὔξησε δὲ ταύτην ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἵνα ῥᾷον καὶ τῆς ἀληθείας πολεμουμένης ὑπερμαχήσῃ τὸ ὑμέτερον μέγεθος, καὶ καταλύσῃ τὸ ψεῦδος, καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὴν ποθουμένην πρυτανεύσῃ γαλήνην. Ὁπόσης γὰρ ἐνεπλήσθησαν ζάλης τῆς ἑῴας αἱ Ἐκκλησίαι, παρὰ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἡ ὑμετέρα μεγαλοφυΐα μεμάθηκεν, ἀκριβέστερον δὲ παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μαθήσῃ, οἱ τῆς μακρᾶς ταύτης ἀποδημίας ἐν ὥρᾳ χειμῶνος τούτου χάριν ἠνέσχοντο, μετὰ τὴν θείαν χάριν τῇ τῆς ὑμετέρας ἐξουσίας προμηθείᾳ θαῤῥοῦντες. Λύσατε τοίνυν ἡμῖν, ὦ φιλόχριστοι, τὸν χειμῶνα, καὶ τὴν σκοτομήνην εἰς αἰθρίαν καθαρὰν μεταβάλετε, καὶ τὰς καθ' ἡμῶν κινηθείσας χαλινώσατε γλώττας. Ἡμεῖς γὰρ διὰ τὴν θείαν χάριν, τῶν ἀποστολικῶν διηνεκῶς ὑπερμαχοῦμεν δογμάτων, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν φυλάττομεν ἄσυλον, καὶ τοὺς ταῦτα παραχαράττειν τολμῶντας τὰ δόγματα ἀσεβεῖς ὀνομάζομεν. Καὶ τούτων μάρτυρες οἱ παρ' ἡμῶν κατηχούμενοι, οἱ παρ' ἡμῶν βαπτιζόμενοι, οἱ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις διαλέξεων ἐπαΐοντες. Εἰ δὲ κατηγορεῖν ἐννόμως ἐθέλουσι, χρὴ παρόντας ἐλέγχειν, οὐκ ἀπόντας συκοφαντεῖν. Οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡ ὑμετέρα μεγαλοφυΐα δικάζουσα πράγμασιν ἐκφέρει τὰς ψήφους, ἐκ τῶν τῆς κατηγορίας καὶ ἀπολογίας λέγων συνορῶσα τὸ δίκαιον.

(60) Sic Neap. et Vatican. e quo principium hujus epistolæ Latine versum habet Baronius ad a. C. 449, t. VI, p. m. 72. Sirm. τιμήν.

(61) Latina interpretatio hujus epistolæ est apud Baronium l. c.

Digitized by Google

ϞΕ'. — *Ἀντιόχῳ ὑπάρχῳ.*

Τῆς μεγίστης ἀρχῆς τὰς μὲν φροντίδας ἀπέθεσθε, τὸ δὲ κλέος ὑμῶν παρὰ πᾶσιν ἀνθεῖ. Οἱ γὰρ τὰς ὑμετέρας εὐεργεσίας τρυγήσαντες ᾄδουσι ταύτας ἐνδελεχῶς), πλεῖστοι δὲ οὗτοι, καὶ πανταχοῦ (καὶ πολλοῖς τὰς εὐφημίας προσφέροντες, καὶ τὰς ἐκείνων γλώττας πάλιν εἰς ἐπαίνους κινοῦντες. Ἐγὼ δὲ γάννυμαι, θεωρῶν τὸν ἀξιέραστον καρπὸν, τὴν πολυθρύλλητον ὡραΐζοντα ῥίζαν. Οὗ δὴ χάριν ἐπὶ τὰ μείζω καὶ τελειότερα τὴν ὑμετέραν μεγαλοφυΐαν παρακαλῶ, καὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ἀξιῶ φροντίσαι γαλήνης. Πολλοῦ γὰρ ταύτας χειμῶνος ἐνέπλησαν οἱ τὰς καθ' ἡμῶν συκοφαντίας ὑφήναντες. Διά τοι τοῦτο καὶ οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ μακρᾶς ὁδοιπορίας, καὶ ἀσθενείας, καὶ γήρως καταφρονήσαντες, καὶ τὰ σφέτερα ποίμνια καταλιπόντες ἀποίμαντα, τὴν μακρὰν ταύτην πορείαν ἐστείλαντο, διελέγξαι τὸ κατὰ πάντων ἡμῶν συντεθὲν ἐπειγόμενοι ψεῦδος. Ἐπαμυνάτω τοίνυν αὐτοῖς τὸ ὑμέτερον μέγεθος, καὶ τῆς συκοφαντουμένης ἑῴας κηδόμενον, καὶ τῆς ἀποστολικῆς προμηθούμενον πίστεως. Πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς ἄλλοις κατορθώμασι καὶ τόδε προσθεῖναι τὸ κλέος.

ϞϚ'. — *Νόμῳ πατρικίῳ.*

Δὶς μὲν ἤδη γράψας, οἶμαι δ' ὅτι καὶ τρὶς, ἀντιγράφων οὐκ ἔτυχον· καὶ σιγῆσαι λοιπὸν βουληθεὶς, καὶ νῦν γοῦν ἐμαυτόν τε γνῶναι, καὶ τῶν ἐξουσιῶν τὸ μέγεθος ἐπιγνῶναι, ἄμεινον ᾠήθην αὖθις γράψαι, καὶ παρακαλέσαι μαθεῖν τὴν αἰτίαν τῆς σιωπῆς. Τῷ ὄντι γὰρ οὐκ οἶδά τι πλημμελήσας εἰς τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν. Ἐπειδὴ δὲ οὐ μόνον ἑκόντες, ἀλλὰ καὶ ἄκοντες πταίομεν, καὶ ἀγνοοῦμεν ἔστιν ὅτε ἃ πλημμελοῦμεν, ἡ ὑμετέρα μεγαλοφυΐα, τῶν θείων νόμων ἀναμνησθεῖσα, οἳ διαῤῥήδην παρεγγυῶσιν, « Ἐὰν ἁμάρτῃ ὁ ἀδελφός σου εἰς σὲ, ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ μόνον καὶ αὐτοῦ, » δήλην μοι τῆς λύπης ποιῆσαι καταξιωσάτω τὴν ἀφορμὴν, ἵνα ἢ ἀθῷον ἐμαυτὸν ἐπιδείξω, ἢ γνοὺς τὸ πλημμέλημα συγγνώμην αἰτήσω. Ἐλπίζω δὲ τὸ πρότερον ἔσεσθαι, τῇ τοῦ συνειδότος μαρτυρίᾳ θαῤῥῶν. Πάντας μὲν οὖν ἀνθρώπους ἡ μεγαλοψυχία κοσμεῖ, οὐχ ἥκιστα δὲ τοὺς κατὰ τὴν ὑμετέραν μεγαλοφυΐαν καὶ διὰ τῆς θύραθεν παιδείας ἡγουμένους, καὶ τὰ θεῖα πεπαιδευμένους, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ἐπαΐοντας νόμων, ἄντικρυς βοώντων· « Μὴ ἐπιδυέτω ὁ ἥλιος ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν· » καὶ τῶν Ὁμηρικῶν μεμνημένους ἐπῶν.

*. . . . . . . Σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν*
*Ἴσχε ἐνὶ στήθεσσι· φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων.*

Ταῦτα δὲ οὐ διδάσκων ἔφην, ἀλλ' ἀναμιμνήσκων ἐν πολλοῖς οὖσαν τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν· καὶ μέντοι καὶ τῶν τοῦ Κυρίου μεμνημένος νόμων, οἳ ταῦτα διαγορεύουσιν· « Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ἔχει τι ὁ ἀδελφός σου κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον

A

XCV. — *Antiocho præfecto.*

Maximi magistratus curas quidem deposuistis, sed gloria vestra apud omnes floret. Qui enim beneficiis vestris ornati fuerunt, assidue illa commemorant (plurimi autem ii sunt, et ubique), laudesque vestras apud alios prædicant, et ad præconia vestra illorum etiam linguas movent. Ego vero magnopere lætor, amabilem fructum cernens, qui multorum ore celebratam radicem condecorat. Quamobrem ad majora et perfectiora magnificentiam vestram invito, atque ut Ecclesiarum tranquillitatis curam geras obtestor. Magnos enim in his fluctus excitarunt qui contra nos calumnias commenti sunt. Qua de causa et Deo charissimi B episcopi, et itinerum longitudine, et virium infirmitate, et senili ætate contempta, gregibusque sine pastore relictis, longam istam peregrinationem susceperunt, conflatum in nos mendacium refellere properantes. Adjuvet ergo illos amplitudo **1166** vestra, et calumnia oppresso consulens Orienti, et fidei apostolicæ prospiciens. Convenit enim vos ad cætera præclara facinora hanc quoque gloriam adjicere.

XCVI. — *Nomo patricio.*

Bis jam cum scripserim, ac ter etiam, opinor, responsum non accepi: et cum silere deinceps statuerem, ae nunc tandem me nosse, potestatumque magnitudinem agnoscere, satius existimavi scribere iterum, silentiique causam ut doceas ro- C gare. Revera enim adversus magnificentiam vestram peccasse me quidquam nescio. Sed quia non volentes modo, sed nolentes quoque labimur, ignoramusque interdum in quibus delinquimus, magnificentia vestra divinarum memor legum, qui diserte præcipiunt: « Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum [89], » molestiæ causam mihi exponere ne gravetur, ut vel innocentem esse me ostendam, vel agnita culpa veniam orem. Quanquam prius illud futurum confido, fretus conscientiæ testimonio. Porro cunctos homines cum ornet magnanimitas, tum illos maxime, qui magnæ tuæ indolis exemplo, et externis disciplinis exculti, et divinis eruditi, apostolicas leges audiant, D clara voce pronuntiantes: « Sol non occidat super iracundiam vestram [90]; » et Homericæ sententiæ [91] meminerint.

*. . . . . . . Tu magni pectoris iram*
*Comprime, nam placidæ melior clementia mentis.*

**1167** Hæc autem non docendi studio dixi, sed ut magnificentiæ tuæ in multis occupatæ revocem in memoriam, cum Domini quoque legum veniat in mentem, quæ ista præcipiunt: « Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quod frater tuus habeat aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari

[89] Matth. XVIII, 15. [90] Ephes. IV, 26. [91] Iliad. I, 256.



Digitized by Google

fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum [92]. » Illis obsequens, consentaneum duxi etiam per Deo charissimos episcopos magnitudinem tuam salutare, et orare ut quietis Ecclesiarum curam gerat. Fluctibus enim quamplurimis oppletæ sunt.

## XCVII. — * *Sporacio comiti.*

Delectarunt me litteræ magnificentiæ tuæ : auxit vero lætitiam Deo charissimus presbyter et monachus Jamblichus, ardentem zelum vestrum commemorans, et studium rerum divinarum, et sinceram erga nos benevolentiam. Ego vero, his auditis, simulque quos pro nobis labores sustineat gloriosissimus Christique amans dominus Patricius, apostolicam vobis benedictionem profero, quam beatus Onesiphorus a sancta illa lingua reportavit : « Det misericordiam Dominus (domui vestræ), quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit. Det vobis Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die [93]. » Hæc vobis exopto, licet majoribus me veritatis hostes ærumnis **1169** implicent, ut putant. Propositum enim et mentem spectare didicimus. Hoc vero ratum etiam habeat magnitudo vestra, nobis jucundissimam esse conjunctam cum pietate mortem et ultimas oras terrarum. Angit tamen nos Ecclesiæ tempestas, quam sedare potest Dominus universorum.

## XCVIII. — *Panchario.*

Angimur nos quidem Ecclesiarum procellam cernentes : harum autem Dominus et gubernator per decumanos fluctus sapientiam suam potentiamque hominibus patefacere solet. Extemplo enim ventos increpat, et tranquillitatem facit [94] : quod et in apostolorum navigio præstitit. Verumtamen cum hanc Salvatoris nostri potentiam non ignoremus, et alias ejus dispensationes perspectas habeamus, si quid adversi contigerit, gratiam habemus, et tanquam a Deo datum munus accipimus. Præsentia siquidem aspernari, et quæ sperantur bona exspectare didicimus. Magnificentiam porro tuam ad apostolicæ fidei defensionem studium suum conferre convenit, ut ejus remunerationem ab universorum Deo consequatur.

## XCIX. — *Claudiano antigraphario.*

Quam manifesta sit calumnia, quæ in nos jactata est, tuam quoque magnificentiam, licet nobiscum nondum sit congressa, nosse arbitror. * Sæpe enim nos in ecclesia disserentes audivit, cum unum Dominum nostrum Jesum Christum prædicaremus, et, quæ in eo divinitatis, quæque humanitatis sint propria ostenderemus. Neque enim in duos filios unum dividimus, sed unum Unigenitum adorantes,

A διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν προσφέρεις τὸ δῶρόν σου. » Τούτοις ἑπόμενος, ἀναγκαῖον ᾠήθην καὶ διὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων προσειπεῖν ὑμῶν τὸ μέγεθος, καὶ παρακαλέσαι φροντίσαι τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν γαλήνης. Παμπόλλης γὰρ ἐνεπλήσθησαν ζάλης.

## ϞΖʹ. — *Σποραχίῳ κόμητι* (62).

Ἐψυχαγώγησέ με τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας τὰ γράμματα· ηὔξησε δέ μου τὴν θυμηδίαν καὶ ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος καὶ μονάζων Ἰάμβλιχος, τὸν θερμὸν ὑμῶν διηγησάμενος ζῆλον, καὶ τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν, καὶ τὴν περὶ ἡμᾶς γνησίαν διάθεσιν. Ἐγὼ δὲ καὶ ταῦτα μαθὼν, καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου καὶ φιλοχρίστου κυρίου τοῦ Πατρικίου τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἀγῶνας ἀκούων, τὴν ἀποστολικὴν ὑμῖν εὐλο-B γίαν προσφέρω, ἣν ὁ μακάριος Ὀνησιφόρος ἐκ τῆς ἁγίας ἐκείνης ἐκαρπώσατο γλώσσης· « Δῴη ἔλεος Κύριος (τῷ ὑμετέρῳ οἴκῳ), ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη· δῴη ὑμῖν ὁ Κύριος ἔλεος εὑρεῖν παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. » Ταῦτα ὑμῖν ἐπεύχομαι, κἂν μείζοσιν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ περιβάλλωσί με λυπηροῖς, ὡς νομίζουσιν. Εἰς γὰρ τὴν πρόθεσιν ἀφορᾷν ἐδιδάχθημεν. Καὶ τοῦτο δὲ ἴστω ὑμῶν τὸ μέγεθος, ὡς μετὰ τῆς εὐσεβείας καὶ ὁ θάνατος ἡμῖν ἥδιστος, καὶ αἱ τῆς οἰκουμένης ἐσχατιαί. Ἀνιᾷ δὲ ὅμως ἡμᾶς τῶν Ἐκκλησιῶν ὁ χειμὼν, ὃν δυνατὸς λῦσαι τῶν ὅλων ὁ Κύριος.

## ϞΗʹ. — *Παγχαρίῳ.*

C Ἡμεῖς μὲν ἀνιώμεθα τῶν Ἐκκλησιῶν τὸν κλύδωνα βλέποντες· ὁ δὲ τούτων Δεσπότης καὶ κυβερνήτης ἀεὶ διὰ τρικυμιῶν ἔδειξε τοῖς ἀνθρώποις τὴν οἰκείαν σοφίαν καὶ δύναμιν. Ἐξαίφνης γὰρ ἐπιτιμᾷ τοῖς ἀνέμοις, καὶ τὴν γαλήνην ἐργάζεται· τοῦτο δὲ καὶ (63) ἐπὶ τοῦ σκάφους τῶν ἀποστόλων πεποίηκεν. Ἀλλ' ὅμως καὶ ταύτην τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν δύναμιν ἐπιστάμενοι, καὶ τὰς ἄλλας αὐτοῦ πάλιν οἰκονομίας εἰδότες, κἂν τι τῶν ἐναντίων ἐκβῇ, χάριν ὁμολογοῦμεν, καὶ ὡς θεόσδοτον δεχόμεθα δῶρον. Τῶν γὰρ παρόντων καταφρονεῖν, τὰ δὲ προσδοκώμενα προσμένειν ἐδιδάχθημεν ἀγαθά. Τὴν δὲ σὴν μεγαλοπρέπειαν τὴν ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως εἰσενεγκεῖν προσήκει σπουδὴν, ἵνα τὴν ὑπὲρ ταύτης ἀντίδοσιν παρὰ Θεοῦ τῶν ὅλων κομίσηται.

D

## ϞΘʹ. — *Κλαυδιανῷ ἀντιγραφεῖ*

Οἶμαι καὶ τὴν σὴν εἰδέναι μεγαλοπρέπειαν, καίτοι μηδέπω συναφθεῖσαν ἡμῖν, τῆς καθ' ἡμῶν γεγενημένης συκοφαντίας τὸ προφανές. Πολλάκις γὰρ ἡμῶν ἐν ἐκκλησίᾳ διαλεγομένων ἀκήκοεν, καὶ τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν κηρυττόντων, καὶ δεικνύντων τά τε τῆς θεότητος, τά τε τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια. Οὐ γὰρ εἰς δύο υἱοὺς τὸν ἕνα διαιροῦμεν, ἀλλ' ἕνα Μονογενῆ προσκυνοῦντες, σαρκὸς καὶ θεότητος δεικνύ-

[92] Matth. v, 23, 24. [93] II Timoth. I, 16-18. [94] Matth. VIII, 26.

(62) Sic semper scribitur, ut supra in epistola spuria de Nestorio, p. 1041, in actis Concilii Chalcedon. ut pag. 564, 940, edit. Mans. et alibi. Sirmondus habebat : Σφωραχίῳ. Baronius ad a C. 449, ubi hanc epistolam latine exhibet, p. 100, ad marginem Σποραδίῳ.

(63) καὶ addidi e Neap.

Digitized by Google

μεν τὸ διάφορον. Τοῦτο δὲ, ὡς οἶμαι, καὶ οἱ τὰ Ἀρείου A φρονοῦντες ὁμολογοῦσι, καὶ οὐ καλοῦσι τὴν σάρκα θεότητα, οὔτε μὴν τὴν θεότητα σάρκα προσαγορεύουσι. Σαφῶς γὰρ ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ καὶ ταύτην κἀκείνην διδάσκει τὴν φύσιν. Ἀλλ' ὅμως, τούτων οὕτω παρ' ἡμῶν εἰρημένων ἀεὶ, ψευδεῖς τινες καθ' ἡμῶν ὑφαίνουσι λόγους. Ἡμεῖς δὲ τῷ συνειδότι θαῤῥοῦντες, καὶ μάρτυρα τῆς διδασκαλίας ἔχοντες τῶν ἐννοιῶν τὸν Ἐπόπτην, ἱστὸν ἀράχνης, κατὰ τὸν Προφήτην, ὑπολαμβάνομεν τὰ τῆς συκοφαντίας ὑφάσματα. Ἐκεῖνο γὰρ προσμένομεν τὸ κριτήριον, τὸ μὴ δεόμενον λόγων, ἀλλὰ δῆλα ποιοῦν τὰ τέως λανθάνοντα. Ταῦτα διὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων γράφω, προὔργου νομίσας προσειπεῖν τὴν σὴν δι' αὐτῶν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τῆς ὑποσχέσεως ἀνα-
B μνῆσαι. Οὐδὲ γὰρ πολεμούμενος τοῦ θηρεύειν ἀπέχομαι. Οἶδα γὰρ καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους μετὰ τοῦ βάλλεσθαι τῇ πνευματικῇ σαγήνῃ χρησαμένους ἀεί.

1169 carnis et divinitatis differentiam docemus. Hoc vero, ni fallor, Arii quoque sectatores confitentur, et neque carnem divinitatem vocant, neque divinitati carnis nomen tribuunt, cum utramque naturam perspicue divina Scriptura nos doceat. Et tamen, cum hæc ita semper a nobis dicta sunt, falsos quidam contra nos sermones texunt. Nos autem, conscientia freti, testemque doctrinæ nostræ cogitationum Inspectorem habentes, telam araneæ, juxta prophetam [85], calumniæ texta ducimus. Tribunal namque illud exspectamus, quod verbis non eget, sed manifesta faciet quæ interim latent. Hæc ego per Deo charissimos episcopos scribo, utile ratus magnificentiam tuam per illos salutare, et pollicitationis commonefacere. Nam appetitus licet vexatusque venari non desino. Scio quippe sacros apostolos, etiam cum cædebantur, spirituali sagena usos esse.

## Ρ'. — Ἀλεξάνδρᾳ (64).

Ἐδεξάμην πρῴην τῆς ὑμετέρας σεμνοπρεπείας τὰ γράμματα, καὶ μαθὼν γεγενημένην ὑμῖν ὑπὲρ ἡμῶν σπουδὴν, χάριν ὡμολόγησα, καὶ τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην ἱκέτευσα, καὶ τὰ παρόντα ὑμῖν ἀγαθὰ φυλάξαι, καὶ ταῖς προσθήκαις αὐξῆσαι, καὶ τῶν μελλόντων καὶ αἰωνίων χαρίσασθαι τὴν ἀπόλαυσιν. Πιστεύομεν δὲ αὐτὸν καὶ τῶν περιωρισμένων ἀκούειν, μᾶλλον δὲ πολλῷ πλέον τούτων, ἐπειδὴ διὰ τὴν θείαν αὐτοῦ διδασκαλίαν τὴν δοκοῦσαν ὑπομένουσιν
C αἰτίαν. Ταῦτα διὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων γράφω, παρακαλῶν τῆς ὑμετέρας αὐτοὺς ἀπολαῦσαι κηδεμονίας. Τῆς γὰρ εὐαγγελικῆς ἕνεκα πίστεως, καὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν χάριν εἰρήνης, τὴν μακρὰν ταύτην ἀποδημίαν εἵλοντο.

## C. — *Alexandræ.*

Gravitatis tuæ litteras nuper accepi. Ex quibus cum didicissem quo studio res nostras amplexa sis, gratiam habui, Dominumque universorum precatus sum ut præsentia vobis dona custodiat, et incrementis augeat, et futurorum æternorumque fructum largiatur. Credimus autem illum etiam relegatos audire, atque adeo istos multo magis, quandoquidem ob divinam ejus doctrinam criminis infamiam
1170 sustinent. Hæc ego per Deo charissimos episcopos scribo, rogans ut tuam illis curam impertias. Evangelicæ siquidem fidei gratia, et Ecclesiarum pacis causa, longam istam peregrinationem inierunt.

## ΡΑ'. — Κελερίνῃ διακόνῳ.

Ἐξήφθη πάλιν ὁ καθ' ἡμῶν πόλεμος, καὶ σμικρὸν ἐνδοὺς ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ, πάλιν ὥπλισεν καθ' ἡμῶν τοὺς τῷ ψεύδει συντεθραμμένους. Οἳ προφανῶς ἡμᾶς συκοφαντοῦντες, εἰς δύο λέγουσι μερίζειν ἡμᾶς υἱοὺς τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ἡμεῖς δὲ θεότητος μὲν καὶ ἀνθρωπότητος τὸ διάφορον ἐπιστάμεθα· ἕνα δὲ ὁμολογοῦμεν Υἱὸν, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν Λόγον. Καὶ αὐτὸν εἶναί φαμεν
D Θεὸν προαιώνιον, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν γενόμενον, οὐ τῇ τροπῇ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῇ προσλήψει τῆς ἀνθρωπότητος. Ἀλλὰ γὰρ περιττὸν ποιῶ τὴν σὴν διδάσκων φιλοθεΐαν ἅπερ φρονῶ, τὴν ἀκριβῶς εἰδυῖαν ἅπερ κηρύττομεν, καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκομεν. Παρακαλῶ τοίνυν, ἐπειδὴ πάντων ὁμοῦ τῶν τῆς Ἀνατολῆς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κατέχεαν τὴν λοιδορίαν οἱ τοῦ ψεύδους ἐργάται, καὶ τὰς Ἐκκλησίας ζάλης ἐνέπλησαν, τὴν δυνατὴν ὑπὲρ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων, καὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης, εἰσενεγκεῖν σπουδὴν τὴν σὴν θεοσέβειαν. Διὰ γὰρ δὴ ταῦτα καὶ οἱ θεοφιλέ-

## CI. — *Celerinæ diaconæ.*

Exarsit iterum contra nos bellum, et cum paululum remisisset hominum hostis, iterum contra nos armavit homines mendacio assuefactos, qui aperta calumnia in duos filios dividere nos dicunt unum Dominum ' nostrum Jesum Christum. Nos vero divinitatis quidem et humanitatis discrimen novimus : unum autem confitemur Filium, qui homo factus est, Deum Verbum : et ipsum esse
D dicimus Deum ante sæcula, et hominem in fine dierum factum, non mutatione divinitatis, sed assumptione humanitatis. Sed supervacaneum est, quod pietatem tuam doceam quid sentiam, cum apprime ipsa norit quid prædicemus, ac ignorantes doceamus. Oro igitur, quoniam omnes Deo charissimos Orientis episcopos convicio asperserunt mendacii artifices, et Ecclesias tumultu repleverunt, ut, pro evangelicis dogmatibus Ecclesiarumque pace, quam poterit operam conferat pietas tua. Hac enim de causa et Ecclesias, quibus præsunt, reliquerunt Deo charissimi episcopi, et, hiemis

[85] Isa. LIX, 5.

(64) Latine hanc epistolam habet Baron. l. c. p. 108.

Digitized by Google

asperitate contempta, itineris labores pertulerunt, ut exortam sedarent tempestatem. Quos agnoscet, sat scio, **1171** tua divina excellentia pietatis defensores Ecclesiarumque gubernatores.

A στατοι ἐπίσκοποι, καὶ τὰς ὑπ᾽ αὐτῶν ποιμαινομένας Ἐκκλησίας κατέλιπον, καὶ τῆς τοῦ χειμῶνος κατεφρόνησαν ὥρας, καὶ τῶν τῆς ὁδοιπορίας ἠνέσχοντο πόνων, ἵνα τὸν ἐπαναστάντα καταπαύσωσι χειμῶνα. Οὓς εὖ οἶδα ὅτι ὄψεταί σου ἡ κατὰ Θεὸν τελειότης, εὐσεβείας προμάχους, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν κυβερνήτας.

## CII. — *Basilio episcopo*

Quod jacta in nos convicia taciti audiant qui nos non norunt, absurdi nihil est : quod vero sanctitas tua conviciantium non redarguat mendacium, aut mediocriter et non intento studio id faciat, ægre sibi quisquam persuadebit, cui consuetudo vestra perspecta sit. Non quod veritati amicitiam præponere oporteat, sed quod amicitiæ etiam adsit testimonium veritatis. Etenim et in ecclesia dicentes non sæpe audivit pietas tua, et in conventibus aliis, cum dogmatici a nobis instituti sermones essent, quæ a nobis dicebantur excepit, néc sanctitatem tuam memini unquam me, quod non recta dogmata sequerer, reprehendisse. Quid ergo factum est hoc tempore? cur linguam, o charum caput, adversus mendacium non moves, sed amicum calumniis oppressum, et oppugnatam veritatem despicis? Si quidem facis ut inopes pusillosque contemnens, Dominicum præceptum exaudire convenit, quod diserte proclamat : « Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis minimis qui in me credunt. Amen enim dico vobis, angeli eorum quotidie vident faciem Patris mei qui est in cœlis [96]. » At si accusantium nos potentia pietati tuæ silentium indicit, legem alteram audire oportet, quæ ait : « Non accipias personam potentis [97] ; » et : « Justum judicium judicate [98] ; » et : « Non eris cum multis in malitia [99] ; » et : « Claudens **1172** oculos suos ne videat malum, et obturans aures suas ne audiat judicium sanguinis injusti [1]. » Et alia porro id genus sexcenta reperire est in divina Scriptura. Quæ quidem colligere supervacaneum duxi, cum ad virum scribam, qui in divinis eloquiis ætatem contrivit, quique doctrinæ fluentis Christianos populos irrigat. Hoc igitur solum dicam, apparituros nos omnes ante tribunal Christi, verborumque et operum rationem reddituros, me vero, cum aliorum omnium causa judicium hoc reformidem, in iis quæ contra me dicuntur ex hujusce recordatione solatii causas reperire.

## PB'. — *Βασιλείῳ ἐπισκόπῳ.*

Τὸ μὲν τοὺς ἀγνοοῦντας ἡμᾶς σιγῇ τῶν καθ᾽ ἡμῶν ἀκούειν λοιδοριῶν, οὐδὲν ἀπεικός· τὸ δὲ τὴν σὴν ὁσιότητα τῶν λοιδορουμένων μὴ διελέγχειν τὸ ψεῦδος, ἢ μετρίως τοῦτο ποιεῖν, καὶ μὴ λίαν ἐκθύμως, οὐκ ἄν τις πιστεύσοι, τὴν ὑμετέραν συνήθειαν ἐπιστάμενος. Οὐχ ἐπειδὴ τῆς ἀληθείας δεῖ τὴν φιλίαν προκρίνειν, ἀλλ᾽ ὅτι τῇ φιλίᾳ καὶ ἡ τῆς ἀληθείας πρόσεστι μαρτυρία. Καὶ γὰρ ἐπ᾽ ἐκκλησίας λεγόντων B ἡμῶν πολλάκις ἀκήκοεν ἡ σὴ θεοσέβεια, καὶ ἐν συλλόγοις ἑτέροις δογματικῶν ἡμῖν κινηθέντων λόγων, τοὺς παρ᾽ ἡμῶν εἰρημένους ἐπήκουσε· καὶ οὐκ οἶδα πώποτε μεμψαμένην ἡμῖν, ὡς οὐκ ὀρθοῖς δόγμασι κέχρημαι, τὴν σὴν θεοσέβειαν. Τί τοίνυν ἐπὶ τοῦ παρόντος γεγένηται; Τί δήποτε μὴ κινεῖς, ὦ φίλη κεφαλὴ, κατὰ τοῦ ψεύδους τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ καὶ φίλον συκοφαντούμενον, καὶ τὴν ἀλήθειαν πολεμουμένην ὑπερορᾷς; Εἰ μὲν ὡς ἀπόρων καὶ λίαν σμικρῶν ἀμελῶν, τῆς Δεσποτικῆς ἐντολῆς ἐπακοῦσαι προσήκει διαῤῥήδην βοώσης· « Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, οἱ ἄγγελοι αὐτῶν καθ᾽ ἡμέραν ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Εἰ δὲ τῶν C κατηγορούντων ἡμᾶς ἡ δύναμις τῇ σῇ φιλοθεΐᾳ τὴν σιωπὴν πραγματεύεται, χρὴ τῆς ἑτέρας ἀκοῦσαι νομοθεσίας λεγούσης· « Οὐ λήψῃ πρόσωπον δυνάστου. » Καί· « Δικαίαν κρίσιν κρίνατε. » Καί· « Οὐκ ἔσῃ μετὰ πολλῶν ἐπὶ κακίᾳ. » Καί· « Καμμύων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἴδῃ ἀδικίαν· καὶ κλείων τὰ ὦτα αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν αἵματος ἀδίκου. » Καὶ ἕτερα δὲ μυρία τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ. Ἃ περιττὸν ὑπέλαβον συλλέξαι, πρὸς ἄνδρα γράφων τοῖς θείοις ἐντεθραμμένον Λογίοις, καὶ τὴν διδασκαλικὴν ἄρδειαν προσφέροντα τοῖς φιλοχρίστοις λαοῖς. Τοῦτο τοίνυν μόνον ἐρῶ, ὅτι πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων τὰς εὐθύνας ὑφέξομεν. Ἐγὼ D δὲ τῶν ἄλλων ἕνεκα πάντων τοῦτο δεδιὼς τὸ κριτήριον, ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμῶν λεγομένοις ἐκ τῆς τούτου μνήμης λαμβάνω τῆς ψυχαγωγίας τὰς ἀφορμάς.

## CIII. — *Apollonio comiti.*

Deo quidem charissimos episcopos in regiam urbem traxit calumnia nobis omnibus imposita : ego vero per illorum sanctitatem magnificentiæ tuæ salutem dico, et amicitiæ debitum reddo, non ut desideratissimum debitum expungam, sed ut majus efficiam. Amicitiæ namque debita dum solvuntur augentur. Quod itaque calumniæ fructus nos quoque degustaverimus, nihil est absurdi. Nam qui homo sit, eum par est omnia exspectare. Eapropter

## PΓ'. — *Ἀπολλωνίῳ κόμητι.*

Τοὺς μὲν θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους εἰς τὴν βασιλεύουσαν εἵλκυσε πόλιν ἡ κατὰ πάντων ἡμῶν γεγενημένη συκοφαντία· ἐγὼ δὲ διὰ τῆς αὐτῶν ὁσιότητος τῇ σῇ μεγαλοπρεπείᾳ προσφέρω τὴν πρόσρησιν, καὶ τῆς φιλίας ἐκτίνω τὸ χρέος· οὐχ ἵνα τὸ τριπόθητον ὄφλημα διαλύσω, ἀλλ᾽ ἵνα πλέον ἐργάσωμαι. Τὰ γὰρ τῆς φιλίας ὀφλήματα διὰ τῆς ἐκτίσεως αὔξεται. Τὸ μέντοι καὶ ἡμᾶς τῶν τῆς συκοφαντίας ἀπολαῦσαι καρπῶν, οὐδὲν ἀπεικός. Ἄνθρωπον γὰρ ὄντα, πάντα

[96] Matth. xviii, 10. [97] Levit. xix, 15. [98] Joan. vii, 24. [99] Exod. xxiii, 2. [1] Isa. xxxiii, 15.

Digitized by Google

δεῖ προσδοκᾶν. Τούτου δὴ χάριν τοῖς φιλοσοφεῖν δεδιδαγμένοις τὰ τοιαῦτα πάντα ἐστὶ φορητά· ἓν δὲ μόνον ἀνιαρὸν, τὸ λώβης τινὸς μεταλαχεῖν τὴν ψυχήν.

**ΡΔ'. — *Φλαβιανῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.***

Καὶ ἤδη σου τὴν ἁγιότητα δι' ἑτέρων ἐδίδαξα γραμμάτων, ὡς ἄντικρυς ἡμᾶς συκοφαντοῦσιν οἱ τῆς ἡμετέρας κατηγοροῦντες διδασκαλίας· καὶ νῦν δὲ ὡσαύτως διὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τοῦτο ποιῶ, καὶ αὐτοὺς μάρτυρας ἔχων τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητος, καὶ ἑτέρας πολλὰς μυριάδας ἀνθρώπων, οἳ τῶν ἡμετέρων ἐν ταῖς κατὰ τὴν ἑῴαν ἐκκλησίαις ἐπαΐουσι λόγων· καὶ πρὸ τούτων, τὸ συνειδὸς, καὶ τὸν τοῦ συνειδότος Ἐπόπτην. Οἶδα δὲ καὶ τὸν θεῖον Ἀπόστολον πολλάκις τῇ τοῦ συνειδότος μαρτυρίᾳ χρησάμενον. « Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν. » Καὶ πάλιν· « Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. »

Ἴστω τοίνυν ἡ ἱερά σου καὶ θεοφιλὴς κεφαλὴ, ὡς οὐδεὶς ἡμῶν ἀκήκοε πώποτε δύο κηρυττόντων υἱούς. Τῷ ὄντι γάρ μοι μυσαρὸν καὶ δυσσεβὲς τόδε τὸ δόγμα δοκεῖ. Εἷς γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Τοῦτον ἐγὼ καὶ Θεὸν προαιώνιον οἶδα, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, καὶ μίαν ὡς Μονογενεῖ προσφέρω προσκύνησιν. Σαρκὸς μέντοι καὶ θεότητος τὸ διάφορον ἐδιδάχθην· ἀσύγχυτος γὰρ ἡ ἕνωσις. Οὕτω κατὰ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου παρατασσόμενοι λύττης, ῥᾷστα τὴν κατὰ τοῦ Μονογενοῦς παρ' αὐτῶν τολμωμένην διελέγχομεν βλασφημίαν, τὰ ταπεινῶς εἰρημένα περὶ τοῦ Δεσπότου, καὶ τῇ ληφθείσῃ φύσει προσφόρως, ὡς ἀνθρώπῳ προσάπτοντες, καὶ αὖ πάλιν ὡς Θεῷ τὰ θεοπρεπῆ, καὶ τῆς φύσεως ἐκείνης δηλωτικά· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα διαιροῦντες, ἀλλὰ τῷ ἑνὶ Μονογενεῖ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα προσήκειν διδάσκοντες· τὰ μὲν ὡς Θεῷ, καὶ Ποιητῇ, καὶ Δεσπότῃ τῶν ὅλων, τὰ δὲ ὡς ἀνθρώπῳ δι' ἡμᾶς γενομένῳ. Ἄνθρωπον δὲ αὐτὸν ἡ θεία λέγει γεγενῆσθαι Γραφὴ, οὐ τῆς θεότητος τραπείσης, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ ληφθείσης. Τοῦτο γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἄντικρυς βοᾷ, λέγων· « Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· ὅθεν ὤφειλεν κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. » Καὶ πάλιν· « Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐῤῥέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Οὐ λέγει, Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνὸς, Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. »

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς θείας Γραφῆς περικόψαντες Σίμων, καὶ Βασιλείδης, καὶ Βαλεντῖνος, καὶ Βαρδησάνης, καὶ Μαρκίων, καὶ ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, μόνον Θεὸν ἀποκαλοῦσι τὸν Δεσπότην Χριστὸν, οὐδὲν ἀνθρώπειον ἔχοντα, ἀλλὰ φαντασίᾳ καὶ δοκήσει φανέντα τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπον. Οἱ δὲ τὰ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου φρονοῦντες, σῶμα μόνον ἀν-

A iis, qui philosophari didicerint, ferenda hujusmodi sunt omnia. Unum duntaxat est molestum, si quid damni ad animam pervenerit.

**CIV. — *Flaviano episcopo Constantinopolis.***

Et aliis jam litteris sanctitatem tuam certiorem feci, aperte in nos calumniari eos qui doctrinam nostram insimulant : et nunc rursus per Deo charissimos episcopos **1173** idem facio, cum rectorum dogmatum et ipsos testes habeam, et aliorum hominum numerum infinitum, qui in Orientis ecclesiis sermones nostros audiunt, atque ante hos omnes conscientiam, et Inspectorem conscientiæ. Scio enim divinum quoque Apostolum testimonio B persæpe usum esse conscientiæ : « Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ [1]; » et rursum : « Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto [2]. »

Sciat ergo sacrum Deoque charum caput tuum, neminem nos unquam duos filios prædicantes audiisse. Revera enim exsecrandum mihi hoc dogma et impium videtur. Unus siquidem est Dominus Jesus Christus, per quem omnia. Hunc ego et Deum ante sæcula novi, et hominem in fine dierum, unamque tanquam Unigenito adorationem exhibeo. Carnis tamen et divinitatis discrimen edoctus sum: inconfusa quippe est unio. Hoc modo adversus C Arii et Eunomii rabiem instructi, temere ab illis prolatam contra Unigenitum blasphemiam facillime convincimus, ea quæ humiliter de Domino congruenterque assumptæ naturæ dicta sunt, ut homini adaptantes, et ut Deo illa vicissim quæ Deo digna sunt, et naturam illam demonstrant : non in duas personas dividentes, sed Unigenito tum hæc, tum illa convenire docentes : alia quidem tanquam Deo et factori et Domino universorum, alia tanquam homini propter nos facto. Factum autem hominem illum divina Scriptura tradit, non divinitate mutata, sed assumpta de semine Abrahæ humana natura. Hoc **1174** enim aperte clamat divinus Apostolus, dicens : « Nusquam enim angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit ; unde D debuit per omnia fratribus similari [3]. » Et rursum : « Abrahæ dictæ sunt repromissiones, et semini ejus. Non dicit : Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno : Et semini tuo, qui est Christus [5]. »

Hæc et alia hujusmodi e divina Scriptura amputantes Simon, et Basilides, et Valentinus, et Bardesanes, et Marcion, et qui ab insania nomen habet (Manes), Deum tantummodo appellant Christum Dominum, qui humani habeat nihil, sed phantasia et specie velut homo apparuerit hominibus. Qui vero Arium sectantur et Eunomium. Deum Ver-

[1] II Cor. I, 12. [2] Rom. IX, 1. [4] Hebr. II, 16. [5] Galat. III, 16.

Digitized by Google

bum aiunt carnem duntaxat assumpsisse, animæque vices ipsummet in corpore supplevisse. Apollinaris autem animatum quidem corpus Dominicum vocat, sed mentem peractæ salutis exsortem facit, nescio unde animæ mentisque divisionem edoctus. At divinorum apostolorum * disciplina animam ratione et intelligentia præditam cum carne assumpsisse docet, perfectamque salutem credentibus pollicetur.

A εἰληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον φασίν, αὐτὸν δὲ τῆς ψυχῆς ἐν τῷ σώματι πληρῶσαι τὴν χρείαν. Ἀπολινάριος δὲ ἔμψυχον μὲν τὸ Δεσποτικὸν σῶμα καλεῖ, τὸν δὲ νοῦν τῆς γεγενημένης σωτηρίας ἀποστερεῖ, οὐκ οἶδα πόθεν μαθὼν ψυχῆς καὶ νοῦ τὴν διαίρεσιν. Ἡ δὲ τῶν θείων Ἀποστόλων διδασκαλία ψυχὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν μετὰ σαρκὸς προσειλῆφθαι διδάσκει, καὶ τελείαν τοῖς πιστεύουσιν ὑπισχνεῖται τὴν σωτηρίαν.

Est porro et alterum agmen hæreticorum his contraria profitentium. Photinus enim, et Marcellus, et Paulus Samosatenus, hominem solum esse aiunt Dominum ac Deum nostrum. Quos contra cum disserimus, necesse est nos divinitatem asserentia testimonia proferre, et docere Christum Dominum etiam ante sæcula Deum fuisse. Alteram vero turmam cum impugnamus, quæ Deum tantum appellat Jesum Christum Dominum nostrum, divinam illis Scripturam opponere, ex eaque **1175** assumptæ humanitatis testimonia depromere. Medicum enim oportet congruentibus ad morbos uti remediis, et quod unicuique conveniat admovere. Oro igitur sanctitatem tuam, ut conflatam in nos calumniam destruat, et incassum nobis obtrectantes linguas compescat. Nos quippe unum etiam post incarnationem Dei Filium adoramus, et eos, qui aliter sapiant, impios vocamus. Sanctas quoque preces tuas nobis, domine, impertiri digneris, ut divina benevolentia subnixi, periculis plenum pelagus transmittamus, atque ad tranquillos Salvatoris portus appellamus.

Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον στῖφος αἱρετικῶν τἀναντία τούτοις θρησκεῦον. Φωτεινὸς γάρ, καὶ Μάρκελλος, καὶ ὁ ἐκ Σαμοσάτων Παῦλος, ἄνθρωπον μόνον εἶναι λέγουσι τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν. Ἀνάγκη δὲ πρὸς τούτους μὲν διαλεγομένους ἡμᾶς τὰς περὶ θεότητος μαρτυρίας προσφέρειν, καὶ δεικνύναι ὡς καὶ Θεὸς B προαιώνιος ὁ Δεσπότης Χριστός· πρὸς δὲ τὴν ἑτέραν ἀγωνιζομένους συμμορίαν, ἣ Θεὸν μόνον ἀποκαλεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὴν θείαν αὐτοῖς ἀντιτάττειν Γραφήν, καὶ τὰς περὶ τῆς ληφθείσης ἀνθρωπότητος ἐκεῖθεν μαρτυρίας συλλέγειν. Χρὴ γὰρ τὸν ἰατρὸν ἁρμοδίοις πρὸς τὰ πάθη κεχρῆσθαι φαρμάκοις, καὶ ἑκάστῳ προσφέρειν τὸ πρόσφορον. Παρακαλῶ τοίνυν τὴν σὴν ἁγιωσύνην τὴν καθ' ἡμῶν συντεθεῖσαν (65) διαλῦσαι συκοφαντίαν, καὶ τὰς μάτην ἡμῖν λοιδορουμένας χαλινῶσαι γλώττας. Ἡμεῖς γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἕνα προσκυνοῦμεν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ τοὺς ἄλλο τι φρονοῦντας δυσσεβεῖς ὀνομάζομεν. Παρασχεῖν δὲ ἡμῖν καὶ τὰς ἁγίας σου προσευχάς, δέσποτα, καταξίωσον, ἵνα τῆς θείας ἀπολαύοντες εὐμενείας, τὸ C κινδύνων μεστὸν διαπεραι[ώ]σωμεν πέλαγος, καὶ εἰς τοὺς ἀπηνέμους τοῦ Σωτῆρος μεθορμισθῶμεν λιμένας.

## CV. — *Eulogio œconomo.*

Quæ certamina pro pietate religiosa mens tua sustineat, a multis accepimus: æquum autem est te etiam ei qui calumniam illius causa patiatur prompto animo subvenire, obtrectantiumque falsitatem redarguere. Etenim apprime nosti, Deo charissime, quid sentiamus, et quid doceamus, quodque duos filios nullus unquam prædicantes nos audierit. Exserat ergo hic etiam pietas tua zelum divinum, et obstruat ora loquentium iniqua. In hujusmodi enim certaminibus convenit, non solum pro amicis, sed etiam pro iis qui læserint decertare.

## ΡΕ'. — *Εὐλογίῳ οἰκονόμῳ.*

Τοὺς μὲν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας τῆς σῆς φιλοθεΐας παρὰ πολλῶν μεμαθήκαμεν. Δίκαιον δὲ καὶ τῷ διὰ ταύτην συκοφαντουμένῳ προθύμως συνηγορεῖν, καὶ διελέγχειν τῶν λοιδορουμένων τὸ ψεῦδος. Ἀκριβῶς γὰρ οἶσθα, θεοφιλέστατε, καὶ τίνα φρονοῦμεν, καὶ τίνα διδάσκομεν, καὶ ὅτι δύο κηρυττόντων υἱοὺς οὐδεὶς ἡμῶν ἀκήκοε πώποτε. Χρησάσθω τοίνυν ἡ σὴ θεοσέβεια κἀνταῦθα τῷ θείῳ ζήλῳ, καὶ ἐμφραξάτω στόματα λαλουμένων ἄδικα. Ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις ἀγῶσιν, οὐ μόνον προσήκει τῶν φίλων, D ἀλλὰ καὶ τῶν λελυπηκότων ὑπερμαχεῖν.

## CVI. — *Abrahæ œconomo.*

Et pietati tuæ per Deo charissimos episcopos salutem dico, et obtestor, ut tranquillitatis Ecclesiarum curam geras, calumniæque **1176** fluctus * frangas. « Quod enim seminaverit homo, hoc et metet, » ut divinus ait Apostolus [a]. Quare qui pro dogmatibus apostolicis decertarit, apostolicam prorsus benedictionem recipiet, et illorum communione perfruetur.

## ΡϚ'. — *Ἀβραάμῳ οἰκονόμῳ.*

Καὶ διὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων προσφθέγγομαί σου τὴν θεοσέβειαν, καὶ παρακαλῶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν φροντίσαι γαλήνης, καὶ τῆς συκοφαντίας διαλῦσαι τὰ κύματα. « Ὃ γὰρ ἂν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει, » κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Ὁ τοίνυν τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχῶν δογμάτων, δῆλον ὅτι τὴν ἀποστολικὴν εὐλογίαν τρυγήσει, καὶ τῆς ἐκείνων ἀπολαύσεται κοινωνίας.

[a] Galat. vi, 7.

(65) συντεθ. addit Neap.

Digitized by Google

### PZ'. — Θεοδότῳ πρεσβυτέρῳ.

A

Οὐκ ἔλαθον οἱ τῆς σῆς φιλοθεΐας ἀγῶνες, οὓς ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν ἀνεδέξω δογμάτων· ἀλλ' ᾄδουσι τούτους οὐ μόνον οἱ πείρᾳ μεμαθηκότες, ἀλλὰ καὶ οἱ παρὰ τούτων ἀκηκοότες. Ἔχου τοίνυν, ὦ φίλη κεφαλὴ, τῶν ἀγώνων, καὶ τῶν πατρῴων ὑπεράθλησον δογμάτων. Ὑπὲρ ὧν καὶ ἡμεῖς πολλαχόθεν βαλλόμεθα, καὶ τὰς τρικυμίας δεχόμενοι τὸν Κυβερνήτην ἀντιβολοῦμεν ἢ νεῦσαι, καὶ τὸν κλύδωνα λῦσαι, ἢ τοῖς κλυδωνιζομένοις ἀνδρίαν χαρίσασθαι.

### CVII. — *Theodoto presbytero.*

Non jacent in tenebris certamina, quæ pietas tua pro apostolicis dogmatibus sustinuit : sed illa prædicant non ii modo, qui reipsa experti sunt, sed ii etiam qui ex illis audierunt. Insiste igitur, o amice, in certaminibus, et patria defende dogmata. Pro quibus et nos hinc inde percutimur, gravissimisque agitari procellis gubernatorem oramus, ut vel annuat sedetque tempestatem, vel tempestate jactatis animi vires largiatur.

### PH'. — Ἀκακίῳ πρεσβυτέρῳ.

Ἀληθὴς ἄρα ἡ τῆς Δαυϊτικῆς μελῳδίας ὑπόσχεσις· τὸ γὰρ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας δι' ἐκείνου ταύτην προσενήνοχε τοῖς πιστεύουσιν· « Ἀποκάλυψον πρὸς Κύριον τὴν ὁδόν σου, καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ποιήσει, καὶ ἐξοίσει ὡς φῶς τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ τὸ κρῖμά σου ὡς μεσημβρίαν. » Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς σῆς θεοσεβείας γεγενημένον εὑρίσκομεν. Ὁπόσην γὰρ τῶν ὀρφανίαν ὀδυρομένων ποιεῖται κηδεμονίαν ἡ σὴ θεοσέβεια, καὶ ὅπως ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν ἀγωνίζῃ δογμάτων, ᾄδουσι πάντες, δήλων κατὰ τὴν προφητείαν τῶν κεκρυμμένων γεγενημένων. Τούτου δὴ χάριν κἀγὼ τοὺς ἀξιεπαίνους πόνους τῆς σῆς φιλοθεΐας μεμαθηκὼς γράφω, καὶ προσφθεγγόμενός σε, θεοφιλέστατε, καὶ παρακαλῶν αὐξῆσαι τὸ κλέος τῇ προσθήκῃ τῶν πόνων, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ὑπερμαχῆσαι διδασκαλίας, ἵνα καὶ τὸν πατρῷον κλῆρον φυλάξωμεν ἄσυλον, καὶ τὸ τάλαντον τῷ Δεσπότῃ μετὰ τῆς καλῆς προσενέγκωμεν ἐργασίας.

### CVIII. — *Acacio presbytero.*

Vera est utique Davidici cantus repromissio : hanc enim per illum Spiritus veritatis credentibus protulit : « Revela Domino viam tuam, et spera in

B

eo, et ipse faciet, et educet quasi lumen justitiam tuam, et judicium tuum tanquam meridiem [7]. » Hoc et in pietate tua factum cernimus. Quantam enim orbitatem lugentium pietas tua curam gerat, et quo pacto pro apostolicis dogmatibus decertet, in ore est omnium, manifestis, juxta prophetiam, factis iis quæ occulta erant. Hanc ob causam ego quoque qui laudabiles labores tuos edidici, scribo, et salutem **1177** dicens tibi, Deo charissime, et exhortans, ut laborum accessione gloriam cumules, et pro evangelica doctrina dimices, ut et paternam hæreditatem intactam servemus, et talentum Domino cum insigni quæstu offeramus.

### PΘ'. — Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ Ἀγκύρας.

C

Πολλὰ μὲν τὰ καθ' ἡμῶν τυρευόμενα, καὶ δι' ἡμῶν κατὰ τῆς ἀποστολικῆς καττυόμενα πίστεως. Ψυχαγωγεῖ δὲ ἡμᾶς τὰ τῶν ἁγίων παθήματα, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, καὶ τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις διαπρεψάντων ἐν τῷ λόγῳ τῆς χάριτος· πρὸς δὲ τούτοις καὶ αἱ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπαγγελίαι. Οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι βίῳ τερπνὸν, οὐδὲ θυμῆρες ὑπέσχετο, ἀλλὰ θλίψεις καὶ πόνους, καὶ κινδύνους, καὶ πολεμίων ἐπαναστάσεις. « Ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ, φησὶ, θλίψιν ἕξετε. » Καί· « Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσι. » Καί· « Εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκειακοὺς αὐτοῦ; » Καί· « Ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. » Καί· « Στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. » Καί· « Ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. » Καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια. Συνῳδὰ δέ φησι καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Πάντες οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται· πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. » Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν παραψυχὴν ἐν τῇδε τῇ ζάλῃ παρέσχε μεγίστην. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς καὶ μέχρι τῆς σῆς ἁγιωσύνης τὰς καθ' ἡμῶν διαβῆναι συκοφαντίας, παρακαλῶ σου τὴν

### CIX. — *Eusebio episcopo Ancyræ.*

Multa quidem sunt quæ contra nos occulte agitantur, et per nos adversus fidem apostolicam struuntur. Sed recreant nos sanctorum ærumnæ, prophetarum, apostolorum, martyrum, eorumque qui in Ecclesiis in doctrina gratiæ illustres fuerunt. Insuper autem et Dei Salvatorisque nostri pollicitationes. Nihil enim nobis in præsenti vita jucundum, nibil suave promisit : sed tribulationes, et labores, et pericula, et hostium incursiones. « In mundo enim, ait, pressuram habebitis [8]. » Et : « Si me persecuti sunt, et vos persequentur [9]. » Et : « Si patremfamilias Beelzebul vocaverunt, quanto magis domesticos ejus [10]? » Et : « Venit

D

hora, ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo [11]. » Et : « Angusta porta, et arcta via est, quæ ducit ad vitam [12]. » Et : « Cum persecuti vos fuerint in civitate ista, fugite in aliam [13]. » Et quotquot alia sunt his similia. Consona etiam dicit divinus Apostolus : « Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur : mali autem homines et seductores proficient in pejus, errantes et in errorem mittentes [14]. » Hæc igitur consolationem nobis in hac tempestate maximam **1178** præbuerunt. Sed quia verisimile est ad tuam usque sanctitatem perve-

[7] Psal. xxxvi, 5. [8] Joan. xvi, 33. [9] Joan. xv, 20. [10] Matth. x, 15. [11] Joan. xvi, 2. [12] Matth vii, 14. [13] Matth. x, 23. [14] II Timoth. iii, 12.

Digitized by Google

nisse calumnias quibus vexamur, oro atque obtestor ne calumniatorum mendaciis ullatenus aures adhibeas. Ego enim me in duos credendum filios hactenus docuisse conscius non sum In unum enim credere didici Unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, hominem factum Deum Verbum. Carnis sane divinitatisque discrimen novi, et impie mihi agere videntur, tum qui in duos filios dividunt unum Dominum nostrum Jesum Christum, tum qui contrariam his viam ingressi, unam naturam vocant divinitatem Christi Domini et humanitatem. Opposita enim sibi mutuo sunt hæc præcipitia : media autem evangelicorum dogmatum via, sanctorum apostolorum prophetarumque ornata vestigiis, et eorum qui post illos docendi gratia claruerunt. Cupiebam autem ipsas horum sententias in medium afferre, et sensui nostro suffragantes ostendere. Sed pluribus verbis opus esset, quam modus ferat epistolæ. Quapropter summatim ea complexus, quæ de Unigeniti incarnatione didicimus, ad tuam divinam excellentiam misi. Scripsi autem, non ut alios doceam, sed ut impositæ calumniæ respondeam, et sensum meum iis expliccm qui ignorant. Hæc igitur ubi legerit sanctitas vestra, si quidem scripta nostra cum apostolicis dogmatibus consentire invenerit, suo ad nos responso sensum nostrum confirmet. At si quid inditum est quod cum divina * doctrina non cohæreat, hoc etiam a sanctitate tua doceri cupio. Etsi enim longum in docendo tempus **1179** consumpsimus, adhuc tamen doctore indigemus. « Ex parte namque, ut ait divinus Apostolus, cognoscimus [15]. » Quin et iterum dicentem audivimus : « Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire [16]. » Simul et verum a sanctitate tua ut discam oro, et ut ecclesiasticæ tranquillitatis curam geras, et pro divinis dogmatibus dimices. Horum quippe gratia Deo etiam charissimi episcopi, et itineris labores, et hiemis asperitatem contemnentes, ad regiam urbem profecti sunt, ut exitum aliquem tempestatis exquirant. Et illos igitur precum tuarum viatico instruere, et nos iisdem firmare ac stabilire ne graveris.

### CX. — *Domno episcopo Antiochiæ.*

Lectis litteris tuis recordatus sum beatissimæ Susannæ, quæ nefarios illos cernens, et Deum universorum præsentem credens, præclaram illam vocem emisit : « Angustiæ sunt mihi undique [17]. » At tamen in calumniæ laqueos incidere maluit, quam justum judicem contemnere. Et nunc, domine, quod sæpe diximus, duo sunt proposita, aut Deum offendere et conscientiam lædere, aut injustas in hominum sententias incurrere. Mihi vero nihil horum penitus scire videtur piissimus imperator. Quid enim prohibuisset illum scribere ordinatio-

A ὁσιότητα μηδ' ὅλως ὑποσχεῖν ταῖς τῶν συκοφαντῶν ψευδολογίαις τὰς ἀκοάς. Ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα μέχρι τοῦ παρόντος διδάξας εἰς δύο πιστεύειν υἱούς. Εἰς ἕνα γὰρ ἐδιδάχθην πιστεύειν Μονογενῆ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν Λόγον. Σαρκὸς μέντοι καὶ θεότητος ἐπίσταμαι τὸ διάφορον, καὶ δυσσεβεῖν μοι δοκοῦσιν οἱ εἰς δύο υἱοὺς μερίζοντες τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ οἱ τὴν ἐναντίαν τούτοις ὁδεύοντες, καὶ μίαν φύσιν ἀποκαλοῦντες τὴν θεότητα τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα. Ἐναντίοι γὰρ ἀλλήλοις οὗτοι κρημνοί· μέση δὲ ἡ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων ὁδὸς, τοῖς τῶν ἁγίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἴχνεσι κοσμουμένη, καὶ τῶν μετὰ τούτους ἐν τῷ διδασκαλικῷ διαπρεψάντων χαρίσματι. Ἐβουλόμην δὲ B καὶ τὰς τούτων παραθεῖναι χρήσεις, καὶ δεῖξαι τῷ ἡμετέρῳ μαρτυρούσας φρονήματι. Ἀλλὰ πλειόνων δεῖ μοι λόγων, ἢ κατὰ μέτρον ἐπιστολῆς. Οὗ δὴ χάριν ἐν κεφαλαίῳ γράψας, ἃ περὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἐνανθρωπήσεως μεμαθήκαμεν, ἀπέστειλά σου τῇ κατὰ Θεὸν τελειότητι. Ἔγραψα δὲ οὐκ ἄλλοις προσφέρων διδασκαλίαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν γεγενημένην συκοφαντίαν ἀπολογίαν ποιούμενος, καὶ τὸ ἐμαυτοῦ φρόνημα τοῖς ἀγνοοῦσι τοῦτο δεικνύς. Ἀναγνοῦσα τοίνυν ἡ ἁγιωσύνη σου, εἰ μὲν εὕροι τὰ γεγραμμένα τοῖς ἀποστολικοῖς συμβαίνοντα δόγμασι, τοῖς πρὸς ἡμᾶς ἀντιγράφοις βεβαιούτω (66) τὸ φρόνημα. Εἰ δέ τι τῶν ἐγκειμένων τῇ διδασκαλίᾳ τῇ θείᾳ μὴ συμφωνεῖ, καὶ τοῦτο μαθεῖν παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος C ἀξιῶ. Καὶ γὰρ πολὺν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀναλώσαντες χρόνον, ἔτι δεόμεθα τοῦ διδάσκοντος. « Ἐκ μέρους γὰρ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, γινώσκομεν. » Ἠκούσαμεν δὲ αὐτοῦ πάλιν λέγοντος· « Εἰ δέ τις δοκεῖ ἐγνωκέναι τι, οὐδέπω ἔγνω καθὼς δεῖ γνῶναι. » Καὶ τἀληθὲς τοίνυν παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος παρακαλοῦμεν μαθεῖν, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς φροντίσαι γαλήνης, καὶ τῶν θείων ὑπερμαχῆσαι δογμάτων. Τούτων γὰρ δὴ χάριν, καὶ οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ τῶν τῆς ὁδοιπορίας πόνων, καὶ τῆς χειμερινῆς καταφρονήσαντες ὥρας, ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν ὥρμησαν πόλιν, λύσιν τινὰ πορίσαι τῷ κλύδωνι μηχανώμενοι. Καὶ αὐτοὺς τοίνυν ἐφοδιάσαι ταῖς προσευχαῖς, καὶ ἡμᾶς ταύταις ἐρεῖσαι παρακλήθητι, δέσποτα.

### D ΡΙ'. — *Δόμνῳ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας.*

Ἀναγνοὺς τὰ γράμματα, τῆς μακαριωτάτης ἀνεμνήσθην Σουσάννης, ἢ τοὺς ἀλάστορας ἐκείνους ὁρῶσα, καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν παρεῖναι πιστεύουσα, τὴν θαυμασίαν ἐκείνην ἀφῆκε φωνήν· « Στενά μοι πάντοθεν. » Ἀλλ' ὅμως εἵλετο μᾶλλον ταῖς τῆς συκοφαντίας πάγαις περιπεσεῖν, ἢ τοῦ δικαίου καταφρονῆσαι κριτοῦ. Καὶ νῦν, δέσποτα, δύο πρόκειται. Τοῦτο δὲ πολλάκις εἰρήκαμεν· ἢ Θεῷ προσκροῦσαι, καὶ βλάψαι τὸ συνειδὸς, ἢ ταῖς ἀδίκοις τῶν ἀνθρώπων ψήφοις περιπεσεῖν. Ἐμοὶ δὲ οὐδὲ δοκεῖ τούτων εἰδέναι τι τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα. Τί γὰρ ἐκώλυ-

[15] I Cor. xiii, 9. [16] I Cor. viii, 2. [17] Dan. xiii, 22.

(66) βεβαιωσάτω Neap.

Digitized by Google

σεν αὐτὸν γράψαι, καὶ ἐπιτρέψαι χειροτονίαν γενέσθαι, εἴπερ ἀληθῶς αὐτὸν ἐθεράπευε τοῦτο; Τί δήποτε δὲ ἔξωθεν (67) ἀπειλοῦσι καὶ δεδίττονται, γράμματα δὲ προφανῶς τοῦτο κελεύοντα οὐ πέμπουσιν; Δυοῖν γὰρ θάτερον, ἢ οὐ πείθεται γράψαι ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ἢ κατασκευάζουσι παρανομῆσαι ἡμᾶς, καὶ δίκας ὑπ' αὐτῶν ὕστερον τῆς παρανομίας ἀπαιτηθῆναι. Πρόκειται γὰρ ἡμῖν τὸ κατὰ τὸν μακάριον Πριγκίπιον ὑπόδειγμα· ἐκεῖ καὶ ἐγγράφως κελεύσαντες, δίκας ἀπῄτουν τὸν ὑπακούσαντα. Ἃ δὲ ἀνέγνων κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ὁ λεκτικάριος ἀφίκετο, γράμματα, ἐναντία τούτοις ἐστίν. Ἅγιος γάρ τις μονάζων τῶν ἐπισήμων ἔγραψε πρός τινα, ὡς ἐδέξατο γράμματα καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου σπαθαρίου, καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ μαγίστρων, σημαίνοντα ὡς διορθώσεως τεύξεται τὰ κατὰ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τὸν κύριον Εἰρηναῖον· καὶ ταύτης γε τῆς σπουδῆς ἀντιδόσεις ἀπῄτουν τὰς ὑπὲρ αὐτῶν προσευχάς. Ἐγὼ τοίνυν νομίζω χρῆναι γραφῆναι πρὸς τοὺς γεγραφότας ἀπὸ τῆς βασιλευούσης πόλεως κληρικοὺς, ὅτι ψήφῳ μὲν τῶν τῆς Φοινίκης θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων πεισθεὶς, ἐχειροτόνησα τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Εἰρηναῖον· τόν τε ζῆλον, καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν, καὶ τὴν φιλοπτωχίαν, καὶ τὰς ἄλλας αὐτῷ συνειδὼς ἀρετὰς, καὶ πρὸς τούτοις, τὴν τῶν δογμάτων ὀρθότητα. Οὐκ οἴδαμεν γὰρ αὐτὸν παραιτησάμενον πώποτε Θεοτόκον καλέσαι τὴν ἁγίαν Παρθένον, ἢ ἄλλο τι ἐναντίον φρονήσαντα τοῖς εὐαγγελικοῖς δόγμασιν. Εἰς δὲ τὸ τῆς διγαμίας, τοῖς πρὸ ἡμῶν ἠκολουθήσαμεν. Καὶ γὰρ ὁ τῆς μακαρίας καὶ ὁσίας μνήμης Ἀλέξανδρος, ὁ τὸν ἀποστολικὸν τοῦτον διακοσμήσας θρόνον, σὺν τῷ μακαριωτάτῳ Ἀκακίῳ τῆς Βεροίας ἐπισκόπῳ, τὸν τῆς μακαρίας μνήμης Διογένην ἐχειροτόνησαν δίγαμον ὄντα· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μακάριος Πραΰλιος, Δομνῖνον τὸν Καισαρείας δίγαμον ὄντα. Ἔδει τοίνυν ἠκολουθήσαμεν, καὶ ἀνδράσιν ἐπισήμοις, καὶ ἐπὶ γνώσει καὶ βίῳ πολυθρυλλήτοις. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα δεδιδαγμένος ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Πρόκλος, ὁ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπίσκοπος, καὶ αὐτὸς τὴν χειροτονίαν ἐδέξατο, καὶ ἔγραψεν ἐπαινῶν καὶ θαυμάζων. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ πρωτεύοντες τῆς Ποντικῆς διοικήσεως θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ οἱ Παλαιστῖνοι πάντες, καὶ οὐδεμία ἀμφιβολία περὶ τούτου γεγένηται· καὶ δυσσεβὲς νομίζομεν τὸ κατακρῖναι ἄνδρα πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς κατορθώμασι λαμπρυνόμενον. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην δεῖ γράψαι. Εἰ δὲ ἄλλο τι συνορᾷ σου ἡ ἁγιότης, τὸ δοκοῦν γινέσθω. Ἐγὼ γὰρ καὶ τὴν μίαν, ὡς νομίζουσι, τιμωρίαν δεξάμενος, ἕτοιμός εἰμι, τοῦ Θεοῦ μοι βοηθοῦντος, δέξασθαι καὶ τὴν ἄλλην. Εἰ δὲ καὶ τρίτην βούλονται, καὶ τετάρτην, τῆς θείας χάριτος ἐπερειδούσης οἴσομεν, τὸν Δεσπότην ὑμνοῦντες· εἰ δὲ δοκιμάζει σου ἡ ὁσιότης, ἴδωμεν καὶ τὰς ἀπὸ Παλαιστίνης ἀποκρίσεις· καὶ ἀκριβέστερον τὸ πρακτέον σκοπήσαντες, οὕτω καὶ γράψωμεν εἰς Κωνσταντινούπολιν.

A nemque fieri jubere, si revera hoc illi placuisset? Quorsum vero minantur etiam foris, terroremque injiciunt, et litteras quæ aperte hoc præcipiant **1180** non mittunt? Duorum enim est alterum: vel adduci non potest piissimus imperator, ut scribat; vel hoc agunt, ut leges violemus, et ipsi deinde a nobis delicti pœnas reposcant. Versatur enim ob oculos exemplum beati Principii: ubi cum etiam scripto jussissent, pœnas tamen ab eo qui paruerat exigebant. Porro litteræ, quas eo ipso die legi, quo lecticarius advenit, his sunt contrariæ. Quidam enim sanctus monachus ex illustribus cuidam scripsit, litteras se accepisse, tum a magnificentissimo spathario, tum a gloriosissimo exmagistro, quæ indicant res Deo charissimi episcopi domini Irenæi B meliore loco futuras, atque hujus sui laboris mercedem ipsorum preces flagitabant. Quare ad clericos qui ex urbe regia scripserunt scribi oportere censeo, adductum me Deo charissimorum Phœniciæ episcoporum decreto, Deo charissimum episcopum Irenæum ordinasse, cum illius et zelum, et magnanimitatem, et amorem in pauperes, et alias ejus virtutes perspectas haberem, ac præterea dogmatum rectitudinem. Nec enim scimus unquam recusasse Deiparam appellare sanctam Virginem, aut aliud quidpiam a decretis evangelicis alienum sensisse. Quod vero ad digamiam attinet, majorum vestigiis inhæsimus. Nam et beatæ sanctæque memoriæ Alexander, qui apostolicam hanc sedem rexit, una C cum beatissimo Acacio Berœæ episcopo beatæ memoriæ Diogenem digamum ordinavit: eodemque modo beatus Praylius Domninum Cæsareæ, qui digamus item erat. Consuetudinem ergo secuti **1181** sumus, et viros illustres scientiaque et vita celeberrimos. Ac multa etiam alia hujusmodi minime ignorans beatæ memoriæ Proclus, Constantinopolitanorum episcopus, et ordinationem ipse admisit, et laudans et approbans rescripsit. Similiter etiam Ponticæ diœceseos primarii Deo charissimi episcopi, et Palæstini omnes: neque ulla orta est hac de re controversia; et iniquum dicimus virum damnare multis ac variis egregiis facinoribus illustrem. Hæc et his similia mea quidem sententia scribere oportet: sed si quid aliud in mentem D venit sanctitati tuæ, fiat quod videbitur. Ego enim, qui una, ut putant, pœna sum affectus, paratus sum, Deo me juvante, et alteram subire: quod si tertiam quoque volunt, et quartam, divina fulciente gratia, feremus, Deumque laudabimus. Quod si probat sanctitas tua, videamus etiam quid e Palæstina respondeatur, et quid facto sit opus accuratius considerantes, ita Constantinopolin scribamus.

(67) Sic in Neap. et Vatic. apud Baronium, qui ad a. 447, t. VI, p. 52 seq. hanc habet epistolam Sirmondus ediderat οἱ ἔξωθεν.

Digitized by Google

Beneficiorum erga nos suorum compensationem ab universorum Deo magnificentia vestra recipiet. Quidquid enim illius sit gratia, * mercedem habet adnexam. Ego quidem calumniatorum multitudinem rideo. Corpora etenim, quæ vehementius cæduntur, dolorem non sentiunt, emortua jam carne quæ cæditur. Attamen effrenatissima ora falsos sermones proferentia defleo. Qua enim a nobis injuria læsi accusatores Ibæ Deo **1182** charissimi episcopi istis contra nos mendaciis utuntur? Primum e numero judicum ego non fui, quippe qui Cyrrhi, principis jussu, hærebam. Deinde, ut a multis accepi, absentiam quoque nostram moleste ferebant. Nam ut mysticæ communionis per salutare Pascha par- B ticipes fierent ego curavi, et sæpe congressum nostrum cum expeterent, placide excepi, et quæ opus erant suggessi. Ut autem etiam pro Deo charissimo episcopo domino Domno respondeam, quid illum facere oportebat, qui sic aperte oppugnabatur, et synodica sententia depositos in aliam provinciam missos videbat, ibique sacerdotium contra ecclesiasticas leges resumere, et sacra ac divina ab hostibus veritatis rideri et ludibrio haberi? Propterea ut hæc cognovit, judicium ad alios transmisit, nec ad Deo charissimum dominum Ibam solum, verum etiam ad sanctissimum episcopum Amidæ dominum Simeonem, ut duarum provinciarum Metropolitani integram causæ cognitionem susciperent. Qui autem æquum est eosdem et crudelitatis et humanitatis C nomine accusari? Etenim si ejicimus, periclitamur: si non ejicimus, periculum non evadimus, et soli omnibus in terris oppugnamur. Et aliæ quidem diœceses quietæ vivunt, nos vero soli calumniatoribus expositi sumus: atque ego præcipue, tametsi nec una judicarim, et omni prorsus culpa vacem.

Ἡ μὲν ὑμετέρα μεγαλοφυΐα τῶν εἰς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων κομιεῖται τὰς ἀντιδόσεις. Πᾶν γὰρ ὁτιοῦν αὐτοῦ χάριν γενόμενον, μισθὸν ἔχει συνεζευγμένον. Ἐγὼ μέντοι τῶν συκοφαντιῶν τὸ πλῆθος γελῶ. Καὶ γὰρ τὰ σφοδρότερον αἰκιζόμενα σώματα, τῆς ὀδύνης οὐκ ἐπαισθάνεται, νεκρωθείσης λοιπὸν τῆς αἰκιζομένης σαρκός. Θρηνῶ δὲ ὅμως τὰ ἀθυρώτατα στόματα ψευδολογίας προφέροντα· τί γὰρ παρ' ἡμῶν ἀδικηθέντες οἱ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ἴβα κατήγοροι, ταύταις καθ' ἡμῶν ταῖς ψευδολογίαις ἐχρήσαντο; Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ τῶν κριτῶν ἤμην ἐγώ· κατὰ γὰρ τὴν βασιλικὴν ψῆφον ἐν τῇ Κύρρῳ διῆγον. Ἔπειτα δὲ, ὡς παρὰ πολλῶν ἀκήκοα, καὶ δυσχεραίνοντες διετέλουν τὴν ἡμετέραν ἀπόλειψιν· καὶ γὰρ τῆς μυστικῆς αὐτοὺς ἐν τῷ σωτηρίῳ Πάσχα μεταλαχεῖν κοινωνίας ἐγὼ παρεσκεύασα· καὶ πολλάκις ἡμῖν συντυχεῖν ἐθελήσαντας εὐμενῶς ἐδεξάμην, καὶ εἰσηγησάμην ἅπερ ἐχρῆν. Ἵνα δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τοῦ κυρίου Δόμνου ἀπολογήσωμαι, τί ἔδει πρᾶξαι τὸν οὕτω φανερῶς πολεμούμενον, καὶ θεώμενον τοὺς ψήφῳ συνοδικῇ καθαιρουμένους εἰς ἑτέραν διοίκησιν πεμπομένους, καὶ παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς τὴν ἱερωσύνην ἀπολαμβάνοντας, καὶ τὰ σεπτὰ καὶ θεῖα παρὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας γελώμενά τε καὶ κωμῳδούμενα; Τούτου χάριν, ὡς ἔγνω, τὴν κρίσιν ἑτέροις παρέπεμψε, καὶ οὐ μόνον τῷ θεοφιλεστάτῳ τῷ κυρίῳ Ἴβᾳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῷ κυρίῳ Συμεῶνι τῷ Ἀμίδης, ὥστε τῶν δύο ἐπαρχιῶν τοὺς μητροπολίτας διακοῦσαι τῶν ὑποθέσεων. Πῶς δὲ δίκαιον τοὺς αὐτοὺς ὠμότητα καὶ φιλανθρωπίαν κατηγορεῖσθαι; Καὶ γὰρ ἐκβάλλοντες κινδυνεύομεν, καὶ μὴ ἐκβάλλοντες τοὺς κινδύνους οὐ διαφεύγομεν· καὶ μόνοι πολεμούμεθα παρὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Καὶ αἱ μὲν ἄλλαι διοικήσεις ἐν ἡσυχίᾳ διάγουσιν· ἡμεῖς δὲ μόνοι τοῖς συκοφάνταις προκείμεθα· ἐγὼ δὲ διαφερόντως, καίτοι μήτε συνδικάσας, καὶ παντελῶς ἀνεύθυνος ὤν.

Hæc porro ut scriberem lectis magnitudinis tuæ litteris sum coactus, cum ex illis didicissem maximum propter ista concitatum motum in nos fuisse, homines relegatos, **1183** et quietem amplexos, et qui nec cum provinciæ Deo charissimis episcopis solemus convenire. Revera enim binæ jam in provincia nostra episcoporum ordinationes factæ sunt, quibus non interfui. Quod si regio mandato non detinerer, abirem profecto, et remotum aliquem secessum petens, * ibi reliquos vitæ dies peragerem. D Tædet enim istorum, quæ in me struuntur. Nam et Edessenos istos arbitror non sua sponte hanc contra nos calumniam texuisse, sed de nobis didicisse ex illis, qui ibi sunt, hominibus veritatis amantibus. Gratia autem omnium Servatori, quod me indignum licet evangelicis beatitudinibus dignatus est. Hac de causa et relegationem cum voluptate suscepi, et exsilium exspecto, et quidquid inferre voluerint

Ταῦτα ἠναγκάσθην γράψαι τοῖς τοῦ ὑμετέρου μεγέθους γράμμασιν ἐντυχών, καὶ μαθὼν δι' αὐτῶν, ὡς καὶ διὰ ταῦτα κίνησις μεγίστη γέγονε καθ' ἡμῶν, ἀνδρῶν περιορισθέντων, καὶ ἡσυχίαν ἀγόντων, καὶ οὐδὲ τοῖς τῆς ἐπαρχίας θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις συνεδρευόντων. Τῷ ὄντι γὰρ δὶς ἤδη χειροτονίας ἐπισκοπικῆς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ γεγενημένης, οὐδεμιᾶς ἐκοινώνησα. Εἰ δὲ μὴ τῷ βασιλικῷ κατειχόμην νόμῳ, ἄρα ἂν ἀπέστην, καί τινα καταλαβὼν ἐσχατιὰν, ἐκεῖ τὰς λειπομένας ἡμέρας διῆγον. Ἀπείρηκα γὰρ πρὸς τὰ κατ' ἐμοῦ τυρευόμενα. Καὶ γὰρ τούτους αὐτοὺς τοὺς Ἐδεσηνοὺς οὐκ οἶμαι αὐτομάτως ταύτην καθ' ἡμῶν τὴν συκοφαντίαν ὑφῆναι, ἀλλ' ὑπὸ τῶν αὐτόθι φιλαλήθων (69) ἀνθρώπων ταῦτα καθ' ἡμῶν διδαχθῆναι. Καὶ χάρις τῷ Σωτῆρι τῶν ὅλων, ὅτι με ἀνάξιον ὄντα τῶν εὐαγγελικῶν ἠξίωσε μακαρισμῶν. Διά τοι τοῦτο καὶ τὸν περιορισμὸν μεθ' ἡδονῆς ἐδεξάμην, καὶ τὴν ἐξορίαν προσδέχομαι· καὶ

(68) Eadem epistola Lat. est apud Baron. ad a. 448, tom. VI, p. 70 seq.

(69) Sive μὴ addendum est, sive hoc φιλαλήθ. ironice accipiendum, qualia quam plurima sunt, cum de inimicis loquitur, in epistolis Theodoreti.

Digitized by Google

πᾶν ὅπερ ἂν ἐπαγαγεῖν ἐθέλωσιν, ἀσπαστῶς δέχομαι διὰ τὴν ἀποκειμένην ἐλπίδα. Τῆς δὲ ὑμετέρας μεγαλοφυΐας διηνεκῶς ὑπερεύχομαι, καὶ τοὺς ἁγίους ἅπαντας κοινωνεῖν μοι τῶν εὐχῶν ἱκετεύω.

ΡΙΒ'. — *Δόμνῳ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας* (70).

Ἠλπίσαμεν πεπαῦσθαι τὰ σκυθρωπὰ, τινῶν ἡμῖν μεμηνυκότων ὡς ἐσβέσθη μὲν ἡ τοῦ καλλινίκου βασιλέως μικροψυχία, καταλλαγαὶ δὲ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου γεγένηνται, καὶ πέπαυται μὲν ἡ τῆς συνόδου κλῆσις, ἡ δὲ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπανῆλθεν εἰρήνη. Τὰ δὲ νῦν παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος γραφέντα σφόδρα ἡμᾶς ἠνίασεν. Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐκ τῆς θρυλλουμένης συνόδου προσδοκῆσαι χρηστὸν, εἰ μὴ ἄρα ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, τῇ συνήθει κηδεμονίᾳ χρησάμενος, τῶν ταραχωδῶν δαιμόνων διαλύσει τὰς μηχανάς. Καὶ γὰρ ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ, τῇ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθείσῃ φημὶ, συνεψηφίσαντο μὲν τοῖς ὀρθοδόξοις οἱ τῆς Ἀρείου συμμορίας, καὶ τῇ ἀποστολικῇ διὰ τῶν χειρῶν ἐκθέσει συνέθεντο. Διετέλεσαν δὲ τῇ ἀληθείᾳ πολεμοῦντες, ἕως τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας διέῤῥηξαν. Καὶ τριάκοντα μὲν ἔτη διετέλεσαν κοινωνοῦντες ἀλλήλοις, οἵ τε τῶν ἀποστολικῶν ἀντεχόμενοι δογμάτων, καὶ οἱ τὴν Ἀρείου βλασφημίαν νοσοῦντες. Ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ τῆς ἐσχάτης συνόδου γεγενημένης, ὅτε τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον τὸν μέγαν Μελέτιον τοῖς ἀποστολικοῖς ἐκείνοις ἐνίδρυσαν θώκοις, εἶτα μετ' ὀλίγας αὐτὸν ἡμέρας διὰ τῆς βασιλικῆς ἐξέβαλον δυναστείας, προεβλήθη μὲν Εὐζώϊος προφανῆ τὴν Ἀρείου περικείμενος λύμην, ἀπέστησαν δὲ παραυτίκα οἱ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων ὑπερασπίζοντες, καὶ ἐξ ἐκείνου μεμένηκεν ἡ διαίρεσις.

Εἰς ἐκεῖνα ἀφορῶσα καὶ τὰ ὅμοια προορῶσα ἡ ἀθλία ψυχή μου στένει καὶ ὀδύρεται, οὐδὲν καραδοκοῦσα χρηστόν. Οὐδὲ γὰρ ἴσασιν οἱ ἐκ τῶν ἄλλων διοικήσεων τὸν ἐγκείμενον τοῖς δώδεκα κεφαλαίοις ἰόν· ἀλλὰ τῇ περιφανείᾳ τοῦ ταῦτα γεγραφότος προσέχοντες, οὐδὲν ὑποπτεύουσι φλαῦρον· καὶ οἶμαι ὡς ὁ τὸν ἐκείνου διαδεξάμενος θρόνον πάντα πραγματεύεται, ὥστε δευτέρᾳ ταῦτα κρατῦναι συνόδῳ. Ὁ γὰρ ἐξ ἐπιτάγματος τοιαῦτα (71) πρώην γράψας, καὶ ἀναθεματίσας τοὺς τούτοις ἐμμένειν μὴ βουλομένους, τί οὐκ ἂν πράξειεν οἰκουμενικῇ προκαθίσας συνόδῳ; Καὶ εὖ ἴσθι, δέσποτα, ὡς οὐδεὶς τῶν τὴν ἐγκειμένην αὐτοῖς αἵρεσιν ἐγνωκότων ἀνέξεται αὐτὰ δέξασθαι, κἂν δὶς τοσοῦτοι ψηφίσωνται. Καὶ γὰρ ἤδη καὶ πλειόνων ὡς ἔτυχε ταῦτα βεβαιωσάντων, ἀντέστημεν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ οὐ πρότερον ἐκοινωνήσαμεν τῷ ταῦτα γεγραφότι, ἕως τοῖς παρ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσι συνθέμενος, σύμφωνον αὐτοῖς διδασκαλίαν προσήρμοσεν, οὐδεμίαν τῶν κεφαλαίων ἐκείνων ποιησάμενος μνήμην. Καὶ τοῦτο ῥᾴδιον γνῶναι τὴν σὴν ὁσιότητα, κελεύσασαν ζητηθῆναι τὰ πεπραγμένα. Ἀπόκεινται γὰρ πάντως, κατὰ τὸ παρακολουθῆσαν ἔθος, τῆς συνόδου τὰς ὑπογραφὰς ἔχοντα. Ἔστι δὲ πλείονα ἢ πεντήκοντα συνοδικὰ, τὴν κατηγορίαν τῶν δώδεκα κεφα-

A propter repositam spem libenter amplector. Pro tua vero magnificentia sine intermissione preces fundo, et sanctos omnes ut in communionem precum veniant oro.

CXII. — *Domno episcopo Antiochiæ.*

Cessasse tristia speravimus, cum indicassent nobis quidam exstinctam esse victoris imperatoris impotentiam, factamque inter ipsum et Deo charissimum episcopum reconciliationem, ac synodi quidem convocationem desiisse, Ecclesiarum vero pacem rediisse. Sed quæ modo a sanctitate tua scripta sunt graviter nos contristarunt. Nihil enim boni ex jactata synodo **1184** exspectare licet, nisi misericors Dominus, solita usus providentia, B turbulentorum dæmonum machinas destruat. Nam et in magna synodo (Nicææ congregatam dico), suffragati quidem sunt orthodoxis ii, qui Arii partium erant, et apostolicæ fidei expositioni manibus suis assensere. Perrexerunt tamen veritati bellum inferre, quoad Ecclesiæ corpus discerpserunt. Et triginta quidem per annos inter se communicantes perstiterunt, tum qui apostolicis dogmatibus inhærebant, tum qui Arii blasphemia laborabant. Antiochiæ vero, postrema synodo peracta, quando Dei hominem magnum Meletium in apostolica illa sede collocarunt, ac paucis post diebus regia auctoritate illum ejecerunt, promotus quidem est Euzoius Arii tabe liquido infectus, recessere autem e vestigio qui evangelica dogmata propugnabant, mansitque C ex illo tempore divisio.

Hæc intuens et similia prospiciens infelix anima mea, suspirat, lugetque, nibil exspectans boni. Neque enim insitum in duodecim capitibus venenum norunt * qui aliarum sunt diœcesium : sed ejus qui illa scripsit claritatem attendentes, nihil sinistrum suspicantur : et qui ejus sedi successit, omnia, opinor, movet, ut altera synodo illa confirmet. Qui enim pro imperio nuper talia scripsit, et iis qui acquiescere his nollent anathema dixit, quid præsidens concilio non aget? At scito, domine, neminem eorum qui insitam in his hæresin norunt, **1185** adductum iri ut ea recipiat, quamvis duplo plures D decernant. Jam quidem, etiamsi plures temere ista sanxissent, restitimus apud Ephesum : nec prius illi qui hæc scripserat communicavimus, quam iis quæ exposueramus assentiens consonam his doctrinam accommodavit, nullam capitum illorum faciens mentionem. Quod quidem sanctitati tuæ facile fuerit perspicere, si acta conquiri jubeat : asservantur enim prorsus ex more cum synodi subscriptionibus. Exstant autem synodica plus quam quinquaginta, quæ duodecim capitum accusationem demonstrant. Nam et priusquam Ephesum iremus, beatus Joannes ad Deo charissimos episcopos scri-

(70) Baronius ad a. C. 449, tom. VI, pag. 78, 79, eamdem epistolam Latine versam protulit.
(71) Sic Neap. Sirm. ταῦτα.

Digitized by Google

psit, Eutherium Tyanorum, Firmum Cæsareæ, et A Theodotum Ancyræ, Apollinaris doctrinam capita hæc appellans. Et apud Ephesum, Alexandrini Ephesinique depositionis, quam fecimus, causa fuit capitum istorum expositio et confirmatio. Synodica porro Ephesi multa tum ad victorem imperatorem, tum ad summos magistratus de iisdem scripta sunt, itemque ad populum Constantinopolitanum, et ad reverendissimum clerum. Quinetiam Constantinopolin evocati, cognitiones præsente ipso imperatore quinas habuimus, et tres postbæc ad eumdem protestationes misimus. De his etiam ad Dei amantissimos episcopos Occidentis, Mediolani, Aquileiæ, et Ravennæ scripsimus, Apollinarisque novitatis plena esse docuimus. Sed et ad ipsum **1186** horum auctorem per beatum Paulum scribens beatus Joannes, aperte illa redarguit, eodemque modo et beatæ memoriæ Acacius : atque ut compendio rem videat sanctitas tua, exemplum misi tum epistolæ beati Acacii, tum illius quam beatus Joannes ad beatum Cyrillum scripsit, ut cognoscas illos, tum etiam cum de pacificatione ad eum scriberent, capita ista insimulasse. Ipse etiam beatus Cyrillus, cum ad beatum Acacium scriberet, capitulorum istorum scopum indicavit, dicens : « Hæc adversus hujus novitates scripsimus, et pace facta declarabuntur. » Ipsa ergo defensio accusationem confirmat. Misi autem illorum quæ ab eodem pacificationis tempore scripta sunt exemplum, ut cognoscas, domine, nullam horum mentionem fecisse : et quod oporteat illos qui ad synodum proficiscuntur ea quæ pacificationis tempore scripta sunt proferre, et aperte dicere quænam discidium fecerint et quo pacto divulsa coaluerint. Eos enim qui ad tuendam pietatem vocantur, laborem omnem suscipere oportet, divinumque auxilium invocare, ut relictam nobis a majoribus hæreditatem intactam conservemus. Simul etiam ex Dei amantissimis episcopis eos considerare oportet sanctitatem tuam, qui ejusdem sunt sententiæ, eosque profectionis comites adhibere : atque ex reverendissimis clericis eos qui tuendæ pietatis zelo præditi sunt, ut ne a domesticis ipsis proditi, vel facere aliquid cogamur, quod Deo universorum displiceat, vel soli relicti ab hostibus capi facile possimus. **1187** Fides est, obsecro, in qua salutis positas spes habemus, omnemque oportet lapidem movere, ut nihil in eam spurium inferamus, neve apostolicam doctrinam corrumpamus. Hæc ergo procul positus dolens ac lugens scribo, et communem Dominum obtestor, ut tristem hanc nubem dissolvat, et puram nobis serenitatem largiatur.

λαίων δεικνύντα. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς εἰς Ἔφεσον ἀποδημίας, ὁ μακάριος γέγραφεν Ἰωάννης τοῖς περὶ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Εὐθήριον τῶν Τυάνων, καὶ Φίρμον τὸν Καισαρείας, καὶ Θεόδοτον τὸν Ἀγκύρας, Ἀπολιναρίου διδασκαλίαν τὰ κεφάλαια ταῦτα καλέσας. Καὶ ἐν Ἐφέσῳ δὲ ἡ παρ' ἡμῶν γεγενημένη καθαίρεσις τοῦ τε τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ τοῦ τῆς Ἐφεσίων, αἰτίαν ἔχει τὴν τῶν κεφαλαίων τούτων ἔκθεσιν καὶ βεβαίωσιν. Καὶ συνοδικὰ δὲ πολλὰ ἐν Ἐφέσῳ πρός τε τὸν καλλίνικον βασιλέα, καὶ πρὸς τοὺς μεγάλους ἄρχοντας περὶ τούτων ἐγράφη· ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει λαὸν, καὶ πρὸς τὸν εὐλαβέστατον κλῆρον. Καὶ μὲν δὴ καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κληθέντες, πέντε διαγνώσεις ἐπ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἐσχήκαμεν, καὶ τρεῖς ὕστε- B ρον αὐτῷ διαμαρτυρίας ἐπέμψαμεν. Καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις δὲ τῆς Δύσεως ἐπισκόποις, τῷ Μεδιολάνου φημὶ, καὶ τῷ Ἀκυληΐας, καὶ τῷ Ῥαβέννης, περὶ τούτων ἐγράψαμεν, διαμαρτυρόμενοι ὡς τῆς Ἀπολιναρίου ταῦτα καινοτομίας πεπλήρωται· καὶ αὐτῷ δὲ τῷ ταῦτα γράψαντι ὁ μακάριος ἐπιστέλλων Ἰωάννης διὰ τοῦ μακαρίου Παύλου, προφανῶς αὐτοῖς ἐπεμέμψατο· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Ἀκάκιος. Καὶ ἵνα συντόμως μάθῃ σου ἡ ἁγιότης, ἀπέστειλα τῆς τε τοῦ μακαρίου Ἀκακίου ἐπιστολῆς, καὶ τῆς τοῦ μακαρίου Ἰωάννου πρὸς τὸν μακαρίτην Κύριλλον γραφείσης τὸ ἴσον· ἵνα γνῷς ὡς καὶ περὶ συμβάσεως αὐτῷ γράφοντες, τὴν τῶν κεφαλαίων τούτων κατηγορίαν ἐποιήσαντο. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ μακαρίτης Κύριλλος, γράφων τῷ μακαρίῳ Ἀκακίῳ, C τὸν τῶν κεφαλαίων τούτων παρεδήλωσε σκοπὸν, εἰρηκὼς, ὅτι « Ἐκεῖνα πρὸς τὰς τοῦδε καινοτομίας ἐγράψαμεν, καὶ ὅτι τῆς εἰρήνης γενομένης ἐκλευκανθήσεται. » Καὶ αὕτη τοίνυν ἡ ἀπολογία βεβαιοῖ τὴν κατηγορίαν. Ἀπέστειλα δὲ καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γραφέντων ἐν τῷ τῆς συμβάσεως καιρῷ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα γνῷς, δέσποτα, ὡς οὐδεμίαν τούτων ἐποιήσατο μνήμην· καὶ ὡς χρὴ τοὺς ἀπιόντας εἰς τὴν σύνοδον τὰ ἐν τῷ καιρῷ τῆς συμβάσεως γραφέντα προσενεγκεῖν, καὶ σαφῶς εἰπεῖν τίνα μὲν εἰργάσατο τὴν διάστασιν, ἐπὶ τίσιν δὲ τὰ διεστῶτα συνήφθη. Τοὺς γὰρ εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας καλουμένους ἀγῶνα, πάντα πόνον ἀναδέξασθαι χρὴ, καὶ τὴν θείαν ἐπικαλέσασθαι συμμαχίαν, ἵνα τὸν παρὰ τῶν προγόνων ἡμῖν καταλειφθέντα κλῆρον διατηρήσωμεν ἄσυ- D λον. Χρὴ δὲ σκοπῆσαί σου τὴν ἁγιωσύνην καὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τοὺς ὁμογνώμονας, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἀποδημίας ποιήσασθαι· καὶ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν τοὺς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἔχοντας ζῆλον, ἵνα μὴ καὶ παρὰ τῶν οἰκείων προδοθέντες, ἢ ἀναγκασθῶμέν τι πρᾶξαι τῶν ἀπαρεσκόντων τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, ἢ μονωθέντες εὐεπιχείρητοι τοῖς πολεμοῦσι γενώμεθα. Πίστις ἐστὶ, παρακαλῶ, ἐν ᾗ τὰς ἐλπίδας ἔχομεν τῆς σωτηρίας· καὶ χρὴ πάντα κινῆσαι πόρον, ὥστε μηδὲν αὐτῇ νόθον ἐπεισαχθῆναι, μηδὲ τὴν ἀποστολικὴν παραφθαρῆναι διδασκαλίαν. Ταῦτα ἐγὼ καὶ πόῤῥωθεν ὢν, στένων καὶ θρηνῶν γράφω, καὶ τὸν κοινὸν Δεσπότην ἀντιβολῶ τὸ στυγνὸν τοῦτο διαλῦσαι νέφος, καὶ καθαρὰν ἡμῖν αἰθρίαν χαρίσασθαι.

### CXIII. — (72) *Leoni episcopo Romæ.*

Si Paulus, præco veritatis, tuba Spiritus sancti,

### ΡΙΓ'. — *Λέοντι ἐπισκόπῳ Ῥώμης* (72).

Εἰ Παῦλος, τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ, ἡ τοῦ ἁγίου

(72) Sæpius edita hæc est epistola cum Leonis responsione, Græce quidem inter Opera Leonis M.

Digitized by Google

Πνεύματος σάλπιγξ, πρὸς τὸν μέγαν ἔδραμε Πέτρον, A ὥστε τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ περὶ τῆς κατὰ νόμον πολιτείας ἀμφισβητοῦσι παρ' αὐτοῦ κομίσαι τὴν λύσιν, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ εὐτελεῖς καὶ σμικροὶ, πρὸς τὸν ἀποστολικὸν ὑμῶν τρέχομεν θρόνον, ὥστε παρ' ὑμῶν λαβεῖν τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν ἕλκεσι θεραπείαν. Διὰ πάντα γὰρ ὑμῖν τὸ πρωτεύειν ἁρμόττει. Πολλοῖς γὰρ ὁ ὑμέτερος θρόνος κοσμεῖται πλεονεκτήμασι. Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας πόλεις ἢ μέγεθος, ἢ κάλλος, ἢ πλῆθος τῶν οἰκητόρων κοσμεῖ· ἐνίας δὲ τούτων ἐστερημένας (73) πνευματικά τινα λαμπρύνει χαρίσματα· τῇ δὲ ὑμετέρᾳ φορὰν ἔδωκεν ἀγαθῶν ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγός. Ἡ γὰρ αὐτὴ πασῶν μεγίστη, καὶ λαμπροτάτη, καὶ τῆς οἰκουμένης προκαθημένη, καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκητόρων κυμαίνουσα. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ νῦν κρατοῦσαν ἡγεμονίαν ἐβλάστησε· καὶ τῆς B οἰκείας προσηγορίας τοῖς ἀρχομένοις μετέδωκε. Κοσμεῖ δὲ αὐτὴν διαφερόντως ἡ πίστις· καὶ μάρτυς ἀξιόχρεως ὁ θεῖος Ἀπόστολος βοῶν, ὅτι « Ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. » Εἰ δὲ εὐθὺς δεξαμένη τὰ τοῦ σωτηρίου κηρύγματος σπέρματα, τοῖς ἀξιαγάστοις τούτοις ἐβεβρίθει καρποῖς, τίς ἀπόχρη λόγος τὴν νῦν ἐν αὐτῇ πολιτευομένην εὐσέβειαν εὐφημῆσαι; Ἔχει δὲ καὶ τῶν κοινῶν Πατέρων καὶ διδασκάλων τῆς ἀληθείας Πέτρου καὶ Παύλου τὰς θήκας, τῶν πιστῶν τὰς ψυχὰς φωτιζούσας. Ἡ δὲ τρισμακαρία τούτων καὶ θεία ξυνωρὶς ἀνέτειλε μὲν ἐν τῇ ἑῴᾳ, καὶ πάντοσε τὰς ἀκτῖνας ἐξέπεμψεν· ἐν δὲ τῇ Δύσει προθύμως ἐδέξατο τὰς τοῦ βίου δυσμὰς, κἀκεῖθεν νῦν καταυγάζει τὴν οἰκουμένην. Οὗτοι τὸν C ὑμέτερον περιφανέστατον (74) ἀπέφηναν θρόνον· οὗτος τῶν ἀγαθῶν τῶν ὑμετέρων ὁ κολοφών. Ὁ δ' ἐκείνων Θεὸς καὶ νῦν τὸν ἐκείνων ἐλάμπρυνε θρόνον, τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἱδρύσας ἐν τούτῳ τῆς ὀρθοδοξίας τὰς ἀκτῖνας ἀφιεῖσαν.

ad magnum Petrum se contulit, ut iis, qui Antiochiæ de legali conversatione ambigebant, explicationem ab illo referret, multo magis nos humiles et pusilli ad apostolicam sedem vestram accurrimus, ut Ecclesiarum ulceribus remedium a vobis accipiamus. Vobis enim primas in omnibus tenere convenit. Multis siquidem prærogativis ornatur sedes vestra. Etenim alias urbes ornat vel magnitudo, vel pulchritudo, vel habitatorum frequentia : nonnullas etiam, quæ his carent, spiritualia quædam dona illustrant : vestræ vero honorum affluentiam bonorum largitor dedit. Illa enim omnium maxima et clarissima, quæ et orbi terrarum præsidet, et incolarum multitudine redundat. Ad hæc imperium quod rerum nunc potitur, et suum ipsa nomen subditis impertiit. Præcipue autem illam fides ornat, **1188** cujus testis idoneus est divinus Paulus, clamans : « Fides vestra annuntiatur in universo mundo [18]. » Quod si statim post suscepta salutaris prædicationis semina mirabiles hos fructus uberrime protulit, prædicando quæ in ea nunc viget pietati quænam par esse possit oratio? Habet præterea communium Patrum magistrorumque veritatis Petri et Pauli sepulcra, fidelium animas illuminantia. Quorum beatissimum ac divinum par, in Oriente quidem exortum est, et radios quaquaversum diffudit : sed in Occidente vitæ occasum ultro subiit, atque inde nunc orbem universum collustrat. Hi sedem vestram nobilissimam reddiderunt : hic bonorum vestrorum est apex. At illorum sedem nunc etiam illorum Deus illustravit, dum in ea sanctitatem vestram rectæ fidei radios fundentem constituit.

Καὶ τούτου πολλὰ μὲν ἔστιν εὑρεῖν καὶ ἄλλα τεκμήρια· ἀρκεῖ δὲ ὅμως καὶ ὁ κατὰ τῶν δυσωνύμων Μανιχαίων ζῆλος, ὃν πρώην ὑμῶν ἡ ὁσιότης ἐγύμνωσε, δείξασα τὴν περὶ τὰ θεῖα τῆς ὑμετέρας φιλοθεΐας σπουδήν. Ἀπόχρη καὶ τὰ νῦν παρ' ὑμῶν γραφέντα τὸν ἀποστολικὸν ὑμῶν χαρακτῆρα δηλῶσαι. Ἐντετυχήκαμεν γὰρ τοῖς παρὰ τῆς σῆς γραφεῖσι ὁσιότητος περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως, καὶ ἐθαυμάσαμεν τὴν τῶν γεγραμμένων ἀκρίβειαν. Ἀμφότερα γὰρ κατὰ ταυτὸν ἐδήλου, καὶ τὴν ἐκ τοῦ ἀϊδίου Πατρὸς ἀΐδιον θεότητα τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὴν ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ D ἀνθρωπότητα· καὶ ὅτι κατὰ πάντα ἡμῖν ἡ ληφθεῖσα φύσις ἔοικε, μόνον δὲ ἀνόμοιος ἦν τῷ πάσης ἁμαρτίας ἀμύητος διαμεῖναι· ἐπειδήπερ οὐκ ἐκ φύσεως, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως αὕτη φύεται. Εἶχε δὲ καὶ τοῦτο τὰ γράμματα, ὡς εἷς μὲν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ἀπαθὴς δὲ αὐτοῦ ἡ θεότης, καὶ ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτος, καθάπερ ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατὴρ, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα· καὶ διὰ τοῦτο τὴν παθητὴν ἔλαβε

Cujus quidem rei cum alia multa in promptu sint argumenta, sufficit zelus vester adversus infames Manichæos, quem sanctitas vestra nuper exeruit, et quo rerum divinarum studio vester in Deum sit amor patefecit. Sufficiunt et quæ nunc a vobis scripta sunt, ut apostolicum characterem vestrum ostendant. Incidimus namque in illa, quæ de Dei Salvatorisque nostri incarnatione sanctitas vestra scripsit, et admirati sumus exactam operis diligentiam. Utraque enim eadem opera declarabat, et æternam ex æterno Patre Unigeniti divinitatem, et ejusdem ex Abrahæ et Davidis semine humanitatem : ac similem per omnia nobis fuisse assumptam naturam, hoc uno dissimilem, quod peccati expers **1189** manserit, quippe quæ non ex natura, sed ex libera voluntate nascitur. Et hoc præterea litteræ continebant unum esse unigenitum Dei Filium, et impatibilem ejus divinitatem, quæ nec verti queat, nec mutari, sicut et qui ipsum genuit Pater, et Spiritus sanctus : ideoque patibilem naturam sumpsisse,

[18] Rom. I, 8.

edit. Balleriniorum tom. I, p. 941 seq. ex ipsa hac Sirmondi editione, Latine ab Herveto ante interpretationem commentariorum Theodoreti in Epistolas Pauli apostoli, apud Baronium quoque ad a. C. 449, t. VI, p. 103 seq. et alibi.

(73) Τούτων δὲ ἐστερ. Baller.
(74) περιφανέστερον. Neap.

Digitized by Google

quia divina natura passionem non recipiebat : ut per carnis propriæ passionem impassibilitatem iis qui in ipsum crederent largiretur. Hæc et alia his cognata litteris continebantur. Nos vero spiritualem sapientiam tuam admirati, Spiritus sancti gratiam, quæ per vos locuta est, laudibus extulimus, rogamusque, et obsecramus, et precamur, et supplices oramus sanctitatem tuam, ut tempestate jactatis Dei Ecclesiis opem ferat.

Cum enim per eos quos sanctitas tua Ephesum misit, tempestatis exitum speraremus, in graviorem procellam delapsi sumus. Alexandrinorum quippe justissimus antistes haudquaquam contentus fuit iniqua hac et injustissima depositione sanctissimi Deoque charissimi Constantinopolitanorum episcopi domini Flaviani, neque ipsius animam explevit consimilis strages aliorum episcoporum, sed me quoque absentem calamo similiter jugulavit, nec in jus vocatum, nec præsentem judicatum, nec interrogatum, de Dei ac Salvatoris nostri Incarnatione quid sentiam. Et homicidas quidem, ac sepulcrorum effractores, alienarumque nuptiarum invasores, non prius condemnant judices, quam vel ipsi objecta crimina confessione sua firmarint, vel ab aliis aperte fuerint convicti. Nos autem hic in **1190** divinis legibus enutritus triginta quinque mansionibus distantes condemnavit ut voluit. Neque nunc tantum hoc fecit, sed anno etiam superiore, cum eo profecti essent duo viri Apollinaris morbo infecti, et calumnias in nos texuissent, consurgens in ecclesia nos anathemate confixit : idque cum ad eum scripsissem, et quæ sentirem per litteras exposuissem.

Ego vero Ecclesiæ sane tempestatem defleo, cæterum quieti studeo. Sex enim et viginti annis commissam mihi ab universorum Deo Ecclesiam, precum vestrarum auxilio cum rexerim, neque sub beatissimo Theodoto antistite Orientis, neque sub iis qui illi in Antiochenorum sede successerunt, vel minimam reprehensionem sustinui, sed divina mihi cooperante gratia, supra mille animas Marcionis morbo liberavi, multasque alias ex Arii et Eunomii partibus ad Christum Dominum perduxi. Et octingentarum Ecclesiarum pastoralem curam sortitus sum ; tot enim Cyrus habet parœcias, in quibus precum vestrarum auxilio lolium nullum relictum est, sed omnibus hæreticis erroribus grex noster ereptus est. Novit qui omnia conspicit, quot lapides ab infandis hæreticis in me conjectos exceperim : quot mihi multis in urbibus Orientis certamina fuerint adversus gentiles, adversus Judæos, et adversus errorem omnem hæreticum. Et post tantos sudores ac labores indicta causa condemnatus sum.

At ego apostolicæ vestræ sedis exspecto sententiam, et oro atque obtestor **1191** sanctitatem tuam, ut mihi ad rectum ac justum tribunal vestrum provocanti opem ferat, jubeatque ad vos venire, et

A φύσιν, ἐπειδήπερ ἡ θεία φύσις οὐκ ἐδέχετο πάθος· ἵνα τῷ πάθει τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν ἀπάθειαν τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι χαρίσηται. Ταῦτα, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ συγγενῆ, περιεῖχε τὰ γράμματα. Ἡμεῖς δὲ τὴν πνευματικήν σου σοφίαν θαυμάσαντες, τὴν δι' ὑμῶν φθεγξαμένην τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνυμνήσαμεν χάριν· καὶ παρακαλοῦμεν, καὶ ἀντιβολοῦμεν, καὶ δεόμεθα, καὶ ἱκετεύομέν σου τὴν ἁγιωσύνην, ἐπαμῦναι ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις χειμαζομέναις.

Λύσιν γὰρ ἔσεσθαι τοῦ κλύδωνος προσδοκήσαντες διὰ τῶν παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης εἰς τὴν Ἔφεσον ἀποσταλέντων, χαλεπωτέρᾳ περιπεπτώκαμεν ζάλῃ. Ὁ γὰρ τῆς Ἀλεξανδρείας δικαιότατος πρόεδρος οὐκ ἠρκέσθη τῇ ἀνόμῳ ταύτῃ καὶ ἀδικωτάτῃ καθαιρέσει τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου τῆς B Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπισκόπου τοῦ κυρίου Φλαβιανοῦ, οὐδὲ ἐνέπλησεν αὐτοῦ τὸν θυμὸν τῶν ἄλλων ἐπισκόπων ἡ παραπλησία σφαγή· ἀλλὰ κἀμὲ τὸν ἀπόντα ὁμοίως καλάμῳ κατέσφαξεν, οὔτε καλέσας εἰς κριτήριον, οὔτε παρόντα κρίνας, οὐκ ἐρωτήσας τίνα φρονῶ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως. Καὶ τοὺς μὲν ἀνδροφόνους, καὶ τυμβωρύχους, καὶ τοὺς τὰς ἀλλοτρίας συλήσαντας εὐνὰς, οὐ πρότερον κατακρίνουσιν οἱ δικάζοντες, ἕως ἂν ἢ αὐτοὶ τὰς κατηγορίας ταῖς ὁμολογίαις κυρώσωσιν, ἢ παρ' ἑτέρων ἐναργῶς ἐλεγχθῶσιν. Ἡμᾶς δὲ ὁ τοῖς θείοις νόμοις ἐντεθραμμένος πέντε καὶ τριάκοντα σταθμοῖς ἀφεστηκότας κατέκρινεν ὡς ἠθέλησε. Καὶ τοῦτο οὐ νῦν μόνον πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ πέρυσι μετὰ δύο ἄνδρας τῶν τὴν Ἀπολιναρίου νόσον εἰσδεξαμένων C ἐκεῖσε δραμόντας, καὶ συκοφαντίας καθ' ἡμῶν ὑφήναντας, ἀναστὰς ἐπ' ἐκκλησίας ἡμᾶς ἀνεθεμάτισε· καὶ ταῦτα ἐμοῦ γράψαντος πρὸς αὐτὸν, καὶ ἃ φρονῶ διὰ γραμμάτων δηλώσαντος.

Ἐγὼ δὲ ὀδύρομαι μὲν τῆς Ἐκκλησίας τὸν κλύδωνα, τὴν δὲ ἡσυχίαν ἀσπάζομαι. Ἓξ γὰρ καὶ εἴκοσι ἔτη τὴν ἐγχειρισθεῖσάν μοι παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων Ἐκκλησίαν ἰθύνας διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς, οὐκ ἐπὶ τοῦ μακαριωτάτου Θεοδότου τοῦ τῆς Ἀνατολῆς προέδρου, οὐκ ἐπὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον, τῶν τὸν Ἀντιοχέων διαδεξαμένων θρόνον, τὴν τυχοῦσαν μέμψιν ὑπέμεινα, ἀλλὰ τῆς θείας μοι χάριτος συνεργησάσης, πλείους μὲν ἢ χιλίας ψυχὰς ἠλευθέρωσα τῆς Μαρκίωνος νόσου, πολλοὺς δὲ ἄλλους ἐκ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου D συμμορίας προσήγαγον τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ· καὶ ἐν ὀκτακοσίαις Ἐκκλησίαις ἔλαχον ποιμαίνειν· τοσαύτας γὰρ ἡ Κύῤῥος παροικίας ἔχει, ἐν αἷς οὐδὲ ἓν διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς μεμένηκε ζιζάνιον· ἀλλὰ πάσης αἱρετικῆς ἠλευθέρωται πλάνης τὸ ἡμέτερον ποίμνιον. Οἶδεν ὁ πάντα ἐφορῶν πόσους ἐδεξάμην λίθους ὑπὸ τῶν δυσωνύμων κατ' ἐμοῦ πεμφθέντας αἱρετικῶν, πόσους ἐν ταῖς πλείοσι τῆς Ἀνατολῆς πόλεσιν ἔσχον ἀγῶνας πρὸς Ἕλληνας, πρὸς Ἰουδαίους, πρὸς πᾶσαν πλάνην αἱρετικήν. Καὶ μετὰ τοσούτους ἱδρῶτας καὶ πόνους μὴ δικασάμενος κατεκρίθην.

Ἐγὼ δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου περιμένω τὴν ψῆφον· καὶ ἱκετεύω, καὶ ἀντιβολῶ τὴν σὴν ἁγιότητα, ἐπαμῦναί μοι τὸ ὀρθὸν ὑμῶν καὶ δίκαιον ἐπικαλουμένῳ κριτήριον, καὶ κελεῦσαι δραμεῖν πρὸς

Digitized by Google

ὑμᾶς (75), καὶ ἐπιδεῖξαί μου τὴν διδασκαλίαν τοῖς A ἀποστολικοῖς ἴχνεσιν ἑπομένην. Ἔστι γάρ μοι τὰ μὲν πρὸ εἴκοσι ἐτῶν συγγεγραμμένα, τὰ δὲ πρὸ ὀκτωκαίδεκα, τὰ δὲ πρὸ πεντεκαίδεκα, τὰ δὲ πρὸ δυοκαίδεκα, τὰ μὲν πρὸς Ἀρειανοὺς καὶ Εὐνομιανούς, τὰ δὲ πρὸς Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας, τὰ δὲ πρὸς τοὺς ἐν Περσίδι μάγους, ἄλλα περὶ τῆς καθόλου Προνοίας, ἕτερα δὲ περὶ θεολογίας καὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως. Ἡρμήνευταί μοι διὰ τὴν θείαν χάριν, καὶ τὰ ἀποστολικὰ συγγράμματα, καὶ τὰ προφητικὰ θεσπίσματα. Καὶ ῥᾴδιον ἐκ τούτων καταμαθεῖν, εἴτε ἀκλινῆ τὸν κανόνα τῆς πίστεως διετήρησα, εἴτε τὴν τούτου παρέβην εὐθύτητα. Ἀλλὰ μὴ διαπτύσητέ μου τὴν ἱκετείαν, παρακαλῶ, μηδὲ τὴν ἀθλίαν μου παρίδητε πολιὰν μετὰ πολλοὺς ὑβρισμένην καμάτους

Πρὸ δὲ πάντων, μαθεῖν ἀντιβολῶ παρ' ὑμῶν, εἴτε B χρή με στέρξαι τὴν ἄδικον ταύτην καθαίρεσιν, εἴτε μή· τὴν γὰρ ὑμετέραν προσμένω ψῆφον. Κἂν κελεύσητε τοῖς καταψηφισαμένοις ἐμμεῖναι, ἐμμενῶ, καὶ οὐδενὶ ἀνθρώπων ἐνοχλήσω λοιπὸν, ἀλλὰ μενῶ τὸ ἀκλινὲς τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν κριτήριον. Ἐμοὶ δὲ, ὡς ὁ Δεσπότης μαρτυρεῖ Θεὸς, οὐ τιμῆς μέλει καὶ δόξης, ἀλλὰ μόνον τοῦ γεγενημένου σκανδάλου· ὅτι πολλοὶ τῶν ἁπλουστέρων, καὶ μάλιστα οἱ ἐκ διαφόρων αἱρέσεων παρ' ἡμῶν ζωγρηθέντες, τῷ θρόνῳ τῶν κατακρινάντων προσέχοντες, αἱρετικοὺς ἴσως ἡμᾶς ὑπολήψονται, τὴν τοῦ δόγματος ἀκρίβειαν κατιδεῖν οὐ δυνάμενοι. Ὅτι δὲ (76) τοσοῦτον χρόνον ἐπισκοπεύσας, οὐκ οἰκίαν ἐκτησάμην, οὐκ ἀγρὸν, οὐκ ὀβολὸν, οὐ τάφον, ἀλλὰ τὴν αὐθαίρετον (77) C ἠσπασάμην πενίαν, καὶ τὰ παρὰ τῶν πατέρων εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα μετὰ τὴν ἐκείνων τελευτὴν εὐθὺς διανείμας, ἴσασιν ἅπαντες οἱ τὴν Ἑῴαν οἰκοῦντες.

Πρὸ δὲ πάντων, ἱκετεύω τὴν ἱερὰν ὑμῶν καὶ τῷ Θεῷ φίλην κεφαλὴν, παρασχεῖν μοι τῶν προσευχῶν τὴν βοήθειαν. Ταῦτα διὰ τῶν εὐλαβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων πρεσβυτέρων Ὑπατίου καὶ Ἀβραμίου τῶν χωρεπισκόπων, καὶ Ἀλυπίου τοῦ ἐξάρχου τῶν παρ' ἡμῖν μοναζόντων τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἐδίδαξα· ἐπειδήπερ ἐμὲ δραμεῖν πρὸς ὑμᾶς τὰ τῶν βασιλικῶν γραμμάτων ἐπέσχε δεσμὰ, ὥσπεροῦν καὶ τοὺς ἄλλους. Καὶ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα, καὶ ἰδεῖν αὐτοὺς πατρικῶς, καὶ τὰς ἀκλινεῖς ὑμῶν ἀκοὰς εὐμενεῖς αὐτοῖς παρασχεῖν, καὶ τὸ συκοφαν- D τούμενον καὶ μάτην πολεμούμενόν μου γῆρας τῆς ὑμετέρας ἀξιῶσαι κηδεμονίας, καὶ πρὸ πάντων τῆς ἐπιβεβουλευμένης πίστεως παντὶ σθένει φροντίσαι, καὶ φυλάξαι ταῖς Ἐκκλησίαις τὸν πατρῷον κλῆρον ἀκήρατον· ἵνα καὶ τὰς ἀντὶ τούτων ἀντιδόσεις δέξηται ὑμῶν ἡ ἁγιότης παρὰ τοῦ μεγαλοδώρου Δεσπότου.

doctrinam meam apostolicis vestigiis inhærentem ostendere. Sunt enim mihi, quæ partim ante annos viginti, partim ante octodecim, partim ante quindecim, partim ante duodecim scripsi, quædam contra Arianos et Eunomianos, quædam contra Judæos et gentiles, quædam contra magos qui sunt in Perside, alia de universali Providentia, et alia rursus de theologia, deque divina incarnatione. Exposita etiam sunt a me per divinam gratiam tum apostolica scripta, tum prophetica oracula. Et facile est ex his cognoscere, an stabilem fidei regulam servarim, an ab ejus rectitudine deflexerim. Sed nolite, obsecro, supplices meas preces respuere, nec miseram meam canitiem post multos labores contumeliose tractatam despicere.

Ante omnia ut a vobis docear oro, an me oporteat in hac injusta depositione acquiescere, an non: vestram enim sententiam exspecto. Quod si in judicatis manere me jusseritis, manebo, neque ulli hominum deinceps molestus ero, sed rectum Dei Salvatorisque nostri judicium exspectabo. Me quidem, testis est Dominus Deus, honoris et gloriæ cura non tangit, sed scandali quod injectum est: quia multi e simplicioribus, atque ii maxime, qui ex diversis hæresibus opera nostra emerserunt, sedem illorum qui condemnarunt attendentes, hæreticos nos fortasse existimabunt, cum dogmatis perfectionem perspicere non possint. **1192** Quodque episcopatu tot annis gesto, non domum acquisierim, non agrum, non obolum, non sepulcrum, sed spontaneam * paupertatem amplexus sim, et ea quæ a parentibus ad nos pervenerant, post illorum mortem statim distribuerim, sciunt omnes qui habitant in Oriente.

Præ omnibus autem sacrum Deoque charum caput vestrum obsecro, ut precibus mihi opem et auxilium ferat. Hæc per reverendissimos Deoque charissimos presbyteros, Hypatium et Abramium chorepiscopos, et Alypium monachorum qui apud nos sunt exarchum sanctitati vestræ suggessi: quandoquidem ne ad vos contenderem regiarum litterarum vincula retinuerunt, quemadmodum et alios. Et sanctitatem vestram oro, ut et paterno affectu illos videat, et sinceras aures vestras illis benignas præbeat, et calumniis vexatam ac sine causa impugnatam senectutem meam studio et providentia vestra dignetur, tum ante omnia fidei insidiis appetitæ quam maximam potest curam gerat, paternamque hæreditatem Ecclesiis integram custodiat, ut pro his etiam paratas remunerationes a munifico et liberali Domino sanctitas vestra recipiat.

(75) παρ' ὑμ. Neap.
(76) δὲ post ὅτι aberat a Sirm. qui paulo post habebat ὡς ἴσασιν. Lectionem Neap. et Vatican. apud Hervetum et Baron. ipse sensus postulat.
(77) Cum vitio typothetarum excidisset extremum verbi αὐθαίρετον et initium sequentis ἠσπασ., quæ facile sarciri conjectando poterant, si vel caruissemus beneficio codicis Vindobonensis; Ballerinii male rescripserant ἀλλὰ τὴν αὐτομάτην πενίαν.

Digitized by Google

CXIII *bis*. — (78) S. LEONIS PAPÆ AD THEODORETUM.

**1193** Dilectissimo fratri Theodorito episcopo, Leo episcopus.

Remeantibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit, agnovimus dilectionem tuam superno adjutorio nobiscum tam Nestorianæ impietatis, quam Eutychianæ vesaniæ, exstitisse victricem. Unde gloriamur in Domino, cum Propheta canentes : « Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram [19], » qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit, sed quæ nostro prius ministerio definierat, universæ fraternitatis irretractabili firmavit assensu, ut vere a se prodiisse ostenderet, quod prius a prima omnium sede formatum, totius Christiani orbis judicium recepisset, ut in hoc quoque capiti membra concordent : in quo amplior nobis accrescit gaudendi materia, dum tanto magis se perculit inimicus, quanto contra Christi ministros sævius insurrexit. Nam ne aliarum sedium ad eam, quam cæteris omnium Dominus statuit præsidere, consensus assentatio videretur, aut alia quælibet subrepere posset adversa suspicio, inventi prius sunt qui de judiciis nostris ambigerent. Et dum nonnulli, a dissensionis incitati auctore, ad contradictionum bella prosiliunt, ad majus bonum, malo ejus auctore totius bonitatis dispensante, perventum est. Dulcius siquidem munera gratiæ divinæ proveniunt, quoties non sine magnis sudoribus acquiruntur : et minus bonum videri solet pax continuata per otium, quam reddita per laborem. Ipsa quoque veritas et clarius renitescit, et fortius retinetur, dum quæ fides prius docuerat, hæc postea examinatio confirmarit. Multum denique sacerdotalis officii meritum splendescit, ubi sic summorum servatur auctoritas, ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas : et ad majorem Dei gloriam proficit finis examinis, quando ad hoc se accipit exerendi fiducia, ut vincatur adversitas, ne quod per se probatur reprobum, silentii præjudicio videatur oppressum.

Exsulta igitur, charissime frater, et in unico Dei Filio victor exsulta. Vicit per nos ille pro se, cujus carnis veritas negabatur : vicit per nos et pro nobis ille, cui vicimus. Secunda est post adventum Domini hæc orbi festivitas. Redditum sæculo est, prædone prostrato, incarnationis divinæ mysterium, quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre non poterat, calumniis obscurabat. Quinimo ab incredulorum corde perierat immortale mysterium, quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa Veritate suis dicente discipulis : « Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit : qui autem A non crediderit, condemnabitur [20]. » Solis justitiæ jubar, densis per Orientem Nestorii et Eutychis nebulis impeditum, pure ab Occidente resplenduit, ubi culmen summum in apostolis et doctoribus principaliter collocavit. Quamvis nec illic unquam defuisse credendus sit, quo confessores sibi egregios reservavit : ita ut, dum denuo conaretur hostis antiquus, per secundi Pharaonis impœnitens cor fidei Abrahæ semen et filios repromissionis exstinguere, Deo miserante, languescens, nisi sibi, nocere nihil posset. De quo et illud omnipotens mirabilius egit, quia et quos sibi socios ad Israelitici populi cædes asciverat, non cum tyrannidis auctore submersit, sed cum suo populo congregavit, et, sicut revera se dignum, et soli sibi possibile fons misericordiæ B noverat, victos a nobis nobiscum fecit esse victores. Nam dum solus vere sit humani generis hostis spiritus **1194** falsitatis, omnes de illo jam triumphare non dubium est, quos sibi veritas vindicavit. Nunc prorsus illa Redemptoris nostri dicta, quam sint divinæ auctoritatis, apparet, dum contra hostes fidei sic aptantur, ut de ipsis dictum esse dubitare non liceat. « Vos, inquit, ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, et in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Quando loquitur mendacium, ex suis loquitur, quia mendax est, et pater ejus [21]. »

Nihil ergo mirandum est quod hi, qui in veritate Dei nostræ naturæ mendacium crediderunt, C patri suo et circa ista concordant, quidquid visum, quidquid auditum, quidquid denique teste Evangelio tactum est atque palpatum in unico Dei Filio, non ejus cujus probatum est asserentes, sed coæternæ et coessentialis Patri fuisse substantiæ : quasi aut divinitatis natura crucis ligno transfixa sit, aut inconvertibilis crescere per ætates, et in sapientia proficere sapientia sempiterna, vel Spiritu Deus, qui spiritus est, subinde repleri potuerit. In hoc quoque se acerba vesania ex quo auctore accesserit prodit, quod quantum in se est, universis nocere molita est. Nam qui vos persequendo afflixit, cæteros ad consensum sceleris impellendo depravavit. Sed nec nos, licet in singulis fratribus, quia membra nostra sunt, vulnerasset, a speciali dolore fecit exceptos, D quibus nova et inaudita prius, atque incredibili audacia inferre contra suum caput est molitus injuriam. Sed utinam vel post tot pessima resipiscens, non nos etiam de suo æternæ damnationis interitu contristasset. Quam mensuram sceleris prætermisit, cui ne hoc sufficere potuit, quod nec vivis parcendo, nec mortuis, etiam in sanguine innocentis et catholici sacerdotis pollutas jampridem, abdicata

[19] Psal. CXXIII, 8. [20] Marc. XVI, 16. [21] Joan. VIII, 44.

(78) Cum Sirmondus hanc S. Leonis P. M. responsionem subjecisset tomo IV Opp. Theodoreti, ne quid ab eo editum nostræ editioni deesset, visum est eam cum Theodoreti litteris conjungere, e recensione tamen FF. Balleriniorum, qui eam tanquam epistolam 120 ediderunt inter Opera Leonis M. T. I p. 1218 seq.

Digitized by Google

veritate atque approbata falsitate, manus intinxit? Et cum scriptum sit: « Qui odit fratrem suum, homicida est [21], » ille quod odio jam fecisse addictus est, implevit operibus, quasi nec hæc audisset, nec illud quod Dominus ait: « Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve [22]. » Dignus diabolici prædicator erroris Ægyptius vastator inventus est, qui, tanquam sævissimus tyrannus Ecclesiæ, nefandas blasphemias per violentam seditiosorum turbam, et per cruentas manus militum venerandis fratribus imponebat. Et cum voce Redemptoris nostri [23] firmatum sit, unum eumdemque homicidii esse et falsitatis auctorem, ille pariter utrumque complevit, quasi non ut caveantur, sed, ut perpetrentur, scripta sint, ad perditionis suæ cumulum trahens, quæ Dei Filius monuit ad salutem; illud quoque surda nimis aure præteriens, quod ab eodem Domino dictum est: « Ego quod vidi apud Patrem meum loquor, et vos quod vidistis apud patrem vestrum facitis [24]. »

Igitur dum sanctæ memoriæ Flaviano vitam præsentis sæculi molirelur auferre, se veræ vitæ luce privavit. Dum vos ab Ecclesiis vestris conaretur expellere, se a Christianorum collegio segregavit. Dum trahit plurimos et impellit ad erroris assensum, multiplici animam suam vulnere sauciavit: solus ultra omnes, et per omnes, ac pro omnibus reus, qui causa reatus omnibus fuit. Sed licet his tua fraternitas, solido cibo firmata, indigere minime videatur, tamen ut quod nostri loci est impleamus, circa vocem dicentis Apostoli: « Præter ea quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum: quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror [25]? » hoc præcipue præsenti occasione credimus admonendum, frater charissime, ut quotiescunque, divina gratia administrante, illos qui foris sunt fonte doctrinæ aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab **1195** illis, quas Spiritus sancti divinitas in Chalcedonensi concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter utrumque hostem novellæ perfidiæ sermonem nostrum cum omni cautela libremus, non jam (quod absit!) tanquam de dubiis disceptantes, sed auctoritate summa quæ bene definita sunt astruentes: cum et in apostolicæ sedis epistola, universalis sanctæ synodi assensu firmata, tanta divinæ auctoritatis testimonia noverimus esse congesta, ut nullus queat ulterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre maluerit; et synodalia gesta, vel quibus primum definitio fidei legitur esse formata, vel quibus præfatæ litteræ apostolicæ sedis, etiam tuæ fraternitatis studio defensæ sunt, et maxime ad piissimos principes totius concilii allocutio, tot sit præcedentium Patrum testimoniis roborata, ut cuivis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non jam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere.

Unde hoc quoque nos contra hostes Ecclesiæ providere condignum est, ut eis nullam calumniandi occasionem, quod ad nos attinet, penitus relinquamus, nec unquam contra Nestorianos, aut Eutychianos agentes, alteris eorum videamur terga vertisse, sed utrosque Christi hostes æqua lance vitemus atque damnemus; ita ut eos, quoties audientium quantalibet poscit utilitas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promptissime atque evidentissime feriamus, ne si hoc a nobis aut obscurius fieri videatur, aut tardius, putetur invitum. Quod quamvis prudentiam tuam res ipsa admonere sufficiat, jam tamen et experimenta docuerunt. Sed benedictus Deus noster, cujus invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te, secundum sedis apostolicæ judicium, demonstravit. Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus ac probamus, universalis Ecclesiæ defensioni servaveris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri curam pro nobis cunctis agnoscimus, qui, postquam suæ sedis judicium in fidei definitione firmavit, nec circa cujusquam vestrum, qui nobiscum pro catholica fide laborastis, personam quidquam reprobum videri permisit; quia nec poterat, Spiritu sancto judicante, quisquam ex eis non victor exire, quorum jam vicerat fides.

Quod superest, exhortamur, ut, quia illic nonnullas Eutychiani ac Nestoriani erroris reliquias cognovimus remansisse, nunc etiam sedi apostolicæ collabores. Victoria enim, quam Christus Dominus noster suæ donavit Ecclesiæ, quandiu in hoc mundo versamur, licet fiduciam majorem tribuat, non tamen in totum sollicitudinem perimit, nec ut dormiamus donata est, sed ut suavius laboremus. Unde in hoc quoque tuæ vigilantiæ sollicitudine volumus adjuvari, ut, tua relatione currente, quid apud illas regiones doctrina Dominica proficiat, apostolicam sedem festines instruere: quatenus illius regionis sacerdotes, in quocunque usus exegerit, adjuvemus. De his vero, quæ in sæpe dicto concilio illicita contra venerabiles Nicænos canones præsumptione tentata sunt, ad fratrem et coepiscopum nostrum Antiochenæ sedis præsulem scripsimus, adjicientes et illud quod nobis propter improbitatem monachorum quorumdam regionis vestræ verbo mandasti per vicarios nostros, et hoc specialiter statuentes, ut præter Domini sacerdotes nullus audeat prædicare, seu monachus, sive ille sit laicus, qui cujuslibet scientiæ nomine glorietur. Quas tamen litteras pro utilitate universalis Ecclesiæ, per prædictum fratrem et coepiscopum nostrum Maximum, ad omnium volumus pervenire notitiam: et de hoc his nostris earum exemplar adjicere, quia quæ prædicto fratri et

[21] I Joan. III, 15. [22] Matth. XI, 29, 30. [23] Joan. VIII, 44. [24] Ibid. 38. [25] II Cor. XI, 28, 29.



Digitized by Google

coepiscopo nostro injunximus, non dubitamus implenda. *Et alia manu :* Deus te incolumem custo-

A diat, frater charissime. Data tertio Idus Junii, Opilione viro clarissimo consule.

**1196** CXIV. — *Andiberi.*

Religiosissimus presbyter Petrus sacerdotii quidem ornatur dignitate, ornatur vero et prudenti corporum curatione. Longo autem apud nos tempore versatus, morum elegantia sibi omnes devinxit. Is nunc cognito discessu meo Cyrum relinquere statuit. Quocirca commendo illum magnificentiæ tuæ, et oro ut vestra illum providentia foveatis, ut qui utilis civitati esse queat : quippe qui Alexandriæ habitans huic arti operam dedit.

PIΔ'. — *Ἀνδίβερι.*

Ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Πέτρος κοσμεῖται μὲν τῇ τῆς ἱερωσύνης ἀξίᾳ, κοσμεῖται δὲ καὶ τῇ τῶν σωμάτων λογικῇ θεραπείᾳ. Συχνὸν δὲ παρ' ἡμῖν οἰκήσας χρόνον, εἷλεν ἅπαντας τῇ τῶν ἠθῶν εὐαρμοστίᾳ. Οὗτος νῦν τὴν Κύῤῥον καταλιπεῖν ἐδοκίμασε, τὴν ἐμὴν ἐκδημίαν μεμαθηκώς. Οὗ δὴ χάριν αὐτὸν τῇ ὑμετέρᾳ μεγαλοπρεπείᾳ συνίστημι, καὶ παρακαλῶ τῆς ὑμετέρας αὐτὸν προμηθείας τυχεῖν, χρήσιμον αὐτὸν τῇ πόλει γενέσθαι δυνάμενον. Τὴν γὰρ Ἀλεξάνδρειαν οἰκήσας τὴν τοιαύτην ἤσκησε τέχνην.

CXV. — *Apellæ.*

Cyri gubernatione suscepta, necessarias illi artes undequaque comparavi : tum autem et medicinæ peritos, ut eam incolerent, hortatus sum. Horum unus est religiosissimus presbyter Petrus, qui et artem prudenter tractat, et hanc moribus exornat. Nunc autem abeuntibus nobis alii quoque multi hanc relinquunt : abire autem et ipse instituit. Quare magnificentiam tuam oro, ut illius curam gerat. Idoneus enim est qui et ægris opem ferat, et morbos oppugnet.

B PIE'. — *Ἀπελλῇ* (79).

Τὴν Κύῤῥον ἰθύνειν λαχὼν τὰς ἀναγκαίας αὐτῇ πάντοθεν ἐπόρισα τέχνας· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμονας οἰκῆσαι ταύτην προέτρεψα. Εἷς τούτων ἐστὶν ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Πέτρος, λογικῶς μὲν μεταχειρίζων τὴν τέχνην, κοσμῶν δὲ ταύτην τοῖς ἤθεσιν. Ἀλλὰ νῦν ἐκδημούντων ἡμῶν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ταύτην ἀπέλιπον, ἐκδημῆσαι δὲ καὶ αὐτὸς ἐδοκίμασε. Διά τοι τοῦτο τὴν σὴν παρακαλῶ μεγαλοπρέπειαν κηδεμονίας αὐτὸν ἀξιῶσαι. Ἱκανὸς γάρ ἐστιν ἐπικουρῆσαι τοῖς κάμνουσι, καὶ πολεμῆσαι ταῖς νόσοις.

CXVI. — *Renato presbytero.*

Cognovimus ardentem justumque zelum pietatis tuæ, et justissimam ac legitimam libertatem, qua usus es, cum ea quæ apud Ephesum temere licenterque acta sunt reprehenderes. Nec soli nos **1197** ista didicimus : sed in omnem terram rectæ mentis tuæ sonus exivit, et omnes justitiam, zelum, libertatem, et adversus iniquitatem injectas a te minas decantant. Et hæc quidem egit pietas tua, cum unicam cædem conspexisset. Quod si cæteras etiam vidisses quæ post discessum tuum patratæ sunt, Phineem illum fortasse imitatus esses. Ex iis autem, qui post hæc damnati fuere, unus ego sum, ne illuc irem regiis litteris prohibitus, et tamen absens condemnatus. Post sex enim et viginti episcopatus annos, post infinitos labores, post suscepta pro pietate certamina, post oblatas omnium Salvatori multas hæreticorum a pristino abductas errore myriadas, sacerdotio me spoliarunt, ejiciuntque ex civitate, nec senectutem reveriti, nec canitiem in pietate nutritam. Quam ob causam oro sanctitatem tuam, sanctissimo et beatissimo archiepiscopo persuadeat ut apostolica potestate utatur et ad concilium vestrum advolare præcipiat. Habet enim sanctissima illa sedes Ecclesiarum quæ in toto sunt orbe principatum multis nominibus, atque hoc ante omnia, quod ab hæretica tabe immunis mansit, nec ullus contraria sentiens in illa sedit,

PIϚ'. — *Ῥενάτῳ πρεσβυτέρῳ* (80).

Ἔγνωμεν τὸν θερμὸν καὶ δίκαιον τῆς σῆς ὁσιότη-
C τος ζῆλον, καὶ τὴν δικαιοτάτην καὶ ἔννομον παῤῥησίαν, ᾗ χρησάμενος, δέσποτα, τὰ ἐν Ἐφέσῳ τολμηθέντα ἤλεγξας. Οὐχ ἡμεῖς δὲ μόνοι μεμαθήκαμεν ταῦτα, ἀλλ' εἰς πᾶσαν τὴν γῆν τῆς σῆς ὀρθότητος ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος, καὶ πάντες ᾄδουσι τὴν δικαιοσύνην, τὸν ζῆλον, τὴν παῤῥησίαν, τὰς κατὰ τῆς παρανομίας παρ' ὑμῶν γεγενημένας ἀπειλάς. Καὶ ταῦτα ἔδρασέ σου ἡ ὁσιότης, τὴν μίαν θεασαμένη σφαγήν. Εἰ δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἑωράκεις τὰς μετὰ τὴν σὴν ἐκδημίαν γεγενημένας, τάχα ἂν τὸν Φινεὲς ἐκεῖνον ἐζήλωσας. Εἷς δὲ τῶν μετὰ ταῦτα καταχριθέντων ἐγὼ, δραμεῖν μὲν αὐτόθι κωλυθεὶς διὰ γραμμάτων βασιλικῶν· ἀπὼν δὲ καταχριθείς. Μετὰ γὰρ ἓξ καὶ εἴκοσιν ἔτη τῆς ἐπισκοπῆς, μετὰ τοὺς πολλοὺς καὶ μυρίους πόνους, μετὰ τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας,
D μετὰ τὸ προσενέγκαι τῷ Σωτῆρι τῶν ὅλων πολλὰς αἱρετικῶν μυριάδας τῆς προτέρας πλάνης ἀπηλλαγμένας, ἐγύμνωσαν μὲν ἱερωσύνης, ἐξελαύνουσι δὲ καὶ πόλεως, οὐδὲ τὸ γῆρας αἰδεσθέντες, οὐδὲ τὴν πολιὰν τὴν ἐν εὐσεβείᾳ τραφεῖσαν. Διά τοι τοῦτο τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην παρακαλῶ, πεῖσαι τὸν ἁγιώτατον καὶ ὁσιώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῇ ἀποστολικῇ χρήσασθαι ἐξουσίᾳ, καὶ εἰς τὸ ὑμέτερον ἀναδραμεῖν κελεῦσαι συνέδριον. Ἔχει γὰρ ὁ πανάγιος θρόνος ἐκεῖνος τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν τὴν ἡγεμονίαν διὰ πολλὰ, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅτι αἱρετικῆς

(79) Est et apud Baron. tom. VI, p. 28, ad a. C. 444, extr.

(80) Exstat ibid. tom. VI, p. 105 seq. ad a. C. 449.

Digitized by Google

μεμένηκε δυσωδίας ἀμύητος, καὶ οὐδεὶς τἀναντία φρονῶν εἰς ἐκεῖνον ἐκάθισεν, ἀλλὰ τὴν ἀποστολικὴν χάριν ἀκήρατον διεφύλαξε. Τὰ γὰρ παρ' ὑμῶν κριθησόμενα στέρξομεν, ὁποῖα ἂν ᾖ, τῇ ὑμετέρᾳ δικαιοκρισίᾳ θαῤῥοῦντες· καὶ ἀξιοῦμεν ἀπὸ τῶν ἐγγράφων κριθῆναι. Πλείους γὰρ ἢ τριάκοντα συνέγραψα βίβλους, κατὰ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου, κατὰ Μαρκίωνος, κατὰ Μακεδονίου, κατὰ Ἑλλήνων, κατὰ Ἰουδαίων· ἡρμήνευσα δὲ καὶ τὴν θείαν Γραφήν· καὶ ῥᾴδιον τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν, ὡς τοῖς ἀποστολικοῖς ἴχνεσιν ἠκολούθησα, ἕνα κηρύττων Υἱόν, ὡς ἕνα Πατέρα, καὶ ἓν ἅγιον Πνεῦμα· μίαν τῆς Τριάδος θεότητα, μίαν βασιλείαν, μίαν ἐξουσίαν, ἀϊδιότητα, ἀτρεπτότητα, ἀπάθειαν, ἓν θέλημα, τελείαν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν θεότητα, τελείαν τὴν ἀνθρωπότητα, τὴν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ληφθεῖσαν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θανάτῳ παραδοθεῖσαν. Οὐκ ἄλλον οἶδα τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἄλλον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ τὸν αὐτὸν, Υἱὸν μὲν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ γεγενημένον· Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου, διὰ τὴν ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ληφθεῖσαν τοῦ δούλου μορφήν. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια διατελῶ διδάσκων. Ταῦτα καὶ ἐν τοῖς γράμμασι τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου δεσπότου μου Λέοντος εὗρον ἐγκείμενα, καὶ τὸν τῶν ὅλων ὕμνησα Δεσπότην, ὅτι τοῖς ἀποστολικοῖς αὐτοῦ δόγμασι συμφωνῶ. Δέξασθέ μου τοίνυν, παρακαλῶ, τὴν ἱκεσίαν, καὶ μὴ περίδητε ἠδικημένον. Τούτου γὰρ δὴ χάριν καὶ τοὺς θεοφιλεστάτους πρεσβυτέρους Ὑπάτιον καὶ Ἀβράμιον τοὺς χωρεπισκόπους, καὶ Ἀλύπιον τῶν παρ' ἡμῖν μοναζόντων τὸν ἔξαρχον, πρὸς τὴν ὑμετέραν φιλοθεΐαν ἀπέστειλα, βίῳ μὲν λαμπρῷ κοσμουμένους, δυναμένους δὲ καὶ διὰ τῆς γλώττης ἀκριβῶς ὑμᾶς διδάξαι τὰ κατὰ τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν.

A sed apostolicam gratiam integram conservavit. Quæ a vobis fuerint judicata, in his, qualiacunque ea erunt, judicii vestri æquitati confidentes acquiescemus: et rogamus ut judicium ex scriptis constituatur. Libros enim scripsi amplius triginta, adversus Arium et Eunomium, adversus Marcionem, adversus Macedonium, adversus gentiles, adversus Judæos. Interpretatus sum quoque **1198** divinam Scripturam: et facile est, si quis velit, deprehendere me per apostolica vestigia incessisse, unum prædicando Filium, sicut unum Patrem, et unum Spiritum sanctum, unam Trinitatis divinitatem, unum *regnum, unam potentiam, æternitatem, immutabilitatem, impassibilitatem, unam voluntatem, perfectam Domini nostri Jesu Christi divinitatem, perfectam humanitatem, B quæ propter nostram salutem assumpta est, et propter nos morti tradita. Non alium novi Filium hominis, et alium Filium Dei: sed eumdem, Filium quidem Dei, et Deum ex Deo genitum; Filium vero hominis, propter sumptam ex semine Abrahæ et Davidis servi formam. Hæc et alia his similia docere non cesso. Hæc ipsa in litteris sanctissimi ac beatissimi domini mei Leonis posita reperi, Deumque universorum laudavi, quod apostolicis ejus placitis consentiam. Suscipite igitur, quæso, preces meas, et injuria oppressum ne despicite. Propterea enim Deo charissimos presbyteros Hypatium et Abramium chorepiscopos, et Alypium monachorum qui apud nos sunt exarchum ad pietatem vestram misi, et vitæ claritate conspi- C cuos, et qui verbis possint de rerum nostrarum statu accurate vos edocere.

## ΡΙΖ'. — *Φλωρεντίῳ ἐπισκόπῳ.*

Οὐ παντελῶς ἄρα τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιλέλοιπε χάρις· ἀλλ' ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ἵνα μὴ ὡς Σόδομα γενηθῶμεν καὶ Γομόῤῥοις ὁμοιωθῶμεν. Τοῦτο ἡμᾶς ἀπαγορεύειν παντάπασιν οὐκ ἐᾷ· ἀλλὰ τοῦ χαλεποῦ χειμῶνος προσμένειν τὴν λύσιν παρεγγυᾷ· τοῦτο ἡμᾶς εὐέλπιδας ἀπεργάζεται. Διά τοι τοῦτο καὶ τοὺς θεοφιλεστάτους πρεσβυτέρους Ὑπάτιον καὶ Ἀβράμιον τοὺς χωρεπισκόπους, καὶ Ἀλύπιον τῶν παρ' ἡμῖν μοναζόντων τὸν ἔξαρχον, πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀπεστείλαμεν ἁγιότητα, ἵνα τὴν ἐπισκήψασαν ταῖς τῆς Ἀνατολῆς Ἐκκλησίαις διαλύσητε συμφοράν. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἄνωθεν παρὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων παραδοθεῖσαν ἡμῖν κρατύνητε πίστιν, καὶ τὴν ἐπαναστᾶσαν αἵρεσιν στηλιτεύσητε, καὶ τοὺς παραχαράττειν τολμῶντας τῆς οἰκονομίας τὸ κήρυγμα προφανῶς ἐξελέγξητε, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πολεμουμένων ὑπερμαχήσητε. Ὑπὲρ γὰρ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, ἁγιώτατοι, τὴν ἄδικον ταύτην σφαγὴν ὑπεμείναμεν, ὡς τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων οὐ προϊέμενοι τὴν ἀλήθειαν. Πρέπει δὲ ὑμῶν τῇ ὁσιότητι μὴ παριδεῖν τοὺς ὁμόφρονας ἀδίκως ἐλαυνομένους, ἀλλὰ παῦσαι τῇ δικαίᾳ βοηθείᾳ

## CXVII. — *Florentio episcopo.*

Utique humanum genus Dei et Salvatoris nostri gratia omni ex parte non destituit, sed reliquit nobis semen sanctitatem tuam, ne fiamus sicut Sodoma, et **1199** Gomorrhæ similes ne simus. Hoc nos animo penitus deficere non sinit, sed molestæ tempestatis exitum opperiri jubet: hoc nos in bonam spem erigit. Propterea etiam religiosissimos presbyteros Hypatium et Abramium chorepiscopos, et Alypium monachorum apud nos exarchum, ad sanctitatem vestram misimus, ut calamitatem depellatis, quæ Orientis Ecclesias occupavit. D Ac primum quidem traditam nobis olim a sacris apostolis fidem confirmetis, exortamque hæresim proscribatis, et eos qui incarnationis doctrinam adulterare ausi sunt aperte redarguatis: tum illorum deinde, qui pietatis causa vexantur, patrocinium et defensionem suscipiatis. Pro apostolica enim fide, vir sanctissime, injustam istam cladem perpessi sumus, quod apostolicorum dogmatum veritatem abjicere nolimus. Decet porro sanctitatem vestram, eadem vobiscum sentientes per injuriam pulsos * non despicere, sed justo subsidio injuriam reprimere, ac veritatem præfracte impu-

Digitized by Google

gnantes docere, non omnia exsequi eos posse, qui A licenter quidlibet aggredi conantur.

τὴν ἀδικίαν, καὶ διδάξαι τοὺς κατὰ τῆς ἀληθείας θρασυνομένους, ὡς οὐ πάντα δρᾷν ἔξεστι τοῖς πᾶν ὁτιοῦν ἀδεῶς ποιεῖν πειρωμένοις.

## CXVIII. — *Archidiacono Romæ.*

Sæva omnino tempestas nostras Ecclesias invasit: qui vero fidei adhærent apostolicæ, in sanctitate tua commodum habent portum et tranquillum. Non enim pro evangelicis dogmatibus pugnatis duntaxat, sed factam in nos **1200** injuriam penitus detestamini. Procul enim agentes nos, et triginta quinque mansionum remotos intervallo condemnarunt ut libuit, judices æquissimi, abjectaque doctrina, quæ a Dei et Salvatoris nostri adventu in hanc usque diem in Ecclesiis obtinuit, novam quamdam ac spuriam, et apostolicæ traditioni prorsus contra- B riam induxerunt, et iis qui antiqua documenta retinent aperte bellum indicunt. Dignare igitur, Deo dilectissime, sanctissimi omni ex parte beatissimique archiepiscopi zelum accendere, ut Orientis etiam Ecclesiæ sollicitudine vestra fruantur; ac præcipue traditam ab initio a sanctis apostolis fidem defendere, et intactam paternam hæreditatem conservare, et incumbentem nebulam discutere, et pro nocte obscura liquidam serenitatem efficere, et injuste in nos patratam cædem redarguere. Decet enim sanctitatem tuam ad cætera egregia facinora sua hunc etiam zelum adjungere.

## ΡΙΗ'. — *Τῷ ἀρχιδιακόνῳ Ῥώμης* (81).

Παγχάλεπος χειμὼν ταῖς παρ' ἡμῖν Ἐκκλησίαις ἐπέσκηψεν· οἱ δὲ τῆς ἀποστολικῆς ἀντεχόμενοι πίστεως τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην εὔστολον (82) ἔχουσι λιμένα καὶ εὔδιον. Οὐ γὰρ τῶν εὐαγγελικῶν ὑπερμαχεῖτε δογμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν καθ' ἡμῶν γεγενημένην ἀδικίαν πάντως μυσάττεσθε. Πόῤῥω γὰρ ἡμᾶς διάγοντας, καὶ πέντε καὶ τριάκοντα σταθμοῖς ἀφεστηκότας, κατέκριναν ὡς ἠθέλησαν οἱ δικαιότατοι δικασταὶ, καὶ τὴν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ Σωτῆρος παρουσίας μέχρι καὶ τήμερον ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις κρατήσασαν διδασκαλίαν παραλιπόντες, καινήν τινα, καὶ νόθον, καὶ ἄντικρυς ἐναντίαν τῇ παραδόσει τῶν ἀποστόλων εἰσήγαγον, καὶ τοῖς τὰ παλαιὰ κρατοῦσι κηρύγματα προφανῶς πολεμοῦσι. Καταξίωσον τοίνυν, θεοφιλέστατε, πυρσεῦσαι τὸν ζῆλον τοῦ τὰ πάντα ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, ὥστε καὶ τὰς τῆς Ἀνατολῆς Ἐκκλησίας τῆς ὑμετέρας ἀπολαῦσαι κηδεμονίας· καὶ διαφερόντως τῆς ἄνωθεν παρὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων παραδοθείσης ὑπερμαχῆσαι πίστεως, καὶ ἄσυλον τὸν πατρῷον κλῆρον διαφυλάξαι, καὶ τὴν ἐπικειμένην ὁμίχλην ἀποσκεδάσαι, καὶ ἀντὶ τῆς σκοτομήνης καθαρὰν αἰθρίαν ἐργάσασθαι, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν ἀδίκως γεγενημένην ἐξελέγξαι σφαγήν. Πρέπει γάρ σου τῇ ὁσιότητι τοῖς ἄλλοις αὐτῆς κατορθώμασι καὶ τοῦτον προσθεῖναι τὸν ζῆλον.

## CXIX. — *Anatolio patricio.* C

Magnitudini vestræ prorsus nota sunt illa quæ justissimi apud Ephesum judices egerunt. In omnem quippe terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ rectissima sententia eorum [27]. Quæ enim Ecclesia commotam inde tempestatem non sensit? Nam injuriam alii intulerunt, alii acceperunt; qui vero nec læsi sunt ipsi, nec læserunt, et condolent iis quibus injuria facta est, et eos lugent qui fecerunt, ut qui crudelissime et contra leges omnes, **1201** tum divinas, tum humanas, propria membra jugularunt. Enimvero effractores in scelere deprehensos judicant primum, tum deinde puniunt judices: eodemque modo et homicidas, et sepulcrorum effossores, et aliena conjugia violantes, D agunt prius in judicium et accusatores actionem intendere jubent: et testium mentem explorant an testimonium in accusatorum gratiam dicant, an infenso in reos sint animo; et post hæc responderi accusatoribus jubent. Atque hoc bis terve, interdum etiam quater faciunt: ac tum demum indagata ex utrorumque verbis veritate sententiam promunt. Isti vero quemadmodum de aliis judicarint non dicam, ne nimis diligens et curiosus videar in alienis: de me uno injusta impellente vexatione dicere cogor. Nam cum me domi lex regia coer-

## ΡΙΘ'. — *Ἀνατολίῳ πατρικίῳ.*

Ἔγνω πάντως τὸ ὑμέτερον μέγεθος τὰ παρὰ τῶν δικαιοτάτων ἐν Ἐφέσῳ γενόμενα δικαστῶν. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἡ ὀρθοτάτη ψῆφος αὐτῶν. Ποία γὰρ Ἐκκλησία τὴν ἐντεῦθεν ἐπαναστᾶσαν οὐκ ἐδέξατο ζάλην; Οἱ μὲν γὰρ ἠδίκησαν, οἱ δὲ ἠδικήθησαν· οἱ δὲ τοῦτο μήτε ὑπομείναντες, μήτε δράσαντες, τοῖς μὲν ἠδικημένοις συναλγοῦσι, τοὺς δὲ ἠδικηκότας θρηνοῦσιν, ὡς ὠμῶς ἄγαν καὶ παρὰ πάντας τοὺς νόμους, τούς τε θείους, τούς τε ἀνθρωπίνους, τὰ οἰκεῖα κατασφάξαντας μέλη. Τοὺς μὲν γὰρ τοιχωρύχους ἁλισκομένους ἐπ' αὐτοφώρῳ κρίνουσι πρῶτον, εἶθ' οὕτω κολάζουσιν οἱ δικάζοντες· καὶ μέντοι καὶ τοὺς ἀνδροφόνους, καὶ τοὺς τυμβωρύχους, καὶ τοὺς τὰς ἀλλοτρίας ἀποσυλῶντας εὐνὰς, εἰσάγουσι πρότερον εἰς τὸ κριτήριον, καὶ τοῖς κατηγόροις ποιεῖσθαι κελεύουσι τὰς γραφὰς, καὶ τὸν τῶν μαρτύρων σκοπὸν ἐξετάζουσιν, εἰ μὴ πρὸς χάριν μαρτυροῦσι τῶν διωκόντων, εἰ μὴ τῶν φευγόντων εἰσὶ δυσμενεῖς, καὶ πρὸς τούτοις ἀπολογεῖσθαι τοῖς κατηγόροις κελεύουσι. Καὶ τοῦτο δὶς γίνεται καὶ τρὶς, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τετράκις· καὶ τότε λοιπὸν ἐν τοῖς τούτων κἀκείνων λόγοις ζητήσαντες τὴν ἀλήθειαν, τὴν ψῆφον ἐκφέρουσι. Οὗτοι δὲ ὅπως μὲν τοῖς ἄλλοις ἐδίκασαν, οὐδὲν ἐρῶ, ἵνα μὴ δόξω περιττός τις εἶναι καὶ πολυπραγ-

[27] Psal. XVIII, 5; Rom. X, 18.

(81) Eadem epistola [illegible] apud Baron. tom. VI, p. 105 seq. ad a. C. 449.
(82) εὔστομον, Neap.

Digitized by Google

μονεῖν τὰ ἀλλότρια· ὑπὲρ ἐμαυτοῦ δὲ λέγειν μόνου A βιάζομαι, τῆς ἀδίκου με καταναγκαζούσης σφαγῆς. Οἴκοι γάρ με τοῦ βασιλικοῦ καθείργοντος νόμου, καὶ περαιτέρω τῶν ὅρων τῆς ὑπ' ἐμοῦ ποιμαινομένης πόλεως προβαίνειν κωλύοντος, ἐκάθισαν κατ' ἐμοῦ τὸ συνέδριον, τὸν δὲ πέντε καὶ τριάκοντα σταθμοῖς ἀφεστηκότα κατέκριναν. Καὶ ὁ μὲν τῶν ὅλων Θεὸς πρὸς τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ περὶ Σοδόμων ἔφη καὶ Γομόῤῥων· « Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων πεπλήθυνται πρός με, καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. Καταβὰς οὖν ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην ταύτην πρός με συντελοῦνται. Εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ. » Καίτοι σαφῶς ᾔδει τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων τὴν πονηρίαν· ἀλλ' ὅμως ἔφη· « Καταβὰς ὄψομαι, » διδάσκων ἡμᾶς ἀναμένειν τῶν πραγμάτων τὴν πεῖραν. Οὗτοι δὲ οὐκ εἰς δικα- B στήριον ἡμᾶς καλέσαντες, οὐ φωνῆς ἡμῶν ἐπακούσαντες, οὐ τί φρονοῦμεν μαθεῖν παρ' ἡμῶν ἐθελήσαντες, τῷ θυμῷ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν τὴν ἡμετέραν σφαγὴν ἐχαρίσαντο.

ceret, atque extra commissæ mihi civitatis fines egredi vetaret, judicium adversum me constituerunt, et triginta quinque mansionibus dissitum condemnarunt. Et Deus quidem universorum, ad patriarcham Abrahamum de Sodomis et Gomorrha loquens, « Clamor, ait, Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est ad me, et peccata eorum magna valde. Descendam igitur, et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleant. Sin minus, ut sciam [28]. » Etsi perspectam habebat hominum illorum nequitiam, attamen « Descendam, inquit, et videbo, » docens nos rerum experientiam **1202** opperiri. At isti nos nec in judicium vocantes, nec vocem nostram audientes, nec ex nobis quid sentiamus cognoscere laborantes, veritatis hostium furori jugulandos nos prodiderunt.

Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν ἡσυχίαν ἀσπάζομαι, καὶ διαφερόντως ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, τῶν ἀποστολικῶν παρὰ πολλοῖς διαφθαρέντων δογμάτων, καὶ τῆς καινῆς κρατυνθείσης αἱρέσεως. Ἵνα δὲ μή τις τῶν ἀγνοούντων ἡμᾶς ἀληθὲς εἶναι πιστεύσῃ τὰς καθ' ἡμῶν γεγενημένας διαβολὰς, καὶ σκανδαλισθῇ νομίσας ἕτερα παρὰ τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν φρονεῖν, ἀντιβολῶ (83) τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν, ταύτην αἰτῆσαι τὴν χάριν τὴν καλλίνικον κορυφὴν, ὥστε με τὴν Ἑσπέραν καταλαβεῖν, καὶ παρὰ τοῖς ἐν ἐκείνῃ θεοφιλεστάτοις καὶ ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις δικάσασθαι· καὶ εἰ ὀφθείην βραχὺ γοῦν τι παρεκβαίνων τοῦ κανόνος τῆς πίστεως, αὐτῷ με παραδοθῆναι τῷ μεσαιτάτῳ τῆς θαλάττης βυθῷ. Εἰ δὲ οὐδὲ ταύτην ὑμῶν τὴν δέησιν δέχεται, οἰκῆσαι γοῦν με κελευσάτω τὸ ἡμέτε- C ρον μοναστήριον, ὃ τῆς μὲν Κυῤῥεστῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μιλίοις ἀφέστηκε, τῆς δὲ Ἀντιόχου πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, ἀπὸ δὲ τριῶν μιλίων τῆς Ἀπαμέων διάκειται πόλεως. Τούτων, εἰ μὲν δυνατὸν, τὸ πρότερον· εἰ δὲ μὴ, τὸ γοῦν δεύτερον παρασχεθῆναί μοι διὰ τοῦ ὑμετέρου μεγέθους παρακαλῶ. Οὗ τὴν μνήμην κἀν τῇ διανοίᾳ, κἀν τῇ γλώττῃ, διηνεκῶς περιφέρομεν, ἱκετεύοντες τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον, ἀμείψασθαι τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τοῖς παροῦσι, καὶ τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς. Ταῦτα δὲ γράψαι νῦν ἠναγκάσθην, μαθὼν ὥς τινες καὶ τὴν ἐντεῦθεν μοι καττύουσι μετάστασιν (84).

Ego autem silentium libens teneo, hoc maxime tempore, cum apostolica dogmata apud multos corrupta sunt, et nova hæresis vires ac robur obtinuit. Verum ne quis eorum quibus noti non sumus, veras credat esse calumnias, quæ in nos conjectæ sunt, offendaturque, diversa nos ab evangelica doctrina sentire existimans, magnitudinem tuam obtestor, hanc a victore Augusto gratiam petat, ut in Occidentem veniam, ibique a Deo charissimis sanctissimisque episcopis judicer : ac si vel minimum a fidei regula deflectere videar, in medium maris profundum dejiciar. Quod si his precibus vestris non cedet, habitare me saltem jubeat in monasterio nostro, quod quidem a Cyrrestica ' milliaribus abest centum et viginti, ab Antiochena quinque et septuaginta, tribus autem milliaribus ab urbe distat Apamena. Horum, si quidem fieri potest, prius illud; sin minus, alterum certe magnitudinis vestræ opera concedi mihi postulo. Cujus nos memoriam et animo et lingua perpetuo circumferimus, virtutum Dominum obsecrantes, ut magnificentiam vestram et præsentibus et futuris bonis remuneret. Hæc vero nunc ut scriberem eo sum adactus, **1203** quod ut hinc etiam abire jubear moliri quosdam cognovi.

## ΡΚ'. — *Λουπικίῳ.*

Οἶμαι καὶ τοὺς τῆς ἀληθείας σχετλιάζειν ἐχθροὺς D ἐπὶ ταῖς ἀδίκοις ἡμῶν καὶ παρανόμοις σφαγαῖς. Πολλῷ δὲ πλέον, ὡς εἰκὸς, ἀνιᾷ τοὺς τροφίμους τῆς εὐσεβείας ἡ καινὴ αὕτη καὶ παράδοξος τραγῳδία, ὧν ἡ ὑμετέρα πρωτεύει μεγαλοπρέπεια. Προσήκει δὲ τοὺς πλεῖον ἀλγοῦντας πλείονα σπουδήν τε καὶ προθυμίαν εἰσενεγκεῖν, ὥστε τὰ δυσσεβῶς καὶ παρανόμως γεγενημένα λύσιν λαβεῖν, τὸ δὲ διασπασθῆναι κινδυνεῦον σῶμα τῆς Ἐκκλησίας εἰς τὴν προτέ-

## CXX. — *Lupicio.*

Arbitror etiam ipsos veritatis hostes indignari ob injustas et iniquas vexationes quas patimur. Multo autem magis, ut par est, pietatis alumnos, quorum princeps est magnificentia tua, contristat hæc nova et inaudita tragœdia. Convenit autem ut qui gravius condolent, majorem conatum et contentionem adhibeant, ut quæ impie et inique acta sunt dissolvantur, et quod in dilacerationis periculo versatur corpus Ecclesiæ, ad pristinam redeat consensionem.

[28] Gen. xviii, 21, 22.

(83) Locus exstat etiam apud Baron., t. VI, p. 106, ad a. C. 449.
(84) μετανάστασιν. Neap.

Digitized by Google

Quamobrem oro magnitudinem tuam, ut spiritualis negotiationis ansam præsens tempus esse statuat, et pro tuenda pietate promptum ipsa studium afferat, vicissimque a munifico Domino, et summam in hac vita providentiam, et in futura regnum cœlorum accipiat.

### CXXI. — *Anatolio patricio.*

Patefecit rerum omnium inspector et moderator Dominus et apostolicam dogmatum nostrorum veritatem, et jactatæ in nos calumniæ falsitatem. Etenim quæ a Deo charissimo et sanctissimo magnæ Romæ archiepiscopo domino Leone ad sanctæ memoriæ Flavianum, aliosque apud Ephesum congregatos scripta sunt, cum iis penitus consentiunt quæ nos vel conscripsimus, vel in Ecclesiis perpetuo docuimus. Quocirca, **1204** simul ac eas litteras legi, benignum Dominum laudavi, quod Ecclesias non prorsus deseruerit, sed rectæ doctrinæ scintillam servarit, vel potius non scintillam, sed facem maximam, quæ orbem terrarum accendere et illuminare possit. Revera enim apostolicum in scriptis suis characterem secutus est, et quæ a sanctis beatisque prophetis et apostolis, et ab iis qui post illos Evangelium prædicarunt, quæque a sanctis Patribus Nicææ congregatis tradita sunt, eadem in his litteris nacti sumus: quibus et nos insistere profitemur, et eos qui ab his diversa sentiunt, impietatis damnamus. Cum his autem litteris meis unam ex epistolis copulavi, quæ ab illo Ephesum missæ sunt: ut, cum eam legerit magnificentia tua, eorum recordetur quæ a nobis sæpius in Ecclesia sunt dicta, et dogmatum consensionem agnoscat, eosque odio habeat qui loquuntur mendacium, quique adversus apostolica dogmata novam hæresin condiderunt.

### CXXII. — *Uranio episcopo Emesæ.*

Quod conjuncti sumus in litteris, qui conjuncti animis eramus, plurimum lætatus sum. At verba illa non intellexi: Nonne isti sunt sermones mei? Nam si compellationis solius gratia id dictum est, non angit me dictum; sin autem consilii renovat memoriam, quo silentium suadebas, et quam appellant dispensationem, gratiam habemus, sed suasionem non recipimus. Contraria enim præcipit divinus Apostolus: «Insta opportune, importune [29];» et Dominus huic **1205** ipsi præconi: «Loquere et ne taceas [30];» et Isaiæ: «Clama in fortitudine tua, et ne parcas [31];» et Mosi: «Descendens contestare populum hunc [32].» Item Ezechieli: «Speculatorem dedi te domui Israel; et fiet, si non annuntiaveris impio [33],» et quæ sequuntur: supervacaneum enim est apud eum, qui novit, producere sermonem. Itaque non modo non concidimus, sed

A ραν συμφωνίαν ἐπανελθεῖν. Τούτου δὴ χάριν παρακαλῶ τὸ ὑμέτερον μέγεθος, πνευματικῆς ἐμπορίας ἀφορμὴν νομίσαι τὸν παρόντα καιρόν· καὶ τὴν μὲν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας εἰσενεγκεῖν προθυμίαν, ἀντιλαβεῖν δὲ παρὰ τοῦ μεγαλοδώρου Δεσπότου, κἀν τῷ παρόντι βίῳ τὴν μεγίστην κηδεμονίαν, κἀν τῷ μέλλοντι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

### ΡΚΑ'. — *Ἀνατολίῳ πατρικίῳ.*

Ἔδειξεν ὁ τὰ πάντ' ἐφορῶν καὶ πρυτανεύων Δεσπότης, καὶ τὴν ἀποστολικὴν τῶν ἡμετέρων δογμάτων ἀλήθειαν, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν γεγενημένης συκοφαντίας τὸ ψεῦδος. Τὰ γὰρ παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου τῆς μεγάλης Ῥώμης ἀρχιεπισκόπου κυρίου Λέοντος, τὰ πρὸς τὸν τῆς ὁσίας μνήμης Φλαβιανὸν, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν B Ἐφέσῳ συναθροισθέντας γραφέντα, ἄγαν συμφωνεῖ τοῖς παρ' ἡμῶν καὶ συγγραφεῖσι, καὶ ἐπ' Ἐκκλησίας κηρυχθεῖσιν ἀεί. Οὗ δὴ χάριν εὐθὺς ἐντυχὼν ὕμνησα τὸν φιλάνθρωπον Κύριον, ὅτι οὐ τὰς Ἐκκλησίας παντελῶς καταλέλοιπεν, ἀλλ' ἐφύλαξε τὸν τῆς ὀρθοδοξίας σπινθῆρα· μᾶλλον δὲ οὐ σπινθῆρα, ἀλλὰ πυρσὸν μέγιστον, ἱκανὸν ἐξάψαι καὶ φωτίσαι τὴν οἰκουμένην. Ἀληθῶς γὰρ τὸν ἀποστολικὸν ἐν οἷς ἔγραψε διεφύλαξε χαρακτῆρα, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους κηρυξάντων τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ μέντοι καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων ἁγίων Πατέρων, εὕρομεν ἐν τοῖς γράμμασι τούτοις· οἷς ἐμμένειν ὁμολογοῦμεν, καὶ τοὺς ἄλλο τι παρὰ ταῦτα C φρονοῦντας ἀσεβείας γραφόμεθα. Συνέταξα δὲ τοῖσδε μου τοῖς γράμμασιν μίαν τῶν εἰς τὴν Ἔφεσον παρ' αὐτοῦ πεμφθεισῶν ἐπιστολῶν, ἵνα ἐντυχοῦσα ὑμῶν ἡ μεγαλοφυΐα, τῶν παρ' ἡμῶν πολλάκις ἐπ' Ἐκκλησίας εἰρημένων ἀναμνησθῇ, καὶ γνῷ τῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν, καὶ μισήσῃ τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, καὶ τοὺς τὴν καινὴν αἵρεσιν κατὰ τῶν ἀποστολικῶν συντεθεικότας δογμάτων.

### ΡΚΒ'. — *Οὐρανίῳ ἐπισκόπῳ Ἐμέσης* (85).

Ὅτι μὲν συνεζεύχθημεν ἐν τοῖς γράμμασιν οἱ τῇ διαθέσει συνεζευγμένοι, λίαν ἥσθημεν. Οὐ νενοήκαμεν δὲ τὸ, ὅτι Οὐχ οὗτοι οἱ λόγοι μου; Εἰ μὲν γὰρ προσρήσεως χάριν εἴρηται μόνης, οὐκ ἀνιᾷ τὸ λεχθέν· εἰ δὲ συμβουλῆς ἀναμιμνήσκει σιγὴν παραινεσάσης, καὶ τὴν καλουμένην οἰκονομίαν, χάριν ὁμολο- D γοῦμεν, μὴ δεξάμενοι τὴν εἰσήγησιν. Ὁ γὰρ θεῖος Ἀπόστολος τἀναντία παρεγγυᾷ· «Ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως.» Καὶ ὁ Δεσπότης αὐτῷ γε τούτῳ τῷ κήρυκι· «Λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς.» Καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ· «Ἀναβόησον τῇ ἰσχύϊ σου, καὶ μὴ φείσῃ.» Καὶ τῷ Μωϋσῇ· «Καταβὰς διαμάρτυραι τῷ λαῷ τούτῳ.» Καὶ μέντοι καὶ τῷ Ἰεζεκιήλ· «Σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ· καὶ ἔσται, ἐὰν μὴ διαστείλῃ τῷ ἀνόμῳ,» καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα· περιττὸν γὰρ πρὸς εἰδότα μηκύνειν. Οὐ μόνον τοίνυν οὐκ ἀλύομεν, παῤῥησίᾳ χρησάμενοι, ἀλλὰ καὶ γαννύμεθα, καὶ

[29] II Tim. IV, 2. [30] Act. XVIII, 9. [31] Isa. LVIII, 1. [32] Exod. XIX, 21. [33] Ezech. III, 17.

(85) Apud Baron., t. VI, p. 107 seq. ad a. C. 449, eadem est epistola.

γεγήθαμεν (86), καὶ τὸν τούτων ἡμᾶς ἀξιώσαντα τῶν A παθημάτων ὑμνοῦμεν, καὶ μὲν δὴ καὶ τοὺς συνήθεις ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἀγῶνας παρακαλοῦμεν. Εἰ μὲν γὰρ ἴσασιν ἡμᾶς τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τῆς πίστεως μὴ φυλάττοντας, ἀλλ' ἐκκλίνοντας δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ, καὶ μισησάτωσαν, καὶ τῆς ἐναντίας γενέσθωσαν μοίρας, καὶ μετὰ τῶν πολεμούντων τετάχθωσαν. Εἰ δὲ τὴν ὀρθὴν τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος προσμαρτυροῦσιν ἡμῖν διδασκαλίαν, βοῶμεν πρὸς αὐτούς· «Στῆτε καὶ ὑμεῖς περιζωσάμενοι τὰς ὀσφύας ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, » καὶ τὰ ἑξῆς. Φασὶ γὰρ τὴν ἀρετὴν, οὐ μόνον σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ φρόνησιν, ἀλλὰ καὶ ἀνδρίαν ἔχειν, καὶ διὰ ταύτης κατορθοῦσθαι κἀκείνας. Καὶ γὰρ ἡ δικαιοσύνη εἰς τὸν κατὰ (87) τῆς ἀδικίας πόλεμον B δεῖται τῆς ἀνδρίας συμμάχου, καὶ ἡ σωφροσύνη συνεργῷ τῇ ἀνδρίᾳ χρωμένη τὴν ἀκολασίαν νικᾷ. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πρὸς τὸν Προφήτην ἔφη· «Ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται, καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.» Ὑποστολὴν δὲ τὴν δειλίαν ὠνόμασε. Ἔχου τοίνυν, ὦ φίλη κεφαλὴ, τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων. «Ἥξει γὰρ ὅσον ὅσον ὁ ἐρχόμενος, καὶ οὐ χρονιεῖ, καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, » καὶ ἐμφανήσεται ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια.

## ΡΚΓ'. — *Τῷ αὐτῷ* (88).

Καὶ μακρὰ ἡ ἐπιστολὴ, καὶ χαρίεσσα, καὶ τὸ τῆς ἀγάπης θερμόν τε καὶ γνήσιον ὑποφαίνουσα. Καὶ C τοσαύτης με θυμηδίας ἐνέπλησεν, ὥστε ἥκιστα μεταγνῶναι, ὅτι δὴ ἑτέραν ἔχειν ἐτόπασα διάνοιαν τὸ τῆς προτέρας προοίμιον. Τοῦ γὰρ νοῦ τῶν γραμμάτων ἡ ἄγνοια τὸν τῆς ἀδελφικῆς φιλοστοργίας ἀπεκάλυψε θησαυρὸν, καὶ τὸ τῆς πίστεως ἐδήλωσεν ἀκραιφνὲς, καὶ τὸν περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐγνώρισε ζῆλον. Τοῦ μέντοι προφήτου τοὺς λόγους καὶ πειρασμοὺς διενειμάμεθα, καὶ ἡ μὲν ὁσιότης σου τοῖς λόγοις ἐχρήσατο· ἡμεῖς δὲ ταῖς καταιγίσι καὶ τρικυμίαις βαλλόμεθα, καὶ κατὰ τῶν τὸ σκάφος ἐρεττόντων μετ' ἐκείνου βοῶμεν· «Φυλασσόμενοι μάταια καὶ ψευδῆ, ἔλεον αὐτῶν ἐγκατέλιπον.» Παρέξει δὲ ἴσως ὁ καὶ ἡμῶν κἀκείνου Δεσπότης, καὶ ἡμᾶς ἀναδῦναι, καὶ τοῦ κήτους ἀπαλλαγῆναι. Εἰ δὲ καὶ ζέον D ἐπιμείνῃ τὸ ῥόθιον, ἐλπίζομεν καὶ οὕτως τῆς θείας ἀπολαύσεσθαι προμηθείας, καὶ τῇ πείρᾳ μαθεῖν, ὡς ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται· καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς κινδύνους τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν ἐμέτρησε. Τὸν μὲν γὰρ θεῖον ἐκεῖνον προφήτην ἅπαντες καθῆκαν εἰς τὸ πέλαγος οἱ συμπλέοντες· ἐμοὶ δὲ καὶ τὴν τῆς σῆς ὁσιότητος παρέσχεν παραψυχὴν, καὶ μέντοι καὶ ἄλλων θεοφιλῶν ἀνδρῶν· οὓς τῆς Ὀνησιφόρου τοῦ θαυμασίου τυχεῖν εὐλογίας μετὰ τῆς σῆς φιλοθείας προσεύχομαι, ὅτι τὴν ἅλυσιν ἡμῶν οὐκ ἐπῃσχύν-

fiducialiter agimus, imo et gaudemus et lætamur, et illum laudamus qui his nos ærumnis dignatus est atque adeo familiares ad eosdem agones adhortamur. Etenim si nos sciunt apostolicam regulam non servare, sed ad dextram vel ad lævam deflectere, oderint certe, adversarumque sint partium, et illis aggregentur qui bellum contra nos gerunt. At si rectam evangelicæ prædicationis doctrinam nos tenere ipsi sunt testes, ad ipsos clamamus : « State, et vos, succincti lumbos vestros in veritate, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis [34], » et cætera. * Virtutem enim ferunt non solum temperantiam, et justitiam, et prudentiam complecti, sed etiam fortitudinem, et per hanc illas rite perficere. Justitia quippe ad debellandam injustitiam auxiliaria opus habet fortitudine, et temperantia ope nixa fortitudinis intemperantiam devincit. Propterea universorum Deus prophetæ ait : « Justus autem meus ex fide vivet; quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ [35]; » **1206** subtractionem appellans timiditatem. Adhæresce igitur, o charum caput, dogmatibus apostolicis : « Veniet enim post modicum aliquantulum qui venturus est, et non tardabit : et reddet unicuique secundum opera ejus. Præterit enim figura hujus mundi [36], » et rerum veritas manifestabitur.

## CXXIII. — *Eidem*.

Et prolixa fuit epistola, et urbana, flagrantisque ac germanæ index charitatis tuæ. Tanta autem lætitia me replevit, ut minime pœniteat, aliam me sententiam in prioris exordio conjectasse. Ignoratio enim sensus litterarum fraterni amoris thesaurum aperuit, et fidei sinceritatem ostendit, et pietatis zelum patefecit. Cæterum prophetæ verba et ærumnas inter nos divisimus, et sanctitas quidem tua verbis usa est, nos vero procellis et fluctibus jactamur, et adversus illos qui navim remis propellunt, cum ipso clamamus : « Qui custodiunt vanitates et mendacia, misericordiam suam dereliquerunt [37]. » Concedet autem fortasse et noster et illius Dominus, ut emergamus et nos, liberemurque a ceto. Quod si sæviens procella pergat, sic etiam divinæ providentiæ compotes futuros nos speramus, et experientia comperturos virtutem ejus in infirmitate perfici [38] : quia pericula ipsa cum infirmitate nostra commensus est. Etenim divinum illum prophetam nautæ omnes miserunt in mare : mihi vero et sanctitatis tuæ solatium præbuit, **1207** et aliorum etiam Deo dilectorum virorum. Quibus ut admirandi Onesiphori benedictionem una cum pietate tua consequantur opto, quia catenam meam non erubuistis, sed tribulationum, quas pro pietate passi sumus, participes fuistis. Hoc quidem, domine, sic

[34] Ephes. vi, 14. [35] Habac. ii, 4 ; Hebr. x, 38. [36] Hebr. x, 37 ; Rom. ii, 6 ; I Cor. vii, 7. [37] Jon. ii, 9. [38] II Cor. xii, 9.

(86) γεγήθαμεν N.
(87) Sic recte Ncap. A Sirmondo aberat κατὰ.
(88) Et hæc exstat epistola apud Baron. l. c., p. 108.

Digitized by Google

habeto : aliorum me Deo dilectissimorum * episcoporum eulogias ad me missas non accepisse : non quod eos qui miserant contemnerem, absit! sed quod necessarium victum ab eo interea sumerem, qui hunc etiam corvis abundanter suppeditat. Erga tuam vero pietatem tale nihil egi. Vicit enim revera charitatis ardor id quod mihi tandiu fuerat propositum. Nam et ex quo crevit inter nos consuetudo, vehementius incensam esse vim amoris persuasum habeat Deo dilecta anima tua.

### CXXIV. — *Maranæ scholastico.*

Ego quoque ecclesiasticas defleo calamitates, et incumbentem defleo tempestatem. Et mihi sane gratulor qui ex tumultibus evaserim, mihique grata fruar tranquillitate. Quos vero nunc etiam infestos esse eruditio tua scripsit, propediem eorum quæ inique nunc agunt pœnas luent. Omnia enim pondere ac mensura gubernat universorum Deus : et eum ad immodicam iniquitatem prolapsi quipiam fuerint, non amplius sustinet, sed judicem deinceps agens vindictæ pœnam irrogat. Quæ nos prospicientes, ut a nimia licentia desistant oramus, ne si pœnis affectos viderimus, lugere ipsos iterum cogamur. Admirabilitatis porro tuæ assidue recordamur, communemque Dominum, ut domum tuam benedictione repleat, oramus.

### 1208 CXXV. — *Aphthonio, Theodorito, Nonno, Scylacio, Aphthonio, Joanni, magistratum zeugmate gerentibus.*

Fidei vestræ firmum ac stabile robur cognovi, et animi lætitia repletus sum quam maxima. Cum enim corpus unum simus qui sempiternam Trinitatem adoramus, jure sane incolumibus membris cætera membra congaudent. Hoc et divinus ait Apostolus : « Si gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra [39]. » Congratulor ergo vobis, quod pro apostolicis dogmatibus decertatis, et celeberrimum illum Naboth [40] in præstantioribus æmulamini. Is enim pro vinea cædem iniquissimam pertulit, paterna privari abnuens hæreditate. Vos vero non vineas, sed divina dogmata defenditis, novamque et adulterinam * hæresin istam, ut quæ evangelicæ doctrinæ nitorem inficiat, aversamini, et sacrosanctæ Trinitatis numerum nec imminui nec augeri permittitis. Imminuunt quippe qui Unigeniti divinitati passionem applicant : augent vero qui alterum Filium inducere non dubitant. Vos autem in unum creditis Unigenitum, sicut in unum Patrem, et in unum Spiritum sanctum. In Unigenito vero incarnato assumptam spectatis naturam, quam a nobis acceptam pro nobis obtulit. Hujus enim negatio inanem reddit salutem nostram. Nam si impatibilis est Unigeniti divinitas (impatibilis

A θητε· ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ τῆς πίστεως ἡμῖν κεκοινωνήκατε θλίψεων. Τοῦτο μέντοι εὖ ἴσθι, δέσποτα, ὡς καὶ ἑτέρων μοι πεμψάντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εὐλογίαν οὐκ ἐδεξάμην· οὐχ ὡς ὑβρίζων τοὺς πεπομφότας, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὡς τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν τέως πορίζόμενος παρὰ τοῦ καὶ τοῖς κόραξι ταύτην ἀφθόνως παρέχοντος. Ἐπὶ δὲ τῆς σῆς φιλοθείας οὐδὲν τοιοῦτον πεποίηκα. Τῷ ὄντι γὰρ ἐνίκησεν ἡ τῆς ἀγάπης θερμότης τὸν ἐγγεγενημένον μοι τέως σκοπόν. Ὅτι γὰρ ἐξ οὗ τὰ τῆς συνηθείας ἡμῖν ηὐξήθη, καὶ τὸ φίλτρον σφοδρότερον ἐξήφθη, πειθέσθω ἡ θεοφιλής σου ψυχή.

### ΡΚΔ'. — *Μαράνᾳ σχολαστικῷ.*

Τὰς μὲν ἐκκλησιαστικὰς ὀλοφύρομαι κἀγὼ συμ- B φορὰς, καὶ τὸν ἐπικείμενον ὀδύρομαι κλύδωνα. Ἐμαυτῷ μέντοι συνήδομαι θορύβων ἀπηλλαγμένῳ, καὶ γαλήνης ἀπολαύοντι τῆς ἐρασμίας μοι. Οὓς δὲ καὶ νῦν ἀδικεῖν ἡ σὴ παίδευσις εἴρηκεν, οὐκ εἰς μακρὸν τίσουσι δίκας ὧν νῦν παρανόμως τολμῶσι. Σταθμῷ γὰρ ἅπαντα καὶ μέτρῳ πρυτανεύει τῶν ὅλων ὁ Κύριος· καὶ ὅταν τινὲς εἰς ἀμετρίαν παρανομίας ἐκπέσωσι, μακροθυμεῖ μὲν οὐκέτι, δικαστικῶς δὲ λοιπὸν ἐπιφέρει τὴν τιμωρίαν. Ταῦτα προορῶντες ἡμεῖς παύσασθαι αὐτοὺς τῆς ἀμετρίας εὐχόμεθα· ἵνα μὴ κολαζομένους ὁρῶντες πάλιν αὐτοὺς θρηνεῖν βιαζώμεθα. Τῆς δὲ ὑμετέρας θαυμασιότητος διηνεκῶς μνημονεύομεν, καὶ τὸν κοινὸν Δεσπότην ἀντιβολοῦμεν τὴν ὑμετέραν οἰκίαν εὐλογίας ἐμπλῆσαι.

### C ΡΚΕ'. — *Ἀφθονίῳ, Θεοδωρίτῳ, Νόννῳ, Σκυλακίῳ, Ἀφθονίῳ, Ἰωάννῃ, πολιτευομένοις ζεύγματος.*

Ἔγνων τῆς ὑμετέρας πίστεως τὸ σταθερόν τε καὶ βέβαιον, καὶ θυμηδίας ἐνεπλήσθην ὅτι μάλιστα πλείστης. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἓν σῶμα τελοῦμεν οἱ τῆς ἀϊδίου Τριάδος προσκυνηταὶ, εἰκότως δήπου τοῖς ὑγιαίνουσι τῶν μελῶν τὰ λοιπὰ συναγάλλεται μέλη. Τοῦτό φησι καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Εἰ δοξάζεται μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη. » Συνήδομαι τοίνυν ὑμῖν τῶν ἀποστολικῶν ὑπεραθλοῦσι δογμάτων, καὶ τὸν Ναβουθὲ (89) τὸν πολυθρύλλητον ἐκεῖνον ἐν τοῖς ἀμείνοσι μιμουμένοις. Ἐκεῖνος γὰρ ὑπὲρ ἀμπελῶνος τὴν ἀδικωτάτην ὑπέστη σφαγὴν, τὸν πατρῷον οὐ προέμενος κλῆρον. Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἀμπελώνων, ἀλλὰ D θείων ὑπερμαχεῖτε δογμάτων, καὶ τὴν καινὴν ταύτην καὶ κίβδηλον αἵρεσιν ἀποστρέφεσθε, ὡς τὸ καθαρὸν τῆς εὐαγγελικῆς θολοῦσαν διδασκαλίας, καὶ τῆς παναγίας Τριάδος τὸν ἀριθμὸν οὔτε μειοῦν οὔτε αὔξειν ἀνέχεσθε. Μειοῦσι μὲν γὰρ οἱ τῇ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς τὸ πάθος προσάπτοντες· αὔξουσι δὲ οἱ ἕτερον Υἱὸν ἐπεισάγειν τολμῶντες. Ὑμεῖς δὲ εἰς ἕνα Μονογενῆ πιστεύετε, καθάπερ εἰς ἕνα Πατέρα, καὶ εἰς ἓν ἅγιον Πνεῦμα. Ἐν δὲ τῷ σαρκωθέντι Μονογενεῖ τὴν ληφθεῖσαν θεωρεῖτε φύσιν, ἣν ἐξ ἡμῶν λαβὼν ὑπὲρ ἡμῶν προσενήνοχεν. Ἡ γὰρ ταύτης ἄρνησις φροῦδον τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ποιεῖ. Εἰ

[39] I Cor. xii, 26. [40] III Reg. xxi, 1 seqq.

(89) Sic haud dubie scribendum, quemadmodum et supra erat epi[illegible] Sirm. Ναουθὲ.

Digitized by Google

γὰρ ἀπαθὴς ἡ τοῦ Μονογενοῦς θεότης· ἀπαθὴς γὰρ A τῆς Τριάδος ἡ φύσις· τὸ δὲ πάσχειν πεφυκὸς μὴ προσομολογηθῇ παρ' ἡμῶν, μάτην θρυλλεῖται τὸ μὴ γενόμενον πάθος. Τοῦ γὰρ πάσχοντος οὐκ ὄντος, πῶς ἂν γένοιτο πάθος; Ἀπαθῆ μὲν γὰρ τὴν θείαν φύσιν κηρύττομεν. Συνομολογοῦσι δὲ τοῦτο κἀκεῖνοι παραπλησίως ἡμῖν. Πῶς ἂν οὖν γένοιτο πάθος οὐχ ὑποκειμένου τοῦ πάσχοντος; Δόκησις γὰρ ἀντὶ τῆς ἀληθείας, καὶ φαντασία φανήσεται τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας μυστήριον. Τοῦτον δὲ τὸν μῦθον Βαλεντῖνος, καὶ Βαρδησάνης, καὶ Μαρκίων, καὶ Μάνης ἐγέννησαν. Ἡ δὲ ἀνέκαθεν ταῖς Ἐκκλησίαις παραδοθεῖσα διδασκαλία ἕνα μὲν Υἱὸν καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν οἶδε Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ Θεὸν προαιώνιον, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν γενόμενον· γενόμενον δὲ B ἄνθρωπον τῇ προσλήψει τῆς ἀνθρωπότητος, οὐ τῇ τροπῇ τῆς θεότητος. Εἰ γὰρ τὴν εἰς ἀνθρωπείαν φύσιν ἡ θεία φύσις ὑπέστη τροπὴν, οὐκ ἔμεινεν ὅπερ ἦν· εἰ δὲ μή ἐστιν ὅπερ ἦν, ψευδῶς αὐτὸν καλοῦσι Θεὸν οἱ ταῦτα θρησκεύοντες. Ἀλλ' ἡμεῖς ἄτρεπτον ἴσμεν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, ὡς Θεὸν, καὶ τοῦ ὄντως Θεοῦ Υἱόν. Μεμαθήκαμεν γὰρ παρὰ τῆς θείας Γραφῆς, ὡς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καὶ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο (90), οὐκ εἰς σπέρμα Ἀβραὰμ μετεβλήθη, καὶ κεκοινώνηκε παραπλησίως ἡμῖν σαρκός τε καὶ αἵματος, καὶ ψυχῆς ἀθανάτου καὶ ἀμώμου. Ταῦτα διατηρήσας, ὑπὲρ μὲν τῶν ἡμαρτηκότων σωμάτων τὸ ἀναμάρτητον αὐτοῦ προσενήνοχε C σῶμα, ὑπὲρ δὲ τῶν ψυχῶν τὴν πάσης ἐλευθέραν κηλῖδος. Διά τοι τοῦτο καὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως ἔχομεν τὴν ἐλπίδα· τῇ γὰρ ἀπαρχῇ δήπουθεν κοινωνήσει τὸ γένος· καὶ καθάπερ τῷ Ἀδὰμ ἐκοινωνήσαμεν τῆς τελευτῆς, οὕτω δὴ καὶ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ κοινωνήσομεν τῆς ζωῆς. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμᾶς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐξεπαίδευσε. « Νυνὶ γάρ, φησὶ, Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο. Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Ταῦτα νῦν οὐ διδάσκων, ἀλλ' ἀναμνήσκων γράφω, καὶ συντεμεῖν σπουδάσας τῆς ἐπιστολῆς ὑπερέβην, ὡς οἶμαι, τὸν ὅρον. Ἐπιστεῖλαι δέ με προὔτρεψεν ὁ πάντα εὐσεβέστατος καὶ D θεοφιλέστατος πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης Μεκίμας, διὰ μὲν τὸν τῆς ἀγάπης νόμον ὁδὸν τοσαύτην ἐξανύσας, διδάξας δὲ ἡμᾶς τὸν τῆς ὑμετέρας θαυμασιότητος ζῆλον, καὶ αἰτήσας πυρσεῦσαι τοῦτον τοῖς γράμμασιν. Ἐγὼ τοίνυν καὶ τὴν αἴτησιν ἐδεξάμην, καὶ γέγραφα τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τὸν τῶν ὅλων ἱκετεύω Δεσπότην, φρουρῆσαι ὑμᾶς ἐν τῇ πίστει, καὶ κρείττους ἀποφῆναι τοῦ σινιάζοντος.

quippe est natura Trinitatis), et nos id quod pati potest non confiteamur, **1209** frustra jactatur passio, quæ nulla fuit. Patiens namque si desit, qui possit esse passio? Impatibilem porro divinam naturam prædicamus : atque hoc et ipsi perinde ac nos confitentur. Quo ergo pacto sit passio, cum patiens subsit nullus? Vana enim species pro veritate, et phantasma videbitur magnum incarnationis mysterium. Hanc vero fabulam Valentinus et Bardesanes, et Marcion et Manes pepererunt. At vetus Ecclesiis olim tradita disciplina unum Filium etiam post incarnationem novit Dominum nostrum Jesum Christum, et eumdem confitetur Deum ante sæcula, et hominem in fine dierum factum ; factum autem hominem assumptione humanitatis, non mutatione deitatis. Si enim humanam in naturam divina natura mutata est, non mansit quod erat : si autem non est quod erat, falso illum appellant Deum qui talia venerantur. At nos immutabilem scimus unigenitum Dei Filium, ut Deum, et veri Dei Filium. Ex divina enim Scriptura didicimus quod, cum in forma Dei esset, formam servi acceperit, et semen Abrahæ assumpserit, non in semen Abrahæ mutatus sit : quodque participaverit, sicut et nos, carnem et sanguinem, animamque immortalem et sine macula. Hæc cum servasset, pro corporibus quæ peccarant peccati expers corpus suum obtulit; pro animabus vero, animam ab omni peccato liberam. Propterea communis etiam resurrectionis spem habemus. Primitiis enim utique communicabit totum genus : et quemadmodum cum Adamo participes mortis fuimus, ita **1210** vitæ cum Christo Salvatore participes erimus. Quod aperte nos docuit divinus Apostolus : « Nunc vero, inquit, Christus resurrexit e mortuis, primitiæ dormientium : quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum : et sicut in Adamo omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur[41]. » Hæc autem ego non ut doceam scribo, sed ut revocem in memoriam. Et licet brevitati studuerim, epistolæ, ut opinor, modum excessi. Scribendi vero mihi auctor fuit undiquaque reverendissimus et religiosissimus presbyter et archimandrita Mecimas, qui charitatis lege ductus tam longum iter confecit, et, admirabilitatis vestræ zelum commemorans, petiit ut hunc ipsum litteris nostris accenderemus. Ego igitur et postulatis parui, et epistolam scripsi, et universorum Dominum oro, ut vos in fide custodiat, et excribrantis victores efficiat.

## ΡΚϚʹ. — Σαβινιανῷ ἐπισκόπῳ.

Ἐπῄνεσά σου τὴν ὁσιότητα, καταλιποῦσαν τὸν ἐπίφθονον θρόνον. Ὁ γὰρ πάλαι σεβάσμιος νῦν γέγονε καταγέλαστος· ὤνιον γὰρ αὐτὸν ἡμεῖς ἐποιή-

## CXXVI. — *Sabiniano episcopo.*

Sanctitatem tuam laudibus extuli, cum invidiosam cathedram reliquit. Quæ enim veneranda olim erat, nunc facta est ridicula : venalem quippe illam nos

[41] I Cor. xv, 20, 21.

(90) Recte sic Neap. Sirmond. habebat ἀπελάβετο.

Digitized by Google

fecimus. Miratus sum autem, postquam cognovi te ad eos qui ejecerant accurrisse. Nam contrarium te facere oportebat, ut rogatus gubernacula retinere, gubernationem refugeres, tanquam inimicis factis iis qui in eadem sunt navi. An ignoras, Deo dilectissime, ecquæ nos per sacros apostolos prædicans docuerit Salvator noster, et quænam modo celebranda sanxerunt apostolicorum **1211** dogmatum hæredes? Quis enim veterum doctorum, ex quo promulgatum est Evangelium, usque ad caliginem istam in qua versamur, audivit qui unam carnis divinitatisque naturam prædicaret, aut quis patibilem unquam ausus est Unigeniti divinitatem nominare? Atqui hæc nunc a nonnullis aperte et confidenter dicuntur, alii audita contemnunt, et taciturnitate scelus participant. Quid igitur facto est opus, dicet quispiam, iis qui ista detestantur? Alterutrum, inquam, ut aut propius manum conserant, et dogmatum falsitatem * refellant, aut fugiant tanquam aperte impiorum communionem. Nam et ego factam in me injuriam velut divinum beneficium excepi : non sane gratiam habens injuriæ auctoribus (quo enim pacto fratricidis et Caini partem amplexis?), sed Dominum meum laudibus efferens, qui me injuriam patientium sorte dignatus est, segregavitque ab iniquis et blasphemis, et amabilissimam mihi quietem concessit.

CXXVII. — *Jobio presbytero et archimandritæ.*

### **1336** CLXIII. — *Epistola prima* (33) *legatorum (Orientalium Calchedonem missorum, inter quos erat Theodoretus).*

Postquam Calchedonem (34) venimus (nam Constantinopolim neque nos, neque adversarii nostri intrare permissi sumus, propter seditiones bonorum monachorum), fama accepimus, quod ante octo dies priusquam compareremus (en gloriam pientissimi regis!), dominus Nestorius ab Epheso dimissus sit, ut eat quo liberet : unde valde doluimus, quandoquidem vere ea quæ illicite et absque judicio facta sunt, jam robur habere videntur.

Sciat autem vestra sanctitas nos promptos pro fide certamen inituros, et certare velle ad mortem usque. Exspectamus autem hodie, hoc est, undecima mensis Gorpiæi, transiturum pientissimum nostrum regem ad Rufinianum, et illic causam auditurum. Precetur igitur vestra sanctitas ut Dominus Christus nos adjuvet, quo valeamus sanctorum Patrum fidem roborare, et in damnum sanctæ Ecclesiæ exorta capitula radicitus discerpere. Eadem ut et vestra sanctitas sentiat ac faciat, obsecramus, maneatque in sua pro fide orthodoxa alacritate.

Porro cum scripta esset epistola, nondum occurrerat nobis dominus Himerius : nam fortassis impeditus est in itinere. Cæterum nihil vos turbet. Speramus enim tristia exstinguenda, et veritatem effulsuram, modo vestra pietas strenue nos adjuvet.

### CLXIV. — *Altera eorumdem epistola intempestive de victoria gloriantium, ad eosdem* (35).

Precibus sanctitatis vestræ datus est nobis ac-

D

(22) Exstat hæc ipsa epistola iisdem verbis inter acta concilii quinti Constantinopolitani collat. 5, apud Mansi in Collect. concil. ampl., tom. IX, p. 293, qui eam e Baluzii editione expressit. Alia Latina interpretatio est in Synodico a Baluzio edito, c. 20, quam vid. in eadem Mans. Collect., t. V, p. 787.

(23) Sic veteres libri apud Baluz., vulg. *vero*.

(24) *Disrumpi* habebant iidem libri.

(25) *Magis his autem*, s. *magis autem*. Illud codex Bellovacensis, hoc Parisiensis habet apud Baluzium.

(26) Sic apud Mans., Garn. *refecerit et conjunxerit*.

(27) *Bellati* (Paris. *Bella*) *Moyse et Aaron, fam ejus*. Sic Bellov.

(28) *In Nichomedia* Paris. apud Baluz.

(29) Vett. libri apud. Baluz. *Ecclesia*.

(30) *Æmula* Paris.

(31) *Magis vero* Mans.

(32) Plura adduntur in Synodico, l. c.

(33) Eamdem interpretationem hujus epistolæ habent acta concilii Orientalium Ephesini in Mansiana Collectione, t. IV, p. 1406 seq., aliam in Synodico, c. 26, t. V, Collect. Mans., p. 794. In quibusdam vett. libris ita inscribitur : *Sanctissimæ et sapientissimæ synodo, quæ in Epheso, Joannes, (Joannes) Paulus, Macarius. Apringius, Theodoritus, (Helladius), in Domino salutem.*

(34) *Chalcedonem* Mans.

(35) Hæc quoque exstat in actis commemoratis apud Mansi, t. IV, p. 1411 ; itemque ex alia interpretatione in Synodici c. 27, p. 795

Digitized by Google

cessus ad pientissimum regem nostrum, divinaque gratia his, qui diversa sentiunt, in certamine superiores facti sumus; quia omnia quidem nostra accepta fuere apud Christi amantissimum regem. Lecta autem sunt oblata ab aliis, et quæ visa sunt indigna, ut reciperentur, neque ullam consequentiam habebant, rejecimus. Cyrilli enim sursum ac deorsum memores erant, orabantque illum accersiri, ut ipse pro seipso rationem redderet. Usque in præsentem diem non obtinuerunt (36), sed audierunt quod oportebat (37) sermones de pietate, hoc est, de religione (38) fidei, et confirmari fidem (39) beatorum Patrum.

Redarguimus et Acacium, qui in Commentariis posuerat, passibilem esse Deitatem. Quod usque adeo gravatim tulit pius rex noster, ut excuteret pallium, et retrorsum cederet præ blasphemiæ magnitudine. Scimus autem et totum consistorium nos valde habere acceptos, quod pro pietate certamus.

Visum igitur est pientissimo nostro regi ut unusquisque suum sensum exponat, et suæ pietati offerat. Respondimus autem nos quod impossibile est fieri aliam expositionem, quam ea, quæ in Nicæa a beatissimis Patribus facta est: et placuit ejus majestati. Proposuimus igitur illam, in qua vestra sanctitas subscripsit.

Cæterum omnis populus Constantinopolitanus jugiter ad nos venit, orans ut strenue pro fide pugnemus; multumque laboramus ad retinendum eos, ne videamur occasionem dedisse adversariis. Misimus autem exemplar expositionis, ut duo exemplaria fiant, duobusque illis subscribatis.

**1337** CLXV. — **Eorumdem Epistola ad eosdem* (40).

Dominis maxime honorabilibus et pientissimis episcopis, qui in Epheso sunt, Joannes (40*), Himerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus.

Quinto accessus nobis contigit; et quamvis multum de hæreticis capitulis disceptaverimus, juraverimusque sæpius pientissimo regi, quod impossibile sit nobis communicare his qui diversa sentiunt, si nondum exploserint capitula; et quod Cyrillus, etiamsi rejecerit capitula, a nobis suscipiendus non sit, eo quod ipse tam impiæ hæreseos hæresiarches factus sit: nihil tamen profecimus, eo quod et adversarii instarent, et auditores hos tam impudenter obluctantes non compescerent, nec cogerent eos, ut ad inquisitionem et colloquium venirent. Hac enim via effugiunt, ne capitula examinentur, et de his disputari prorsus non sinunt.

Nos autem propter vestras preces usque ad mortem instare parati sumus; et neque Cyrillum suscipere, neque capitula ab eo exposita, neque illis communicare, priusquam explodantur, quæ male fidei adjecta sunt.

Obsecramus igitur (41) vestram sanctitatem, ut sapiatis eadem quæ **1338** nos, eumdemque laborem ostendatis. Certamen enim nobis pro religione est, quam solam habemus spem, et propter quam exspectamus fruituros nos benignitate Salvatoris nostri futuro sæculo.

* De pientissimo et sanctissimo episcopo Nestorio sciat vestra pietas, quod studuerimus quidem sermonem de illo inserere: sed nunc usque (42) non potuimus, eo quod omnes, vel ad ipsum nomen, hostiliter afficiuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametsi res sic se (43) habeant, per opportunitatem temporis, ac auditorum benevolentiam, etiam hoc facere, siquidem nostro proposito Deus cooperatus fuerit.

Porro ut vestra sanctitas etiam hoc non ignoret; scitote quod videntes Cyrillianos tyrannide, et fraudibus, et adulatione, et donis omnes, ut ita dicam, decepisse, non raro pientissimum regem, et magnificentissimos principes obsecravimus, ut et nos ad Orientem dimitteremur, et vestra pietas ad propria remigraret. Cognoscimus enim quod in vanum moras nectimus, et instituta non perficimus, eo quod Cyrillus ubique fugit colloquium nostrum, conscius sibi, blasphemias, quas in duodecim capitulis suis edidit, manifeste redarguendas.

Placuit autem pientissimo regi post multas adhortationes, ut singuli ad propria redeamus, ad hoc, ut et Ægyptius et Memnon Ephesinus in suis locis maneant. Sic enim poterit Ægyptius omnes excæcare muneribus suis; sic ut ille quidem, cum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat; iste vir innocens vix ad suam mansionem dimittatur.

Omnem quæ vobiscum est, fraternitatem, et nos, et qui nobiscum sunt, plurimum salutamus.

CLXVI. — *Prima petitio* (44) *legatorum ex Calchedone* (45) *ad imperatorem missa.*

Optandum erat (46), ne a quopiam ullo (47), in expositionibus absurdis, sermo pietatis adulteraretur; maxime autem, ne ab his qui sacerdotium præfecturamque Ecclesiarum sortiti sunt: quos, nescimus quomodo, præsidendi cupiditas et ambitio,

(36) Sic recte, quod et interpretatio in Synodico confirmat. Mans. *obedierunt.*

(37) Add. *moveri*, quod est in Synodico, aut simile.

(38) *Ratione* Mans.

(39) *Et firmatam esse fidem.* Mans.

(40) Est in iisdem actis Ephesinis apud Mansi, t. IV, p. 1420 seq. et alibi; in Synodico quoque, c. 31, p. 801, ex alia interpret.

(40*) *Joannes* add. Mans.

(41) *Et* addit Mans.

(42) *Usque* abest a Mans.

(43) *Se* abest a M.

(44) In iisdem actis est a Manso edita, t. IV, p. 1401 seq. Alia interpretatio in Synodici c. 32, p. 802 seq. Mans.

(45) *Chalcedone* Mans. Synod.

(46) In eumdem sensum Synod. *Votivum fuerat.* Mans. *Orandum erat.*

(47) *Alio.* Mans. Synod.

Digitized by Google

frigidæque promissiones quædam, ad contemnenda semel omnia Christiana mandata induxerunt; idque hoc solo animo, ut serviant viro, qui præsumit ac sperat se et auxilium sibi ferentes omnia recte gesturos, dicimus Alexandrinum Cyrillum; qui sola nugacitate in sanctas Dei Ecclesias hæretica introduxit dogmata, eaque confidit se argumentis comprobaturum; et correctionem peccatorum effugere, solo Memnonis et prædictæ conspirationis episcoporum ministerio, speravit.

Quapropter nos, qui silentium alioqui amamus, et in cæteris philosophice agendum censemus, nunc silentium et ejus sapientiæ studium, fidei jacturam intelligentes, ad vos solos post supernam virtutem orbis servatores, precando vertimur: quandoquidem scimus pro pietate sollicitudinem vobis peculiariter convenire; utpote iis, qui eam usque in hoc tempus custodierint, vicissimque per illam custodiantur.

Supplices (48) autem hos libellos offerimus, tanquam coram sanctissimo Deo exhibenda esset nostra excusatio; non quod pro religione minus alacres fuerimus, sed pietati studentes, et pro ea sermonem facientes. Nihil enim est quod Christianorum temporibus sacerdotes magis facere debeant (49), quam ut coram tam fideli rege testimonium ferant; etiamsi parati essemus vitam ac corpora nostra, in fidei (50) discrimine, millies exponere.

**1339** Idcirco per (51) Deum (qui videt omnia); et per Dominum nostrum Jesum Christum (qui judicaturus est omnes in justitia); et per Spiritum sanctum (cujus gratia regnum gubernatis); et per electos angelos (qui vos custodiunt, quosque (52) assistentes videbitis terribili throno, et horrendam illam sanctificationem semper Deo offerentes, quam nunc quidam adulterare nituntur), pietatem vestram (quæ vafricie quorumdam obsidetur, aditum ad ipsam adimentium (53) et hæretica capita fidei introducta stabilientium, quæ omnino a sanis dogmatibus aliena sunt, et cum hæreticis opinionibus conveniunt) obsecramus, ut si quis illis vel subscribat (54), vel consentiat, et post promissam a vobis veniam contendere ultra velit (55); præcipiat (56) illum in medium venire, et ecclesiasticis pœnis subjacere (57).

Nihil enim, o rex, magis regium fuerit, quam

A pugnare pro pietate (58), pro qua et cum Persis et cum aliis Barbaris prælia committere festinasti, reddente tibi Christo pulchras victorias, pro hac tua in ipsum alacritate.

**1340** Obsecramus autem ut fiant, apud pietatem tuam, quæstiones in scriptis: sic enim facilius dignoscentur, et in omne posterum tempus reprehendentur peccantes. Si quis autem negligens sermones, pro quibus delinquens fuit, voluerit, per præceptum, rectæ fidei prævalere (59), tuæ justitiæ ac judicii fuerit attendere, num ipsam quoque doctorum appellationem (60) abjecerint * ii, qui de dogmatibus quæ introducunt (61), periclitari gravantur, prædictis subjici nolentes, ut non redarguantur impie egisse; neque ea refutatione digna pu-
B tantes (62), ut mutua eorum conspiratio non habeatur inutilis.

Jam enim per ordinatos manifestum est quosdam ex illis, pro hac impietate, meditatos esse, ut dignitatibus concessis nonnullos demereantur, et alios quosdam modos excogitasse. Et id manifestius exsistet (63), et videbit eos pietas tua, non multo post, proditionis suæ mercedem, quasi spolia fidei Christi, distributuros.

At nos, ex quibus quidam (64) a pientissimo Juvenali Hierosolymorum episcopo olim ordinati, siluimus, quamvis pro canonibus certandum esset, ne videremur nostræ gloriæ causa dolere. Neque nunc quoque illius studia, et præstigias tales, per Phœ-
C nicem secundam et Arabiam, ignoramus (65). Sane de illis nobis non vacat curam habere, ut (66) qui civitatibus ipsis, quarum nobis ministerium contraditum est, atque adeo vita nostra destitui maluimus, quam ista pro fide promptitudine (67). Verum adversus illorum conatus, Dei ac vestræ pietatis judicium opponemus.

Nunc autem oramus, ut una ac primaria pietas curetur; et ne orthodoxæ religionis splendor, qui vix tandem sub sancti nominis Constantino irradiavit, et per beatissimos avum et patrem vestræ pietatis confirmatus est, a tua autem majestate etiam in alias Barbaras gentes et in Persarum gentem prorogatus est, nunc in ipsis regiæ aulæ penetralibus languescat, et apud vestram turbetur sereni-
D tatem.

Non enim duplices in Persidem, o rex, mittes

(48) In idem verbum consentit Synod. *Suspensos* est apud Mans.
(49) *Deceat* M. in margine.
(50) *Fideli* M. in margine.
(51) *Propter* M. Cæterum ea, quæ sequuntur, sic, uti fecimus, corrigenda esse et interpungenda, facile quisque viderit; quanquam perturbatum esse hunc locum in interpretationibus, vel ea, quæ in Synodico est, doceat. *Horrendam sanctificationem* alludere ad trisagium, Isa. VI, 3, nec ego cum Garnerio dubito.
(52) *Quos* M.
(53) *Id re ipsa adiment.* M.
(54) *Obsecravimus ut vel si quis illis subscribat* M.
(55) *Nolit* M.
(56) *Præcipias* M.
(57) Addit Mans. *quo pugnare pro pietate melius possis.*
(58) Hæc: *quam pugn. p. piet.* absunt a Mans. qui etiam habet: *pro quo.*
(59) In Græco forte erat, δι' ἐντολὴν, τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐπικρατεῖν, quasi diceret, non ratione, sed mandato, rectæ fidei dominari. Garn.
(60) *Et ipsam d. app.* M.
(61) *Q. d. d. introducunt, p. g. et p. s. m.* Mans.
(62) *Neque refutare ea digna p.* Mans.
(63) *Obsistet* Mans.
(64) *At ex nobis quidam* Mans.
(65) *Et nunc quoque... non ignoramus* M.
(66) *Ut* abest a Mans.
(67) *Amplitudine* Garn.

Digitized by Google

Christianismi doctrinas; neque nostra magnum A aliquid erunt, nobis discordia laborantibus, nemineque exsistente apud illos, qui dijudicet; neque quis geminis communicabit verbis et sacramentis; neque certe pie a tantis Patribus et incondemnatis sanctis desciscet. Sed neque regni commoda tribuenda erunt his, qui diversa inter se sentiunt; neque parvus inde risus (68) pietatis hostibus excitabitur; et innumera alia malignæ contentionis ipsorum quis enumerarit nocumenta?

Si quis autem est qui parvifaciat cœlestium rationem, talis sit potius quicunque olim, quam is, cui omnem orbis potestatem Dominus dedit. Nostræ autem preces sunt, ut judicium a tua pietate accipiamus: mentem enim tuam ad exactam eorum, quæ inquiruntur, comprehensionem Deus inducet. B

Demum, si quid nunc prohiberet (neque enim tuæ pietatis negotia omnia nota esse possunt), petimus a tua serenitate, ut ad propria tuto et feliciter commigrare nobis liceat. Nam videmus civitates nobis commissas ex tali mora non parum offendi, propter eos, qui etiam in rebus piis, ut videtur, contentionem quærunt, nulla inde proveniente utilitate.

CLXVII. — *Altera eorumdem petitio* (69) *e Calchedone* (70) *ad Theodosium Augustum missa.*

Sæpenumero pietatem vestram, et per nos ipsos, et per eos, qui a nobis missi sunt, docuimus, quod rectæ fidei dogma corruptioni obnoxium videatur, et quod ii discerpere videantur Ecclesiæ corpus, C qui omnia susque deque **1341** faciunt, et omnem ecclesiasticam constitutionem, omnemque regiam legem conculcant, universaque simul confundunt (71), ut expositam hæresim a Cyrillo Alexandrino confirment.

Nam ubi (72) a vestra pietate in Ephesum vocati sumus, ad inquirendas (73) quæstiones, quæ pullularunt, et ad confirmandam fidem evangelicam et apostolicam a sanctis Patribus expositam, nondum omnibus præsentibus convocatis episcopis, ii qui particulare concilium habuerunt, hæretica illa capita, quæ cum Arii, et Eunomii, et Apollinarii impietate conveniunt, scriptis commentariis roborarunt. Et alios quidem deceperunt; alios vero terruerunt; alios autem de hæresi accusatos in D communionem susceperunt, et aliis, qui non communicabant, mercedem, ut communicarent, dederunt; alios demum spe honorum (74), quibus indigni erant, accenderunt: et ita sibi multitudinem congregarunt, quasi nescientes, quod piam religionem non multitudo, sed veritas ostendit.

Iterum lectæ sunt vestræ pietatis litteræ per magnificentissimum comitem Candidianum, significantes quod pacifice et fraterne quæstiones, quæ nuper exortæ sunt, inquirantur; verum convenientibus omnibus pientissimis episcopis, nihil profuit lectio.

**1342** Venit nobilis Palladius Magistrianus, alias vestræ majestatis litteras afferens, docentes rescindenda esse omnia quæ particulariter constituta fuerant, et concilium denuo congregandum, verumque dogma sanciendum. Contemptum est autem et hoc, more solito, pium vestrum mandatum ab his, qui omnia audent.

* Advenit rursus magnificentissimus magister Joannes, qui tunc comes omnium largitionum, alias iterum afferens litteras, significantes, quod a vestra majestate trium depositiones decretæ sunt, tollendaque e medio suborta offendicula, solamque fidem in Nicæa expositam a sanctis et beatis Patribus, ab omnibus confirmandam. Transgressi sunt, ut solent, et hanc legem ii, qui omnia pro ludibrio habent.

Enimvero nec post lectionem a cœptis destiterunt, et communionem habuere cum depositis, memineruntque (75) eorum, tanquam episcoporum, non permittentes ut capitula ista, in damnum et corruptionem piæ fidei exposita, exploderentur; tametsi a nobis ad colloquium sæpius accersiti fuerint. Habebamus enim in promptu hæreticorum capitulorum argumenta.

Horum nobis testis est magnificentissimus magister, qui nobis et illis tertio ac quarto convocatis, et hæc nec prætendere audens, propter illorum inobedientiam, operæ pretium duxit posthac huc nos vocare.

Advenimus nihil remorati, nec quievimus, cum huc pervenimus (76), et apud vestram pietatem, et apud illustre consistorium, obsecrantes, ut ipsi certamen hoc pro capitulis susciperent, ac in colloquium venirent, vel ea tanquam aliena a recta fide exploderent, manentes in sola expositione fidei beatorum Patrum, qui in Nicæa convenerunt (77).

Et hi quidem nihil horum facere voluerunt; sed manentes in hæretica contentione, permissi sunt ecclesias frequentare, et sacerdotio fungi: nos vero synaxi destituti mansimus tanto tempore, et in Epheso, et hic (78) nunc; innumeraque pericula et illic et hic pertulimus: et cum lapidaremur, et tantum non perderemur a servis, monachorum habitu indutis, boni consuluimus, utpote pro pietate talia libenter perferentes.

Post hæc visum est vestræ majestati, ut iterum nos ac illi convocaremur, ut (79) ad inquirenda dogmata inobedientes compellerentur. Hæc ut fierent, nobis exspectantibus, vestra pietas in civitatem

(68) *Usus* Mansi in textu, in margine, *ausus*.
(69) Est l. c. apud Mansi t. IV, p. 1403 seq., ex alia versione in Synod. c. 34.
(70) *Chalcedone* M.
(71) *Confuderunt* Mans.
(72) *Ut* Mans.
(73) *Inquirendum* Mans.
(74) *Honoris* habebat vulg. textus.
(75) *Et meminerunt* Mans.
(76) *Donec huc perveniremus* Mans. Sed Garn. lectio etiam cum Synodico magis consentit.
(77) *Convenerant* Mans.
(78) *Hic* abest a Mans.
(79) *Et* addit Mans.

Digitized by Google

profecta est, et eos quidem, qui de hæresi accusabantur, et propter hoc, alios ex his depositos a nobis, alios vero excommunicatos, et deinde canonicis pœnis subjiciendos; præcepit in civitatem venire, sacerdotio fungi et ordinare (80). Nos vero, qui pro pietate tantum certamen suscepimus, et pro rectis dogmatibus nullum non periculum sustinuimus, neque ingredi in civitatem jussit, ut fidei periclitantis negotium ageremus, et pro rectis dogmatibus urgeremus, neque ad propria remigrare permisit; sed sumus in Calchedone (81) tristes, et gementes in Ecclesia, quæ exercetur schismate.

Idcirco qui nullum responsum obtinemus, necessarium duximus ut præsentibus litteris doceremus vestram pietatem, coram Deo et Christo ipso ac sancto Spiritu, quod si quis ordinatus fuerit (antequam discutiantur recta dogmata) ab his qui hæretica sentiunt, necesse sit ut tota Ecclesia scindatur, tam clero, quam plebibus dissidentibus. Nullus enim piorum feret hæretica colentibus communionem dari, propriamque salutem annihilari.

Ubi autem hæc, quæ futura sunt, evenerint, tunc (82) vestra pietas præter suam mentem agere cogetur. Nam et schisma præter sententiam invalescet, et eos, qui pro pietate certant, contristabit, non ferentes, ut suæ animæ pereant, et constent contentiosis **1343** impia Cyrilli dogmata, quæ justificare volunt.

Multi autem, qui pietati student, Cyrilli dogmata admitti non sinent: neque vero sinemus, qui sumus omnes nos ex Orientali diœcesi, vestræ provinciæ, ex diœcesi Ponti, et Asiæ, et Thraciæ, et Illyrici, et Italiarum, qui et vestræ pietati librum beatissimi Ambrosii miserunt (83), adversa pullulanti huic superstitioni docentem.

Quapropter ne hoc eveniat, et vestra pietas magis conturbetur, supplicamus, precamur, obsecramus, ut edicat, ne ordinatio antea fiat, donec orthodoxa fides formetur, propter quam nos congregavit vestra, quæ Christum amat, celsitudo.

CLXVIII.—*Tertia eorumdem postulatio* (84) *e Calchedone ad imperatores missa.*

Non hunc eventum sortituram vestræ pietatis exspectabamus evocationem: vocati enim honeste sumus, tanquam sacerdotes a rege, et vocati sumus ad confirmandam sanctorum Patrum fidem: propterea etiam, tanquam pio regi obedituri, advenimus. Ubi autem venimus, neque Ecclesiam minus secuti sumus, neque **1344** vestrum contempsimus edictum; sed vestros nutus secuti sumus con-

A tinue ab eo die, quo Ephesum pervenimus, usque in hodiernum.

Verumtamen ut videtur, nihil nobis profuit in hoc sæculo modestia nostra; imo etiam plurimum, ut videmus, obfuit. Nam nos quidem, qui sic nos habuimus, * usque in præsentem diem Calchedone detenti sumus (85), nunc autem ad propria dimittimur. Hi vero, qui omnia confuderunt, et orbem turbis impleverunt, et Ecclesias discerpere contendunt, et pietatem manifeste oppugnant, sacerdotio funguntur, ecclesias congregant, et, ut putant, auctoritatem ordinandi habent, nimirum illicite ab illis petitam; seditiones in Ecclesia excitant; quæ expendenda in usus pauperum, in suos insumunt milites.

B Cæterum non illorum tantum, sed et noster rex es. Non enim parva portio regni tui est Oriens, in quo semper recta fides refulsit, et cum hoc etiam aliæ provinciæ et diœceses, e quibus congregati fuimus.

Proinde ne despiciat vestra majestas fidem, quæ adulteratur, in quam et vos baptizati estis, et vestri progenitores; in quam Ecclesiæ fundamenta sunt jacta; propter quam sanctissimi martyres innumera mortis genera cum voluptate susceperunt; cum qua et Barbaros vicistis, et tyrannos destruxistis; qua et nunc opus habetis in bello, quo Africam premitis. Futurus (86) est enim Deus omnium commilito vester, si pro piis ejus dogmatibus laboraveritis, et prohibueritis corpus Ecclesiæ disrumpi:
C disrumpetur (87) enim, si opinio, quam Cyrillus fidei superinduxit (88) et alii hæretici confirmarunt, invalescat.

Hæc sæpe quidem coram Deo, et in Epheso, et hic testati sumus, et vestram pietatem docuimus, rationem illius, ut coram omnium Deo, reddentes. Hoc enim exigit a nobis, sicut divinæ Scripturæ, propheticæ et apostolicæ, docent. Etenim beatus Paulus clamat: « Testificor coram Deo, qui mortuos vivificat, et Domino nostro Jesu Christo, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem [82]. » Et Ezechieli præcepit Deus, ut annuntiet populo; et minas adjicit, dicens: « Nisi annuntiaveris, sanguinem ejus de manu tua requi-
D ram [83]. »

Timentes itaque hoc judicium, necessarium existimamus iterum docere vestram majestatem, quod ii, qui permissi sunt Ecclesias habere, in ecclesiis docent, quæ Apollinarius, et Arius, et Eunomius: illegitime et contra canones sacerdotio funguntur, et animas occidunt eorum, qui ad se accedunt, si

[82] I Tim. VI, 13. [83] Ezech. III, 18.

(80) *Ut in c. venirent, sacerd. fungerentur et ordinarent.* M.

(81) *Chalced.* Mans.

(82) *Ubi a. hæc futura sunt, tunc*, etc. M.

(83) *Et omnes nos, qui ex orientali diœcesi et vestræ provinciæ, ex diœcesi Pont. et As. et Thr. et Ill. et Italiarum, Cyrilli dogm. adm. n. sinent, qui et vestræ*, etc. Sic Mans.

(84) Et hæc est in actis illis apud Mansi, t. IV, p. 1405 seq., et in Synod., c. 35, t. V, p. 808 seq.

(85) *Tenti conservati sumus.* Mans.

(86) *Futurus* abest a Mans.

(87) *Disrumpitur* Garn.

(88) *Induxit* Mans.

Digitized by Google

quis tamen ipsos (89) volet audire. Nam per Dei gratiam (90), cui omnium hominum cura est, et qui omnes vult servari, maxima pars populi sana est, et pro piis sollicita dogmatibus : propter illos maxime dolemus.

Et quia cruciamur, timentes ne paulatim serpens morbus plures comprehendat, communeque malum fiat, hæc nos vestram serenitatem docemus et docere non desistimus, et precamur vestram majestatem, ut nostris precibus annuat, et nihil sinat adjici ad fidem sanctorum Patrum, qui in Nicæa congregati fuerunt.

Quod si, et post hanc nostram obsecrationem, hanc, quæ coram Deo data est, doctrinam non susceperit vestra pietas, nos etiam pulverem pedum excutiemus, et clamabimus cum beato Paulo : B « Mundi sumus a sanguine vestro [84]. » Non enim cessamus nocte et die, ab eo die, quo in hanc celebrem synodum advenimus, et regi, et principibus, et militibus, et sacerdotibus, et laicis testari, ne amittamus traditam nobis a Patribus fidem.

**CLXIX.—*Epistola Theodoreti episcopi Cyri e Calchedone ad Alexandrum Hierapolitanum scripta* (91).**

Nullum humanitatis, nullum asperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus **1345** omisimus, quo apud pientissimum regem et illustre consistorium non simus usi, testificantes coram Deo, qui omnia videt, et Domino nostro Jesu Christo, qui judicaturus est orbem in justitia [85]; et Spiritu C sancto, et electis ejus angelis : ne contemnatur fides, quæ ab his, qui hæretica dogmata suscepere et his subscribere ausi fuere, adulteratur ; et ut præcipiatur, solam exponendam sicut in Nicæa, et abjiciendam superinductam hæresin ad damnum et perniciem pietatis : et usque in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nunc huc, nunc illuc auditoribus sese ferentibus.

Attamen nos nihil horum dehortari potuit, ut ab urgendo propositum desisteremus, sed persecuti sumus causam, Dei gratia. Cum juramento enim pientissimo nostro regi suasimus, quod impossibile sit, nobis Cyrillum et Memnonem conciliari, et quod fieri nequeat, ut illis communicemus, qui D non antea ejecerint hæretica capitula.

Itaque nos quidem hanc habemus mentem : studium autem est his, « qui sua ipsorum quærunt, non autem quæ Jesu Christi [86], » ut reconcilientur eis, præter mentem nostram. At non est nobis ejus rei cura. Deus enim nostrum propositum exigit, et A virtutem explorat, neque supplicia **1346** irrogat propter ea, quæ præter mentem fiunt.

De amico autem sciat tua sanctitas quod, si quando ejus faceremus mentionem, vel apud pientissimum regem, vel apud illustre consistorium, defectionis notabamur : tantæ sunt eorum, qui intro sunt, erga illum inimicitiæ. Et hoc est molestissimum. Pientissimus rex præ omnibus aliis aversatur nomen, manifeste dicens : De hoc mihi nullus loquatur. Specimen enim semel ipse dedit. Attamen dum hic sumus, non cessabimus omni virtute, et ejus patris curam gerere, scientes factam illi ab impiis injustitiam.

Nobis quoque studium est, ut hinc liberemur, et vestra liberetur pietas. Nihil enim hinc boni sperandum, eo quod judices ipsi omnes auro confidant, et contendant unam esse naturam deitatis et humanitatis.

Populus autem omnis gratia Dei bene habet, et jugiter ad nos egreditur. Incepimus autem ipsis etiam disserere, et celebravimus communiones maximas, et quarto illis enarratum est precibus tuæ pietatis de fide ; et tanta audierunt voluptate, ut usque ad horam septimam non discesserint (92), sed perduraverint usque ad æstum solis. In aula enim maxima, et quatuor habente porticus, multitudo congregata fuit, et nos superne concionabamur e suggestu prope tectum.

Verum clerus omnis cum bonis monachis valde nobis erat infensus, ita ut fieret collapidatio, quando a Rufinianis post adventum pientissimi imperatoris rediremus, et vulnerarentur a laicis et falsis monachis, multi qui nobiscum erant (93).

Noverat autem rex pientissimus, quod multitudo congregaretur contra nos (94), et solis nobis occurrens, dicebat : Novi quod male congregamini. Dicebam autem ei : « Quia dedisti fiduciam loquendi, cum venia audi. Justum est hæreticos quidem excommunicatos in ecclesiis agere ; nos vero, qui pro fide certamus, et propter hoc ab aliis communionis exsortes facti sumus (95), non intrare in ecclesiam? Et ille respondit : Et ego quid faciam? Respondi igitur illi : Quod fecit magister tuus comes largitionum in Epheso. Ille enim ut invenit nonnullos congregari, nos autem non congregari, compescuit eos dicens : Si non fueritis pacifici, non concedam uni parti congregari. Et oportebat etiam tuam pietatem præcipere hic episcopo, ne permitteret, neque illis, neque nobis congregari, donec conveniamus, ut justa tua sententia omnibus nota fiat.

[84] Act. xviii, 6 ; xx, 26. [85] II Tim. iv, 1. [86] Philipp. ii, 21.

(89) *Si q. et ipsos volet aud.* M.
(90) *Divinum grat.* M.
(91) In actis Orientalium Ephesinis legitur hæc interpretatio, p. 1407 seq., tomi IV Mans. Collect., alia in Synodic., c. 30, t. V, p. 799 seq.
(92) *Discederent* Mans.
(93) *Multi ex laicis et falsis monachis, qui nobiscum erant.* Sic Mans. Sed vel Garnerii lectio retinenda est, vel, accommodate ad Synodicum, legendum : *Multi e laicis, qui nobisc. erant, et falsis mon.*
(94) *Ad nos* non dubitem substituere; quod et contextus docet et Synodicon.
(95) *Exsort. factos* Mans.

Digitized by Google

Ad hæc dicebat : Equidem episcopo imperare A non possum. Itaque respondi ego : Igitur neque nobis imperes, et accipiemus ecclesiam, et congregabimur : et cognoscet tua pietas, quod multo plures nobiscum sunt, quam cum illis. Ad hæc diximus ei, quod nostra congregatio, neque lectionem sacrarum Scripturarum habebat, neque oblationem; solas autem preces pro fide et vestra majestate et religione (96) colloquia. 1347 Approbavit igitur, et ultra non prohibuit hoc fieri.

Augentur igitur conventus multitudinis ad nos venientis, et cum voluptate doctrinas audientis. Oret igitur vestra pietas, ut causa nostra exitum habeat Deo placentem : nos enim quotidie periclitamur, et insidias monachorum et clericorum suspicantes, et potentiam et incuriam videntes.

---

CLXX. — *Epistola quorumdam Orientalium, qui Constantinopolin missi fuerant, ad Rufum episcopum.*

Deo dilectissimo sanctissimoque comministro Rufo, Joannes, Himerius, Theodoretus, et reliqui episcopi, in Domino salutem.

Arbitramur pietatem et ecclesiasticam concordiam ob sanctitatis tuæ absentiam non parvum detrimentum accepisse. Etenim si præsto fuisset, confusiones turbasque temere exsuscitatas compescuisset, et nobiscum debellasset hæreses superinvectas orthodoxæ fidei, et evangelicæ ac apostolicæ doctrinæ, quam filii a patribus semper acceptam ad nos usque transmiserunt.

Hæc citra causam non dicimus : siquidem ex litteris, quas pietas tua ad Julianum piissimum 1348 sanctissimumque Sardicæ episcopum misit, quid sanctitas tua spectet, cognovimus. Monebant enim, ut par est, litteræ piissimum illum episcopum, *ne fidei, quam beati Patres Nicæni exposuerunt, defen-* C *sionem ulla ratione detrectet, neve permittat, ut infractis illis verbis reprehensio vel labes aliqua irrepat, ut quæ sola, et ad veritatem ostendendam, et ad falsitatem revincendam, sint satis.*

Et hæc quidem sanctitas tua recte, et pie, et juste admonuit, atque is, qui accepit litteras, litterarum consilium secutus est.

Cæterum multi qui ad synodum venerunt, juxta Prophetam, « declinaverunt, inutilesque facti sunt[87]. » Fide namque relicta, quam a sanctis Patribus acceperant, duodecim Cyrilli Alexandrini capitibus subscripserunt, quæ Apollinarii prava opinione D plena sunt, et cum Arii et Eunomii impietate conveniunt, omnesque qui manifestam illam impietatem non suscipiunt, anathemati subjiciunt. Huic fidei pesti strenue restitimus, tam nos, qui ex Oriente, quam alii quoque, qui ex diversis diœcesibus con-

ΡΟʹ. — *Ἐπιστολὴ Ἀνατολικῶν τινων, τῶν εἰς Κωνσταντινούπολιν πεμφθέντων, πρὸς Ῥοῦφον ἐπίσκοπον* (97).

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ συλλειτουργῷ Ῥούφῳ, Ἰωάννης, Ἱμέριος, Θεοδώριτος, καὶ οἱ B καθεξῆς, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Λίαν βεβλάφθαι τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἀπὸ (98) τῆς ἀπουσίας τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἡγούμεθα. Ἔπαυσε γὰρ ἂν παραγενομένη καὶ τὰς γεγενημένας συγχύσεις, καὶ τὰς τετολμημένας (99) ἀταξίας, καὶ σὺν ἡμῖν (1) κατηγωνίσατο τὰς ἐπεισαχθείσας αἱρέσεις τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει (2), καὶ τῇ εὐαγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, ἣν παῖδες παρὰ πατέρων ἀεὶ δεχόμενοι (3), μέχρις ἡμῶν ταύτην παρέπεμψαν.

Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς φαμεν, ἀλλὰ τὸν (4) σκοπὸν τῆς σῆς ὁσιότητος μεμαθηκότες ἐκ τῶν πρὸς τὸν θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον Ἰουλιανὸν τὸν τῆς Σερδικῆς (5) ἐπίσκοπον, παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας σταλέντων (6) γραμμάτων. Ἐδήλου γὰρ τὰ γράμματα, ὡς χρὴ, τὸν προειρημένον θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον *συναγωνίσασθαι τῇ ἐκτεθείσῃ πίστει* ἀπὸ (7) *τῶν μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων* (8), *καὶ μὴ συγχωρῆσαι μῶμον ἐκείνοις τοῖς ἀῤῥαγέσι* (9) *ῥήμασιν ἐπεισαχθῆναι, ἀρκοῦσι καὶ τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι, καὶ τὸ ψεῦδος ἐλέγξαι.*

Ταῦτα ἡ μὲν ὁσιότης ἡ σὴ ὀρθῶς, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς εἰσηγήσατο, καὶ ὁ δεξάμενος τὰ γράμματα τῇ τῶν γραμμάτων ἠκολούθησε συμβουλῇ.

Πολλοὶ δὲ τῶν εἰς τὴν σύνοδον παραγενομένων « ἐξέκλιναν, κατὰ τὸν Προφήτην, καὶ ἠχρειώθησαν· » ἣν μὲν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων παρέλαβον πίστιν καταλιπόντες, τοῖς δὲ Κυρίλλου τῆς (10) Ἀλεξανδρείας δώδεκα κεφαλαίοις καθυπογράψαντες, ἃ τοῖς Ἀπολιναρίου γέμει κακοδοξίας· συμβαίνει δὲ καὶ τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ, καὶ ἀναθεματίζει πάντα τὸν μὴ δεχόμενον τὴν γυμνὴν ταύτην ἀσέβειαν. Ταύτῃ τῇ λύμῃ (11) τῆς πίστεως λίαν ἀντέστημεν, οἵ τε ἀπὸ τῆς ἑῴας συνεληλυθότες, καὶ

[87] Psal XIII, 3.

(96) Forte : *religionis* s. *religiosa*.
(97) Sic inscribitur epistola in actis concilii Orientalium Ephesini sæpe commemoratis apud Mans. t. IV, p. 1411 seq.
(98) ὑπό Mans.
(99) τολμηθείσας M. in margine.
(1) ἂν addit M.
(2) πίστει exciderat a Garn.
(3) διαδεχόμενοι M. in margine, quod est melius.
(4) ἄλλον additum habebat textus Mans. et Garn.
(5) Σερδ. s. Σαρδ. haud dubie rescribendum fuit pro vulgato Ἐριδικῆς. Julianus quidem Sardicensis episcopus sæpe reperitur inter Orientales episcopos, qui a concilio Ephesino dissenserunt, ut in Synodici c. 13, 28, 190, alibi quoque.
(6) γραφέντων M. in marg.
(7) ὑπό M.
(8) συνελθόντων M. in marg.
(9) βραχέσι M. in marg.
(10) τοῦ M.
(11) τόλμῃ M. in Marg.

Digitized by Google

ἕτεροι οἱ ἐκ διαφόρων διοικήσεων, ὥστε τὴν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν μακαρίων Πατέρων κρατυνθῆναι πίστιν. Οὐδὲν γὰρ αὐτῇ ἐλλείπει, ὡς οἶδεν ἡ σὴ ἁγιότης, εἴς τε διδασκαλίαν τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων, καὶ εἰς ἔλεγχον πάσης αἱρέσεως.

Ὑπὲρ ταύτης ἀγωνιζόμενοι διατελοῦμεν, πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὸν βίον καταφρονοῦντες τερπνῶν τε καὶ λυπηρῶν, ὥστε ἀνέπαφον διαφυλαχθῆναι τὸν πατρῷον τοῦτον κλῆρον. Τούτου χάριν καὶ Κύριλλον, καὶ Μέμνονα (τὸν μὲν ὡς αἱρεσιάρχην, τὸν δὲ ὡς συνεργὸν γεγενημένον, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ συμμαχήσαντα, ὥστε βεβαιωθῆναι καὶ στηριχθῆναι τὰ ἐπὶ διαφθορᾷ (12) τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκτεθέντα κεφάλαια), καθαιρέσει ὑποβεβλήκαμεν· καὶ τοὺς ὑπογράψαι καὶ συνθέσθαι τοῖς ἐναντίοις τῆς εὐσεβείας δόγμασι τετολμηκότας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν ἐκεῖνα μὲν ἀναθεματίσωσιν, εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐπανέλθωσιν.

Ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ὤνησεν ἡ ἡμετέρα μακροθυμία. Μέχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τῶν διεφθαρμένων ἐκείνων ὑπερμάχονται δογμάτων· περιέπειραν δὲ ἑαυτοὺς καὶ τῷ τοῦ κανόνος ὅρῳ. Ὃς σαφῶς διαγορεύει· *Εἴ τις καθαιρεθεὶς ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἑαυτῷ ἐπιτρέψειε τὴν λειτουργίαν, καὶ μὴ ἀναμείνειε συνόδου κρίσιν, μηκέτι χώραν αὐτὸν ἔχειν ἀπολογίας, μηδὲ ἐφ' ἑτέρας συνόδου· ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ, παντελῶς ἐξωθεῖσθαι τῆς Ἐκκλησίας.*

Τούτῳ τῷ ὅρῳ περιπεπτώκασιν οἵ τε καθαιρεθέντες, οἵ τε ἀκοινώνητοι γεγενημένοι. Εὐθὺς γὰρ μετὰ τὸ γνῶναι τὴν γενομένην καθαίρεσιν καὶ ἀκοινωνησίαν, καὶ συνελειτούργησαν, καὶ διατελοῦσι λειτουργοῦντες, ὡς ἀπιστοῦντες δηλονότι τῷ εἰπόντι· « Ὃ δὴ ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

Ταῦτα ἐβουλευσάμεθα μὲν εὐθὺς τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ γνωρίσαι, προσδοκήσαντες δὲ ἔσεσθαί τινα τῶν λυπηρῶν μεταβολὴν μέχρι τοῦ παρόντος ἀνεμείναμεν. Ἀλλ' ἐψεύσθημεν τῆς ἐλπίδος. Ἔμειναν γὰρ τῆς δυσσεβοῦς ταύτης αἱρέσεως ὑπερμαχοῦντες, καὶ μηδὲ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως τὰς συμβουλὰς αἰδούμενοι. Πεντάκις γὰρ ἤδη καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν συντετυχηκώς, προσέταξεν αὐτοῖς, ἢ ὡς ἐναντία τῇ πίστει ἐκβάλλειν τὰ Κυρίλλου κεφάλαια, ἢ τὸν ὑπὲρ τούτων ἀναδέξασθαι ἀγῶνα, καὶ δεῖξαι ὡς συμβαίνει τῇ τῶν μακαρίων Πατέρων ὁμολογίᾳ. Ἑτοίμως γὰρ ἔχομεν (13) ἡμεῖς τοὺς ἐλέγχους, δι' ὧν ἀπεδείξαμεν ἄν, ὡς ἄντικρυς μὲν μάχεται τοῖς τῆς ὀρθοδοξίας διδασκάλοις, συμφέρεται δὲ λίαν τῇ τῶν αἱρετικῶν διδασκαλίᾳ.

Διδάσκει γὰρ διὰ τούτων αὐτῶν ὁ τὰ πονηρὰ ταῦτα κτίσας γεννήματα, ὡς ἡ θεότης τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ Θεοῦ ἔπαθε, καὶ οὐχ ἡ ἀνθρωπότης ἣν ὑπὲρ τῆς

A venerunt, ut fides a beatis Patribus Nicææ exposita confirmaretur. Nihil enim, ut sanctitas tua novit, in illa desideratur, quod ad confirmandam evangelicorum dogmatum doctrinam, et ad quamvis hæresin confutandam faciat.

**1349** Propter hanc omnibus lætis tristibusque, quæ humanæ vitæ accidere possunt, simul posthabitis, jugiter in acie versamur, ut hanc sortem a Patribus traditam incontaminatam conservemus. Hac etiam de causa Cyrillum et Memnonem deposuimus; illum quidem tanquam hæresiarcham, hunc vero tanquam illius fautorem et adjutorem in omnibus, ad confirmanda ac stabilienda capita, quæ exposita sunt in Ecclesiarum perniciem; cæteros vero, qui dogmatibus illis pietati dissentaneis B subscribere et astipulari sunt ausi, tantisper excommunicationi subjecimus, dum ea anathematizaverint, et ad sanctorum Patrum Nicænorum fidem redierint.

Verum nostra lenitas illis nihil profuit. Nam usque hodie pro perversis illis dogmatibus decertant, et ultro in canonis sanctionem, vulnus accepturi, impegerunt. Habet is hanc perspicuam sententiam : *Si quis episcopus a synodo, aut presbyter vel diaconus ab episcopo suo depositus, non exspectato synodi judicio, sacris ministeriis se ingesserit, nullus se expurgandi locus, ne in alia quidem synodo, huic relictus esto. Sed etsi qui sunt, qui cum eo communicaverint, hi penitus ab Ecclesia expellantur.*

C In hanc sanctionem inciderunt tam hi, qui excommunicationis, quam illi, qui depositionis sententiam in se exceperunt. Nam cum primum se a nobis depositos atque excommunicatos resciverunt, statim una sacris operati sunt, et adhuc sacra facere perseverant; tanquam ei fidem non habentes, qui dixit : « Quodcunque ligaveritis **1350** super terram, erit ligatum et in cœlis [88-89]. »

Hæc in ipso mox exordio sanctitati tuæ indicare cogitavimus; verum mutationis alicujus, et a malis hisce emersionis spe ducti, hactenus exspectavimus. At ea nos spes fefellit. Nam neque impiam hanc hæresin propugnare destiterunt, neque piissimi imperatoris consilia reverentur. Etenim quintum jam D nos et ipsos affatus, illis quidem mandavit, ut vel capita Cyrilli tanquam cum fide pugnantia rejiciant, vel certe suscepto in eorum defensionem certamine, sanctorum Patrum confessioni consentanea esse palam faciant. In promptu enim argumenta habemus, per quæ ostensuri eramus, quod orthodoxæ fidei doctoribus manifeste adversantur, plurimumque hæreticorum doctrinæ consentiunt.

Enimvero homo perversorum germinum auctor per hæc ipsa docet, divinitatem unigeniti Filii Dei passam esse, non autem humanitatem, quam

[88-89] Matth. XVIII, 18.

(12) διαφορᾷ M. in marg.

(13) εἴχομεν M. in margine.

Digitized by Google

pro salute nostra suscepit, cum divinitas inhabitans passiones corporis, quasi proprii, sibi attribuerit, et tamen in propria natura nibil ipsa pateretur. Addit præterea ex divinitate et humanitate unam factam esse naturam : siquidem illud : « Verbum caro factum est [90], » ita exponit, quasi divinitas conversionem aliquam passa, et in carnem transmutata sit. Ad hæc eos exsecratur, qui evangelicas apostolicasque voces de Christo Domino distinguunt, ut humiles quidem ad humanitatem, divinas vero ad Christi divinitatem referant : quod
**1351** Ariani et Eunomiani sentientes, humilesque dispensationis voces ad divinitatem referentes, Deum Verbum creaturam et facturam, alteriusque substantiæ, et Patri inæqualem esse affirmare non dubitarunt.

* Quæ vero blasphemia ex hisce principiis consequatur, quivis facile intelligit. Nam et naturarum inducitur confusio, et Deo Verbo attribuitur illud : « Deus meus, Deus meus, utquid dereliquisti me [91]? » et illud : « Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste [92]; » rursum fames, sitis, angelica confortatio; et illud : « Nunc anima mea turbata est [93]; » et iterum : « Tristis est anima mea usque ad mortem [94]; » et quæcunque talia in Domini nostri humanitatem ceciderunt. Quæ perspicue cum Arii et Eunomii impietate congruere facile quis viderit. Illi enim cum heterousion, naturarumque diversitatem astruere non valerent, perpessiones et humiles illas voces divinitati Christi, ut ante dictum est, ascribunt. Norit autem pietas tua, Arianorum doctores nihil aliud in ecclesiis suis hoc tempore docere, quam quod consubstantialitatis assertores jam demum cum Ario sentiant, quodque veritas, quæ diu latuerat, nunc tandem in lucem prodeat.

Nos autem in dogmatibus beatorum Patrum, qui apud Nicæam convenerunt, et eorum qui post illos doctrina claruerunt, Eustathii Antiocheni, Basilii Cæsariensis, et Gregorii, et Joannis, et Athanasii, et Theophili, et Damasi Romani, et Ambrosii Mediolanensis, et reliquorum, qui cum his eadem docuerunt, perseveramus, **1352** piisque illorum vestigiis insistimus : quippe qui evangelica, et apostolica, et prophetica verba sequentes, exactam orthodoxæ fidei regulam nobis tradiderint : quam regulam nos inconcussam immobilemque retinere studemus omnes qui in Oriente habitamus; similiter qui Bithyniam, et Paphlagoniam, et Cappadociam secundam, et Pisidiam, et Thessaliam, et Mysiam, Rhodopenque incolunt, et alii quamplurimi diversarum provinciarum. Italos quoque certum est novitatem illam nequaquam laturos esse. Nam Martinus sanctissimus, Deoque dilectissimus Mediolanensium episcopus, ad nos scripsit, librumque beati Ambrosii de Dominica incarnatione ad piissimum im-

A ἡμετέρας ἀνείληφε σωτηρίας, τῆς ἐνοικούσης δηλονότι θεότητος οἰκειουμένης μὲν τὰ πάθη ὡς ἰδίου σώματος, οὐδὲν δὲ πασχούσης εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν. Πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι μία φύσις γέγονε θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος· οὕτω γὰρ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ἑρμήνευσεν, ὡς τῆς θεότητος τροπήν τινα ὑπομεινάσης, καὶ εἰς σάρκα μεταβληθείσης. Πρὸς τούτοις, ἀναθεματίζει τοὺς διαιροῦντας τὰς εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ φωνὰς, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τὰς δὲ θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ ἐκλαμβάνοντας· ὅπερ φρονοῦντες Ἀρειανοὶ καὶ Εὐνομιανοὶ, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς περὶ τῆς οἰκονομίας φωνὰς εἰς τὴν θεότητα ἀναφέροντες, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἑτεροούσιον καὶ ἀν-
B όμοιον τῷ Πατρὶ λέγειν ἐπραγματεύσαντο.

Ἐντεῦθεν δὲ, εἴ τι κἂν συμβαίνῃ τὸ βλάσφημον, ῥᾴδιον κατιδεῖν. Σύγχυσις γὰρ εἰσάγεται τῶν φύσεων, καὶ προσάπτεται τῷ Θεῷ Λόγῳ τό· « Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες; » καὶ τό· « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· » καὶ τὸ πεινῆν, καὶ διψῆν, καὶ ἀπὸ ἀγγέλου στηρίζεσθαι· καὶ τὸ λέγειν· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· » καὶ· « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Κυρίου συμβέβηκε. Ταῦτα δὲ ὡς σαφῶς τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ συμβαίνει, εὐχερῶς ἄν τις κατίδοι. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸ ἑτεροούσιον κατασκευάσαι μὴ δυνάμενοι, τὰ παθήματα καὶ τὰς εὐτελεῖς φωνὰς τῇ
C θεότητι τοῦ Χριστοῦ περιάπτουσιν, ὡς προείρηται. Ἴστω δέ σου ἡ θεοσέβεια, ὡς οἱ τῶν Ἀρειανῶν διδάσκαλοι νῦν οὐδὲν ἕτερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῶν διδάσκουσιν, ἢ ὡς οἱ τὸ ὁμοούσιον διδάσκοντες νῦν τὰ Ἀρείου φρονοῦσι, καὶ ὅτι διὰ χρόνου μακροῦ τὸ ἀληθὲς ἀνεφάνη.

Ἡμεῖς δὲ τοῖς τῶν μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους ἐν τῇ διδασκαλίᾳ διαπρεψάντων, Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας, Βασιλείου τοῦ Καισαρείας, καὶ Γρηγορίου, καὶ Ἰωάννου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Θεοφίλου, καὶ Δαμάσου τοῦ Ῥώμης, καὶ Ἀμβροσίου τοῦ Μεδιολάνων, καὶ τῶν ταυτὰ τούτοις διδαξάντων, ἐμμένομεν δόγμασι, καὶ τοῖς εὐσεβέσιν αὐτῶν ἀκολουθοῦμεν
D ἴχνεσι· τοῖς γὰρ εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς καὶ προφητικοῖς ἑπόμενοι ῥήμασιν (14), ἀκριβῆ τῆς ὀρθοδοξίας ἡμῖν κατέλιπον κανόνα· ὃν ἀκλινῆ καὶ ἀσάλευτον φυλάξαι σπουδάζομεν ἅπαντες οἱ τὴν Ἀνατολὴν οἰκοῦντες. Ὡσαύτως δὲ οἱ Βιθυνοὶ, καὶ Παφλαγόνες, καὶ ἡ δευτέρα Καππαδοκία, καὶ Πισιδία, καὶ Θετταλία, καὶ Μυσία, καὶ Ῥοδόπη, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν. Δῆλοι δέ εἰσι καὶ Ἰταλιῶται τῆς καινοτομίας ταύτης οὐκ ἀνεξόμενοι. Ὁ γὰρ θεοφιλέστατος καὶ ἁγιώτατος Μαρτῖνος (15), ὁ τῆς Μεδιολάνων ἐπίσκοπος, καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀπέστειλε, καὶ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ βιβλίον

[90] Joan, I, 14. [91] Psal. XXI, 1. [92] Matth. XXVI, 39. [93] Joan. XII, 27. [94] Matth. XXVI, 38.

(14) δόγμασιν M. in margine.
(15) Μαρτινιανός scribi debebat, quod est verum ejus nomen.

Digitized by Google

ἐξέπεμψε τοῦ μακαρίου Ἀμβροσίου περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως, ὅπερ τὰ ἐναντία τοῖς αἱρετικοῖς τούτοις διδάσκει κεφαλαίοις.

Γινωσκέτω δέ σου ἡ ἁγιότης, ὡς οὐκ ἤρκεσε Κυρίλλῳ καὶ Μέμνονι, τὸ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει λυμήνασθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κανόνας ἐπάτησαν. Τοὺς γὰρ ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ διοικήσεων γενομένους ἀκοινωνήτους, εὐθὺς εἰς κοινωνίαν ἀνεδέξαντο (16). Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἑτέρους καὶ ἐπὶ αἱρέσεσιν ἐγκαλουμένους, καὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντας Κελεστίῳ καὶ Πελαγίῳ (Εὐχῖται γάρ εἰσιν, ἤγουν Ἐνθουσιασταί)· διὸ καὶ ἀκοινώνητοι ἦσαν τῷ τε διοικητῇ, καὶ τῷ μητροπολίτῃ· τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας καταφρονήσαντες εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο αὐτούς, τὸ πλῆθος ἑαυτοῖς πανταχόθεν ἀθροίζοντες, καὶ τυραννικῶς μᾶλλον ἢ εὐσεβῶς δογματίζειν σπουδάζοντες. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς εὐσεβείας ἐγεγύμνωντο, ἀναγκαίως ἑαυτοῖς ἑτέραν ἐπενόησαν δύναμιν, ἀνθρώπων τείχη, χρημάτων ῥεύμασιν οἰόμενοι τὴν τῶν Πατέρων καταγωνίζεσθαι πίστιν. Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν αὐτοὺς ὀνῆσαι τῆς ὑμετέρας ἐῤῥωμένης ὁσιότητος (17), καὶ συνήθως τῆς εὐσεβείας ὑπερασπιζούσης.

Παρακλήθητι τοίνυν, δέσποτα ἁγιώτατε, τὴν μὲν κοινωνίαν τῶν ταῦτα τετολμηκότων, καὶ τὴν αἵρεσιν ταύτην εἰσαγαγόντων φυλάξασθαι· γνωρίσαι δὲ πᾶσι καὶ τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακρὰν, ὡς ταῦτά ἐστι τὰ κεφάλαια, ἐφ' οἷς ὁ τρισμακάριος Δάμασος καθεῖλεν Ἀπολινάριον, καὶ Βιτάλιον, καὶ Τιμόθεον τοὺς αἱρετικούς· καὶ ὅτι οὐ χρὴ τῇ ἐκπεμφθείσῃ ἐπιστολῇ παρ' αὐτοῦ ἁπλῶς προσέχειν, ἐν ᾗ τὸ μὲν αἱρετικὸν συνεσκίασε φρόνημα, τῷ δὲ τῆς εὐσεβείας αὐτὴν κατέχρωσε δόγματι· ἐν μὲν γὰρ τοῖς κεφαλαίοις σφόδρα αὐτοῦ τὴν ἀσέβειαν ἐγύμνωσεν, ἔνθα καὶ ἀναθεματίσαι τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας ἐτόλμησεν. Ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ βλάψαι (18) πανούργως τοὺς ἁπλουστέρους ἐπεχείρησε.

